This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

878.4
SD76

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY



T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS TERTIUS.

PARS PRIOR.

T. LIVII PATAVINI
ISTORIARUM
AB URBE CONDITA
IBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

UR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, IGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

ETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

TOMUS TERTIUS. PARS PRIOR.

STUTGARDIAE

E TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXI.

144717

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA LIBRI.

EPITOME LIBRI QUINTI.

In obsidione Vejorum hibernacula militibus facta sunt. ea res quum esset nova, indignationem tribunorum plebis movit, querentium non dari plebi nec per biemem militiae requiem. Equites tum primum equis suis merere coeperunt. Quum inundatio ex lacu Albano

In obsidione Vejorum hibernacula militibus facta sunt] *In obsidione vitiorum* perperam Voss. 4. Deinde *tabernacula* Voss. quatuor, Leid. Berg. Boenderm. Norvic. excerpta Pithoei, et editiones antiquae, pro quo apud Vascosan. demum anno 1543. *hibernacula* substitutum invenio. Et eadem hac voce in eadem historia usus est Liv. hoc lib. c. 2, 1. *Hibernacula etiam, res nova militi Romano, aedificari coepta.* De hac voce plura infra v. ad 35, 7, 7.

Non dari plebi nec per hiemem militiae requiem] *non dari sibi* Voss. 1. Credo, librarium evitare voluisse repetitionem vocis *plebis*, quae modo praecesserat. Ex qua eadem caussa etiam factum esse videtur, ut quidam verbis praecedentibus, omissa voce *plebis*, ediderint *indignationem tribunorum movit*, invitis omnibus scriptis, qui vulgatum servant. V. supra ad 1, 3, 9. *quietem* autem habet Hearnii Norvic. Sed reliquorum auctoritas vulgatum firmat.

Equites tum primum equis suis merere coeperunt] *tunc primum* Voss. 1. V. ad 2, 12, 15. Praeterea *equis suis mereri* Voss. quatuor, et Leid. *mereri equis suis* Boenderm. Sed infra Liv. dixit c. 7, 13. *Tum primum equis merere equites coeperunt.* Et ita passim de militibus *merere* potius, quam *mereri*, usurpari solet.

Quum inundatio in lacu Albano facta esset] Vet. lib. *ex lacu Albano.* SIG. *et lacu Albano* Voss. 2. et 3. a m. 1. *ex lacu Albano* Voss. 1. 3. a m. 2. Voss. quart. Leid.

facta esset, vates, qui eam rem interpretaretur, de hostibus captus est. Furius Camillus dictator decem annos obsessos Vejos cepit: simulacrum Junonis Romam transtulit: decimam partem praedae Delphos Apollini misit. Idem tribunus militum, quum Faliscos obsideret,

Berg. et Boenderm. ut et codd. quos Hearne consuluit; nisi quod priscis edd. consentiens Norvic. habeat *in lacu.*

Ab hostibus captus est] Vet. lib. *de hostibus.* praeclare. Erat enim vates ille unus ex hostibus. SIG. *ab hostibus* apud me superest in Voss. 1. Leid. Berg. Boenderm. et Hearnii Norvic. *ex hostibus* Voss. 2. 3. 4. et exc. Pithoei. Insuper *τὸ est* omittit Voss. 2.

Furius Camillus dictator decem annos obsessos Vejos cepit] Vocem *dictator* non agnoscunt Leid. et Berg. Sed Camillum in dictatura Vejos cepisse non modo Livius narrat l. 5, 19. et seqq. verum etiam Plutarch. in Camill. p. 131. Oros. 2, 19. Zonar. 6. Annal. 21. aliique. Tum *decem annis obsessos* Leid. et Voss. 1. 2. ac 3. Livius 5, 23, 2. *Quia tot annis varie ibi bellatum erat.* Oros. l. l. *Obsidio Vejorum decem continuis annis magis obsessores, quam obsessos, detrivit.* Reliqui codd. editorum lectionem *decem annos* tuentur. Et ita Livius hoc lib. c. 22, 8. *Decem aestates hiemesque continuas circumsessa.*

Simulacrum Junonis Romam transtulit] Vet. lib. *Romae statuit.* DELRIUS. Vox *Junonis* deficit in Vossianis quatuor, Berg. excerptis Pithoei, et edd. vetustis. *Dianae simulacrum*, pro *simulacrum Junonis*, praefert Boenderm. Sed non modo contra Livium, qui *Junonis Reginae* simulacrum fuisse refert infra c. 22. verum etiam contra narrationem Valer. Max. 1, 8, 3. qui *simulacrum Junonis Monetae* vocat, et Plutarchi in vita Camilli p. 132. qui *ἄγαλμα τῆς Ἥρας* vocat. Recte igitur in editione Vascos. repositum *simulacrum Juponis*, quomodo praefert etiam Leid. Praeterea *Romae statuit* Voss. 1. et Boenderm. *Romae transtulit* Berg. *deportare Romam* Livius dixit 5, 22, 4.

Decimam partem praedae Delphos Apollini misit] *decimam partem Delphos Apollini misit* Voss. 1. *decimam praedae Delphos Apollini misit* Voss. 2. 3. 4. Leid. Berg. Norvic. et Exc. Pithoei. Unus tantum Boenderm. vulgatum tuetur, quod etiam superest in omnibus editis. Livius in hac historia vocem *partem* vel addidit, vel omisit. Addidit infra h. lib. c. 21, 2. *Tibi hinc decimam partem praedae voveo.* c. 23, 8. *Apollini se decimam vovisse praedae partem quum diceret Camillus.* et c. 25, 7. *Ejus partem decimam Apollini sacram esse.* Omisit eodem c. 25, 6. *Quod ex ea tantum praeda, quae rerum moventium sit, decima designetur.*

Idem tribunus militum quum Faliscos obsideret] *Item Camillus quum Faliscos* Leid. *Item tribunus militum quum Faliscos* Voss. 1. et Berg. *Item tribus militum quum Faliscos* Voss. 2. 3. 4. Voces *idem* et *item* ex prava minus distincte praecuntis pronunciatione facile confundi potuerunt, et nonnumquam etiam confusae sunt in Mstis. Exempla v. infra ad Epit. Liv. l. 69.

proditos hostium filios parentibus remisit: statimque deditione facta, Faliscorum victoriam justitia consecutus est. Quum alter ex censoribus C. Julius decessisset, in locum ejus M. Cornelius subfectus est. nec id postea factum est: quoniam eo lustro a Gallis Roma capta est.

Proditos hostium filios parentibus remisit] Cum in vet. lib. sit, *proditos a magistris hostium filios*: lego, *proditos a magistro hostium filios*, Livii, Flori, Valerii, et Plinii [Aurelii Victoris] auctoritatem secutus. Ad hunc autem perfidum proditorem Vari l. 2. Excellentium verficulos, qui apud Priscianum exstant, refero:

Tum litterator creditus,
Ludo Faliscûm liberos
Centurius in campi patens
Extraque muros ducere,
Spatiando paulatim trahit
Hostilis ad valli latus.
* * *
Sin tute malis hospites,
Sin tute captivos, habes.

DELR. Meorum nullus a vulgata scriptura recedit. Versiculos autem, quos Varo Delrius adscripsit, sub Alphei Aviti nomine laudavit Priscian. l. 8. p. 823. et l. 12. p. 947. Eosdem huc pertinere observavit etiam Henr. Vales. in notis ad Excerpta Peiresc. p. 82. ubi, pro *hospites*, malebat *obsides*.

Deditione facta, Faliscorum victoriam justitia consecutus est] Posset videri distinguendum, *deditione facta Faliscorum, victoriam justitia consecutus est*. Sed retineri potest distinctio vulgata. *Faliscorum victoria* est victoria de Faliscis. Justin. 5, 4. *Non Siciliae illis adversa pugna in ore est, sed Graeciae victoria*. Et sic defendi potest, quod in eodem legitur, l. 38, 5. *Non Cappadocia filium eductum, quam jure gentium victor occupaverat? Raptam tamen sibi esse victoriam ejus ab illis*. Nec tamen inconcinne ed. Junt. *victoriae jus*, quod probat Graevius; cujus judicium etiam alii viri docti secuti sunt. Et ita MS. Bodl. in variis lect. Burmanni, et liber scriptus Academiae Duisburgensis. DUK. *de dictione facta Faliscorum justiciam victoriam consecutus est* Berg. a m. 1. in quo a manu altera emendatum *victoriam justiciam consecutus est*.

Quum alter ex censoribus Julius decessisset] Vet. lib. *C. Julius*. itemque Livius [5, 31, 6.] SIG. *aliter*, pro *alter*, Berg. Deinde *Emilibus decessisset* Boenderm. *C. Julius decessisset* Leid. Berg. Voss. 2. 3. 4. et codd. Hearnii. Eo etiam ducunt vestigia Voss. 1. qui *Civilibus decessisset* praefert.

In locum ejus M. Cornelius subfectus est. nec id postea factum est] *et in locum ejus M. Cornelius suffectus esset* Berg. *et in locum* praeferunt etiam Leid. et Voss. 1. Prius autem *est* et vocula *id* deficiunt in eodem Leid. *ne*, pro *nec*, habet Berg.

Quoniam eo lustro a Gallis Roma capta est] Haec verba exsulant a Boenderm. Conveniunt tamen illis, quae Liv. refert infra c. 31, 6.

Quum ei dies a L. Apulejo tribuno plebis dicta esset, in exsilium abiit] *Appulejus* duobus *pp* scribi debet, si sequimur nummos argenteos et lapides Capitolinos.

Furius Camillus, quum ei dies a L. Appulejo tribuno plebis dicta esset, in exsilium abiit. Quum Senones Galli Clusium obsiderent, et legati, a senatu missi ad componendam inter eos et Clusinos pacem, pugnantes contra Gallos in acie Clusinorum stetissent; hoc facto eorum concitati Senones urbem infesto exercitu petierunt, fusisque ad Alliam flumen Romanis, cepere urbem praeter

SIG. *Τὸ ei* non adparet in Voss. 1. Sed dictionibus trajectis *quum dies ei* praefert Berg. Tum *a Nurio Aquilejo* Leid. *ab L. Appulejo* Voss. 2. 3. et 4. De orthographia vocis *Appulejus* v. Sigonium infra ad Liv. 5, 32, 8. et 10, 6, 1. Graeci unico *π Ἀπουλήϊος* dixerunt. V. Polyb. in Exc. legat. num. 128. Plutarch. in Camill. p. 134. Appian. 1. bell. Civ. p. 367. et alibi, Dion. Cass. l. 51. p. 457. et alibi. Etiam *APVLEIVS* in nummo contorniato, quem edidit Morell. in specim. rei numm. tab. 3. ut utroque modo olim exaratum fuisse pateat. V. etiam Cl. Duker. ad Flori 3, 12, 8. Denique *in exsilium abit* Voss. 2. 3. et 4. V. supra ad 2, 4. 2.

Quum Senones Galli Clusium obsiderent] *Quum Senones et Galli* Voss. 1. *Quum Galli Senones* Leid. et Berg.

Legati a senatu missi ad componendam inter eos et Clusinos pacem] *legati senatu missi* Berg. *legati ad senatum missi* Voss. 1. Tum *ad componendum pacem* Boenderm. et editi usque ad Sigonium, cujus editio recepit *componendam*. Et ita reliqui scripti. Denique *inter Gallos et Clusinos* Leid.

Pugnantes contra Gallos in acie Clusinorum stetissent] Ultima vox abest a Voss. 1. et Berg. *pugnarent contra Gallos in acie Clusinorum*, eadem omissa voce, praefert Leid. *pugnantes contra Gallos starent in acie Clusinorum* Voss. 2. 3. et 4. *Clusinos*, pro *Clusinorum*, insuper Voss. 1.

Senones urbem infesto exercitu petieruht] *infenso exercitu* Boenderm. Sed vulgatum, pro quo stant reliqui codd. et omnes editi, satis placet. Liv. 2, 46, 2. *Non alio ante bello infestior Romanus proelium iniit.* 45, 8, 1. *Contra populum Romanum bellum tam infesto animo suscepisset.* Ambo haec vocabula saepe confunduntur in scriptis. V. ad Liv. 2, 46, 7. Tum *petiverunt* Leid.

Fusisque ad Alliam flumen Romanis cepere urbem] *Aliam* scribendum uno *l*, et *dies Aliensis*. Hanc enim habent scripturam plerique veteres libri, item Graeci scriptores: *πρὸς Ἀλίαν ποταμὸν* et *Ἀλιάδα ἡμέραν*, ut Plutarchus [in Camill. p. 137.] Servius etiam in 7. Aen. [717.] docet, a Poëtis *Alliam* duobus *ll* dici metri causa, ut *Relliquias*. SIG. Conjunctio *que* non exstat in Voss. 1. Tum *Aliam* scribunt et Voss. 2. 3. 4. Berg. Boenderm. et Hearnii Oxon. C. reliqui contra *Alliam*. In ipso autem Liv. 5, 37, 7. c. 39, 6. et 8. c. 49, 5. c. 53, 5. 6, 1, 11. c. 28, 5. et 6. c. 29, 1. 7, 13, 5. et alibi iidem codd. modo *Alia*, modo *Allia*, obferunt; alii vero in *Alia*, alii in *Allia* ubique conspirant. De orthographia hujus nominis v. Cl. Dukerum ad Flori 1, 13, 7.

Capitolium, in quod se juventus contulerat: majores natu, cum insignibus honorum, quos quisque gesserat, in vestibulis aedium sedentes, occiderunt. et quum per aversam partem Capitolii jam in summum evasissent, proditi clangore anserum, M. Manlii praecipue opera dejecti sunt. coactis deinde propter famem Romanis descendere, ut mille pondo auri darent, et hoc pretio finem

et quos ibi laudavit: quibus adde Cabalion. ad Rutil. Itiner. 1, 116. Merul. ad Ovid. 1. Art. Amat. 413. et Dausquej. in Orthogr. part. ste. hac voc. ubi apud Lucan. 7, 633. Quas *Allae clades* de clade Alliensi accipiens eumdem committit errorem, quem Micyllus in Merul. ad d. loc. Ovidii, et alii in Servio ad Virgil. 7. Aen. 717. notarunt. V. viros doctos ad d. loc. Lucani. Adde Cluverium 2. Ital. Ant. 10. p. 709. Praeterea *vox fuisse* non est in Leid. Voss. quinque, Berg. Boenderm. Hearnii Servio, atque excerptis Pithoei; quam tamen editt. omnes agnoscunt, et Livius etiam addidit 5, 37, 7, et 6, 28, 5. V. supra ad 2, 32, 2. Tandem *cepimus urbem* Voss. 1. Berg. et Boenderm.

In quod se juvenes contulerant] Veteres libri *in quod se juventus contulerat*. SIG. *in que* Leid. Voss. quatuor, et Berg. *que* Boenderm. Hinc *se juvenes contulerunt* Voss. 1. *se juvenes contulerant* Boenderm. Norvic. et editt. ante Sigonium. *se iuventus secum tulerat* Voss. 2. *se iuventus se contulerat* Voss. 3. *se iuventus contulerat* Leid. Voss. 4. et Berg.

Cum insignibus honorum, quos quisque gesserat] *cum insignibus honoribus* scribae inertia Boenderm. Deinde *quos quisque gesserat* Voss. 2. et 3. In eorum tamen posteriore literae *n* nota addita est, qua librarius indicare solet, eam delendam esse; ut ita scribi voluerit *quos quique gesserat*.

In vestibulis aedium sedentes occiderunt] *in vestibulis eorum sedentes* Voss. 1. *in vestibulis eorum aedium sedentes*, juncta utraque lectione, Boenderm. Insuper *ceciderunt* Voss. 2. et 3. V. ad 36, 36, 6.

Per aversam partem Capitolii jam in summum evasissent] *per adversam partem* Leid. Voss. 1. 2. 3. Berg. et Boenderm. Voces hae saepe commutantur. V. supra ad 2, 31, 6. Tum *Capitolium* Voss. 1. Deinde *in summum Senonenses evasissent* Voss. 2. et in marg. 3. sine dubio ex interpolatione librarii.

Proditi clangore anserum, M. Manlii praecipue opera dejecti sunt] *clangore anseris* Voss. 2. 3. et 4. Sed *anseres* numero multitudinis memorat etiam Livius c. 47, 4. Tum *M. Manilii* Voss. 1. V. infra ad Liv. 34, 53, 2. Hinc *opera praecipue*, trajectis vocibus, Boenderm. Tandem *deterriti sunt* Voss. 1. et Boenderm. *detecti sunt* Voss. 2. 3. 4. et Berg. Alibi interdum voces *dejectus* et *detectus* in Mstis confundi solent. V. Nic. Heins. ad Claud. bell. Gildon. v. 247. *detecti sunt* Galli scandentes, sive *proditi sunt*, ut inquit auctor hujus Epit. clangore anserum, sed *dejecti sunt* opera Manlii.

Coactis deinde propter famem Romanis descendere] Alii *despondere*.

obsidionis emerent; Furius Camillus, dictator absens creatus, inter pendendum aurum cum exercitu venit, et Gallos post sextum mensem urbe expulit, ceciditque. Aedes Ajo Loquutio facta, quo loco ante urbem captam

Male quidem; sed et illud juvandum videtur. *propter famem Romanis eo descendere.* Dicuntur *aliquo descendere*, qui ad gravem aliquam conditionem inviti necessitate veniunt. Cicero pro Quinctio [16.] *Viri boni cum palam fraudantur, cum experiundi potestas non est, timide tamen et pedetentim istuc descendunt, necessitate coacti, inviti.* Pro Fontejo [1.] *Videte, quo descendam, judices: quam longe videar a consuetudine et cautione ac diligentia discedere.* 2. de Invent. [58.] *Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere, et in praesentia quiescere, atque aliud tempus exspectare oportebit.* Caes. 1. Civ. [8.] *Sed tamen ad omnia se descendere paratum, atque omnia pati reipublicae caussa.* J. FR. GRON. *despondent* Berg. et Boenderm. *despondere* Norvic. et editi usque ad Gruter. qui in postrema anni 1628. *descendere* restituit. *coacti demum propter famem Romani descendere pacti sunt* Leid. *Demum* et *deinde* saepius in Mstis inter se confunduntur. V. infra ad 40, 22, 1. Omnes Voss. vulgatum tuentur, quod probat etiam Gronov. adjecta tamen vocula *Romanis eo descendere*, et vim verbi *descendere* optime exposuit. Ita et Liv. hoc verbo usus est 23, 14, 3. *Ad ultimum prope desperatae reipublicae auxilium, quum honesta utilibus cedunt, descendit.* 45, 15, 5. *Postremo eo descensum est, ut ex quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis sortirentur.* Frontin. 2, 10, 1. *Victos se esse secundum eam dinumerationem argumentati, ad conditiones imperatoris descenderunt.*

Ut mille pondo auri darent, et hoc pretio] *ut decem pondo auri darent* Voss. 2. 3. et 4. Forte numerus per notam *ut* ∞ *pondo* scriptus fuit, eamque non adsecuti librarii *decem* dederunt, vel *x.* ut alibi etiam factum est. V. infra ad 33, 14, 5. Deinde *ut hoc pretio* Leid. 1. et Voss. quatuor. Voculae hae saepe in Mstis commutantur. V. infra ad 21, 28, 8.

Camillus dictator absens creatus] *absens accitus* Boenderm. *absens creatus accitus*, utraque lectione recepta, Berg. *Τῷ creatus* tamen adjectae notae indicant, librarium eam vocem delendam existimasse.

Inter pendendum aurum cum exercitu venit] Vet. lib. *inter ipsum colloquium, quo de pacis conditionibus agebatur.* SIG. Vet. lib. *inter ipsum colloquium, quo de pacis conditionibus agebatur.* DELR. Eamdem lectionem, quam Sigonius et Delrius, non modo Hearne etiam invenit in Norvic. et Exc. Pithoei; sed et mihi obvia fuit in Leid. Voss. 1. 4. Berg. et Boenderm. Neque dissentiunt Voss. 2. et 3. nisi quod *eloquium*, pro *colloquium*, praeferant. de quo errore v. ad 7, 14, 8.

Aedes Loquutio facta] Liviani libri veteres *Alloquutio* habent. Hunc Deum Gellius 16, 17. *Ajum* vocat. Cicero de Divin. [1, 45. et 2, 32.] *Ajum Loquentem.* ex quo ego suspicatus sum, *Ajo Loquuto* et hic et apud Livium esse legendum. Verba Ciceronis sunt haec l. 2. *At paulo post audita vox est monentis, ut provideret, ne a Gallis Roma caperetur; ex eo Ajo Loquenti aram in nova via conse-*

Ajo Loquutio etc. *adventare Gallos* ad finem Epitomes hujus rejecta est in omnibus scriptis et editt. vetustis. Ascensius demum anno 1513. huc revocavit, nullam aliam, ut videtur, ob cauſſam, quam quia eo ordine a Livio res narratae sunt. Sed non semper ordinem Livii observaſſe eum, qui Epitomas confecit, sed saepius in ea re peccaſſe, infra videbimus ad Epit. l. 103.

Facta, quo loco ante urbem captam vox audita erat] *facta est* Leid. Voſſ. quatuor, et Hearnii excerpta Pithoei. *factae* Norvic. Tum *quo ante urbem captam* Berg. Boenderm. et Voſſ. 2. 3. et 4. *quod ante urbem captam* Leid. Voſſ. 1. et apud Hearnium excerpta Pithoei, et Norvic. Denique *vox audita est* Leid.

Dictum est, ad Vejos migrandum esse propter incensam et dirutam urbem. quod consilium] In vet. lib. pauca mutantur. Legitur enim: *Deinde cum ad Vejos migrandum esset propter incensam et dirutam urbem, hoc consilium.* DELR. *Deinde cum ad Vejos migrandum esset* etiam Voſſ. 1. *Dictum etiam ad Vejos migrandum esse* Berg. et

qui, quum in forum venisset, manipulariis suis dixerat, Sta miles; hic optime manebimus.

matus discussit. Et ita ipse quoque Livius loqui amavit, ut 2, 52, 7. *Exprobrandoque T. Menenii damnationem mortemque periculum audacia discussit.* ubi plura vide.

Movit populum vocis quoque omen ex centurione auditae] *omIum*, pro *omen*, Berg. *oIum* Boenderm. Deinde *ex centurione auditae sunt* Berg.

Quum in forum venisset, manipulariis suis dixerat] *in foro* Boenderm. Hinc *manipularis* Berg. a m. 1. *manipularibus* Voss. 2. 3. 4. et Excerpta Pithoei. Valer. Max. 6, 1, 12. *Tribunum militum a C. Plotio, manipulario milite, jure caesum pronunciavit.*

Sta, miles; hic optime manebimus] *aestimabiles hic optime manebimus* Voss. 2. 3. 4. nisi quod eorum prior *manibus* praeferat, pro *manebimus.*

T. LIVII PATAVINI
LIBER QUINTUS.

I. Pace alibi parta, Romani Vejique in armis 1
erant tanta ira odioque, ut victis finem adesse ad-
pareret. Comitia utriusque populi longe diversa
ratione facta sunt. Romani auxere tribunorum 2
militum consulari potestate numerum. octo, quot

§. 1. *Pace alibi parta*] *parata* Florent. Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Portug. quae horum vocabulorum confusio in codicibus vetustis frequens est. V. infra ad h. lib. c. 6, 1. Supra 1, 19, 3. *Pace terra marique parta.* ubi similiter in quibusdam scriptis peccabatur. 2, 26, 4. *In magna jam spe undique partae pacis.* 3, 19, 1. *Pace parta inflare tum tribuni.* 21, 60, 4. *Nec pax modo apud eos, sed societas etiam armorum parta est.* Mox *victis finem esse*, pro *adesse*, Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde verbum *iussit* deficit in Voss. 1.

§. 2. *Octo, quot numquam antea, creati*] Discrepat hic a tabulis Capitolinis historia Liviana, quae octo tribunos militum, insolito prius numero, nobis exprimit, censores ejus anni tribunis adjungens. Nescio quosnam in hoc sequatur auctores. M. Camillum et M. Postumium [Albinum] non tribunos milites, sed censores hoc anno fuisse, et lustrum Urbis XVI. condidisse, ex fragmento Fastorum Capitolinorum haud dubie cognoscimus. Quibus etiam suffragatur non solum Plutarchus, qui censuram Camilli ante alios suos magistratus omnes describit [in ejus vit. p. 129.] sed etiam Valerius Maximus 2, 9, 1. M. Camillum et M. Postumium in censura conjungens, referensque cum Plutarcho, eos primum censores edicto populum Romanum ad matrimonia coëgisse, et aera poenae nomine eos, qui viduas sprevissent, et ad senectutem caelibes pervenerant, deferre in aerarium jussisse. Unde lex illa, quam l. 3. [de Legib. 3.] inter alias ad censurae munus pertinentes recitat Cicero: *Caelibes esse prohibento;* viduarum turbam vetans, civitati praesertim frequentibus armis exhauriendae perniciosam. Plutarchus idem fere scribit, additque, Camillum emolumento fuisse, consuluisseque reipublicae, quod orphanos, qui prius immunes erant, ad tributa pendenda compulerit. PIGH. in Annal. ad ann. CCCL. p. 209. Quem Livius

numquam antea, creati, M.' Aemilius Mamercinus iterum, L. Valerius Potitus tertium, Ap. Claudius

secutus sit, octo tribunos consulares hoc anno constitutos narrans, mihi quoque ignotum est. Interim tamen aliis etiam persuasum fuisse, interdum octonos tales tribunos Romae creatos esse, sive in ea re Livio, sive aliis prioribus scriptoribus fides habita sit, constat ex oratione Claudii in tabula aerea apud Gruter. p. DII. col. 1. *QUID. IM . . . . URIS* (forte supplendum *QUID. IN. PLURIS.*) *DISTRIBUTUM. CONSULARE. IMPERIUM. TRIBUNOSQUE. MILITUM. CONSULARI. IMPERIO. APPELLATOS. QUI. SENI. ET. SAEPE. OCTONI. CREARENTUR.* Quin et plures, quam senos, adeoque octonos, uno anno electos fuisse constabit ex Pomponio JCto, secundum verisimilem virorum doctorum conjecturam, in l. 2. §. 25. ff. de Orig. Jur. *Hique* (nempe tribuni militum) *constituti sunt vario numero: interdum enim seni fuerunt, interdum plures, nonnumquam pauciores.* Ubi v. Ampliss. Corn. van Bynkersh. Ceterum *quod numquam*, pro *quot*, Leid. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et nonnullae veterum edd. quomodo alibi etiam librarios lapsos esse, infra indicabo ad 44, 1, 1. Mutato etiam ordine *creati antea* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 3. *ante creati* Lovel. 4.

M. Aemilius Mamercus iterum] Lege *M'. Aemilius Mamercinus iterum.* Sic enim scriptum est in primo et tertio hujus tribunatu Capitolino, et apud Diodorum [l. 14. p. 415.] SIG. Ante hunc annum duo tantum ex gente Aemilia tribunatum consularem consecuti sunt, alter anno CCCXVII. supra 4, 16, 8. qui *Mam. Aemilius* dictus est, et hoc loco indicari nequit; alter biennio ante lib. praec. cap. ult. quidem in aliis codd. *C. Aemilius*, in aliis *Cn. Aemilius*, in aliis, ut et in multis edd. *M. Aemilius* vocatur, sed, ut ibi vidimus, omnino *M'. Aemilius* vocandus est. Idem ergo praenomen nunc in secundo tribunatu eidem quoque reddendum est, licet hic omnes codd. praeferant *Marcus*, vel *M. Aemilius*. Vetustissimae editionum, quas vidi, habent proxime veram lectionem *Martius Aemilius*. Locus quidem Diodori a Sigonio laudatus non est integer. Praefert enim *Μάνιος Κλώδιος*. Supplendus est autem hoc modo *Μάνιος Αἰμύλιος, Ἄππιος Κλώδιος* vel *Κλαύδιος*. Interim tamen recte Aemilii praenomen *Manius* inde adstruitur. Passim *Manius* sive *M'.* et *Marcus* sive *M.* in Mstis ignorantia librariorum confundi infra v. ad 27, 25, 2. Praeterea *Mamercus* est in omnibus scriptis. Verum id non cognomen, sed praenomen est. Recte igitur Sigonius monuit legendum *Mamercinus*, idque non tantum ex primo et tertio ejus tribunatu Capitolino confirmatur, sed etiam ex hoc secundo. Licet enim Fasti in nomine ejus laceri ad nos pervenerint, supersunt tamen ultimae literae *IN. II.* id est *MamercIN secundum.* Passim male librarii *Mamercus*, pro *Mamercinus*, scripserunt. V. infra ad 8, 12, 4. Mox *Licinius Valerius*, pro *L. Valerius*, perperam Leid. 2. *Lucinius Valerius* Lovel. 1. Deinde *M. Quintilerius Varrus* inepte Haverk. *Varrus* etiam est in Lovel. 2. 4. et Florent.

M. Julius Tullus] Scriptores Capitolinorum tribunatuum *L.*

Crassus, M. Quinctilius Varus, L. Julius Julus, M. Postumius, M. Furius Camillus, M. Postumius

Julium Julum vocant. Diodorus item (l. 14. p. 415.) *Λούκιον Ἰούλιον Ἴουλον*. SIG. Julio huic *Marci* praenomen tribuunt apud me Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 5. Harlej. ambo, Portug. Haverk. et Fragm. Hav. quod recte Pighius in Annal. ad ann. CCCL. p. 209. genti Juliae insuetum dicit. In cognomine magis variatur. *Tullus* vocatur in solo Leid. 1. *Albinus* in Florent. cujus librarius duorum postremorum nomina *M. Furius Camillus, M. Postumius Albinus* omisit. *Publius* in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 5. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo manus secunda interpolavit *Rullus*. Et ita est in Voss. 1. Lovel. 1. Harlej. utroque, Haverk. omnibusque editis usque ad Frobenium, qui anno 1531. *Tullus* substituit. *Rulus* in Lovel. 4. proxime verum. Recte enim etiam hic Sigonius *Julus* restituit. In eo tamen erravit, quod eum ita etiam a Diod. vocari existimet. Is enim omnium, quos hoc anno memoravit, tribunorum cognomina omisit, adeoque tantum etiam habet *Λεύκιος Ἰούλιος*. Ceterum Sigonii, *L. Julius Julus* legentis, emendationem probari auctoritate codd. Oxoniensium B. L. 1. 2. et C. auctor est Hearne.

M. Postumius] Ita constanter omnes scripti et editi, pro quo Fasti Capitolini substituunt *M. Furium Fusum*. Diodor. l. l. *Μάρκον Φούριον*. An itaque hic alios auctores Livius secutus est? Id tanto verisimilius videtur, quod Fasti Capitolini, et, si supra proposita conjectura placet, etiam Diod. Sicul. tantum sex, Livius octo tribunos militares consulari potestate hoc anno numerent.

M. Furius Camillus, M. Postumius Albinus] Nemo est, qui non M. Furium Camillum tribunum militum, hunc esse putet, qui post Dictator Gallos Urbe expulit. Ita eos sentire, argumento est, quod et *tertium* et *septimum* tribunum hunc posthac contra auctoritatem veterum librorum scripsere, hunc annum numerantes. Errare autem eos ostendam, si prius tribunatus Camilli, prout in vulgatis habent libris, apposuero.

An. CCCLII. M. Furius Camillus cum M. Postumio Albino unus ex octo [hoc loco.]
CCCLIV. M. Furius Camillus iterum [hoc lib. c. 10.]
CCCLVII. M. Furius Camillus tertium [hoc lib. c. 14.]
CCCLXI. M. Furius Camillus, sine nota numeri, Faliscos vicit [hoc lib. c. 26.]
CCCLXX. M. Furius Camillus, sine nota numeri, Sutrium recipit [l. 6, 6.]
CCCLXXII. M. Furius Camillus quintum [l. 6, 18.]
CCCLXXV. M. Furius Camillus septimum [l. 6, 22.]

Quae, malum, est ista emendatorum inscitia, qui, si septem tribunatus Camilli numerarunt, non anno CCCLXXII. *sextum* correxerint, pro *quintum?* Itaque quoniam Camillus in libris veteribus invenitur esse tribunus militum anno CCCLVII. *iterum*, non *tertium*, et CCCLXXV. *sextum*, non *septimum*: quoniam item Plutarchus anno CCCLVII. cum Capenatibus eum pugnasse tribunum militum *τὸ δεύτερον*, non *τὸ τρίτον*, ait [in Camill. p. 130.] quo anno uterque prodigium Albani lacus exponit, et anno CCCLXXV. eundem Camil-

3 Albinus. Vejentes contra taedio annuae ambitionis, quae interdum discordiarum caussa erat, regem creavere. Obfendit ea res populorum Etruriae animos, non majore odio regni, quam ipsius regis. gravis

lum *sextum* tribunatum gessisse narrat [p. 148.] non *septimum*: quo anno L. Furium collegam infestum habuisse uterque tradit. Praeterea vero quoniam inter Capitolinos hujus anni tribunos non *M. Furius Camillus* numeratur, sed *M. Furius Fusus*. *Camillus* autem cum *M. Postumio Albino* censuram hoc anno gessisse scribitur, propterea non videtur esse dubitandum, quin principium tribunatuum Camilli non ab hoc anno, sed ab anno CCCLIIII. ducamus, quo anno aperte apparet, insignem illum Camillum in magistratu fuisse; hoc autem anno non illum, sed alium *M. Camillum* minus strenuum tribunatum gessisse dicamus, quippe qui nihil in magistratu gessisse tradatur. Quare ita dispone et corrige:

An. CCCLII. M. Furius Camillus alius a Dictatore.
CCCLIV. M. Furius Camillus, qui post Dictator.
CCCLVII. M. Furius Camillus II.
CCCLXI. M. Furius Camillus, sine nota numeri.
CCCLXX. M. Furius Camillus, sine nota numeri.
CCCLXXII. M. Furius Camillus V.
CCCLXXV. M. Furius Camillus VI.

SIG. Sigonium hic erraſſe, pluribus evicit Cel. Jac. Perizon. in Animadv. Hiſtor. c. 2. p. 43. et seqq. Omnis quaeſtio eo redit, non utrum Camillus revera septies tribunus militum consulari poteſtate fuerit? sed potius, an Livius, sive vere, sive falso, sibi persuaserit, eum septies hunc magiſtratum geſſiſſe, eumdemque numerum adminiſtrati honoris in scriptis superſtitibus ipsi tribuerit? Nihil itaque huc faciunt teſtimonia Plutarchi, quibus inprimis innititur Sigonius. Is enim in alia, quam Livius, opinione fuit. Praeterea Sigonius, ut doceat, Livium a Plutarcho non diſſentire, ac probet, eum Camillo tantum sex tribunatus militum adscribere, M. Furium Camillum hujus anni tribunum consularem a celebri Camillo diversum fuiſſe ſtatuit, et forte illum eſſe, qui in Faſtis Capitolinis *M. Furius Fusus* vocatur: deinde duo vel tria Livii loca emendat, unum ex conjectura, duo reliqua, ut contendit, auctoritate vet. lib. Verum notandum est, id quod jam supra Pighius monuit, Livium, octo tribunos militum memorantem, duos censores, quos eum magiſtratum hoc anno obtinuiſſe, indicant marmora Capitolina, inter illos numeraſſe. Ex his censoribus unius Poſtumii Albini, ultimo loco inter tribunos militum apud Livium memorati, nomen integrum servant faſti illi marmorei hoc modo: POSTUMIUS. L. F. A. N. ALBINUS. REGILLENSIS L. F. XVI. Nomen autem collegae ejus simul cum ipsius Poſtumii praenomine in iisdem Faſtis temporum injuria intercidit. Fuisse tamen penultimo loco a Livio memoratum M. Furium Camillum, conſtat ex Valer. Max. qui 2, 9, 1. Camillum et Poſtumium in censura col-

gravis jam is antea genti fuerat opibus superbia- 4
que, quia sollemnia ludorum, quos intermitti ne-
fas est, violenter diremisset: quum ob iram repul- 5
sae, quod suffragio duodecim populorum alius sa-
cerdos ei praelatus esset, artifices, quorum magna

legas recenset. Jam autem, Camillum censorem fuisse celebrem illum Camillum, colligi potest ex Plutarch. in vit. Camilli p. 129. ubi ipsum in censura idem constituisse narrat, quod Valer. Max. Camillo et Postumio adscribit: ut adeo pateat, Livium, pro censore Camillo eumdem tribunum consularem producentem, nullum alium, quam Gallorum victorem, intelligere potuisse. Et sane in historia horum temporum quatuor tantum Camilli obcurrunt. Primus est M. Furius Camillus, saepius tribunus consularis et dictator, qui patriam ex potestate Gallorum eripuit. Secundus et tertius sunt duo ejus filii, L. Camillus bis dictator et consul, et Sp. Camillus, qui primus Romae praetor creatus est. Quartus denique est L. Camillus, Marci ex filio Spurio nepos, bis consul. Praeter hos alium M. Camillum, a priori diversum, fingere, magna est temeritas. Erat etiam in eo, quod *M. Furium Fusum* in Fastis Capitolinis, et *M. Furium Camillum* a Livio memoratum eumdem hominem putet; nam jam antea dictum est, Livium hic alios annales secutum esse, quam auctores fastorum Capitolinorum secuti sunt; praecipue autem inter alia in unius tribuni consularis nomine dissensisse; et loco *M. Postumii*, quem Livius hoc anno in summo magistratu fuisse dicit, in Fastis recenseri *M. Furium Fusum*. Denique secundum eam sententiam, quam veriorem esse puto, longe minori mutatione in Livio opus est, quam si Sigonium sequamur. Sigonius enim infra hoc lib. c. 10, 1. ubi M. Furius Camillus *iterum* tribunus militum dicitur, expungit vocabulum *iterum*; tum c. 14, 6. pro *tertium* legit *iterum*, et denique 6, 22, 5. τοῦ *septimum* substituit *sextum*. Contra secundum meam sententiam unus tantum mutandus est locus 6, 18, 1. ubi vox *quintum* servari nequit. Et sane plures sunt codices, qui vel eam vocem non agnoscunt, vel ejus loco praenominis Quincti notam *Q.* tantum praeferunt, ut ibi videndum erit.

§. 3. *Taedio annuae ambitionis, quae interdum discordiarum caussa erat, regem creavere*] *taedio annuo ambitionis* Harlej. 2. Deinde *ambitionis interdum seditionis caussae erant, regem creavere* Portug. In margine deinde emendatur *ambitionis, quae interdum discordiarum caussae erant, regem creavere. caussae* etiam praeferunt Voss. 2. et Gaertn. [*creavere. Ea res* Veith.] In verbis sequentibus vox *regis* non adparet in Voss. 2. et Lovel. 2.

§. 4. *Gravis jam is antea genti fuerat*] *gravis jamque is antea* Lovel. 2. *gravisq; jam antea is* Lovel. 4. *graves jam antea is* Harlej. 2. et Haverk. Ad vocem autem *is* in marg. Portug. additur *rex*. [*Gravisque jam is* Veith.] Mox *violentus diremisset* Leid. 2. quod capi posset ut *occultus subsistebat* infra 22, 12, 7. ubi plura dicuntur. Vulgatum tamen ob reliquorum codicum consensum praeferri debet. *dirimisset* Leid. 1. et Hav.

§. 5. *Alius sacerdos ei praelatus*

pars ipsius servi erant, ex medio ludicro repente
6 abduxit. Gens itaque, ante omnes alias eo magis
dedita religionibus, quod excelleret arte colendi
eas, auxilium Vejentibus negandum, donec sub

esset] *alius ei sacerdos* Lovel. 2. et Portug. Paullo ante *tum ob iram repulsae*, pro *quum*, Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. *quum obinde repulsae* Lovel. 4.

Artifices, quorum magna pars ipsius servi erant] Per *artifices* intellige histriones. Infra 7, 2, 6. *Vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum.* Deinde *magna pars ipsius erant servi* Leid. 2. *magna pars ipsi servierant* Hearnii Oxon. L. 2. [*ipsius servierant* Veith.] Alibi saepe librarii duas voces perperam conjunxerunt. V. supra ad 1, 47, 9. et ad 3, 71, 3. Mox verbis sequentibus *adduxit*, pro *abduxit*, Lovel. 4. et 5. [Veith.] V. infra ad 27, 29, 1.

§. 6. *Eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas*] *eo dedita magis* Gaertn. Tum *quod excellet* Leid. 1. errore ex compendio scribendi orto. V. ad 40, 14, 3. *excederet* Leid. 2. qui etiam negligit vocem *eas*. Mox *esse*, pro *essent*, Harlej. 1.

§. 7. *Cujus decreti subpressa fama Vejis*] MSS. O. *suppressa fama est Vejis*. J. FR. GRON. *fama est suppressa Vejis* Voss. 1. Lovel. 1. et Leid. 2. *suppressa fama est Vejis* Florent. Leid. 1. Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. L. 2. N. C. et omnes excusi usque ad Gruterum, qui in postrema edit. verbum substantivum omisit: quod propterea loco suo restitui.

Qui, a quo tale quid dictum referretur] *quia qui tale dictum referret* Harlej. 2. et Portug. *qui a quo tale dictum referetur* Gaertn. *quia quo tale decretum referretur* Haverk. *quia quo tale decretum quid dictum refertur* Lovel. 4. et 5. *quia quo tale dictum referretur* Leid. 2. *qui quo tale quid dictum referretur* Fragm. Hav. a m. 1. *quia quo tale quid dictum referretur* Leid. 1. et Lovel. 2. *qui a quo tale dictum quid referretur* Lovel. 1. et Voss. 1. *qui, a quo tale quid dictum refertur* Voss. 2. *quia quo tale quid dictum refertur* Lovel. 3. *quia a quo tale quid dictum referretur* vett. edd. usque ad Aldum, qui vulgatum primus recepit. Ei autem consentiunt Florent. Harlej. 1. et Klockian. [*tale decretum quod dictum refertur* Veith.]

Pro seditionis eum principe, non novi sermonis auctorem habebat] Scribe, *non vani sermonis auctorem habebat*. RHEN. Ego scripsissem *auctore haberet*. Vetus etiam editio servat *quia a quo* etc. ut potuerit fuisse, *quia a quo* etc. *auctore habendum*. GRUT. Longe aliter olim edidit Campanus *seditionis eum principem, non vani sermonis auctorem habebat*. GEBH. Scribe *auctore*: pendet enim a praepositione. 4, [54, 7.] *Patres contra, non pro communicatis, sed pro amissis honoribus, fremere.* Est vero *auctor* hic idem, qui nuncius. Ut 10, [14, 3.] *Ab Sutrio legati, auctores, concilia Etruriae populorum de petenda pace haberi.* Caeterum omnes visae nobis edd. vett. And. Bec. Ven. Tar. Mog. usque ad Curionem *novi sermonis*. Quod haud scio, an non retineri debuerit. Neque enim tam vanus ac falsus, quam novus iste rumor foret. Alterum est a Rhenano, et

gravis jam is antea genti fuerat opibus superbia- 4
que, quia sollemnia ludorum, quos intermitti ne-
fas est, violenter diremisset: quum ob iram repul- 5
sae, quod suffragio duodecim populorum alius sa-
cerdos ei praelatus esset, artifices, quorum magna

legas recenset. Jam autem, Camillum censorem fuisse celebrem illum Camillum, colligi potest ex Plutarch. in vit. Camilli p. 129. ubi ipsum in censura idem constituisse narrat, quod Valer. Max. Camillo et Postumio adscribit: ut adeo pateat, Livium, pro censore Camillo eumdem tribunum consularem producentem, nullum alium, quam Gallorum victorem, intelligere potuisse. Et sane in historia horum temporum quatuor tantum Camilli obcurrunt. Primus est M. Furius Camillus, saepius tribunus consularis et dictator, qui patriam ex potestate Gallorum eripuit. Secundus et tertius sunt duo ejus filii, L. Camillus bis dictator et consul, et Sp. Camillus, qui primus Romae praetor creatus est. Quartus denique est L. Camillus, Marci ex filio Spurio nepos, bis consul. Praeter hos alium M. Camillum, a priori diversum, fingere, magna est temeritas. Erat etiam in eo, quod *M. Furium Furum* in Fastis Capitolinis, et *M. Furium Camillum* a Livio memoratum eumdem hominem putet; nam jam antea dictum est, Livium hic alios annales secutum esse, quam auctores fastorum Capitolinorum secuti sunt; praecipue autem inter alia in unius tribuni consularis nomine dissensisse; et loco *M. Postumii*, quem Livius hoc anno in summo magistratu fuisse dicit, in Fastis recenseri *M. Furium Furum*. Denique secundum eam sententiam, quam veriorem esse puto, longe minori mutatione in Livio opus est, quam si Sigonium sequamur. Sigonius enim infra hoc lib. c. 10, 1. ubi M. Furius Camillus *iterum* tribunus militum dicitur, expungit vocabulum *iterum*; tum c. 14, 5. pro *tertium* legit *iterum*, et denique 6, 22, 5. pro *septimum* substituit *sextum*. Contra secundum meam sententiam unus tantum mutandus est locus 6, 18, 1. ubi vox *quintum* servari nequit. Et sane plures sunt codices, qui vel eam vocem non agnoscunt, vel ejus loco praenominis Quincti notam *Q.* tantum praeferunt, ut ibi videndum erit.

§. 3. *Taedio annuae ambitionis, quae interdum discordiarum caussa erat, regem creavere*] *taedio annuo ambitionis* Harlej. 2. Deinde *ambitionis interdum seditionis caussae erant, regem creavere* Portug. In margine deinde emendatur *ambitionis, quae interdum discordiarum caussae erant, regem creavere. caussae* etiam praeferunt Voss. 2. et Gaertn. [*creavere. Ea res* Veith.] In verbis sequentibus vox *regis* non adparet in Voss. 2. et Lovel. 2.

§. 4. *Gravis jam is antea genti fuerat*] *gravis jamque is antea* Lovel. 2. *gravisq; jam antea is* Lovel. 4. *graves jam antea is* Harlej. 2. et Haverk. Ad vocem autem *is* in marg. Portug. additur *rex*. [*Gravisque jam is* Veith.] Mox *violentus diremisset* Leid. 2. quod capi posset ut *occultus subsiflebat* infra 22, 12, 7. ubi plura dicuntur. Vulgatum tamen ob reliquorum codicum consensum praeferri debet. *dirimisset* Leid. 1. et Hav.

§. 5. *Alius sacerdos ei praelatus*

8 Romanis etsi quietae res ex Etruria nunciabar
tamen, quia omnibus conciliis eam rem ag
adferebatur, ita muniebant, ut ancipitia munir
9 ta essent: alia in urbem et contra oppidano
eruptiones versa: aliis frons in Etruriam

bat decretum Etruscorum; ideoque, ne homines de eo hiscere auderent, illum, qui rem nihilominus Vejis divulgare auderet, graviori poena, neque tali, quae in rei vanae auctorem statui, sed qua seditionis princeps puniri solet, adficiebat. *Vanum* autem tum accipio pro falsum. Supra 4, 13, 9. *Ne cujus incerti vanique auctor esset.* 1, 51, 6. *Id vanum nec ne sit, extemplo sciri posse.* Ubi etiam vide. Praeterea vox *sermonis* deficit in Leid. 1. Lovel. 2. 4. 5. et in Portug. a m. 1. in quo posteriore ad marginem a m. 2. adscriptum *sermonibus.* quemadmodum in margine Lovel. 2. *sermonis.* Potest ea vox abesse; hic tamen potius negligentia librarii omissa est, quod non obscure inde colligi potest, quod in iisdem illis codd. pro *non vani* scriptum sit *non vanis*, *novanis*, et *nova vis*; quarum vocum fini, ut jam dixi, adcrevit prima litera sequentis *sermonis.* ipsa autem vox *sermonis* deinde neglecta est ob similitudinem syllabae finientis *nis.* Recte vero Gronovius monet, *auctorem* hic poni pro nuncio, qui rem narrat. Supra 1, 16, 5. *Gravis, ut traditur, quamvis magnae rei auctor.* ubi plura vide. 4, 13, 9. loco modo laud. et eodem cap. §. 10. *Quae res consulem non auctorem solum desideraret, sed etiam vindicem.* 10, 26, 10. *Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non superesset, quidam auctores sunt.* 28, 25, 1. *Quum alios nuncios exspectarent, neque superveniret quisquam, tum primi auctores requiri coepti.* 29, 32, 10. *Inde van ctor absumti Masinissae ad rediit.* Ovid. Epist. 14. He 109.

Ultima quid referam, q mihi cana senectus
Auctor? dant a ni, quo rar, ecce, mei.

Justin. 11, 2, 8. *Macedonum tas omnes cum rege copias a ballis adfirmaverit, produ concionem auctore, qui in eo lio, in quo rex ceciderat, se q vulneratum diceret.* Denique nulli codd. adsentiant an editt. *quia a quo* praeferent ut patet ex illis, quae ad praecedentia dicta sunt, *bebat* etiam cum Grutero *bendum* mutandum non exi [*pro seditionis cum princ. no autorem* Veith.]

§. 8. *Romanis etsi quietae Etruria nunciabantur*] Scrib Palat. duobus *quietae res E nunciabantur.* GEBH. Praep *ex* deest etiam in Voss. 2. et L 3. quam reliqui omnes serva suadent. Alibi tamen pr sitionem nominibus regi non addi, verum est. V. ad 33, 41, 6. Praeterea R Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. lej. 2. et Portug. Quae le mutata distinctione, recipi est: *Romani, etsi quietae Etruria nunciabantur, tame ita muniebant.* Optimi tamen stant pro vulgato. Ita sup 3, 15. *Civis Romanus si sit be, praecisa consulatus spes* nempe, eidem civi. Ita h

rege essent, decrevit. cujus decreti subpressa fama 7
est Vejis propter metum regis; qui, a quo tale quid dictum referretur, pro seditionis eum principe, non vani sermonis auctorem, habebat.

Campanum edidisse audio: et, si placet, memineris, *vanum* non pro falso, sed pro irrito, quem tyrannus ille nihil ad se pertinere, nihil sibi nocere posse putaret, quem tamquam verba ventis data acciperet, intelligendum. I. FR. GRON. *auctore*, ut Grutero et Gronovius scribendum concinerunt, ex in Voss. utroque, Lovel. a m. 2. (*auctoritate* habebat a m. 1.) Lovel. 3. Leid. 2. et Gaertn. Verum ita Livius potius praepositionem *pro* repetiisset, *pro principe*, non *pro auctore*, ut in exemplo, quod Gronovius laudavit. V. ad 6, 28, 6. *seditionis eum principem*, ut Campanus edidit, profert ex Neapolit. Latinius; cujus Lectorum ita dedisse videtur, quod displicuerit, aliam constructionem in priori, aliam in posteriori membro adhiberi, licet utrumque ex eodem verbo penderet. Clare id ostendit lectio, quae in quibusdam vett. editt. superest, *pro seditionis eum principem*. Ita autem editur Mediol. anno 1480. et 1495. in utraque Tarvisina, et alibi. Veneti deinde restituerunt anno 1495. *pro seditionis eum principe*: quod verum esse puto. Id servant etiam ex meis Flor. Leid. 1. Harlej. uterque, Lovel. 2. 4. 5. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Klockian. Neque ullam diversitatem scripturae Hearne ex codd. suis produxit, licet et conjecturae Gronov. et lectionis libri Neapolit. meminerit. Quibus recepta lectio displicuit, non satis ad consuetudinem Livii adtenderunt, qui, quacumque ratione potuit, orationem variare solitus est. *habebat eum pro principe*, *non habebat eum auctorem* eodem modo dictum est, quo *nihil referre*, *ipsi coram*, *an ad praesidium nunciaretur* 36, 3, 9. *Gergithum addiderunt*, *non tam ob recentia ulla merita*, *quam originum memoria* 38, 39, 10. quo utroque loco alia plura notantur. Doujatius quidem, si vulgatum servetur, nihil fore, quod sive in sententia sive in constructione argui possit, contendit; sed nec ipse tamen satisfecit. Nam inverso parumper verborum ordine hunc sensum constituendum arbitratur; *eum non vani sermonis auctorem* (id est, eum, licet non esset auctor vani sermonis, tamen) *pro seditionis principe habebat*. Deinde *non novi sermonis* omnes priscae edd. *non vani* autem *sermonis*, quod Rhenanus reponendum judicavit, non Curio, sed demum Basileenses anno 1555. ac Sigonius eodem anno primi in contextum receperunt. Et ita praeferunt Voss. uterque, Lovel. 1. 2. Harlej. uterque, Klockian. et Fragm. Hav. eodemque ducunt plerorumque reliquorum codicum vestigia; nam *non vanis* habet Portug. in fine vocis *vanis* repetita prima litera vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. Simili errore *novanis*, pro *nō vanis*, est in Leid. 1. *nova vis* in Lovel. 2. 4. et 5. At *non navi*, literis transpositis, legit Haverk. *non varii* Leid. 2. sollemni errore librariorum, qui infinitis locis *vanus* et *varius* commutarunt. V. ad 22, 7, 4. Solus Gaertn. praefert *non nova vis*, pro *non vani sermonis*. *Vanus* autem et *novus* saepe inter se confunduntur. V. ad 37, 42, 1. Hic vero *non vani* genuinum judico. Rex Vejentium subprime-

8 Romanis etsi quietae res ex Etruria nunciabantur, tamen, quia omnibus conciliis eam rem agitari adferebatur, ita muniebant, ut ancipitia munimen-
9 ta essent: alia in urbem et contra oppidanorum eruptiones versa: aliis frons in Etruriam spe-

bat decretum Etruscorum; ideoque, ne homines de eo hiscere auderent, illum, qui rem nihilominus Vejis divulgare auderet, graviori poena, neque tali, quae in rei vanae auctorem statui, sed qua seditionis princeps puniri solet, adficiebat. *Vanum* autem tum accipio pro falsum. Supra 4, 13, 9. *Ne cujus incerti vanique auctor esset.* 1, 51, 6. *Id vanum nec ne sit, extemplo sciri posse.* Ubi etiam vide. Praeterea vox *sermonis* deficit in Leid. 1. Lovel. 2. 4. 5. et in Portug. a m. 1. in quo posteriore ad marginem a m. 2. adscriptum *sermonibus.* quemadmodum in margine Lovel. 2. *sermonis.* Potest ea vox abesse; hic tamen potius negligentia librarii omissa est, quod non obscure inde colligi potest, quod in iisdem illis codd. pro *non vani* scriptum sit *non vanis*, *novanis*, et *nova vis*; quarum vocum fini, ut jam dixi, adcrevit prima litera sequentis *sermonis.* ipsa autem vox *sermonis* deinde neglecta est ob similitudinem syllabae finientis *nis.* Recte vero Gronovius monet, *auctorem* hic poni pro nuncio, qui rem narrat. Supra 1, 16, 5. *Gravis, ut traditur, quamvis magnae rei auctor.* ubi plura vide. 4, 13, 9. loco modo laud. et eodem cap. §. 10. *Quae res consulem non auctorem solum desideraret, sed etiam vindicem.* 10, 26, 10. *Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non superesset, quidam auctores sunt.* 28, 25, 1. *Quum alios nuncios exspectarent, neque superveniret quisquam, tum primi auctores requiri coepti.* 29, 32, 10. *Inde vanus auctor absumti Masinissae ad regem rediit.* Ovid. Epist. 14. Heroïd. 109.

Ultima quid referam, quorum mihi cana senectus
Auctor? dant a vi, quod querar, ecce, mei.

Justin. 11, 2, 8. *Macedonum deletas omnes cum rege copias a Triballis adfirmaverit, producto in concionem auctore, qui in eo proelio, in quo rex ceciderat, se quoque vulneratum diceret.* Denique quum nulli codd. adsentiant antiquis editt. *quia a quo* praeferentibus, ut patet ex illis, quae ad verba praecedentia dicta sunt, τὸ *habebat* etiam cum Grutero in *habendum* mutandum non existimo. [*pro seditionis cum princ. nova vis autorem* Veith.]

§. 8. *Romanis etsi quietae res ex Etruria nunciabantur*] Scribe cum Palat. duobus *quietae res Etruria nunciabantur.* GEBH. Praepositio *ex* deest etiam in Voss. 2. et Lovel. 3. quam reliqui omnes servandam suadent. Alibi tamen praepositionem nominibus regionum non addi, verum est. V. infra ad 33, 41, 6. Praeterea *Romani* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 2. et Portug. Quae lectio, mutata distinctione, recipi potest: *Romani, etsi quietae res ex Etruria nunciabantur, tamen* etc. *ita muniebant.* Optimi tamen codd. stant pro vulgato. Ita supra 4, 3, 15. *Civis Romanus si sit ex plebe, praecisa consulatus spes erit.* nempe, eidem civi. Ita hic *ita*

ctans auxiliis, si qua forte inde venirent, obſtruebatur.

II. Quum spes major imperatoribus Romanis in 1
obsidione, quam in obpugnatione, eſſet; hibernacula etiam, res nova militi Romano, aedificari

munibat, nempe, iidem Romani.

Quia omnibus conciliis eam rem agitari adferebatur] *qua omnibus* Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. *quia qua omnibus*, utraque lectione iuncta, Lovel. 2. Deinde *concilio* Leid. 1. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. et Haverk. V. supra ad 4, 61, 1. Hinc *agitari eam rem* Lovel. 4.

Ita munibant, ut ancipitia munimenta esset] *ita munebant* Lovel. 4. [Veith.] *ita vivebat* Portug. *munimenta* autem *ancipitia* inluſtrat Cronovius infra ad 30, 33, 15.

§. 9. *Alia in urbem et contra oppidanorum eruptiones versa; aliis frons*] Vide genus hoc dicendi, ut mutatum; *alia*, mox *aliis*. Neque enim *aliis* cum *auxiliis* conjungendum. GLAR. Glareanus notat hunc locum, ut vitiosum, sine causa. Nihil enim habet mendi, quamquam obscuritatis non parum. †„Glareanus non „dicit locum vitiosum, sed mu„tatum dicendi genus, id quod „verum est; nec mendi ullam „facit mentionem. Imo Sigonius „hic fatetur, obscuritatis non „parum huic adesse loco." †Romani, inquit, cum ad Vejos castra haberent, etsi nunciabantur civitates res ex Etruria, ita ut subsidia eos ab Etruscis adjutum iri non timerent, tamen muniebant ita, ut una munimenti fronte Vientium eruptionem ex urbe impedirent, altera auxiliis, si qua ab Etruscis forte venirent, aditum obſtruerent. Sic enim post Appius loquitur [c. 5, 5.] *Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes, si qua inde auxilia veniant, opposuere.* Ergo recte ait: ancipitia munimenta erant, alia erant in urbem versa, aliis frons spectans in Etruriam opponebatur auxiliis, si qua forte inde venirent. SIG. *in urbe* Harlej. 2. *in urbem et contra in oppidanorum eruptiones* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Deinde *alii frons* Flor. et Voſſ. 1. pro quo in margine poſterioris emendatur *alia frons*. et ita est in Lovel. 3. et Leid. 2. *aliis factos* habet Harlej. 2.

Auxiliis, si qua forte inde venirent, obſtruebatur] *auxilia* manu recenti emendatur in Flor. *in auxiliis* habent Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et quaedam ex vett. edd. [*si quae forte* Veith.] Hinc *τὸ inde* deest in Lovel. 2. et in contextu Portug. ubi tamen a m. 2. adscriptum est margini. Ejus loco *ivit* habet Lovel. 5. Tandem *observabantur* Flor. a m. 1. in quo deinde litera *n* erasa est. *obſtruebantur* Leid. 1. Lovel. 4. 5. Harlej. 1. Portug. et Gaertn. [Veith.] Neque aliter exhibent Voſſ. 1. et Fragm. Hav. ita tamen, ut in iis literae *n* adjecta sit nota, quae librariis index eſſe solet, aliquid delendum eſſe.

§. 1. *In obpugnatione esset, hibernacula etiam, res nova*] *in obpugnatione esse, hibernacula et jam, res nova* Gaertn. *Τὰ etiam* atque *et jam* alibi saepe commutantur. V. supra ad 1, 47, 9. In praecedentibus vox *Romanis* deficiebat in Lovel. 2.

coepta: consiliumque erat, hiemando continuare
2 bellum. quod postquam tribunis plebis, jam diu
nullam novandi res cauſſam invenientibus, Romam
est adlatum, in concionem prosiliunt, sollicitant
3 plebis animos, *Hoc illud esse* dictitantes, *quod aera*
militibus sint conſtituta. nec se fefelliſſe, id donum ini-
4 *micorum veneno inlitum fore. Veniſſe libertatem plebis:*
remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab re-

§. 2. *Nullam novandi res caussam invenientibus Romam est adlatum*] *novandi nullam res caussam* Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *in Vejentibus* Florent. Lovel. 4. et Gaertn. *Vejentes* ac *venientes*, item *in Vejentibus* et *invenientibus* saepe in Mſtis commutantur. V. ad 4, 52, 7. *munientibus* Lovel. 4. Deinde vox *Romam*, quam omnes scripti agnoscunt, exsulat a vetuſtis edd. Primus Aldus eam recte recepit. Tandem *illatum* Gaertn. *allata* Lovel. 5.

§. 3. *Hoc illud esse dictitantes*] *Hic illud esse* Portug. *Hoc bellum esse* Oxon. N. in margine apud Hearnium. Livius in praefat. *Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre.* 36, 17, 7. *Hic is est, qui nihil memorabilius toto tempore hibernorum gesserit.* ubi quaedam vide. Cicero de Senect. 20. *Hoc illud est, quod Pisiſtrato tyranno a Solone responsum est.* (* v. Burm. ad Petr. 93. p. 582.) Deinde *dictantes* Voſſ. 1. et Lovel. 1. ac 3. Male. V. supra ad 3, 20, 8.

Aera militibus sint conſtituta. nec se fefellisse, id donum] *conſtituta sint* Voſſ. 2. et Harlej. 2. *conſtituta sunt* Lovel. 3. Tum *se* deficit in Lovel. 1. quod excidit ob similitudinem literarum initialium vocis sequentis. Praeterea *donum id* Haverk. Mox *veneno militum*, pro *veneno inlitum*, Portug. Lovel. 2. a m. 1. et Lovel. 4. ac 5.

§. 4. *Venisse libertatem plebis, remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab republica*] *Veniisse* Portug. a m. 2. Supra 2, 14, 4. *Ea deinde venisse, bonaque Porsenae adpellata.* Infra 38, 58, 11. *In pace crimen quaeri. eam dici venisse.* Vulgo tamen nunc editur in Epit. Liv. l. 55. *Seſtertio nummo veniit.* (* v. ad 21, 51, 2.) Tum *remotum* Gaertn. Hinc *allegatam* Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Alibi ita nonnumquam peccarunt librarii. V. supra ad 4, 58, 12. Rectum est *ablegatam.* V. ad 7, 13, 8. Poſtea *ab urbe, ab republica*, omiſſa copula, Lovel. 5. V. ad 3, 68, 4. Hic tamen, reliquis codd. voculam *et* servantibus, nihil mutandum censeo. *ab urbe et a republica* Lovel. 2. et Gaertn. *ab urbe et ab re pre* Fragm. Hav. An voluit librarius *ab re patriae?* Sed vulgatum verius est.

Jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere, ac domos et res invisere suas] *jamve hiemi* Haverk. Deinde *ac domos ac res invisere* Florent. Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Vir doctus ad mar-

publica juventutem, jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere, ac domos et res invisere suas. Quam putarent continuatae militiae caussam esse? nullam profecto aliam inventuros, quam ne quid per frequentiam juvenum eorum, in quibus vires omnes plebis essent, agi de commodis eorum posset. Vexari praeterea et subigi multo acrius, quam Vejentes. quippe illos hiemem sub tectis suis agere, egregiis muris situque naturali urbem tutan- 5 6

ginem edit. Curionis conjecerat scribendum *aut domos et res invisere.* Sed praestat *ac domos*, in quod scripti et editi consentiunt.

§. 5. *Quam ne quid per infrequentiam juvenum eorum*] *infrequentiam* plerique habent codices, quod etiam excusari potest; praesertim si *per* pro *propter* accipiatur. Ego tamen *frequentiam* magis probo, quod quidam emendarunt. GLAR. Vocula *quam* non est in Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. et Gaertn. [Veith.] Eadem etiam a m. t. exsulat a Fragm. Hav. ut et a contextu Portug. tantum margini ejus postea adscripta. Deinde *per frequentiam* omnes scripti, (nisi quod librarii lapsu *per frequentium* sit in Haverk.) omnesque edd. vett. *per infrequentiam* demum inveni in Venetis annorum 1510. 1513. 1516. et 1530. Qui autem ita ediderunt, non videntur intellexisse locutionem *agere aliquid per frequentiam*, vel *per infrequentiam aliorum*, id est, quum frequentes vel infrequentes adessent, in eorum frequentia vel infrequentia. Exempla supra v. ad 2, 23, 12. ubi etiam hunc locum laudavi. Sed in eo excudendo operae per errorem dedere *per infrequentiam*. Infra 7, 18, 10. *Per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt.* Eodem sensu *per* accipi debet supra 3, 16, 4. *Mansuetum id malum, et per aliorum quietem malorum semper exoriens.* Similiter *per lacrimas*; de quo v. Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. 1, 767. *per tenebras* apud Ovid. Epist. 4. Her. 141.

Non tibi per tenebras dabitur reseranda mariti
Janua.

per noctem Justin. 1, 8. *Cyrus reversus per noctem saucios obpriuit.* c. 10. *Per noctem deinde equum, pridie constitutum diem, ad eumdem locum ducit.* Paullo ante *continuatae militiae*, transpositis vocibus, Lovel. 4.

In quibus vires omnes plebis essent, agi de commodis eorum posset] *in quibus jure omnes* Haverk. *in quibus vires plebis omnes* Gaertn. Tum *de commodis posset eorum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 6. *Egregiis muris situque naturali urbem tutantes*] At non cives ita tutantur urbem, sed ipse situs. Et sic voluit Livius. Scribe *tutante.* c. 6. *Urbium plerasque munitionibus ac naturali situ inexpugnabiles.* JAC. GRON. Non necessaria est emendatio. Utrumque rectum est, *muri et situs tutantur urbem*, et *cives tutantur urbem muris et situ.* Liv. 26, 45.

em Romanum in opere ac labore, nivibus prui-
rutum, sub pellibus durare, ne hiemis quidem
quae omnium bellorum terra marique sit quies,
ponentem. Hoc neque reges, neque ante tribu-
potestatem creatam superbos illos consules, neque
ictatoris imperium, neque inportunos decemviros
sse servitutis, ut perennem militiam facerent, quod

ipsa sese defensabant. Cae-
3. Gall. 15. *Facile se loci*
defensuros dicunt urbem.
3. Gall. 10. *Castra munitio-*
videbat posse defendi. Cur-
, 3. *Interiorem quoque mu-*
ut, si prior fefellisset, eo
rentur, undique orsi. DUK.
ac. Perizonius in margine
sui monuit, si quid mutan-
sit, potius se *tutantibus* le-
lum censere: saepe enim ul-
am syllabam *es* vel *eis* pro *ibus*
rari. Conspirant tamen om-
codd. in vulgatam lectionem,
am satis fero. Vejentes *tuta-*
ntur, id est, tuebantur, urbem
n tam corpora obponendo pro
lute patriae, quam munimento
situ naturali. Supra 2, 30, 9.
ocoque magis, quam armis, freti,
ummis se jugis montium tutaban-
ur. 3, 42, 4. *Persecutis hostibus*
usquam se aequo certamine com-
mittentes, natura loci ac vallo, non
virtute aut armis, tutabantur. Paul-
lo ante vox *hiemem* adscripta erat
marg. Portug. in contextu defi-
ciebat. [*egregiis villis situque*
Veith.]

§. 7. *Nivibus pruinisque obru-*
tum] *Tò nivibus* deficit in princi-
pibus, quas vidi, editt. Primus
eam vocem recepit Aldus, quam
etiam servant omnes codices.
Deinde *pluviisque* Klockian. Ma-
le. Infra hoc lib. c. 6, 3. *Venan-*
di studium ac voluptas homines per
nives ac pruinas in montes silvasque
rapit. Cic. Orat. 2. Catil. 10. *Quo*
autem pacto illi Apenninum, atque
illas pruinas ac nives perferent?
2. de Nat. Deor. 10. *Quae neque*
conglaciaret frigoribus, neque nive
pruinaque concresceret. V. Han-
neg. ad Avian. Fab. 29, 1.
Sub pellibus durare, ne hiemis
quidem spatio etc. *arma deponen-*
tem] Livius 37, [39, 2.] *Aut sub*
pellibus habendos milites esse, aut,
si concedere in hiberna vellent, dif-
ferendum esse in aestatem bellum.
et Cicero in Lucullo [2.] *Ut non*
multum imperatori sub ipsis pelli-
bus otii relinquatur. His hiberna-
cula vel tabernacula pellibus con-
tecta significantur. Siquidem te-
cta castrensia tabernacula vocan-
tur, licet tentoriis aut pellibus
contegantur, aut fiant. Unde *con-*
tubernales vocati sunt, auctore
Festo [v. *Contubernalis.*] Ex hoc
loco *hiberna* et *hibernacula* inter
se differre, et quid differant, in-
telligitur. SIG. Florus 1, 12. *Tunc*
primum hiematum sub pellibus.
Tacit. 14. Ann. 38. *Contractus de-*
inde omnis exercitus, sub pellibus
habitus est ad reliqua belli perpe-
tranda. Videndus est etiam Tur-
nebus 7. Advers. 1. Klockius ad
marginem adscripserat locum Festi in voce *Adtubernalis.* *Unde et-*
iam tecta castrensia, quamvis pel-
libus tegantur, tabernacula tamen
dicuntur. [*deponentium* Veith.]

§. 8. *Hoc neque reges* etc. *neque*
inportunos decemviros injunxisse ser-

:a cum contentione summa patricios explere soli-
ne jam octojuges ad imperia obtinenda ire; et ne

Voces *neque* reges desunt
ent. inertia scribae, cui
e τοῦ *neque* fraudi fuit.
, 11, 11. Tum hoc etc. *in-*
servitui Harlej. 2. Lo-
. [Veith.] et Portug. a m. 1.
maxisse servitutis a m. 2.
rvitutis deest in Gaertn.
servitutis, ut *hoc solatii*
, 13, 13. *Perdito tamen af-*
ficto sibi hoc in miseriis so-
u. ubi plura vide. Prae-
importunos decemviros Lo-
inoportunos decemvi-
id. 1. Lovel. 1. et Haverk.
Liv. 29, 17, 20. *Quae cru-*
ni atque importunissimi ty-
rum in obpressos cives edunt.
1, 8. *Postremo Superbi il-*
ortuna dominatio nonnihil,
f plurimum, profuit. (* Cic.
cat. 15.)

Quidnam illi consules dicta-
facturi essent, qui precon-
imaginem] *Quodnam* Leid.
dictatoresne Haverk. *di-*
sne, perperam distinctis
, Harlej. 1. Sed corru-
vide. Mox *id accedere*, pro *acci-*
dere, Lovel. 5. V. ad 21, 10, 12.
Hinc *ubi plebejo*, pro *ulli plebejo*,
Haverk. [*locum* omittit Veith.].

§. 10. *Antea trina loca cum con-*
tentione summa patricios explere
solitos] *Ante an trina loca* Florent.
Ante trina loca Gaertn. et editi
vetusti. Aldus deinde vulgavit
Antea, quod est in reliquis scri-
ptis. *terna loca* Lovel. 5. et Haverk.
tribuna loca Voss. 2. et Lovel. 3.
Tum *cum contione* Florent. V. su-
pra ad 4, 6, 4. Deinde *ex plebe*,
pro *explere*, Haverk.

Et ne in turba quidem haerere
plebejum] *haerere* quid sibi hoc lo-
co velit, ipse propemodum hae-
reo. *Turbam* autem vocat octo
tribunos militum consulari po-
testate, quot numquam antea crea-
ti fuerant. GLAR. *Haerere* quid
sibi hoc loco velit, ipse prope-
modum haereo, inquit Glarea-
nus. Cicero ostendet in Vatinium
5. *Quaero abs te, teneasne memo-*
ria, cum P. Sextius quaestor sit



11 *in turba quidem haerere plebejum quemquam: qui, si nihil aliud, admoneat collegas; liberos, et cives eorum, non servos, militare, quos hieme saltem in domos ac*
12 *tecta reduci oporteat: et aliquo tempore anni parentes liberosque ac conjuges invisere, et usurpare libertatem,*
13 *et creare magistratus.* Haec taliaque vociferantes adversarium haud inparem nacti sunt Ap. Claudium, relictum a collegis ad tribunicias seditiones compri-

Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cera manum, summoque in margine versus adhaesit.

Sed ad sententiam Terentius Eunucho [5, 9, 24.]

— — — perfice hoc
Precibus, pretio, ut haeream in parte aliqua tandem apud Thaïdem.

M. Seneca controv. 28. *Non potest filia tam angustè paternis tabulis adhaerere, quas aut totas possidere debet, aut totas perdere.* Martialis 9. Ep. 49.

— — conviva nec ultimus haesi.

J. FR. GRON. *hre* Lovel. 1. et 4. Simile compendium deinde caussa exstitisse videtur, ut perperam scriberetur *habere*, pro *haerere*, in Lovel. 5. et Hearnii Oxon. N. [Veith.] Solent autem ea verba et alibi in Mstis commutari. V. ad 29, 4, 8.

§. 11. *Admoneat collegas, liberos et cives eorum, non servos, militare*] *amoveat* Gaertn. *admoveat* Lovel. 5. et Haverk. V. infra ad 9, 38, 12. Tum *liberos cives eorum, et non servos* Harlej. 2. et Haverk. Paullo ante *τὸ qui* deerat in Florent. Sed interceptum est a praecedentis ultima syllaba *quam*. Tale exemplum etiam supra habuimus 2, 7, 10.

§. 12. *Usurpare libertatem, et creare magistratus*] Hic folium unum vel alterum periit in Fragm. Hav. et demum incipit iterum infra c. 10, 4. Ceterum *supra ve libertatem* est in Lovel. 3. Tum *ac creare magistratus* in Voss. 1. et Leid. 2.

§. 13. *Haec taliaque vociferantes adversarium haud inparem nacti sunt*] *Haec itaque vociferantes* Hearnii Oxon. B. *Haec et alia vociferantes* Harlej. 2. *Haec aliaque vociferantes* Lovel. 2. 4. Gaertn. Haverk. et apud Hearnium L. 1. et C. quod forte non inprobandum. Supra 1, 50, 7. *Haec atque alia eodem pertinentia seditiosus facinorosusque homo quum maxime dissereret.* Infra 29, 1, 25. *Haec aliaque dicendo non populares modo, sed Ausetanos quoque, vicinam gentem, concitat.* Ita Gronovius ex Mstis restituit, pro *taliaque*. V. etiam, quae ad eum locum notantur. Voces hae saepe in Mstis turbari solent. V. infra hoc lib. ad c. 5, 6. et Glarean. ad 10, 10, 6. Adde viros doctos ad Suet. Aug. 43. Sed nec vulgatum temere spernendum. Similiter enim Tacit. 11. Ann. 24. *His atque talibus haud permotus princeps statim contra disseruit.* Tum *aversarium* Portug. Deinde *nati sunt* Klockian.

Relictum a collegis] Non tamen

mendas; virum inbutum jam ab juventa certaminibus plebejis: quem auctorem aliquot annis ante 14
fuisse memoratum est, per collegarum intercessionem, tribuniciae potestatis dissolvendae.

III. Is tum jam, non promtus ingenio tantum, 1
sed usu etiam exercitatus, talem orationem habuit:
Si umquam dubitatum est, Quirites, utrum tribuni ple- 2
bis vestra, an sua, caussa seditionum semper auctores

nam; uti adparet ex iis, quae scribit Livius c. 7. *Senatusconsultum factum est, ut tribuni militari concione advocata peditibus equitibusque gratias agerent:* sed cum aliis relictum, ut solum ex omnibus maxime idoneum comprimendis seditionibus tribunicis. DUK. *relictum ab collegis* Haverk. *relictum ad collegas* Lovel. 4. *relictum a collegio* Lovel. 5.

Inbutum jam ab juventa certaminibus plebejis] *jam juventa* Lovel. 5. *ab a juventa* Portug. et Guerin. *jam ubi certaminibus* Voss. 1. in quo *jam ab*, id est *ante*, *certaminibus* inter versus adscriptum est, quod exstat in contextu Lovel. 1. *jam certaminibus* Leid. 2. Praeterea *certaminibus plebis* Voss. 2. et Lovel. 3. In fine cap. *dissolvendae*, pro *dissolvendae*, Harlej. 1.

§. 1. *Is tum jam non promtus ingenio tantum*] *Is cum jam non promtus* Voss. 2. Lovel. 3. et Portug. a m. 1. *Ille jam non promtus* Florent. et Neapolit. Latinii. *Is tum jam*, Lovel. 4. et 5. V. ad 21, 17, 5. De particulis *tum jam*, sive ordine inverso, ut saepe observavi, *jam tum*, v. supra ad 1, 41, 7. Mox trajectis vocibus *sed et usu exercitatus* Lovel. 4. *sed et usu exercitatus*, Harlej. 2. Haverk. et prisci excusi usque ad Aldum, qui dedit *usu etiam*, quomodo etiam praeferunt reliqui scripti; nisi quod *etiam* desit in Lovel. 5. et *exercitus* habeat Florent. de quo v. ad 27, 44, 6.

§. 2. *Si umquam dubitatum est, Quirites*] *dubitatum est quis* Leid. 1. *dubitatum est cur* Klock. pro quo in margine *dubitatum est quin* pro varia lectione adscribitur. *dubitatum est a quin* Voss. 1. in cujus ora alia adpicta est scriptura *dubitatum est a Quiritibus*. Et hoc modo praeferunt Leid. 2. et Lovel. 1.

Vestra, an sua, caussa seditionum semper auctores fuerint] Lege ὑφ' ἓν *semper-auctores*, hoc est sempiterni. De quo v. Animadversiones nostras ad Propertii 1. Eleg. 18, 15.

Ut tibi sim merito semper furor.

Hoc noto, ut arguam scripturam Palat. secundi, immutantis in deterius *seditionum auctores semper fuerint*. Infra c. 42. *Nec ullum erat tempus, quod a novae semperciadis alicujus spectaculo cessaret.* GEBH. Similiter etiam Gebhardus ad d. loc. Propertii accipiebat illud Livii in praefat. *Dum novi semper-scriptores aut in rebus certius aliquid adlaturos se, aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt.* Ceterum Palat. secundo concinunt hic Lovel. 5. et Haverk. Neque multum inter-

fuerint, id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo.
3 *et quum laetor, tandem longi erroris vobis finem factum esse, tum, quod secundis potissimum vestris rebus hic error est sublatus, et vobis, et propter vos reipublicae*
4 *gratulor. An est quisquam, qui dubitet, nullis injuriis*

esse puto, utro ordine verba legantur. Receptum tamen non muto ob reliquorum, et inter eos optimorum, codicum consensum. Quamvis autem figura illa ὑφ' ἓν crebro cum particula *semper* obcurrat, ut Voss. multis exemplis docet 5. Instit. Orat. 4, 6. eam tamen non ubique quaerendam arbitror. Certe necesse non est, ut ad eam hoc loco recurramus, quum commodissime τὸ *semper* ad verbum *fuerint* referri possit; ut apud Tibull. 1. El. 1, 5.

Nec Spes destituat, sed frugum semper acervos
Praebeat.

Ubi non jungendum *semper-acervos*, sed *semper praebeat.* apud Livium 6, 40 9. *Quae tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis habeamus.* ubi similiter jungi debent voces *semper habeamus.* multo minus eo recurrendum est supra apud Liv. in Praefat. §. 2. Non enim adsequor, quid ibi notaret *semper-scriptores.* In hac figura nimius ubique fuit Gebh. V. etiam supra ad 2, 52, 7. Insuper *vestra ac sua caussa* Lovel. 5. Tum *seditionis semper auctores* Harlej. 2. et Haverk. sed accusationi Appii magis convenit numerus pluralis, quem servant alii omnes. Deinde *auctores fuerunt* Leid. 2.

Id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo] Pronomen *ego*, quod in scriptis constanter exstat, non adparet in edd. vett. Primus id recepit Aldus. Praeterea *dedisse* habet Leid. 1. *desiisse* Leid. 2. Male. V. infra ad 9, 46, 3.

§. 3. *Et quum laetor, tandem longi erroris*] *etenim laetor* Leid. 2. *et tum laetor* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. et Haverk. V. ad 6, 23, 3. Mox *vobis l finem facturum esse* Lovel. 5.

Tum, quod secundis potissimum his vestris rebus hic error est sublatus] Ablativus *his* a quopiam additus est. Nec enim in Borbetomagensi codice habetur. RHEN. Τὸ *his* servant Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] *hiis vestris* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *is vestris* Leid. 1. Lovel. 2. et Klockian. *iis vestris* Lovel. 5. Adsentior tamen Rhenano id pronomen delenti, quod non agnoscunt Florent. Voss. 2. Lovel. 3. Harlej. 1. Gaertn. et editiones principes. Primus Aldus contextui adjecerat. Alio etiam ordine *quod potissimum secundis* praefert Harlej. 2. Mox *et propter vos, et reipublicae*, addita voce, Harlej. 2. *et propter vos rep.* Lovel. 5.

§. 4. *An est quisquam, qui dubitet, nullis injuriis vestris*] Legendum omnino est *ullis.* quod et vis τῆς διανοίας, et haec verba ostendunt, *si quae umquam.* Ridendus vero hoc loco Gallicus interpres vetus. T. FABER. Contra Doujatius, adversatus Fabro, contendit; non posse hoc loco demta negatione idoneum sensum ex mente auctoris confici; necessario itaque legendum esse *an est quisquam, qui dubitet*, sive qui nesciat, *nullis umquam*, aut, quod eodem redit, numquam ullis *injuriis vestris aeque offensos* etc. Clariss. vero Ant. Perizonius,

vestris, si quae forte aliquando fuerunt, umquam aeque, quam munere Patrum in plebem, quum aera militantibus constituta sunt, tribunos plebis obsensos ac concitatos esse? quid illos aliud aut tum timuisse creditis, aut 5 *hodie turbare velle, nisi concordiam ordinum, quam*

servato τῷ *nullis*, pro *umquam*, malebat *numquam*. Miror hic viros doctos haesisse. *Aeque offensos nullis injuriis* capiendum est, ac si dixisset, *non aeque offensos ullis injuriis*. Plaut. in Epid. 2, 3, 1.

Nullum esse opinor ego agrum in agro Attico
Aeque feracem, quam hic est noster Periphanes.

Ita *nemiem eorum per Italiam ire liciturum*, pro non liciturum, quemquam eorum ire per Italiam, infra est 42, 36, 6. ubi vide, quae notantur. *nullis* et *umquam* in omnibus scriptis et editis constanter insersunt, nisi quod *in illis*, pro *nullis*, praeferant Voss. 1. et Lovel. 3. Praeterea *an est quisq. qui* habet Leid. 1. *an est quisquam qui* Haverk. Deinde *vestris* ἔρις, sive *nostris*, Lovel. 2. id furet a nobis inlatis: quo sensu infra obcurrit hoc lib. c. 54, 3. *Etsi minus injuriae vestrae, quam meae calamitatis, meminisse poset.* id est, injuriae a vobis inlatae. Terent. Heaut. 1, 1, 85. *Carens patria ob meas injurias.* Hic tamen vulgatum servo; *vestris* enim exstat in reliquis omnibus codd. *Injuriae vestrae* autem sunt vobis inlatae, quas vos perpessi estis. Ita Sall. in Jug. 14. *Incertus, quid agam; tuasne injurias persequar, ipse auxilii egens.* c. 20. *Existumans, dolore permotum Adherbalem injurias suas magis persecuturum.* quo utroque loco v. Cort. (* Liv. 1, 13, 1. *quarum ex injuria.*) Ceterum *mirariis* Voss. 1. cujus margini tamen adjectum est, alios legere *erariis*, vel *injuriis*.

Si quae forte aliquando fuerunt] Video diversam etiam lectionem quibusdam placuisse, *si quae forte aliquando inciderunt*. RHEN. Plerique manu et typis descripti constanter praeferunt *fuerunt*. In Florent. tantum est, duplici lectione recepta, *inciderunt fuerunt*; sed in Lovel. 4. *fuere*. in Lovel. 1. et Leid. 2. *fuerint*, qui posterior mox addita voce *quum nunc munere* praefert.

Constituta sunt, tribunos plebis offensos ac concitatos esse] *constituta sint* Voss. 2. Deinde *offensos et concitatos* editi ante Aldum, qui primus *ac concitatos* vulgavit, consentientibus scriptis. Insuper τὸ *esse* deficit in Leid. 2. Paulo ante *militibus*, pro *militantibus*, Lovel. 4. Male. Infra hoc cap. §. 7. *Utrum militantium adversarii estis, an caussam agitis?* c. 4, 1. *Nunc de ipsa conditione militantium dicere libet.* Ita στρατευόμενος pro στρατιώτης apud Sueton. in Tib. 21. *Inter tot rerum difficultates καὶ τοσαύτην ἀποθυμίαν στρατευομένων.* Dion. Hal. 8. Ant. p. 541. *Ἀργύριον εἰς τοὺς ὀψωνιασμοὺς τῶν στρατευομένων ἀναλοῦσαι.* Lucas in Evang. 3, 14. *Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι.* Similia praesertim apud Poëtas frequenter obcurrunt. V. Vechner. Hellenol. l. 1. part. 2, 9. p. 119.

§. 5. *Quid illos aliud aut tum timuisse creditis*] *quod illos* principes excusi; pro quo Ascensius

dissolvendae maxime tribuniciae poteſtatis rentur eſſe.
6 *Sic, hercule, tamquam artifices inprobi, opus quaerunt, qui et ſemper aegri aliquid eſſe in republica volunt, ut*

anno 1513. *quid illos* subſtituit. Neque aliter in scriptis inveni. Tum *quid illos autem alios timuisse* Lovel. 5. *quid illos aliud autũ timuisse*, neglecta unius literae *t* repetitione, et duabus vocibus in unam contractis, Leid. 1. Hinc factum, ut *quid illos aliud aut*, id est, *autem timuisse* datum sit in Gaertn. quod ipsum totidem literis est in Lovel. 4. Ex eo iterum natum *quid illos aliud aut timuisse*, ut praeferunt Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. et Portug. Potest tamen illud *tum* etiam interceptum eſſe a primis literis vocis sequentis *timuisse*. *quid illos ante timuisse* se in Neapolitano reperiſſe teſtatur Latinius. [*quid illos autem aliud timuisse* Veith.] Mox τὸ *nisi* exsulat a Leid. 2.

Quam dissolvendae maxime tribuniciae poteſtatis rentur esse] Non dubito, quin scripserit Livius, *quam dissolvendae maxime tribuniciae poteſtati rentur esse*. ut sit loquendi modus crebro obvius apud hunc auctorem. Sic et libro proxime superiori [c. 35, 9.] *Experiundam rem denique in uno alterove esse, sitne aliquis plebejus ferendo magno honori*. Item infra hoc lib. [c. 6, 15.] *Etsi prodendae patriae dissolvendaeque reipublicae est*. RHEN. Quidam *caussam* intelligunt, ut sit sensus, quam concordiam rentur eſſe cauſſam diſſolvendae poteſtatis tribunitiae. Quidam, pro genitivo *poteſtatis*, dativum *poteſtati* reſtituerunt, quod placet. Nam verbum *sum* saepe hunc habet casum. GLAR. In vetuſtis plerisque libris legitur *poteſtatis* in casu gignendi, non *poteſtati*. Quam lectionem probat Rhenanus, non intelligens usitatam hanc locutionem hiſtoricis eſſe, ut dicant, *Esse alicujus rei faciendae*, pro pertinere ad rem illam faciendam. Sic loquitur 3, [39, 8.] *Quod unum exaequandae libertatis esset*. Et 39, [16, 9.] *Nihil aeque dissolvendae religionis esse*. Et Salluſtius in concione Lepidi [in fragm. l. 1. Hiſt.] *Et omnia retinendae dominationis honeſta aeſtimet*. Et Livius 27, [9, 12.] *Ea prodendi imperii Romani, tradendae Annibali victoriae esse*. Ergo *poteſtatis* retinendum. SIG. Eleganter hic quidem Sigonius, et subservit alter Voſſianus, quo nunc primum incipio uti. Alter tamen, Helm. Buslid. Rott. Chifletianus subscribunt Borbetomagensi, et habent *poteſtati*. J. FR. GRON. *dissolvend maxime et tribuniciae* Portug. *dissolvendae maxime et tribuniciae* Leid. 2. et Lovel. 1. quomodo etiam est in contextu Voſſ. 1. pro quo in margine emendatur *dissolvendae maximum tribuniciae*. quod praefert Gaertn. *solvendae maxũ et tribuniciae* Blockian. Deinde *tribuniciae poteſtati rentur esse* praeter Voſſ. 1. habent etiam Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 4. et Gaertn. ut supra 2, 5, 4. *Ut tam eminens area, firmaque templis quoque ac porticibus suſtinendis esset*. c. 9, 6. *Divites conferrent, qui oneri ferendo essent*. 10, 5, 5. *Satis fretus, esse etiam nunc tolerando certamini legatum*. 30, 6, 3. *Ea modo, quae reſtinguendo igni forent, portantes*. Reliqui tamen mei servant alteram lectionem *tribuniciae poteſtatis rentur esse*, quod Hearnio etiam obvium fuit in Oxon. L. 1. 2. et C. et Latinio in Neapolit. Id autem recte Sigonius exponit, eam pertinere rentur ad dissolvendam tribuniciam poteſtatem. Ita

ut, ad cujus curationem a vobis adhibeantur. Utrum 7
enim defenditis, an inpugnatis plebem? utrum militantium adversarii estis, an caussam agitis? Nisi forte

supra 3, 24, 1. *Clamant fraude furi, quod foris teneatur exercitus; frustrationem eam legis tollendae esse.* c. 31, 7. *Legum latores et ex plebe et ex Patribus, qui utrisque rebus fierent, quaeque aequandae libertatis essent, sinerent creari.* ubi *aequandae libertati* legendum esse existimat is, qui nuper in Belgio Terentium commentariis suis inlustratum in lucem emisit publicam, in addend. ad Ter. Adelph. 2, 1, 29. Sed ad eumdem lapidem obfendit, ad quem etiam hoc loco Rhenan. Omnes enim, quos consului, codd. constanter ibi receptam scripturam uno ore tuentur. 30, 9, 4. *Pro ut quisque, quae diutinae obsidionis tolerandae sunt, ex agris conferre.* Ita legendum ex Msto Florent. esse, ibidem videbimus. 34, 54, 5. *Omnia discrimina talia et concordiae et libertatis aeque miscendae esse.* ubi plura vide. Sallust. in Catil. 6. *Regium imperium initio conservandae libertatis atque augendae reipublicae fuerat.* ubi v. Cl. Cortium, et ad Jugurth. 88. Hanc itaque posteriorem lectionem cum Sigonio priori praeferendam puto. [*potestatis eam reatur esse* Veith.]

§. 6. *Hoc, hercule, tamquam artifices improbi, opus quaerunt*] Scribe, *Sic, hercule, tamquam artifices improbi.* RHEN. *Hoc, g, sive ergo,* Lovel. 5. *Hoc, hercle* Lovel. 4. [Veith.] *Hoc, hercule* Lovel. 2. Portug. Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et C. *Hoc sic, hercule*, utraque lectione adoptata, Gaertn. Sed recte Rhenanus *Sic, hercule* probavit, quomodo etiam obferunt edd. principes. *Tò Hoc* primus Aldus receperat. Deinde *tam artifices improbi* Klockian. *tamquam artifices probandi improbi* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Qui et semper aegri aliquid esse in republica volunt] Muretus delet *tò qui*: ut sit, *tamquam artifices improbi, opus quaerunt: et semper aegri.* J. FR. GRON. *Tò qui* servant omnes nostri. Sed *etiam*, pro *et*, habet Haverk. Deinde *aegri* deficit in Leid. 2. *esse* in Harlej. 2. et Haverk. Sed, ordine mutato, *in republica esse* legit Lovel. 4. Mox *a nobis adhibeantur* Lovel. 2. *ab nobis adhibeantur* Haverk.

§. 7. *Utrum enim defenditis, an inpugnatis plebem*] *Utrum autem defenditis* Leid. 2. Deinde *aut inpugnatis* Portug. sollemni errore scribarum, qui saepius has particulas confundere soliti sunt. Exempla v. supra ad 4, 7, 7. infra 7, 30, 10. 8, 21, 6. (*9, 42, 9. 21, 4, 3.) et apud Cortium ad Sallust. Jug. 14, 17. ubi idem error bis obcurrit. Omnia autem haec verba deficiunt in Florent. Ceterum *defendentis an inpugnantis* praefert Lovel. 5. Mox *militantium estis adversarii* Gaertn.

Nisi forte hoc dicitis, Quidquid Patres faciunt, displicet] *haec dicitis* Lovel. 2. *hoc agitis* Leid. 2. ut videri posset librarius scribere voluisse *aïtis*. Sed potius est, ut dicamus, illud *agitis* in mente ejus haesisse ex praecedenti periodo. Deinde *quid Patres faciunt* Harlej. 2. per scribarum negligentiam omissa syllabae repetitione. *quidquid faciunt Patres* Portug.

hoc dicitis, Quidquid Patres faciunt, displicet; sive
8 *illud pro plebe, sive contra plebem est. Et, quemadmodum servis suis vetant domini quidquam rei cum alienis hominibus esse, pariterque in iis beneficio ac maleficio abſtineri aequum censent: sic vos interdicitis Patribus commercio plebis; ne nos comitate ac munificentia noſtra*

Sive illud pro plebe, sive contra plebem est] Ita primus edidit Sigonius, in prioribus Scholiorum editionibus monens, se eam lectionem in vet. lib. reperiſſe. Verum id Scholion poſtea in edit. anni 1592. omiſſum est. Antea vulgatum fuerat *sive illud pro plebe, seu contra plebem est. Seu τοῦ sive* recte subjungi poſſe, infra dicam ad 10, 14, 9. Hic tamen Sigonio consentio, quod omnes Mſti, etiam illi, quibus utor, ſtant ab ejus lectione. Ultimum *est* exsulat a Lovel. 2.

§. 8. *Et, quemadmodum servis suis vetant domini quidquam rei cum alienis hominibus esse*] Insere *quum* adverbium, quod omiſſum est. *Et, quemadmodum quum servis suis vetant domini.* RHEN. Illud *quum* eodem loco insertum exhibent Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. 5. Klockian. Portug. Gaertn. apud Hearnium Oxon. L. 1. et C. atque omnes excusi ante Aldum, qui primus omisit. Et sane diligentius ad sensum adtendenti patebit, id omnino recipiendum non eſſe. Praeterea *servis sui vetant domini* Haverk. *servis vetant domini*, voce omiſſa, Harlej. 2. Deinde *cum omnibus alienis esse* Haverk. Sed *omnes* et *homines* infinitis locis commutari solent. Vide, quae notantur supra ad 3, 54, 6. [*cum aliquibus hominibus esse* Veith.]

Beneficio ac maleficio abſtineri, aequum censent] *beneficio et maleficio* Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *aequum esset* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. et Portug. a m. 1. qui *aequum censent esse* a m. 2. praefert: quod etiam inveni in Lovel. 4. *aequum est* in Lovel. 5. *aequum esse censent* in Harlej. 2. Verum non tantum *τὸ esse* modo praecessit, sed codicum illa inconſtantia, ut et optimorum dissensu, id a mala manu eſſe evincitur.

Sic vos interdicitis Patribus commercio plebis] Iſtam lectionem in margine annotatam reperio. Verum antiquior habet, *sic vos interdicto Patribus commercio plebis*, subaudi, *facitis*. Quae sententia neutiquam est huic similitudinis accommodationi inconveniens. RHEN. Placet satis: neque tamen valde improbo, quod Rhenanus adnotat ex Borbet. *interdicto*. Subaudi non, quod ille vult, *facitis*: id enim durum: sed ex praecedenti commate, *aequum censetis, ne* (scilicet quod sequitur) *nos munificentia noſtra provocemus plebem.* J. FR. GRON. *sic vos interdicto Patribus commercio plebis* in solo apud me est Haverk. minimae auctoritatis codice; quare eam etiam lectionem probare nequeo. *sic nos interdictis Patribus commercia plebis* habet Voſſ. 2. *sic vos interceditis Patribus commercio plebis* Harlej. 2. *sic vos interceditis Patribus commercium plebis* Hearnii Oxon. N.

nostra provocemus plebem, nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit. Quanto tandem, si quidquam in vo- 9
bis, non dico civilis, sed humani esset, favere vos magis, et, quantum in vobis esset, indulgere potius comitati Patrum atque obsequio plebis oportuit? quae si per- 10
petua concordia sit, quis non spondere ausit, maximum hoc imperium inter finitimos brevi futurum esse?

in margine. *commercia* ejusdem C. et Lovel. 3. 4. atque Harlej. 1. Utrumque genus loquendi *interdicere Patribus commercio* et *commercium* probum, atque quum apud Livium, tum apud optimos scriptores, in usu est. Prius apud Livium 8, 14, 8. *Interdictumque mari Antiati populo est.* 41, 23, 6. *Qui regibus Macedonum Macedonibusque ipsis finibus interdixissemus.* Cic. de Senect. 7. *Quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet.* qui et saepe alibi ita loquitur. Val. Max. 3, 5, 2. *Ei Q. Pompejus praetor urbanus paternis bonis interdixit.* 8, 6, 1. *Postulavit, ut patri suo bonis, tamquam ea dissipaturi, interdiceretur.* Quinctil. 6. Instit. Orat. 3. p. 535. *In hac quidem pugna forensi malim mihi levibus interdicere.* et p. 554. *Quod ei domo sua Proculejus interdixisset.* Pluribus etiam locis ita locuti sunt Tacitus, et passim JCti antiqui. Alterum apud Livium 34, 7, 3. *Feminis dumtaxat purpurae usum interdicemus.* Valer. Max. 2, 7, 9. *Interdixit etiam ei convictum hominum usumque balneorum.* V. insuper Gronov. ad Senec. Epist. 18. et doctos interpretes ad Nason. 6. Met. 332. Quum tamen pro vulgato fient meliores codices, illud etiam verius esse nullus dubito. [*ne vos comitate* Veith.]

Nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit] *nec nobis plebs* editi vetusti usque ad Aldum, qui seriem atque ordinem vocabulorum inmutavit. Cum Aldo autem faciunt omnes calamo exarati. *nec plebs vobis* perperam habet Haverk. [*ne plebs nobis* Veith.] Tum *obediens sit* Gaertn. sollemni errore, cui caussam praebuit similitudo ductuum, quibus literae *s* et *f* formari solent. Vide, quae notavi ad Silii Ital. 9, 335. Similes errores obcurrunt supra 3, 9, 5. infra hoc lib. c. 11, 7. c. 27, 6. 6, 3, 5. c. 37, 4. et 7. c. 40, 3. 8, 22, 10. (*21, 61, 2. 34, 49, 10.) et alibi. Voces *nec plebs* omittebantur in Florent.

§. 9. *Si quidquam in vobis, non dico civilis, sed humani esset, favere vos magis*] *si quidquid in vobis* Harlej. 2. Deinde *fovere* idem Harlej. 2. Lovel. 4. et Gaertn. [Veith.] Sed solent interdum negligentia scribarum ea verba in codd. vetustis confundi. V. N. Heins. ad Claudian. bell. Gild. 245. Tum *vos* deficit in Lovel. 2. cujus loco *nos* perperam legunt Lovel. 4. et 5. [Veith.] Voces *non dico civilis, sed humani esset, favere vos magis, et, quantum in vobis* omittuntur in Lovel. 3. et Leid. 2. Repetitio τῶν *in vobis* hujus erroris caussa fuit. [*in nobis* Veith.] Paullo ante *Quanto tã*, id est *tamen*, Lovel. 2. V. ad 22, 2, 11. Mox *indulgere comitati potius* trajectis vocibus est in Gaertn.

§. 10. *Quae si perpetua concordia sit, quis non spondere ausit*] *quod*

1 IV. *Atque ego, quam hoc consilium collegarum meorum, quo abducere infecta re a Vejis exercitum noluerunt, non utile solum, sed etiam necessarium fuerit, postea disseram: nunc de ipsa conditione dicere militan-*
2 *tium libet. Quam orationem, non apud vos solum, sed etiam in castris, si habeatur, ipso exercitu disceptante,*

si perpetua editiones principes: in qua lectione τὸ *quod* eleganter abundat. V. supra ad 2, 29, 8. Primus Aldus postea vulgavit *quae si perpetua*. Et ita praeferunt omnes scripti, nisi quod *ne si perpetua* habeat Gaertn. Tum *concordia* non adparet in Portug. Vir doctus ad marginem edit. Curion. conjecit scribendum *quae si in perpetua concordia sit*. sine caussa. Hinc *respondere* Leid. 2. Denique *possit*, pro *ausit*, Hearnii Oxon. L. 1. *auxit* Lovel. 5.

Maximum hoc imperium inter finitimos brevi futurum esse] *hoc maximum imperium* Gaertn. sed vox *maximum* deficit in Leid. 2. Praeterea *intra finitimos* Voss. 2. quomodo saepe peccarunt scribae. V. infra ad hujus lib. c. 27, 3. Tandem τὸ *esse*, quod omnes scripti servant, exsulat ab editionibus Aldina antiquioribus.

§. 1. *Quo abducere infecta re a Vejis exercitum noluerunt*] Secundus e MSS. Palatinis *abducere infecta re suum a Vejis exercitum noluerunt*. GEBH. Muretus e v. l. *quod*. Ego malim *qui*. J. FR. GRON. *To quo* exsulat ab Harlej. 2. et Lovel. 2. Reliqui mei constanter *quo abducere*, quod neque in *quod*, neque in *qui* mutandum esse, patet ex τῷ *HUC consilium*. Tum *interfecta re* Harlej. 1. qui forte voluit *inperfecta re*, ut supra 1, 54, 7. *Ut re inperfecta redit Gabios*. Sed nihil mutandum. Infra 9, 32, 6. *Ne infecta re abiretur*. 42, 16, 4. *Re infecta redierunt*. Ita *infecta pace* infra 9, 1, 3. 30, 31, 10. 37, 1, 6. et alibi. Deinde *suum exercitum* Lovel. 4. et 5. utraque autem lectione juncta, *suum a Vejis exercitum* Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *ab Vejis exercitum* Leid. 2. Lovel. 1. et Portug. Praeterea *noluerint* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Paullo ante *atqui ego quantum* editt. principes. Nonnumquam particulae *atqui* et *atque* negligentia operarum confunduntur in membranis vetustis. V. supra 3, 52, 8. Adde Cl. Corte ad Sallust. Catil. 52, 31. Licet *atque* pro *atqui* interdum poni, et occupationi inserviens *et vero*, *et tamen* notare, moneat idem Cl. Corte ad Sallust. Jugurth. 4, 3. Iidem librarii alibi etiam in commutandis vocibus *quam* et *quantum* lapsi sunt. V. supra ad 3, 46, 5. et infra hoc lib. c. 5, 9. (* 24, 26, 7.) *quam* tamen hic servandum esse, constat ex illis, quae supra notantur ad 4, 31, 2. Deinde *hoc consilio* male Lovel. 2. 4. 5.

Non utile solum, sed etiam necessarium fuerit, postea edisseram] Malim *disseram*, quod est in volumine Vormaciensi. RHEN. *dissertim* Portug. *deseram* Lovel. 2. *disseram* Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. uterque, Gaertn. Klock. et Haverk. quod ex emendatione Rhenani recepit Frobenius anno 1535. et recentiores servarunt usque ad Gronovium, qui non modo priorem lectionem revocavit, sed eamdem etiam praeferen-

aequam arbitror videri posse. in qua si mihi ipsi nihil, quod dicerem, in mentem venire posset, adversariorum certe orationibus contentus essem. Negabant nuper, dan- 3
da esse aera militibus, quia numquam data essent. quonam modo igitur nunc indignari possunt, quibus aliquid novi adjectum commodi sit, eis laborem etiam no-

dum esse monuit infra ad Liv. 27, 7, 4. Sane *edisserere* Livio familiare esse, patet ex illis, quae d. l. notatur. Sed et *disserere* eodem sensu usus est. Infra 41, 6, 5. *Senatui iis a M. Titinio praetore datis in aede Bellonae ad disserendas res, quas gessissent.* ubi vide, quae dicam. Quum itaque utrumque tueantur optimi scripti, eam etiam lectionem genuinam esse puto, et in contextum recepi. Praeterea *sed necessarium etiam*, verbis trajectis, Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

De ipsa conditione militantium dicere] Ita primus vulgavit Frobenius anno 1535. Priores enim in alium ordinem digestis dictionibus habent *conditione dicere militantium*; quibuscum etiam faciunt Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Klockian. et Haverk. Quare ita etiam edi jussi.

§. 2. *Non apud vos solum, sed etiam in castris*] *To etiam* non est in Haverk. V. supra ad 2, 6, 1. Quia tamen reliqui codd. stant pro vulgata lectione, ejus unius auctoritatem mutandae lectioni non subficere existimo. Mox *videtur posse*, pro *videri*, Florent.

Si mihi ipsi nihil, quod dicerem, in mentem venire posset] *si mihi ipse nihil quidem dicerem* Portug. *mihi ipse* etiam Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 5. Harlej. 1. et Gaertn. Miror, librarios, qui passim hanc elegantiam ferre non potuerunt, eamdem hic admittere voluisse, ubi ei locus esse non potest. *To ipsi* deficit in Lovel. 2.

§. 3. *Quonam modo igitur nunc indignari possunt*] *quemadmodum igitur* Lovel. 4. 5. et Haverk. [Veith.] *quonam igitur non indignari* Lovel. 1. *igitur quonam modo* Leid. 2. qui mox non agnoscit voculam *nunc*. Sed pro ea *numquam* est in Gaertn. *ñ* per compendium in Klockian. Paulloante *aera danda militibus esse* Lovel. 2. *aera danda militibus*, omissa ultima voce, editt. principes. Aldus deinde reposuit *danda esse aera militibus*. Et ita legunt reliqui manu exarati, nisi quod *esset* perperam habeat Haverk.

Quibus aliquid novi adjectum commodi sit] *adjectum commodum sit* Gaertn. *aliquid novi adjecti commodi sit* Harlej. 2. et Haverk. V. ad 2, 57, 3. Verum reliqui codices recte stant pro vulgato. Quid caussae librarii habuerint, ut a recepta lectione abirent, supra vide ad 4, 44, 5.

Eis laboris etiam novum pro portione injungi] Lege *eis laborem etiam novum pro portione injungi*. RHEN. Ita legunt etiam omnes nostri, nisi quod *eis in laborem etiam novum* Lovel. 4. [Veith.] *eis in laborem et novam* Lovel. 5. habeant. Deinde *proportionē injungi* Leid. 1. Lovel. 5. Harlej. 1. et Haverk. Verum primo perperam duae voces coaluerunt; de-

4 *vum pro portione injungi? Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine inpensa opera est. labor voluptasque, dissimillima natura, societate qua-*
5 *dam inter se naturali sunt juncta. Molestе antea ferebat miles, se suo sumtu operam reipublicae praebere: gaudebat idem, partem anni se agrum suum colere; quae-*

inde ultima litera *m*, sive ejus nota literae praecedenti suprascripta, nata est ex prima syllaba vocis sequentis *injungi*. V. supra ad 3, 48, 5. Deinde *pro portione jungi* Harlej. 2. Malc. V. ad 8, 32, 15.

§. 4. *Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine inpensa opera est*] *nec operam* male Florent. Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. et Klockian. Tum *sine emolumento ferme fiet, nec emolumentum ferme sine* Haverk. *sine emolumento ferme fiet, emolumentum sine* Harlej. 2. *sine emolumento ferme sine* Gaertn. Deinde *sine impensa ferme opera* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Labor voluptasque dissimillima natura etc.] Muretus 16. Var. Lect. 1. docet, Socratem, quum paullo post moriturus vinculis ex more solutus esset, idem monuisse apud Platonem. Locus exstat in Phaedone non longe post princ. pag. m. 376. Ἷς ἄτοπον ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ· ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τὸ δοκοῦν ἐναντίον εἶναι, τὸ λυπηρόν· τῷ ἅμα μὲν αὐτῷ μὴ θέλειν παραγίνεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ· ἐὰν δέ τις διώκῃ τὸ ἕτερον καὶ λαμβάνῃ, σχεδόν τι ἀναγκάζεσθαι ἀεὶ λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον, ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἡμμένω δύ' ὄντε. *Quam mirabile videtur id, quod suave homines vocant: et mirabiliter effectum natura erga id, quod ei adversari videtur, molestum: quum ambo quidem simul in homine esse nolint: alterum autem eorum si quis persequatur ac capiat, alterum quoque fere capere cogatur, tamquam ex eodem utraque capite apta ac colligata sint.* Ceterum *dissimilia natura* Leid. 2. Lovel. 1. et Harlej. 2. ut *labor voluptasque dissimilia* dictum sit, quemadmodum *gratia atque honos opportuniora* 4, 57, 6. Praefero tamen vulgatum, quod reliquorum codicum auctoritas firmat. Olim scribebatur *dissimilima*, vel *dissimilia*, unde exigua mutatione factum est *dissimilia*.

Societate quadam inter se naturali sunt juncta] Pall. duo *societate quidem inter se naturaliter sunt juncta*. Andreas edidit *societate quadam inter se naturali sunt innexa*. GEBH. *societate quadam inter se natura* Leid. 1. *societate quadam inter se naturaliter* Lovel. 2. 5. et Portug. [Veith.] Deinde *sunt conjuncta* Haverk. Klock. et Hearnii Oxon. N. Neque aliter a m. 1. fuerat in Voss. 1. Sed syllabae *con* adpictae sunt notae, quibus librarii aliquid delendum indicant. *sunt innexa* non tantum Andreas dedit, sed idem etiam supereſt in aliis, quas vidi, editt. vetustis usque ad Aldum, qui primus *juncta* substituit. Et ita etiam habent reliqui scripti.

§. 5. *Se suo sumtu operam reipublicae praebere*] *se sumtu suo* Leid. 2. Vox *sumtu* a m. 1. aberat a Portug. sed a m. 2. postea ad

rere, unde domi militiaeque se ac suos tueri posset. Gau- 6
det nunc, fructui sibi rempublicam esse, et laetus stipen-
dium accipit. aequo igitur animo patiatur, se ab domo,
ab re familiari, cui gravis impensa non est, paullo diu-
tius abesse. An, si ad calculos eum respublica vocet, 7
non merito dicat? annua aera habes, annuam operam

marginem adscripta est. In verbis praecedentibus *ante* est in edd. Aldi antiquioribus. Is autem *aera* substituit, concinentibus omnibus manu exaratis.

Quod hic idem, partem anni se rem suam colere; quaerere, unde Voces *gaudebat idem* desunt in contextu Portug. quorum loco postea m. 2. ad marginem adscripta est sola *gaudebat:* quae sola etiam extat in Lovel. 2. Sed *gaudebat idem* habet Florent. *gaudebat hinc* Lovel. 4. [Veith.] *gaudebat id est* Leid. 1. quod natum aliquid ex non intellecto compendio *idi*, pro quo librarius divisis vocibus dedit *id ē*. Error hic in libris scriptis frequenter obvenit. Videndi sunt viri docti ad Flori 4, 2, 15. Adde, quae infra notantur ad 6, 14, 12. (* 10, 8, m. 2. 32, 4.) et Cel. Burmann. ad Sueton. Aug. 32. Tum *partis anni* Lovel. 2. Praeterea *quaereque, unde domi* edd. antiquiores. Aldus deinde *rō que* expunxit, quod mihi etiam in nullo cod. scripto obvium fuit. Mox *domi militiae* sine particula connectente Lovel. 4. quomodo Livium saepe locutum esse supra vidimus ad 3, 68, 4. Ita mox *ab domo ab re familiari abesse.* Reliquorum tamen in servando vulgato consensus efficit, ne uni tebi dissentienti fidem habeam. Insuper verbum *posset*, quod a contextu Portug. abest, tantum in ejus ora visebatur a sec. manu.

§. 6. *Aequo igitur animo patiatur, se ab domo, ab re familiari abesse*] *agitur*, pro *igitur*, aberranti manu dedit librarius Leid. 2. ut et *sed* pro *se*. Deinde *a domo, ab familiari re* Gaertn. *ab domo, re familiari* Harlej. 2. Paullo ante in verbis praecedentibus *sibi* exsulat a Leid. 2. et Lovel. 3. [*cujus impensa gravis non est* Veith.]

§. 7. *An, si ad calculos eum respublica vocet*] Nempe ad putandam rationem, ut constet, quid a republica acceperit, quid in vicem ipsi debeat. Cic. de Amic. 16. *Hoc quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum et datorum.* Quinctil. Declam. 12, 2. *Exsangues ac pallidos ad calculum vocat; quasi ego non confitear, illum etiam nimium multum adtulisse tam paucis.* Ceterum *Ausim*, pro *An si*, Lovel. 1. et *cum*, pro *cum*, Lovel. 2. 4. 5. et Gaertn. V. supra ad 4, 19, 2.

Non merito dicat, annua aera habes, annuam operam ede] Secundus e MSS. Pall. *annuam operam mihi ede.* GEBH. *non immerito dicat* perperam Neapolit. Latinii. Deinde *aera annua habes* Leid. 2. et Lovel. 1. *annua aera dices* Florent. Sed vox *dices* ex praecedenti in mente librarii haec scribentis perperam haerebat. Tum *annuam operam mihi ede* Haverk. et Lovel. 2. *annuam operam mede* Leid. 1. *annuam operam im*^{P}*ēd'* Portug. *annuam operam impende* Hearnii Oxon. N. in marg. Ea autem lectio quibus gradibus lo-

ede. An tu aequum censes, militia semestri solidum te
8 *stipendium accipere? Invitus in hac parte orationis, Quirites, moror: sic enim agere debent, qui mercenario milite utuntur. at nos tamquam cum civibus agere volumus: agique tamquam cum patria nobiscum aequum cen-*
9 *semus. Aut non suscipi bellum oportuit; aut geri pro dignitate populi Romani, et perfici quam primum opor-*

cum hunc invaserit, ex prius memoratorum codicum vitiosis lectionibus intelligi potest. Locutionem *operam edere* inlustrat Gronov. supra ad 3, 63, 3.

An tu aequum censes, militia semestri solidum te stipendium annuum accipere] Expunge dictionem *annuum*, quam nescio quis hic infulsit, quum ea nil sit opus. RHEN. Ejeci vocem *annuum* suasu Pall. trium aliorumque. Exstat tamen apud Sigonium aliosque; minus necessario. *solidum* enim *stipendium* idem est cum justo ac perfecto, hoc est annuo. Sic noster I. 1, [19, 6.] *solidum annum* vocat, integrum. Hinc venit *solidare rationes* etc. GRUT. *ante aequum censes* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Gaertn. *an tum aequum censes* Florent. *an aequum censes* Lovel. 2. et Portug. Deinde *militia semenstri* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 3. et Klockian. V. supra notata ad 4, 24, 5. Tum *solitum te stipendium* Lovel. 4. qui error ex pronunciatione vitiosa verba praecuntis ortus est. V. ad 7, 16, 3. *solidum re stipendium* Voss. 1. Vocem vero *annuum*, quam viri docti ejecerunt, in nullo etiam meorum codd. observavi. Minus recte igitur Cl. Hearne eumque secutus editor Londinensis eam revocarunt. Denique *stipendium accipere, aut non suscipi* praefert Harlej. 1. quae verba ex §. 9. hic perperam repetita sunt.

§. 8. *Invitus in hac parte orationis, Quirites, moror*] Legendum, ut habent membranae Palatinae, *Invitus in hac parte orationis, invitus, Quirites, moror.* Ut hac geminatione acrius eis fidem faciat, quam invitus tali inmoretur orationi. GEBH. Quidam libri, *invitus, Quirites.* quae repetitio vocis non insulsa videtur, et auget vim sententiae. J. FR. GRON. *Invictus in hac parte orationis* Leid. 1. quomodo nonnumquam variant codices scripti. V. supra ad Epit. Liv. 3. Sed τὸ *Invitus* non adparet in Voss. 2. Quatuor autem priores voces non erant in contextu Portug. sed tantum postea margini adjectae sunt. *Invitus in hac parte orationis, invitus, Quirites, moror.* quod viri docti probarunt, quamvis apud me in uno tantum superfit levioris auctoritatis codice Haverk. nihilominus plurimum placet. In vocis enim *invitus* repetitione magna est emphasis. Ita supra emendarunt viri docti 2, 40, 5. *Sine, sine, priusquam amplexum accipio, sciam, inquit, ad hostem, an ad filium venerim.* et infra 9, 9, 1. *Dedite interea, dedite, inquit, profanos nos.* quo utroque loco plura vide. In contextum tamen recipere non sustinui.

Sic enim agere debent, qui mercenario milite utuntur] Τὸ *enim* non adparet in Gaertn. Vox autem *milite* deficit in Leid. 2. et Lo-

tet. Perficietur autem, si urgemus obsessos: si non ante 10
abscedimus, quam spei nostrae finem captis Vejis inposuerimus. Si, Hercules, nulla alia caussa, ipsa indignitas perseverantiam inponere debuit. Decem quondam an- 11
nos urbs obpugnata est ob unam mulierem ab universa Graecia: quam procul ab domo? quot terras, quot maria distans? Nos intra vicesimum lapidem, in conspectu 12

vel. 1. Deinde *utantur* praefert Lovel. 5.

At nos tamquam cum civibus agere solemus] *at* quoque particula praeter auctoritatem manu scripti codicis est superaddita. RHEN. Vet. lib. *At nos tamquam cum.* SIG. Particula *at* deerat in Florent. Leid. 2. Harlej. 1. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. B. deerat etiam in editt. vetustis. Aldus deinde vulgavit *ut nos tamquam.* et ita habent Leid. 1. et Blockian. Idem tamen in erratis reponendum monuit *ut nos tamquam*, quomodo praeferunt Voss. uterque, Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Oxon. L. 1. 2. C. et N. at Hearne auctor est. *at* et *ut* nonnunquam in Mstis confundi solent. V. ad 1, 18, 9. Deinde *tamquam cum civilibus* Voss. 1. Sed duabus literis *li*, quae abundant, librarius stigmata apposuit, indicans eas per errorem scriptas, atque expungendas esse. Nescio vero, unde factum sit, ut *tamquam cum cymbris* datum sit in Gaertn.

Agique tamquam cum patria nobiscum aequum censemus] *vobiscum esse censemus* Harlej. 2. *vobiscum aequum censemus* Gaertn. et Haverk. V. ad 34, 2, 2.

§. 9. *Geri pro dignitate populi Romani et perfici*] *agere*, pro *geri*, Florent. Tum *pro dignitate populorum, et perfici* Harlej. 1. Scriptum fuisse olim videtur *populi R.* pro eo deinde levi errore factum esse *populorum*, id est, *populorum. pro dignitate nobiliter perfici* Florent.

§. 10. *Si urgemus obsessos, si non ante abscedimus*] *si urgemur obsessos* Leid. 1. Deinde *si non aut*, id est, *autem*, Haverk. Solent autem hae voces in membranis vetustis inter se commutari. V. infra ad 27, 35, 7. Denique *abscendimus* Voss. 1. a m. 1. V. supra ad 3, 8, 8. (* h. lib. c. 44, 5.) *absedimus* Leid. 1. *abcedimus* Leid. 2. *obsedimus* Harlej. 2. Nihil mutandum. Ita *abscedere*, non addito casu, simpliciter positum est, pro discedere, infra 45, 6, 7. *Ea cohors, prosecuta regem fugientem, ne tum quidem abscedebat.* Mox *capitis*, pro *captis*, Voss. 1. et Harlej. 1.

Si, hercule, nulla alia caussa] *hercules* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Gaertn. qua forma supra dixit 3, 68, 6. *At, hercules, quum stipendia nobis consulibus faciebatis. hercle* Lovel. 4. Mox *dignitas*, pro *indignitas*, Lovel. 4.

§. 11. *Decem quondam annos*] *quidam* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. qui iidem codd. simul cum Gaertn. mox praeferunt *procul a domo*, pro *ab domo*. Deinde *quod terras* Florent. Blockian. et Haverk. Tum *quod maria* Leid. 1. Utroque loco etiam quaedam vetustarum editt. *quod*, pro *quot*, exhibent.

§. 12. *Nos intra vicesimum lapidem in conspectu prope urbis nostrae*

prope urbis noſtrae, annuam obpugnationem perferre piget: ſcilicet, quia levis cauſſa belli est, nec satis quidquam juſti doloris est, quod nos ad perseverandum sti-
13 *mulet. Septies rebellarunt, in pace numquam fida fue-*

annuam obpugnationem perferre piget] *Nobis* etc. *pigetur* Portug. a m. 1. *Nobis piget* Florent. Lovel. 2. 3. 4. 5. Leid. 1. Harlej. uterque, Gaertn. et Haverk. *Nos bis* etc. *piget* Lovel. 1. et Klockian. utramque lectionem jungens; de quo v. ad 3, 44, 4. Tum *intra vicesimum est lapidem* Lovel. 4. [*Nobis intra vicesimum est lapidem* Veith.] Hinc *urbis vre*, id est, *veſtrae*, Lovel. 5. et Gaertn. infinitis locis obvio errore. V. mox ad §. 13. cap. seq. §. 1. et ad 34, 2, 2. Deinde *annuam* deficit in Lovel. 2. Hinc *expugnationem* habet Lovel. 5. V. ad 21, 57, 6. Praeterea *proferre* Haverk. qui error ex non intellecto compendio scribendi profluxit. Plura ejus erroris exempla jam supra habuimus. V. ad 2, 56, 9. c. 57, 4. 3, 14, 2. c. 46, 6. c. 54, 15. 4, 49, 6. Infra 7, 1, 4. c. 36, 13. (*9, 11, 12. c. 38, 10. 10, 35, 18. c. 39, 6.) Plura infra dicentur ad 9, 10, 7. Ceterum *vicesimum lapidem* conſtanter omnes codices calamis ac typis exarati, nisi quod in quibusdam eorum alia orthographia sit *vigesimum*. in Florent. a m. 1. *vicensimum*. Pro eo *duodecimum lapidem* scribendum esse, contendit Phil. Cluverius 2. Ital. Ant. 3. p. 530. variis ad id permotus rationibus: primo, quia id spatium Veji Roma distare dicuntur in tabula Peutingeriana: secundo, quia Plinius docet 3. H. N. 5. Tiberim *citra tredecim millia passuum urbis Vejentem agrum a Cruſlumino dirimere*. tertio, quia urbs Veji secundum Dionys. l. 2. p. 116. ἀπέχει τῆς Ῥώμης ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν σταδίους. *diſtat a Roma centum admodum stadia*; et tot stadia ex ejus calculo efficiunt millia duodecim cum passibus quingentis. De vero Vejorum situ v. Fontanin. in Antiquit. Hortae 1, 4. p. 77. aliosque, quos ibi laudavit. Cl. Hearne aliud agens *duodequadragesimum lapidem* legendum dicit; et tamen Cluverium ob oculos habuit, quem ipse laudavit. [*perferre libet* Veith.]

Nec satis quidquam juſti doloris est] Male haec verba deficiunt in Gaertn. *non satis* habet Lovel. 5. Tum *quisquam* praeferunt Florent. et Leid. 1. Deinde *juſti coloris* vulgavit Gruterus in poſtrema edit. sive id inter operarum aberrationes referendum sit, sive ita legendum censuerit; pro quo Gronov. recte anno 1665. *juſti doloris* reſtituit. V. Gronov. ad cap. seq. §. 7. Hanc enim scripturam servant omnes codd. Librarii etiam interdum has voces commutarunt. V. N. Heinsium ad Claud. bell. Getic. 378. In verbis praecedentibus quaedam ex editionibus vetuſtis *quia levis belli caussa est*, transpositis vocibus; aliae corruptius *quia levius belli caussa est*, invitis scriptis; qui suffragantur Aldo *quia levis caussa belli* reponenti.

§. 13. *Septies rebellarunt*] *Species rebellarunt*, transpositis literis, Lovel. 3. et Haverk. *Septies rebellaverunt* Portug.

In pace numquam fidi fuerunt] Voſſianus [pr.] *fidei*. Muretus *in fide*. Flor. Helm. Rott. Voſſianus alter *in pace numquam fida fuerunt*. Et satis placet. Infra [c. 17,

rant: agros nostros millies depopulati sunt: Fidenates deficere a nobis coëgerunt: colonos nostros ibi interfecerunt: auctores fuere contra jus gentium caedis inpiae legatorum nostrorum: Etruriam omnem adversus nos con- 14

[1] *Cum quibus nec pax satis fida, nec bellum pro certo sit.* 40. [34, 11.] *Nulli alii, quam consulibus, creditum unatum, sincera fide in pace Ligures esse.* J. FR. GRON. *in pace nunquam fideles* Leid. 2. Voss. 1. in marg. Lovel. 1. 2. Portug. et Gaertn. *in pace numquam infide fuerunt* Harlej. 2. et Haverk. *in pace numquam fide fuerunt* Leid. 1. Reliqui vulgatum servant. [etiam Veith.] Sed probo, quod et quatuor codd. protulit Grotius, sibique placere testatus est, ac Lovel. 3. etiam habet, *in pace numquam fida fuerunt;* idque in contextum recepi. *Esse in pace* saepe apud Livium obcurrit. Infra 28, 42, 3. *Pacem necessariam accepimus, fuimusque in ea per annos prope quinquaginta.* 31, 29, 5. *Nunc vos in pace esse cum Philippo prohibent.* 36, 29, 1. *Ut, si in pace fuissent, illo impetu irae concitari potuerint ad bellum.* 38, 33, 2. *Civitatem in pace futuram, si id fecissent, pollicetur.* c. 43, 3. *Sibi, quum in pace essent, bellum indictum questi.* 39, 56, 2. *Ulterior Hispania eo anno in pace fuit. in pace manere* dixit 30, 32, 7. *Quod neque iam petere pacem propter metum, neque manere in ea prae insita animis perfidia potuissent.* Eadem ratione Livius etiam dixit *esse in victoria, esse in induciis, esse in laetitia.* V. infra ad 7, 38, 1. et ad 8, 23, 20. *Pax fida* autem, ut 8, 21, 4. *Qualem nos pacem ambiremus speremus? Si bonam dederitis, inquit, et fidam, et perpetuam.* Et paullo post: *Ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sunt.* Sic contra *pax infida* 4, 10, 3. *Victoriam potius ex Volscis, quam pacem infidam, Romam relaturum.* 9, 45, 5. *Ad Aequos inde, veteres hostes, ceterum per multos annos sub specie infidae pacis quietos, versa arma Romana.* Ceterum, addita conjunctione, *et in pace numquam* praeferunt editt. principes, quam Aldus, concinentibus membranis scriptis, delevit. Mox *agros vestros*, pro *nostros*, Harlej. 2. V. modo ad §. praec.

Fidenates deficere a nobis coëgerunt; colonos nostros ibi interfecerunt] *Fidenates a nobis deficere* alio ordine Lovel. 2. et Portug. Tum *cogerunt* Lovel. 3. et Harlej. 2. *cogere* Haverk. Deinde *colonos nostros illi interfecerunt* Portug. Voces autem *ibi interfecerunt. auctores* etc. *res repetentes legatos nostros* perperam deerant in Leid. 2.

§. 14. *Auctores fuere contra jus gentium caedis inpiae legatorum nostrorum*] Genitivus *gentium* non est in Archetypo Vormaciensi. Et abesse potest, quandoquidem subauditur. Glossae nomine in contextum irrepsit. RHEN. Vocem *gentium* primus editorum admisit Aldus, quum in prioribus edd. desideraretur. Non comparet etiam in Voss. utroque, Leid. 1. Lovel. quinque, Harlej. 1. et in contextu Portug. in cujus margine deinde a m. 2. adscripta est. Alibi tamen expresse in hac re *juris gentium* meminit Livius. Supra 2, 4, 7. Legati *quamquam visi sunt commisisse, ut hostium loco essent, jus tamen gentium valuit.* 4, 19, 3. *Hiccine est ruptor foederis humani, violatorque gentium juris. Jam ego hanc*

citare voluerunt, hodieque id moliuntur: res repetente legatos nostros, haud procul afuit, quin violarent.

1 V. *Cum his molliter et per dilationes bellum ger oportet? Si nos tam justum odium nihil movet, ne ill.*
2 *quidem, oro vos, movent? Operibus ingentibus sept. urbs est, quibus intra muros coërcetur hostis. agrun*
3 *non coluit, et culta evastata sunt bello. Si reducimu*

mactatam victimam legatorum manibus dabo. 5, 36, 6. *Legati contra jus gentium arma capiunt.* et eod. cap. §. 8. *Postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur.* c. 51, 7. *Clades num ante exorta est, quam gentium jus ab legatis nostris violatum.* 6, 1, 6. *Quod legatus in Gallos contra jus gentium pugnasset.* 8, 5, 2. *Tamquam victor armis Capitolium cepisset, non legatus jure gentium tutus loqueretur.* 21, 25, 7. *Evocatique legati ad colloquium non contra jus modo gentium, sed violata etiam fide comprehenduntur.* 30, 25, 10. *Etsi non induciarum modo fides a Karthaginiensibus, sed jus etiam gentium in legatis violatum esset.* 30, 25, 8. *Successisset fraudi, ni pro jure gentium, cujus violandi consilium initum erat, stetisset fortuna.* 39, 25, 10. *Jam ne a legatis quidem, qui jure gentium sancti sunt, violandis abstinere.* Praeterea *auctores fuerunt* Voss. 1. et Lovel. 1. *actores fuere* Lovel. 5. V. ad 1, 26, 5. Tum *propter jus* Lovel. 4.

Etruriam omnem adversus nos concitare voluerunt, hodieque id moliuntur] *et Etruriam* Lovel. 2. Sed vocula *et* ex vocis sequentis initialibus literis perperam repetita est. (* 10, 16, 3.) *ac Etruriam* habent edd. priscae. *adversum nos concitare* Leid. 1. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. V. infra ad Epit. Liv. 47. Tum *hodieque hic moliuntur* Voss. 2.

Haud procul abfuit, quin violarent] *affuit* Leid. 2. Lovel. 1. 5. e Portug. *afuit* Florent. et Leid. 1 V. ad 4, 12, 6.

§. 1. *Cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet?*] *mollitus* Leid. 2. et Lovel. 1. *mollire tur* Gaertn. Tum *ac per dilationes* Voss. 2. [*dilationem* Veith.] Deinde *gerere* Florent. a m. 1.

Si nos tam justum odium nihil movet, ne illa quidem, oro vos movent?] *Si vos tam justum* Portug. et Gaertn. *Si vos non tam justum* Lovel. 5. Hinc *oro vos* Voss. 2. et Lovel. 2. 3. ac 5. V ad cap. praec. §. 12. Praeterea *nihil movent* Leid. 1. Tum *nec illa quidem* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. V. supra ad 1, 10, 3. Denique *moveant* Leid. 2 et Lovel. 1. ac 5. [Veith.] *moveat* Harlej. 2. *moneant* Lovel. 4. Verba *movet, ne illa quidem, oro vos* desunt in Florent. ob similitudinem vocum *movet* et *movent*. Mox autem sequens *movent* a m. 2. mutatum est in *movet*.

§. 2. *Quibus intra muros coërcetur hostis*] *To hostis* abest a Voss. 2. et a Lovel. 2. 3. 4. et 5. [Veith. qui *coërcentur*.] Abest etiam ab Harlej. 2. et a Portug. qui praeterea praeferunt *intra muros coërcent*. Eorum vero posterior in margine, ut et Lovel. 2. 4. ac 5. legunt *intra muros hostes coërcentur*. Paullo ante *ingentibus operi-*

ues pertinet, quibus boni tribuni plebis quum stipen-
um extorquere voluerint, nunc consultum repente vo-

mutato ordine dictionum, a Leid. 2. Lovel. 1. et Voss. 1. *us ingentibus* in Lovel. 3. V. l. 16, 4.

grum non coluit, et culta eva- *sunt bello*] *agrum non colunt* . 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. lej. 2. Portug. a m. 1. Gaertn. erk. et Hearnii Oxon. L. 2. . Veith.] Deinde *et cultata bello* Portug. in contextu, in margine altera exstat lectio. *a evastate sunt* Leid. 1. *culta sunt* Harlej. 1. *cultae eva-* *sunt* Klockian. *culte vastata* *t* Florent. unde m. 2. factum *culta vastata sunt*, quod poste- praeferunt etiam Lovel. 3. 2. et Gaertn. Vulgatum ve- est. *Evastare* verbum est Li- amatum, et saepissime apud obvium. V. infra ad 32, 14.

3. *Si reducimus exercitum,* *est, qui dubitet*] Pall. pr. et *quis enim dubitet.* GEBH. t Voss. 2. Portug. ac Lovel. 3. *es non cupiditate solum ulci-* est propter cupiditatem. V. ad 24, 30, 1. et ad 26, 1, 3. *ulciscendi* erat in Leid. 1. Vox autem *illos* exsulat a Lovel. 2.

Non differimus igitur bellum isto consilio, sed intra fines nostros accipimus] In eumdem sensum v. Sulpicii consulis orationem infra l. 31, 7. *bellum justo consilio* est in Florent. Tum *sed accipimus intra muros nostros* in Harlej. 2. *sed intra muros vestros accepimus* Gaertn. et Lovel. 2. Male. Soluta enim obsidione non tam timendum erat, ne Vejentes urbem Romam expugnarent, quam ne agrum Romanum vastarent. *intra fines vestros* est in Lovel. 5.

§. 4. *Quibus boni tr. pl. quum stipendium extorquere voluerint, nunc consultum repente volunt*] *tum stipendium extorquere voluerunt* Lovel. 1. Harlej. 2. et Haverk. Sed passim voculae *cum* et *tum* permutantur in Mstis. V. ad Epit. Liv. l. 48. in fin. Corruptius autem ex ea scriptura *tamen stipendium extorquere voluerunt* datum

citare voluerunt, hodieque id moliuntur: res repetentes legatos nostros, haud procul afuit, quin violarent.

1 V. *Cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet? Si nos tam justum odium nihil movet, ne illa*
2 *quidem, oro vos, movent? Operibus ingentibus septa urbs est, quibus intra muros coërcetur hostis. agrum*
3 *non coluit, et culta evastata sunt bello. Si reducimus*

mactatam victimam legatorum manibus dabo. 5, 36, 6. *Legati contra jus gentium arma capiunt.* et eod. cap. §. 8. *Postulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur.* c. 51, 7. *Clades num ante exorta est, quam gentium jus ab legatis nostris violatum.* 6, 1, 6. *Quod legatus in Gallos contra jus gentium pugnasset.* 8, 5, 2. *Tamquam victor armis Capitolium cepisset, non legatus jure gentium tutus loqueretur.* 21, 25, 7. *Evocatique legati ad colloquium non contra jus modo gentium, sed violata etiam fide comprehenduntur.* 30, 25, 10. *Etsi non induciarum modo fides a Karthaginiensibus, sed jus etiam gentium in legatis violatum esset.* 30, 25, 8. *Successisset fraudi, ni pro jure gentium, cujus violandi consilium initum erat, stetisset fortuna.* 39, 25, 10. *Jam ne a legatis quidem, qui jure gentium sancti sunt, violandis abstinuere.* Praeterea *auctores fuerunt* Voss. 1. et Lovel. 1. *actores fuere* Lovel. 5. V. ad 1, 26, 5. Tum *propter jus* Lovel. 4.

Etruriam omnem adversus nos concitare voluerunt, hodieque id moliuntur] *et Etruriam* Lovel. 2. Sed vocula *et* ex vocis sequentis initialibus literis perperam repetita est. (* 10, 16, 3.) *ac Etruriam* habent edd. priscae. *adversum nos concitare* Leid. 1. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. V. infra ad Epit. Liv. 47. Tum *hodieque hic moliuntur* Voss. 2.

Haud procul abfuit, quin violarent] *affuit* Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Portug. *afuit* Florent. et Leid. 1. V. ad 4, 12, 6.

§. 1. *Cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet?*] *molitus* Leid. 2. et Lovel. 1. *moliretur* Gaertn. Tum *ac per dilationes* Voss. 2. [*dilationem* Veith.] Deinde *gerere* Florent. a m. 1.

Si nos tam justum odium nihil movet, ne illa quidem, oro vos, movent?] *Si vos tam justum* Portug. et Gaertn. *Si vos non tam justum* Lovel. 5. Hinc *oro nos* Voss. 2. et Lovel. 2. 3. ac 5. V. ad cap. praec. §. 12. Praeterea *nihil movent* Leid. 1. Tum *nec illa quidem* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. V. supra ad 1, 10, 3. Denique *moveant* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. [Veith.] *moveat* Harlej. 2. *moneant* Lovel. 4. Verba *movet, ne illa quidem, oro vos* desunt in Florent. ob similitudinem vocum *movet* et *movent*. Mox autem sequens *movent* a m. 2. mutatum est in *movet*.

§. 2. *Quibus intra muros coërcetur hostis*] *Tò hostis* abest a Voss. 2. et a Lovel. 2. 3. 4. et 5. [Veith. qui *coërcentur*.] Abest etiam ab Harlej. 2. et a Portug. qui praeterea praeferunt *intra muros coërcent*. Eorum vero posterior in margine, ut et Lovel. 2. 4. ac 5. legunt *intra muros hostes coërcentur*. Paullo ante *Ingentibus operi-*

exercitum, quis est, qui dubitet, illos, non a cupiditate solum ulciscendi, sed etiam necessitate inposita ex alieno praedandi, quum sua amiserint, agrum nostrum invasuros? non differimus igitur bellum isto consilio, sed intra fines nostros accipimus. Quid? illud, quod proprie ad 4
milites pertinet, quibus boni tribuni plebis quum stipendium extorquere voluerint, nunc consultum repente vo-

in, mutato ordine dictionum, sed in Leid. 2. Lovel. 1. et Voss. 1. *ipsos ingentibus* in Lovel. 3. V. ad 1, 16, 4.

Agrum non coluit, et culta evastat sunt belli] *agrum non colunt* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. a m. 1. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] Deinde *et cultata sunt belli* Portug. in contextu, in cuius margine altera exstat lectio. *culta vastate sunt* Leid. 1. *culta evastae sunt* Harlej. 1. *cultae evastate sunt* Blockian. *culte vastata sunt* Florent. unde m. 2. factum est *culta vastare sunt*, quod posterius praeferunt etiam Lovel. 3. Voss. 2. et Gaertn. Vulgatum verius est. *Evastare* verbum est Livio amatum, et saepissime apud eum obvium. V. infra ad 32, 33, 14.

§. 3. *Si reducimus exercitum, quis est, qui dubitet*] Pall. pr. et tert. *quis enim dubitet.* GEBH. Ita et Voss. 2. Portug. ac Lovel. 3.

Illos non cupiditate solum ulciscendi] Vetus lectio, *illos non a cupiditate solum ulciscendi.* Ubi *a* particula non est supervacanea. Non causam significat, non instrumentum. RHEN. Praepositionem, a Rhenano adiectam, Gruterus in postrema editione in contextum recepit. Eamdem praeferunt Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 1. et Gaertn. Et quidem *a cupiditate* est propter cupiditatem. V. ad 24, 30, 1. et ad 26, 1, 3. *ulciscendi* erat in Leid. 1. Vox autem *illos* exsulat a Lovel. 2.

Non differimus igitur bellum isto consilio, sed intra fines nostros accipimus] In eumdem sensum v. Sulpicii consulis orationem infra l. 31, 7. *bellum justo consilio* est in Florent. Tum *sed accipimus intra muros nostros* in Harlej. 2. *sed intra muros vestros accepimus* Gaertn. et Lovel. 2. Male. Soluta enim obsidione non tam timendum erat, ne Vejentes urbem Romam expugnarent, quam ne agrum Romanum vastarent. *intra fines vestros* est in Lovel. 5.

§. 4. *Quibus boni tr. pl. quum stipendium extorquere voluerint, nunc consultum repente volunt*] *tum stipendium extorquere voluerunt* Lovel. 1. Harlej. 2. et Haverk. Sed passim voculae *cum* et *tum* permutantur in Mstis. V. ad Epit. Liv. l. 48. in fin. Corruptius autem ex ea scriptura *tamen stipendium extorquere voluerunt* datum est in Leid. 2. Saepissime autem *tum* et *tamen* confunduntur. V. ad 22, 17, 5. Ceterum *voluerint* primum invenio in Froben. anni 1531. Priores autem editt. habebant *voluerunt*, et ita etiam praeferunt omnes codd. mei: nisi quod *noluerunt* sit in Lovel. 2. Praeterea *nunc repente consultum esse volunt* Harlej. 2. Paullo ante *ad milites proprie pertinet* Lo-

5 *lunt, quale est? Vallum fossamque, ingentis utramque rem operis, per tantum spatii duxerunt: castella primo pauca, postea, exercitu aucto, creberrima fecerunt: munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam*
6 *spectantes, si qua inde auxilia veniant, obposuere. Quid turres, quid vineas testudinesque, et alium obpugnandarum urbium adparatum loquar? Quum tantum laboris*

vel. 2. *ptiũ*, pro *pertinet*, Haverk.

§. 5. *Ingentis utramque rem operis, per tantum spatium duxerunt*] Repone *per tantum spatii*. RHEN. Ita ex meis tantum Florent. Voss. 1. et Leid. 2. *per totum spatii* autem Lovel. 1. V. infra ad 34, 27, 1. Reliqui omnes stant pro altera lectione. [*per tantum spatium* Veith.] Praeterea *ingentis utrumque rem operis* Florent. Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. Harlej. 1. Portug. a m. 1. et edit. Parm. An forte legendum *ingentis utrumque operis?*

Castella primo pauca, postea, exercitu aucto, creberrima fecerunt] *castellũ* Leid. 1. in quo etiam est *exercito aucto*. Deinde *creberrimas* Leid. 2. et Lovel. 1. Sed ultima ejus vocis litera nata est ex prima sequentis ob ductuum similitudinem. V. supra ad 4, 33, 10.

Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes] *non in urbem munitiones modo* Gaertn. *munitiones non urbem modo* Lovel. 4. 5. et Portug. a m. 1. *munitiones non urbi modo, sed Etruriae etiam exspectantes* Lovel. 2. *in Etruria etiam exspectantes* Leid. 1. *in Etruriam etiam exspectantes* Florent. Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 3. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et priscae editt. Pro quo recte Veneti anno 1495. *spectantes* substituerunt. Passim ita scribae in codicibus antiquis errare soliti fuerunt. V. infra ad 6, 33, 1. Mox *opposuerunt*, pro *opposuere*, Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 6. *Et talium obpugnandarum urbium adparatum*] Sensus exposcit, ut pro *talium* scribatur *alium* hoc modo. *Quid vineas testudinesque et alium oppugnandarum urbium apparatum loquar?* RHEN. Ex nostris Rhenani emendationem firmant Florent. Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Haverk. *testudinesque et talium*, ut ante Rhenanum edebatur, servant Leid. 1. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Blockian. ubi ultima litera voculae [*et* perperam repetita est in initio sequentis dictionis. V. infra ad 37, 29, 8. *testudinesque talium* est in Voss. 1. et Leid. 2. ubi prima litera τοῦ *et* intercepta est ab ultima vocis proximae, et altera litera adcrevit voci sequenti. *testudinesque taliumque* habet Lovel. 1. *testudinesque et talem* Harlej. 1. Voces *alius* et *talis* interdum in Mstis commutari, supra dictum est hoc lib. ad c. 2, 13. V. etiam infra ad 29, 1, 25.

Tantum laboris exhausum sit, et ad finem jam operis tandem perventum] Voces *exhausum* et *tandem* non recte desiderantur in Leid. 2. Earum prior exsulat etiam a Lovel. 1.

Relinquendane haec censetis] *relinquenda nec haec censetis* Voss. 2. et Lovel. 1. ac 3. *relinquenda nec*

ossilia dimittendis Lovel. 5. *consilia de mittendis* Voss. 2. *concilia mittendis* Leid. 1. et Lovel. 4. *mittendis auxiliis* accipio, pro militibus auxiliaribus mittendis. V. viros doctos ad Nason. 11. Met. 387.

§. 9. *Ut nunc res se habet, irati sunt, oderunt*] *Ut nunc res resese habet* Portug. sed literis *re* substitutae sunt notae tamquam signa, quae expungendas, ac legendum *Ut nunc res sese habet*. quod habet in Lovel. 4. sed *Ut nunc res habent* praeferunt Lovel. 3. Berta. Hearnii Oxon. B. et vetustiores excusi. *Ut nunc res habent* ed. Mediol. anni 1480. pro nunc Magnini dederunt *se habet*; Aldus *se habet*. Et ita reliqui codd. mei. Infra 7, 13, 7. *Nunque enim se habet res*. 9, 7, *Dicitur Ofilius Calavius, Ovii res, longe aliter se habere rem ipsam*. c. 9, 3. *Quia ita se res habet*. 37, 54, 7. *Utcumque res se habet*. 40, 11, 10. *Ita se res habet: periculum vitare, repellere a me potes*. 44, 24, *Res autem ita sese habuit*. Cic. Orat. 67. *Sic profecto res se habet, nullum ut sit vitae tempus,*

suros inserto pronomine Lovel. 2. quod recte abesse potest, quum id reliqui codices non agnoscant. V. supra ad 1, 23, 5.

Quantum in illis est, capere Vejos licet] *quam in illis est* Portug. Quomodo saepe peccarunt librarii. V. supra ad cap. praec. §. 1. Deinde *Vejos capere* Harlej. 2.

Eumdem, si differtur bellum, animum postea fore] *sibi differtur bellum* Florent. *si differatur bellum* Harlej. 2. *si defertur* Lovel. 2. 3. et ed. Parm. Deinde *annum postea* Leid. 2. Frequenter in his vocabulis confundendis peccarunt scribae. V. infra ad 32, 5, 2. *postea animum* trajectis vocibus habet Haverk. Denique voces *bellum, animum postea fore? quum, si laxamentum* negligentia librarii omittuntur in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 10. *Si laxamentum dederis, major frequentiorque legatio itura sit*] *laxamentum dederitis* Lovel. 5. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. Tum *major frequentior legatio*, omissa copula, Leid. 2. et Lovel. 1. Mox vocula *nunc* non recte omittitur in Portug.

Etruriae animos, vel ipsius voluntate regis, qui obstare
11 *regnum suum saluti civium nolit. Videte, quot res, quam inutiles, sequantur illam viam consilii: jactura operum tanto labore factorum, vastatio inminens finium nostrorum, Etruscum bellum pro Vejente concitatum.*
12 *Haec sunt, tribuni, consilia vestra, non, hercule, dissimilia, ac si quis aegro, qui, curari se fortiter passus, extemplo convalescere possit, cibi gratia praesentis aut po-*

concilient, Lovel. 2. et Leid. 2. Sed similes errores in Mstis frequentes sunt. Exempla infra v. ad 38, 40, 1. Paullo post *τὸ suum* abest a Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 11. *Jactura operum tanto labore factorum*] *actura operum* Leid. 1. litera initiali ab ultima vocis praecedentis intercepta. V. ad 2, 44, 6. *jactura gravis operum*, addita voce, Leid. 2. et Lovel. 1. a m. 1. Paullo ante *Videte, quod res quam inutiles sequatur* Lovel. 4. *Videte, quod res quam inutilis sequatur* Lovel. 5. [*Videte quod res tam intules sequatur* Veith.] Mox *vastatio inminens fini nostrorum* Harlej. 2. *vastatio inminens finium vrorum* Gaertn. et Lovel. 5.

Etruscum bellum pro Vejente concitatum] *et Tuscum bellum* Gaertn. V. ad 2, 47, 6. Deinde *suscitatum* Hearnii Oxon. N. in margine. Male. Supra 4, 2, 2. *Ventum jam ad finem esse; domi plus belli concitari, quam foris.* Ita *concire bellum* infra 41, 8, 4. *Qui in his provinciis bellum concivissent.* Similiter *concire* et *concitare tumultum.* V. ad 38, 33, 7.

§. 12. *Non, hercule, dissimilia, ac si quis aegro* etc. *insanabilem morbum efficiat*] *hercle* contracte Lovel. 4. et Haverk. qui similiter infra scribunt cap. seq. §. 12. Deinde *si quis aeger efficiat.* Leid. 2. Lovel. 4. et Portug. a m. 2. Sed vulgatum praestat. Aegro enim Livius comparat plebem; ei vero, qui aegro insanabilem morbum efficit, tribunos plebis, qui plebem in seditionem concitare conabantur. Deinde *longinquum et forte insanabilem morbum*, pro *forsitan*, Gaertn. Mutato denique ordine *longinquum forsitan et insanabilem* editi ante Aldum, qui ordinem nunc vulgo exstantem dedit. Et ita omnes codices scripti.

§. 1. *Si, me Dius Fidius, ad hoc bellum nihil pertineret*] Ita edendum curavi, pro *medius fidius.* V. Voss. Etym. ling. Lat. ea voce. *filius*, pro *Fidius*, corrupte praefert Leid. 1. Deinde pronomen *hoc* deest in Lovel. 4. Mox *multum intererat*, pro *plurimum*, Portug. Deinde *militem vestrum*, pro *nostrum*, Lovel. 5.

Non solum parta victoria uti] Omnino placet, quod Cel. Burmanno in mentem venit ad Petron. Satyr. 15. *parata victoria uti*, id est, facili, quae quasi in manibus ac praesto est. Firmatur haec conjectura auctoritate codicum Leid. 2. et Haverk. Ita

[illegible] seu, si res etiam lentior sit, pati taedium, et [illegible] serae spei exitum exspectare; et, si non sit ac-te perfectum bellum, hiemem operiri; nec, sicut aesti-[illegible] aves, statim autumno tecta ac recessum circumspicere.

[illegible]ius 19. H. N. 4. *At, hercule, [illegible] vilia haec, quam parata vo-[illegible]tati satietatique.* Et mox, *Ex-[illegible]ta res et parata semper.* Cur-[illegible] 5, 1. *Praedam opimam para-[illegible]que ipsum et milites ejus spe-[illegible].* Et ita recte viri docti emen-[illegible]rant apud eumdem Curt. 9, 10. [illegible] modo *per dies septem bacchan-[illegible]dum agmen incessit, parata [illegible]eda. si quid victis saltem ad-[illegible]rsus commessantes animi fuisset.* [illegible]vid. Ep. 8. Heroïd. 82.

Esca Neoptolemo praeda parata [illegible]ri.

[illegible]nctil. 2. Instit. 2. *Supervacua [illegible] videntur cura ac labor, pa-[illegible]a, quidquid effuderint, laude.* [illegible] v. Cel. Burmann. et ad Quin-[illegible]. Instit. 1. p. 590. ut et [illegible]oekhus. ad Tibull. 2. eleg. 4, [illegible]e Corte ad Plin. 3. Ep. 5, 8. [illegible]pissime autem vocabula *par-* et *paratus* in Mstis commutaterum *parva victoria frui* corruptius est in priscis excusis. Pro quo Mediolan. anno 1505. et postea Ascensius 1513. *parta* dederunt.

§. 2. *Sed, si res etiam lentior sit, pati taedium, et quamvis serae spei exitum exspectare*] *sed, si etiam res lentior sit* \ off. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. uterque, Portug. Haverk. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *sed etsi etiam res lentior sit* Voss. 2. et Lovel. 3. *sed, etiamsi res lentior sit* Gaertn. Deinde *quam visere spei* Leid. 1. perperam divisis vocibus, quae olim unica serie scriptae erant, et neglecta unius literae repetitione; ut olim scriptum fuerit, non distinctis vocibus, *quamvisere.* Ex qua lectione postea *quamvis egre* vel *quamvis aegrae spei* datum est in Lovel. 4. Harlej. 2. et Haverk. *quam issere svei* Lovel. 3. *quam*

3 *Obsecro vos, venandi studium ac voluptas homines per n*
ac pruinas in montes silvasque rapit; belli necessita
eam patientiam non adhibebimus, quam vel lusus ac
4 *luptas elicere solet? Adeone effeminata corpora mil*
nostrorum esse putamus, adeo molles animos, ut hie
unam durare in castris, abesse ab domo non possint
tamquam navale bellum, tempestatibus captandis e
servando tempore anni, gerant, non aestus, non fri

demus, cum vel lateant, vel autumno hinc avolent in diversas plagas. TURNEB. 24. Advers. 38. *tecta ac secessum* Hearnii Oxon. C. Tum *exspectare*, pro *circumspicere*, ejusdem codex N. in margine: quod verbum ex praecedenti periodo male adhuc oculis librarii obversabatur.

§. 3. *Voluptas homines per nives ac pruinas in montes silvasque rapit*] *voluntas* Voss. 2. et Lovel. 3. ita saepe peccatur in scriptis. V. supra 2, 32, 9. inferius hoc lib. c. 17, 9. 7, 38, 5. (21, 4, 6. 38, 24, 3.) et alibi. V. etiam Victor. ad Varr. 1. de Re rust. 17. N. Heinsium ad Nason. 3. Art. Am. 617. 2. Trist. 358. Viros Cell. J. G. Graevium ad Cic. de Amicit. 25. Rich. Bentlej. ad Horat. 1. od. 27, 13. et Petr. Burmann. ad Nason. Epist. 17. Heroïd. 177. Adde viros doctos ad Lucani 4, 705. Similitudo literarum *u* et *p* in scriptura Longobardica librarium in errorem abduxit. Ita *in se* et *ipse* eamdem ob caussam commutantur supra 3, 9, 5. Tum *in silvasque* Lovel. 4. Deinde *capit* Harlej. 2. Vide, quae infra notantur ad 6, 23, 5.

Eam potientiam non adhibebimus] *eam patiam* Harlej. 1. Deinde *adhibemus* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Gaertn. Havock. et editi ante Aldum, qui recte *adhibebimus* in conte recepit.

Quam vel lusus ac volupt cere solet] MS. *usus*. Lego *vel ursus ac vulpes elicere* KLOCK. Vocula *vel* non Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. H 2. Portug. Gaertn. et, quo arne Oxonii consuluit, L. C. [Veith.] quae tamen hi phasin habet, et pro *etia* nitur. V. infra ad 36, 4 Praeterea *luxus* Lovel. 4. 5. lej. 2. Portug. Gaertn. Ha et Hearnii Oxon. L. 2. [V quomodo saepe variant scripti. Vide, quae supra vimus ad 1, 5, 2. et exempl memoratis adde 4, 17. 4. *usus* habent Leid. ambo, L 1. et Harlej. 1. ubi prima intercepta est ab ultima p mae vocis: quomodo alibi peccant scribae. V. mox a et supra ad 2, 44, 6. Longe facilius est, ex τοῦ *usus*, posita litera, quae in voce cedenti finalis est, effinge *sus*, quam inserta litera l *ursus*; ut taceam, ita etia quens *voluptas*, invitis om scriptis, mutandum esse in

§. 4. *Adeone effeminata co militum nostrorum esse puta vestrorum* habet Gaertn. D τὸ *esse* desideratur in Leid. 2 quo *et* habet Portug.

[illegible] umbra nec in tectis majores suos creasse. Haec 6
virtute militum vestrorum, haec Romano nomine sunt
gna, non Vejos tantum, nec hoc bellum intueri, quod

Et hiemem unam durare in castris, abesse ab domo non possint] nec priores voces inertia scriptae desunt in Harlej. 1. quemadmodum *τὰ ab domo* in Leid. 2. et Lovel. 1. *a domo* habent Lovel. 5. Gaertn. et Haverk.

Observando tempore anni] *observando tempora anni* Leid. 2. et Gaertn. Male. Dictum enim est, i praecedens *tempestatibus castrorum*, et *divendenda praeda*, de quo supra v. ad 1, 53, 3. Mox *[illegible] pati* Lovel. 1. Tum *[illegible] perperam* Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Portug.

§. 5. *Si quis eis haec objiciat*] *ei* affert Leid. 2. Tum vocula *si* non est in Voss. 2. et Lovel. 3. Ejus loco *hoc* habent Florent. anni Or. L. 2. B. C. et editio ante Aldum. Is enim primus *si* substituit, quod servant reliqui scripti. Mox *contendatque* Lovel. 5. et Haverk. Sed copula exulat a Portug. a m. 1. Decto casu *mollities*. GEBH. Ea lectio in nullo cod. mihi obvia fuit. Quum autem vocabulum hoc utraque forma usitatum sit, adhaerendum puto et optimis et pluribus Mstis. V. infra ad 7, 32, 7. *et se nec patrocinium mollitiaeque inertiaeque mandasse tribunis* Harlej. 2. et Haverk. *et se nec patrocinium mollitiae inertiaeque* Lovel. 5. *et se nec patrocinium militiae inertiaeque* Lovel. 4. *ne patrocinium mollitiae inertiaeque* Gaertn. Tum conjunctio *et* desideratur in Haverk.

§. 6. *Haec virtute militum vestrorum, haec Romano nomine sunt digna*] *militiae vestrorum* Haverk. *militum nostrorum* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. et ed. Rom. anni 1472. Sed Gaertn. legit praeterea *hoc Romano nomine*.

Famam et ad alia bella et ad ceteros populos in posterum quaerere] Liv. 24, [19, 6.] *Fabius omittendam rem parvam ac juxta ma-*

instat; sed famam et ad alia bella et ad ceteros populos
7 *in posterum quaerere. An mediocre discrimen opinionis*
secuturum ex hac re putatis? utrum tandem finitimi
populum Romanum eum esse putent, cujus si qua urbs
primum illum brevissimi temporis sustinuerit inpetum,
8 *nihil deinde timeat? an hic sit terror nominis nostri,*
ut exercitum Romanum non taedium longinquae ob-
pugnationis, non vis hiemis ab urbe circumsessa semel
amovere possit, nec finem ullum alium belli, quam vi-

tantas videri Italiae facultates, ut, si quid esset in bello detrimenti acceptum, non modo id brevi tempore sarciri, sed etiam majoribus adaugeri copiis posset. J. FR. GRON. *famam ad alia bella et ad ceteros populos* Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. V. ad 2, 44, 3. *famam et alia bella et ad ceteros populos* Florent. Voss. ambo, Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 1. et Portug. *famam et alia bella ad certos populos* Lovel. 1. et Leid. 2. Voces *certi* et *ceteri* alibi etiam a librariis commutari solent. V. infra ad 34, 36, 4. [*fama ad alia* Veith.]

§. 7. *An mediocre discrimen opinionis secuturum ex hac re putatis?*] Codex Leid. 1. quem ex exemplari, in quo omnia verba continua serie exarata erant, descriptum fuisse, sed ab inperito librario, qui contextu in voces dispescendo passim turpiter lapsus est, supra diximus, ejus rei insigne hic exemplum exhibet, dando *An medio credis crimen opinionis.* Sed *An mediocre ad discrimen opinionis* habet Voss. 2. *An mediocre discrimine opinionis* Haverk.

Utrum tandem finitimi populum Romanum esse putent] In scripto codice superadditus est accusativus *eum. populum Romanum eum esse putent.* Tu adde. RHEN. T3 *eum* agnoscunt ex meis Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 1. et Klockian. Verum tres priores alio loco inserunt, hoc modo *finitimi populum Romanum esse eum putent.* Deinde *finitimi populi Romanum eum esse putent* edidit Cl. Jac. Gronov. Utrum autem ita scribendum existimaverit, an vero ea lectio ex operarum errore nata sit, non habeo, quod affirmem; animus tamen eo inclinat, ut posterius verius existimem, tum quod mutationis hujus ne verbo quidem rationem reddiderit, tum etiam quod ex codd. meis nullus, nisi soli Lovel. 1. et 4. eam scripturam praeferat. Invenit tamen, qui sequeretur, Cl. Clericum; licet is in praefatione glorietur, se Livium ad Joh. Fred. Gronovii mentem edidisse. Et posset quidem ferri ea lectio; nam ita *finitimos populos* memorat Liv. 3, 72, 4. *Scaptione hoc, concionali seni, adsignaturos putarent finitimos populos? Romanus* autem, pro *Romani*, etiam alibi apud Livium obcurrit. V. ad 3, 2, 11. Invitis tamen plerisque Mssis a recepto non recedendum putavi. Priorem itaque lectionem reduxi. Ceterum *finitimum*, pro *finitimi*, de-

ctoriam, noverit; nec inpetu potius bella, quam perse-
verantia, gerat? quae in omni quidem genere militiae, 9
maxime tamen in obsidendis urbibus, necessaria est; qua-
rum pleraque, munitionibus ac naturali situ inexpugna-
biles, fame sitique tempus ipsum vincit atque expugnat:
sicut Vejos expugnabit; nisi auxilio hostibus tribuni ple- 10
bis fuerint, et Romae invenerint praesidia Vejentes,
quae nequidquam in Etruria quaerunt. An est quid- 11
quam, quod Vejentibus optatum aeque contingere possit,

dit aberrans librarius Gaertn. *pauci* habet Lovel. 4. [*romanum esse putant. Cujus* Veith.]

Urbs primum illum brevissimi temporis sustinuerit inpetum] *primum illud* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. Et ita in plerisque edd. antiquis ante Moguntinos. Forte autem id dictum est, quemadmodum *ultimum illud*, de quo Gronov. supra egit ad 1, 29, 3. *primum illico* Lovel. 5. Tum vox *temporis* culpa librarii exulat ab Harlej. 2. Deinde *sustinuerit* Portug. et Haverk. *subsistiset* Harlej. 2. *sustulerit impetum sustinuerit* Lovel. 4. Mox *nihil inde timeat*, pro *deinde*, Lovel. 2. V. ad 36, 24, 10. *nihil denique timeat* Lovel. 5.

§. 8. *An hic sit terror nominis nostri, ut exercitum Romanum*] *an hic sit error* uterque Leid. Alibi frequenter ita variant scripti. V. ad 24, 30, 6. Eo tamen hic locus ita librarii peccare potuerant, quod ultima litera vocis praecedentis primam sequentis interreperit. V. paullo ante ad hujus cap. §. 3. Praeterea *nominis vestri* Leid. 1. V. ad 34, 2, 2. et mox ad §. 13. Tum vox *Romanum*, quam ignorant editt. principes, et demum Aldus adjecit, in omnibus codd. meis constanter superest.

Amovere possit, nec finem ullum alium, quam victoriam, noverit] *amovere posset* est in Gaertn. Deinde *moverit* in Voss. 2. et Lovel. 3. Saepius hoc modo lapsos esse scribas, olim monui ad Silii 14, 141. Adde infra ad 6, 18, 10. (* 35, 49, 3.)

§. 9. *In obsidendis urbibus necessaria est*] *est necessaria* Portug. Sed *τὸ est* non exstat in Voss. 2. et Lovel. 3. ut nec mox in eorum priore *τὸ situ*. Vocabulum etiam *inexpugnabiles* deficit in vetustioribus excusis. Ascensius demum contextui addidit anno 1513. Paullo ante *in omni genere quidem militiae* Leid. 2. et Lovel. 1. *in omni quidem militia* Lovel. 4. Praeterea *tū*, pro *tamen*, Lovel. 5. V. ad 22, 17, 5.

§. 10. *Quae nequidquam in Etruria quaerunt*] *nequiquam* Harlej. 1. V. ad 40, 47, 9. Deinde *in Etruriam quaerunt* Leid. 1. Harlej. 1. et Klockian. *in Etruriam quaerant* Lovel. 5. *in Etruria quaerant* Harlej. 2. *et Etruria quaerant* Haverk. *in Etruria quierunt* Leid. 2. *in Etruria quiverunt* Lovel. 1.

§. 11. *Ut seditionibus primum urbs Romana, deinde velut ex con-*

quam ut seditionibus primum urbs Romana, deinde velut
12 *ex contagione castra inpleantur? At, hercule, apud hostes tanta modestia est, ut non obsidionis taedio, non denique regni, quidquam apud eos novatum sit; non ne-*
13 *gata auxilia ab Etruscis irritaverint animos. morietur*

tagione castra inpleantur] Vox *primum* non in contextu, sed a m. 2. tantum in margine Portug. exstat. Deinde *vult*, pro *velut*, aliud agens dedit librarius Leid. 2. Ea vox non adparet in Lovel. 4. Tandem *impleāt*, id est, *impleant*, habet Haverk. V. plura ejus erroris exempla infra ad 10, 10, 1. Paullo ante *continge posset*, pro *contingere possit*, Gaertn. Forte olim *conting'e* scriptum fuerat, et librarius ad notam adjectam animum non adtendit.

§. 12. *At, hercule, apud hostes tanta modestia est*] *Ad* perperam Leid. 1. V. ad 3, 17, 3. Tum *hercle* Lovel. 4. et Haverk. V. ad cap. praec. §. 12. Codex posterior mox *non deindeque regni*, pro *denique*, obfert. Tum *nominatum*, pro *novatum*, Lovel. 1.

Non negata auxilia ab Etruscis irritaverint animos] *nisi negata auxilia* Lovel. 2. *non negata consilia* Lovel. 4. et Portug. Hinc *irritaverunt* Leid. 2. Lovel. 4. Harlej. 2. et Haverk. Et ita edit. Gruteri postrema dedit, quod Dan. Heins. et J. Fr. Gronov. servarunt. Sed recte Cl. Jac. Gronov. *irritaverint* contextui reddidit. Tandem *animos eorum* Harlej. 2. Gaertn. et Haverk.

§. 13. *Morietur enim extemplo, quicumque erit seditionis auctor*] *moritur* Haverk. Postea *quidquid erit* Gaertn. *quicum erit* Leid. 1. Sed *τὸ erit* non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1.

Nec cuiquam dicere ea licebit, quae apud vos inpune dicuntur] *ne cuiquam* Leid. 1. et Portug. Sed ultimam literam *τοῦ nec* intercepit prima vocis sequentis. Similiter *ne cessabat*, pro *nec cessabat*, in uno male scriptum erat supra 3, 61, 13. Alia v. exempla ad 23, 8, 9. Tum *nec quiequam dicere ei licebit* Voss. 2. *ne quicquam dicere ea licebit* Lovel. 3. *nec cuiquam ea dicere licebit* Lovel. 4. *libit*, pro *licebit*, Haverk. Denique *apud nos* Lovel. 2. 4. et Gaertn. V. modo ad §. 8.

§. 14. *Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut praesidio decedit*] Hunc locum citans Caelius [10. Antiq. Lect. 5.] *fustuarium* castigationem fustium virgarumque supplicium interpretatur. Tum Polybium ejus meminisse in libro de tribus politiis, qui disciplina militari duo imprimis supplicorum genera fuisse tradit, decimationem et fustuarium. Sed, pace Caelii, longe aliud et majus fuit hoc fustuarium supplicium, quam ipse arbitratur; quippe quod capitale esset, mortemque inferret. Quod ex eodem Polybio est manifestum, id quod in quodam ejus librorum fragmento [l. 6, 35.] adhuc legitur: quod de re militari quidam inscribunt, cum de neglectis excubiis agit, ac illius, per quem crimen commissum est, supplicio, ad hunc modum. *Advocato concilio coram tribuno dicit causam* [scilicet is, cui commissa est vigiliarum tessera.) *κἂν καταδικασθῇ, ξυλοκοπεῖται. Τὸ δὲ τῆς ξυλοκοπίας ἐστὶ τοιοῦτον· λαβὼν ξύλον ὁ χιλίαρχος, τούτῳ τοῦ κατακρι-*

δεύτερον εἶον ἤφατο μόνον· οὐ γε-
νόμενον. πάντες οἱ τοῦ στρατο-
πέδου τύπτοντες τοῖς ξύλοις καὶ
οἷς λίθοις τοὺς μὲν πλείους ἐν
αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ καταβάλ-
λουσι· τοῖς δ' ἐκπεσομένοις οὐδ'
ὑπάρχει σωτηρία. πῶς γὰρ;
οὔτε εἰς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυ-
τῶν ἐπανελθεῖν ἔξεστιν· οὔτε τῶν
ἐπιτηδείων οὐδεὶς ἐν οἰκίᾳ τολ-
μᾷ δέξασθαι τὸν τοιοῦτον.
καὶ τέλειον οἱ περιπεσόντες ἅπαξ
τοιαύτῃ συμφορᾷ καταφθείρον-
ται. Hoc est, *Et si condemnetur, fuste caeditur. id supplicium est intermedii. Accepto fuste, tribunus vix tantum attingit damnatum; quod ubi factum est, omnes, qui in castris sunt, caedentes fustibus lapidibusque plerosque in ipsis castris occidunt. At si qui evaserint, nec sic quidem servari possunt. Etenim quomodo pacto? quibus neque in patriam redire licet, neque aliquis ex necessariis domi eum recipere auderet; ob hoc funditus pereunt, qui in talem inciderunt calamitatem.* Idem quoque hoc supplicio multari ait, *qui furtum in castris fecerunt, aut falsum dixerunt testimonium, aut qui juvenes abusi fuerunt, aut ter ob idem delictum puniti sunt.* Ex quibus, ni fallor, liquet, acerbius vis poena erat irroganda, sed ultimum supplicium, et summa militaris poenae acerbitas, sicut hoc fustis supplicium erat. Haud absimile huic, quo *per infestas hastas* graviter delinquentes milites *discurrere*, et mori coguntur. At ob levia delicta plures erant animadversiones militares, inter quas erat et *vitis supplicium.* Non enim milites virgis verberabantur (ut supplicio ignobili) sed vitibus; idque a centurionibus, qui ob id vitem geliabant. quod ipsum Corn. Taciti auctoritate fit manifestum in primo historiae Augustae libro [c. 23.] sic scribentis, cum seditionem militum Pannoniensium enarrat. *Et centurio Lucillius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum, cedo alteram, indiderant; quia, fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus aliam, poscebat.* quod ipsum copiose prosequitur vir doctiss. Gulielmus Budaeus in posterioribus annotationibus in Pandectas. Ceterum levius apud Jurisconsultos *fustis supplicium* fuisse, quod admonitionem solum, seu castigationem, vocant, omnibus notum est, imo levius *flagellorum poena*, ut habet lex 10. *in servorum.* π.

15 *lam in concione audiuntur. adeo quidquid tribunus pleb*
loquitur, etsi prodendae patriae dissolvendaeque reipubli-
cae est, adsuestis aequi audire; et, dulcedine potestatis
16 *ejus capti, quaelibet sub ea scelera latere sinitis. Reli-*
quum est, ut, quae hic vociferantur, eadem in castris

bus et lapidibus noxium petentibus. TURNEB. 28. Advers. 34. Adde viros doctos ad Vellej. Paterc. 1, 78. Lipsium 5. de Milit. Rom. Dial. 18. et Sichterm. de Poen. milit. Roman. c. 2. 3. et 4. Ceterum *signa reliquit* est in Leid. 2. Mox *ac deserendi castra*, pro *et deserendi*, Voss. 2. *castra et defendendi* Lovel. 4. [*signa relinquendi castra et defendi non uni* Veith.] Tum *in concionem audiuntur* Portug. *in concione auditione audiuntur* Voss. 2.

§. 15. *Adeo quidquid tribunus plebei loquitur*] *audeo quicquam tribunus* Leid. 2. *plebei* dedit Cl. Clericus, invitis omnibus editis et scriptis. Priores excusi praeferunt *tribunus plebis;* quomodo est in Flor. Voss. 2. Lovel. 2. 3. 5. Harlej. 2. et Haverk. Gronov. anno 1665. recepit *tribunus plebi.* Et ita praeferunt Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Klockian. Ex quibus Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. etiam ordinem vocabulorum mutant hoc modo, *tribunus loquitur plebi.* Male. *plebi* enim non casus tertius, sed secundus, est. V. supra ad 2, 42, 6.

Dissolvendaeque reipublicae est, adsuescitis audire] Scribe *assuestis.* Sed quia in exemplari vetusto scriptum fuit *qui audire*, cogitandum, an legi debeat, *assuestis aequi audire.* RHEN. Veteres libri alii habent *assuestis qui audire, et dulcedine.* Alii *assuestis quippe audire, dulcedine.* Ex quo intellexi, legendum esse *assuestis audire. quippe dulcedine ejus potestatis capti.* Quod enim dixit: *Et si prodendae patriae*, pro *quamvis* accipiendum est. SIG. Hoc quoque a Sigonii ingenio. Vett. libri plerique, *assuestis qui audire et dulcedine.* Neque difficillimum, verum suspicione assequi. Certe enim Livius scripsit *assuestis, Quirites, audire: et dulcedine.* GULIELM. Quaest. Plaut. in Bacchid. c. 2. MS. *adsuetus q audire.* Est autem τὸ *q*, *Quirites*, ut infra in oratione Licinii [hoc libro c. 18, 3.] et in precatione Camilli [c. 21, 15.] liber Colon. *assuescitis quidem audire.* KLOCK. Rhenanus infert, legendum *assuestis aequi audire.* Sigonius vero, quia in suo reperit *quippe*, ut et habet Palat. secundus, exinde, ait, se intellexisse legendum esse, *assuestis audire. quippe dulcedine potestatis ejus capti.* Pall. primus ac tert. et Campani editio *assuestis quidem audire.* Sed Gulielm. quoniam vett. libri *assuestis qui audire*, certo affirmat, Livium scripsisse *assuestis, Quirites, audire.* Ceterum similis est locus l. 3, 52. *Ne nunc dulcedine capti ferant desiderium.* GEBH. *assuetus* Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. et in margine Voss. 1. Reliqui omnes mei et cum iis Hearnii Oxon. N. et B. *assuestis.* V. supra ad 4, 45, 4. Post eam vocem inseritur τὸ *qui* in Voss. 1. Leid. utroque, Harlej. 1. et Portug. a m. 1. pro quo postea in eo interpolatum est a m. 2. *quippe.* Et ita legunt Hearnii Ox. N. Haverk. et Harlej. 2. quorum posterior tamen postponit post verbum *audire*, et expungit τὸ

[illegible] quemadmodum Sigonius [illegible] *qui* interponitur etiam *adsuestis* in Lovel. 1. et 5. [illegible] ignorant vocem sequen- [illegible] *qui*, quae nihilominus etiam [illegible] in Lovel. 2. et 4. *assuestis* [illegible] habent Voss. 2. Lovel. 3. [illegible] et apud Hearnium Oxon. [illegible] Veith.] quomodo etiam Al- [illegible] contextu expressit, qui ta- [illegible] in erratis pristinam lectio- [illegible] praetulit. Ego vero Rhena- [illegible] ejecturam *adsuestis aequi au-* [illegible] praeferendam puto. *aequi*, [illegible], faventes, probantes. Vi- [illegible] quae notavi ad Silii 3, 2. [illegible] Praerea *to est* deficit in Por- [illegible] a m. 1.

[illegible] *dulcedine potestatis ejus capti* [illegible] *sub ea scelera latere sini-* [illegible] Locus tam in MSS. quam in [illegible] antiquis corruptus. Palat. [illegible] *at dulcedine potestatis ejus* [illegible] *quae jubet si ea scelera la-* [illegible] *sinitis*. Sec. *quae jubet, sub ea* [illegible] *scelera latere sinitis*. Et ita fere ter- [illegible] Forte fuit, *quae lubet, sub* [illegible] *scelera latere sinitis*. Eo modo [illegible] dum docui apud Propert. 2. [illegible] 6, 26.

[illegible] *civis suptae, quod libet, esse licet.*

[illegible] Ciceronis pro Quinctio, *potestatis* Voss. 1. *dulcedine ejus capi potestatis* Leid. 2. et Lovel. 3. *dulcedine ejus potestatis capti* Haverk. *dulcedine potestatis ejus capere jubet? si ea scelera latere sinitis* Lov. 2. *dulcedine potestatis ejus capere jubet, sed si ea scelera latere sinitis* Lovel. 4 [Veith.] a quo non differt lectio, quae est in Lov. 5. nisi quod *late* legat, pro *latere*. Denique *quenlibet sub ea scelera latere sinitis* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *quae jubet sub ea scelere* Leid. 1. *quae jubet sub ea scelera* Leid. 2. Voss. ambo, Lovel. 1. Harlej. ambo, Klockian. et Haverk. pro quo, similiter ac Gebhardus, *quae lubet* scribendum existimavi. Vide, quae olim monui ad Silii Ital. 4, 747.

§. 16. *Quae hic vociferantur, eadem in castris agant*] *quae hic vociferavi, cur eadem in castris agant* Gaertn. Praeterea *in castra* prisci excusi. Mox *exercitusque corrumpant*, pro *et exercitus*, Portug. Tum *parare*, pro *parere*, Leid. 1.

§. 17. *Non senatum, non magistratus, non leges*] Ita non modo vetustae editiones praeferunt, verum etiam omnes, quibus usus

1 VII. Par jam etiam in concionibus erat Appi tribunis plebis; quum subito, unde minime qu crederet, accepta calamitas apud Vejos et supe riorem Appium in cauſſa, et concordiam ordinu majorem ardoremque ad obſidendos pertinaciu 2 Vejos fecit. Nam quum agger promotus ad urben

novius, et, qui ejus lectionem expreſſit, Joh. Clericus. Id vero mirum est, Cl. Hearnium non ignoraſſe, Sigonium *senatum* ediditſe, et tamen lectionem ejus non recepiſſe; quum, si animum adtendiſſet, aliter legi non poſſe, facile deprehendiſſet. In fine *non disciplina veteri militiae* perperam est in Gaertn. et Lovel. 3. ac 5.

§. 1. *Par jam etiam in concionibus erat Appius tribunis plebis*] *jam et in concionibus* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. et Harlej. 2. quae voces saepe commutari solent. V. infra ad 22, 47, 9. utramque illam servans *jam et etiam in concionibus* habet Haverk. Contra earum neutra est in Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. 4. 5. Praeterea *Appius tribunus plebis* perperam legunt Leid. 1. et Portug.

Accepta calamitas apud Vejos et superiorem Appium in caussa] *accepta calamitas ad Vejos* Portug. ut supra 3, 23, 1. *Dum ad Antium haec geruntur.* (* 21, 24, 1.) Et alibi saepiſſime. Utrumque Latine dici, monuit Cl. Corte ad Salluſt. Jug. 20, 1. Reliquorum itaque consensus efficit, ut vulgatum *apud Vejos* genuinum putem. Deinde *Appium in eam* Haverk. Scriptum per compendium fuerat *in cā*, id est, *in caussa*. id non adsecutus librarius indoctus in hunc errorem praecipitavit; quod et alibi factum est. V. infra ad 38, 58, 11.

Et concordiam ordinum majorem, ardoremque ad obsidendos pertinacius Vejos fecit] Pall. pr. et ter *majoremque ardorem ad obsidend pertinacius Vejos fecit.* At tertiu *et superiorem Appium in caussa et concordia ordinum majoremqu ardorem ad obsid. p. V. f.* Cam panus autem, *et concordia ordinu majorem ardorem* etc. Cur impro bem vulgatam, quis codex mih imponat? GEBH. Voſſ. alter, e Pall. o. *majoremque ardorem.* Mu retus e v. l. *concordia ordinum majorem ardorem.* 7, 27. *Quum et foris pax, et domi concordia ordinum otium esset.* J. FR. GRON. *et concordiam ordinum majoremque ardorem*, praeter Voſſ. 1. a Gronovio laudatum, etiam Lovel. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. *et concordiam ordinum majorem ardorem ad obsidendos* Harlej. 2. et Leid. 1. *et concordiam majorem, ardoremque*, omiſſa voce *ordinum*, Leid. 2. et Lovel. 1. At supra est 4, 60, 3. *Communis ordinum laetitiae concordiaeque soli expertes. et concordia ordinum majorem ad obsidendos* Haverk. *et concordia ordinum majorem ardorem ad obsidendos* Portug. Lovel. 2. 4. 5. et, ut Hearne observat, Oxon. C. [Veith.] *et concordia ordinum majorem ardoremque* Florent. Cauſſam non video, cur a scriptura recepta discedatur.

§. 2. *Vineaeque tantum non jam injunctae moenibus essent*] *tantum non injunctae jam* Leid. 2. et Lovel. 1. *tantum non etiam injunctae* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Male. *tan-*

[illegible] jam, ut 34, 40, 5. *Nunliis prope super alios adfe-[illegible], tantum non jam captum [illegible] esse.* 37, 29, 9. *Non [illegible] ordinem Romanos, et [illegible] non jam circumveniri a dex-[illegible].* *jam* et *etiam* alibi quo-[illegible]mutantur. V. infra hoc [illegible] 18, 11. 6, 39, 10. (* 10, 42, 3. [illegible], 11.) et alibi. *tantum non* [illegible]*ctae* Lovel. 2. ubi prima [illegible] *injunctae* intercepta eſt [illegible]ima litera vocis praeceden-[illegible]. V. ad 5, 2-, 6. Sed verbum [illegible] in hac re proprium eſt. [illegible] 4. 9, 14. *tantum non jam* [illegible] Gaertn. *tantum non jam* [illegible] duo Pall. teſte Gebhar-[illegible] *Liv.* 4, 9, 14. Similitudo [illegible] in litoris *ui* et *iu* cauſſa [illegible] *junctus*, *vinctus*, et *injun-[illegible]vinctus* saepe in scriptis [illegible]mutantur. V. (* 10, 34, 1. [illegible], 9. 29, 23, 9.) Cel. Bur-[illegible] ad Rutil. Itiner. 1, 489. [illegible] doctos ad Valer. Max. 2, [illegible] ad 3, 3. in princ. et quae notavi ad Silii 8, 487. Ita [illegible] Colum. 6, 37. ubi vulgo [illegible]: *Paullisper ad molam vin-[illegible] amoris saevitiam labore tem-[illegible]* cod. Sangerman. praefert quam servant omnes scripti, ab editionibus Aldina prioribus aberat. Deinde *aggerem et vineas* Haverk. *aggerem ac muros* Lovel. 4. Nihil mutandum. *agger* et *vineae* junguntur etiam infra 37, 26, 8. *Utrimque vineas et aggerem muro injunxit.* (* 39, 4, 8.) ut et saepiſſime apud Caes. ita 2. bell. Gall. 12. c. 30. 7, 17. c. 58. et alibi. Ex tali autem materia vineae conſtruebantur, quae igne incendi poterat. Sall. Jug. 92. *Vineae cum ingenti periculo fruſtra agebantur. Nam cum eae paullum processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur.* c. 94. *Saepe antea vineis Romanorum subvorsis aut incensis.* Tum *incendium arsit* Voſſ. 1. quod ex interpretatione margini adscripta in contextum inrepsit. Similiter Silius, qui Livium imitari amat, 14, 476.

Progeniem hauserunt et nomen amabile flammae.

Tacit. qui ita saepius locutus eſt, 3. Ann. 72. *Pompeji theatrum, igne fortuito hauſtum, Caesar exſtructurum pollicitus est.* 4. Hiſtor. 60. *Cunctosque, qui proelio superfue-*

que ibi mortales, nequidquam opem ferentes, fer
4 ro ignique absumti sunt. Quod ubi Romam es
nunciatum, moeſtitiam omnibus, senatui cura
metumque injecit, ne tum vero suſtineri nec i
urbe seditio, nec in caſtris poſſet, et tribuni pl
5 bis velut ab se victae reipublicae insultarent: quum
repente, quibus census equeſter erat, equi publi
ci non erant adsignati, consilio prius inter ses
habito, senatum adeunt; factaque dicendi poteſta
te, equis se suis stipendia facturos promittunt
6 Quibus quum ampliſſimis verbis gratiae ab senatu
actae eſſent, famaque ea forum atque urbem per

Voſſ. 2. Praeterea *igneque* edd. Rom. anni 1472. et Parm. invitis scriptis. V. ad 4, 9, 8. Tandem *assumti sunt* Lovel. 1. 3. 5. Portug. Haverk. et quaedam ex vetuſtis edd. pro quo Ascens. recte anno 1513. *absumti sunt* reſtituit. V. supra ad 2, 42, 4.

§. 4. *Quod ubi Romam est nunciatum*] *Romae* Gaertn. et edd. principes. Ejus loco *Romam* poſtea recepit Aldus, quod recte reliqui servant codd. Vide, quae notantur infra ad 25, 22, 1. Deinde *nunciatum est* Harlej. 2.

Metumque injecit, ne tum vero suſtineri etc. *posset*] *ne tum non suſtineri* Lovel. 2. 4. et Gaertn. Mox *ne in caſtris*, pro *nec*, Leid. 1. *seditiove in caſtris* Portug. Tum *fuit*, pro *posset*, Lovel. 3. Poſtea *a se victae reipublicae* Gaertn. *ab se victae rep.* Leid. 1.

§. 5. *Quum repente, quibus census equeſter erat, equi publici non erant adsignati*] *Tum repente, quibus census* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. V. ad Epit. Liv. l. 48. circa finem. *Quum repente illi, quibus census*, addita voce, Portug. in marg. Tum *equeſter erat, et qui publici* Haverk. *publice* nonnullae vett. editionum, pro quo Aldus recepit *publici*, ut in omnibus meis supereſt. Ita autem legendum eſſe, inde etiam patet, quod mox *equis publicis* obponantur *equi sui*.

Consilio prius inter sese habito, senatum adeunt] *concilio* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lovel. 3. Portug. et Klock. V. supra ad 4, 6, 6. *consilio inter prius habito* Haverk. *consilio prius sese habito* Gaertn. *intra sese habito* Voſſ. 2. [*intra se* Veith.] V. infra hoc lib. ad c. 27, 2. *inter se*, pro *inter sese*, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. 5. et Portug. Deinde *senatum adeunt* Haverk. Mox *facta dicendi poteſtate*, pro *factaque*, Lovel. 5.

§. 6. *Gratiae ab senatu actae essent*] *a senatu* Voſſ. 1. Leid. 2. et Gaertn. Tum *actae* deficit in Lovel. 3. Mox autem *forum ac urbem*, pro *atque urbem*, Haverk.

§. 7. *Pedeſtris ordinis se, ajunt, nunc esse, operamque reipublicae extra ordinem polliceri*] Cur, quae-

jam superfundenti se laetitiae vix temperatum non enim, sicut equites, dato magiſtratibus tio, laudari juſſi; neque aut in curiam voca- 9
quibus responsum daretur, aut limine curiae imebatur senatus: sed pro se quisque ex su-
ore loco ad multitudinem, in comitio ſtantem, e manibusque significare publicam laetitiam.

necesse habuerunt dicere, se e pedestris ordinis, et quidem ne, quod nemo senatorum at- ne ubi eo civium ignorabat? Pu- blicium scripsisse, *pedestris or- dinis*, ajunt, *nunc esse operam reipublicae extra ordinem polliceri.* quia scilicet equester ordo ante promiserat senatui, equis se suis stipendia facturum. GISB. CU- PER. Hanc emendationem veram fe puto. *Pedestrem ordinem* for- ſitis hoc uno loco dixit Livius, ro hominibus de plebe, qui eo ueo, statu, et conditione sunt, e pedibus stipendia facere de- cent, equis militare non pos- int, quia non erant censu eque- ri. Nam eum si habuissent, uti-

DUK. *pedestris ordinis se esse ajunt, qui operam reipublicae* Portug. quod ferri posset, si parva mu- tatione legatur *esse, ajuntque ope- ram reip.* *Τὸ que* non est in Lo- vel. 4. Gaertn. et Haverk. quem- admodum etiam voces *extra ordi- nem polliceri* deficiunt in Leid. 2. Sed mox habes similiter, *Placere autem, omnibus his voluntariam extra ordinem professis militiam aera procedere.* Mox *seu quo alio ducere velit*, pro *velint*, Gaertn. quasi id requirat praecedens *rei- publicae.*

Negant, se inde prius, quam capta urbe hostium, redituros esse] *se jure prius* Gaertn. *se in prius*

10 Beatam urbem Romanam, et invictam, et ae
nam illa concordia dicere: laudare equites, la
re plebem, diem ipsum laudibus ferre: victam
11 fateri comitatem benignitatemque senatus. Cert
Patribus plebique manare gaudio lacrimae; do
revocatis in curiam Patribus, senatusconsultum

blicam laetitiam] *voce manibus significare ἀσυνδέτως* Leid. 2. Paullo ante *ex superiori loco* Leid. 2. et Voss. 1.

§. 10. *Beatam urbem Romanam et invictam et aeternam illa concordia*] *Beatamque urbem Romanam* Lovel. 4. [Veith.] *Beatam urbem Romam* Harlej. 2. et Haverk. V. ad Epit. Liv. l. 49. Deinde *et aeternam. Nam illa concordia dicere* Gaertn. Vocula *nam* perperam repetita est ex vocis praecedentis syllaba finali.

Laudare equites, laudare plebem, diem ipsum laudibus ferre] Prius *laudare* non comparet in Leid. 2. neglectum culpa librarii. Tum *diem ipsam* Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Mox etiam *victam ipsam fateri comitatem*, pro *victam esse fateri*, Portug. et Lovel. 2.

§. 11. *Patribus plebique manare gaudio lacrimae*] *manare gaudio lacrima* Leid. 1. *manare gaudio lacrimas* Lovel. 4. et 5. [Veith.] Tum *senatusconsulto factum*, omisso τῷ *est*, Lovel. 4.

§. 12. *Omnibus his voluntariam extra ordinem professis militiam aera procedere*] *in omnibus* Florent. et Harlej. 2. Sed τὸ *in* natum ex ultima litera vocis praecedentis. V. infra ad 37, 11, 4. Locutionem *omnibus his aera procedere* inlustrat Gronovius infra ad 5, 48, 7. Adde, quae viri docti, et in primis Cel. Burmannus, notarunt ad Nason. Epist. 9. Her
Deinde *voluntatem extra or*
professis militiam Voss. 2. Si
rium codicum vestigia eo
rent, videri posset, scribe
voluntate, id est, sponte;
fra hoc libro c. 17, 9. *Per*
consanguineorum id dari,
qui juventutis suae voluntate
bellum eant, non impediant
enim, pro *voluntarii*, re
Gronov. Plura ibi videri
sunt. Reliquis tamen invit
hil muto. Supra 1, 59, 5.
cissimus quisque juvenum cu
mis voluntarius adest. Deinde
procedere Harlej. 1. Paullo
memoremque, addita particul
nectente, Lovel. 4. [Veith.

Et equis certus numerus ae
adsignatus] Veteres libri
SIG. Pall. pr. sec. et edd.
scae *et equiti*. Sed Palat. te
equitiis certus numerus. G
Eamdem lectionem probat
Eryc. Puteanus de Stipend.
c. 5. Nec aliter est in om
meis et Hearnii Oxon. libris.
sentiunt autem edd. vetusta
que ad Basileensem anni
quae prima *equis* vulgavit.
pio autem haec verba non
pendio equiti adsignato, ut
jatius aliique fecerunt, (eo
demum pertinent verba se
tia, *Tum primum equis merer*
tes coepere) sed de numero
rum definito, quos militare
tes debebant. *numerus aeri*
modo *extra ordinem profess*
litiam aera procedere. Ver

[illegible] est adsignatus. Tum primum equis merere [illegible]

[illegible] *equis* certe defendi ne-
[illegible]. Non enim nunc demum
[illegible] pecuniae summa ad alen-
[illegible] equos equitibus adsignata
[illegible], sed id jam factum fuit tem-
[illegible] regis Ser. Tullii, ut Liv.
[illegible] refert 1, 43, 9. *Ad equos*
[illegible] *dena millia aeris ex publi-*
[illegible]*dita*: *et*, *quibus equos alerent*,
[illegible] *adtributae*, *quae bina mil-*
[illegible] *aeris in annos singulos pende-*
[illegible]. Insuper *numerus est aeris*
[illegible] *signatus* Gaertn.

§. 13. *Tum primum equis merere* [illegible] *coeperunt*] Epitome: *Equi-*
[illegible] *tum primum equis suis merere coeperunt*. Non tamen hinc Livio
[illegible] *suis*: qui subti-
[illegible] ante negat, equites *equo me-*
[illegible], id est, accepisse stipen-
[illegible] militiae caussa, ut nec pe-
[illegible] accipiebant. Equum libe-
[illegible] reipublicae habebant,
[illegible] alebant, sed eo gratis mi-
[illegible]: equum publicum habe-
[illegible], sed non stipendium mili-
[illegible]: id nunc, ut et pediti, ad-
[illegible]. Livius proprie designat,
[illegible] equestris essent ordinis: et
[illegible] alis comprehendit alios, qui
[illegible] equo merebant, [illegible]

qui suo militabant, *meruisse*, id est, stipendium accepisse. Florus *equis suis meruisse*, id est, stipendio accepto militasse, qui suum haberent. J. FR. GRON. Hunc locum non eodem modo acceperunt Lipsius, Puteanus, et Salmasius, quorum sententias recenset, et improbat Schelius Dissert. 4. ad Polyb. ubi et ex Epitoma legendum putat *equis suis*, probante Graevio in Proleg. ad tom. 1. Antiq. Rom. Sigonius 2. de Ant. Jur. Civ. Rom. 2. hoc loco Livii nixus, statuit, alios fuisse equites equo publico, qui in urbe senatoribus, alios equo privato, qui in acie peditibus opponerentur; nec hos, sed tantum illos equestris ordinis fuisse. Manut. quoque ad nonam epistolam Coelii ad Cicer. l. 8. epist. Cic. distinguit equites Romanos equo publico ab equitibus equo privato, et hos non fuisse equestris ordinis dicit. Et Lipsius 1. de Milit. Rom. Dial. 5. scribit, duplex corpus equitum fuisse, alios equo publico, vetustissimos, et proprie ac solos equites olim dictos, alios sine [illegible]. Adversus hanc sententiam

equites coeperunt. Voluntarius ductus exerc
Vejos non amissa modo restituit opera, sed n
etiam instituit. ab urbe commeatus intentiore, q
antea, subvehi cura; ne quid tam bene merito
ercitui ad usum deesset.

VII

lii *equis suis*. Nam quid interest inter eos, qui equis suis, et eos, qui equis privatis merent? Praeterea si Livius scripsit, *tum primum equis suis merere equites coeperunt*, verba *tum primum* indicant, deinde idem, initio hinc orto, in usu mansisse. Et leguntur quaedam in Livio, e quibus si non appellationem, tamen rem fuisse, quodammodo colligi possit. V. l. 21, 59. l. 24, 18. et l. 27, 11. DUK. Plura v. apud Gronov. 3. de Pecun. vet. 2. p. 124. Ceterum *Tum primum equos* Klockian. et Leid. 1. quorum posterior tamen *equus* inter versus adscriptum habet. Plane mira et sine dubio interpolata est lectio, quam inveni in Florent. *Tum hic primum equos sumerere equites coeperunt*, pro quo deinde emendatum est *sumere*. similiter quae in Leid. 2. exstat *Tum primum equites emere equos coeperunt*. ut et in Lovel. 5. *Tum primum equos emere equites coeperunt*. Proxime accedit Lovel. 2. *equos mereri equites coeperunt*. At *Tum primum equites merere equos coeperunt* habet Lovel. 1. a m. 1. postea enim ultimae literae vocis *equos* subjecta est nota, qua eam delendam esse librarius indicavit. Verba autem *aeris est adsignatus*. *Tum primum equis* desunt in Haverk.

Non amissa modo restituit opera] *admissa* Haverk. solito errore. V. supra ad 4, 12, 11. Paullo ante *voluntariis*, pro *voluntarius*, est in Gaertn. quasi distinguendum esset, *equis merere equite perunt voluntariis*. *Exercitu ctus Vejos*. Inepte. Supra 5. *Ferocissimus quisque ju cum armis voluntarius adest* simillimo errore unus code bebat *cum armis voluntariis*

§. 1. *C. Servilium Halam ter Ahalam*, ut dixi. SIG. Ita omnes mei, nisi quod *C. lium Halam tertio* sit in Har Portug. et Haverk. et *Hala* beant etiam Lovel. 4. et 5. pra ad Epit. l. 4. Male *Cla Servilium Halam* excusi ant guntinos. Deinde *tertium*, *vilium* deficiunt in Lovel. 5

Q. Servilium, *P. Virginiu Servilium Fidenatem* legendu to, ut postea aliquoties le Fuit autem filius Q. Servil ctatoris, cui alii Structo Prisco cognomen fuisse tr runt, ut praecedenti patet [c. 46, 10.] Item *Q. Sulpiciu merinum*, ut anno CCCLVII. tur [hoc libro c. 14, 5.] i quoque existimo legendum. quoque *Manlium*, alii *Ma* vocant. et *Sergium Fidenate* tio hinc anno ipse Livius vit. nisi quis hoc loco ab re consulto omissa cogn putet, quod ego non exi praesertim ubi magistratus tur. GLAR. Veteres libri a habent *P. L. Virginium*. rus [l. 14. p. 416.] *Λεύκιον γίνιον*. Ex quo *L. Virginiu* to legendum, praesertim

[illegible] Anxuri praesidium vacationibus militum, et

[illegible] nusquam alias *Publii* praenomen in *Virginia* gente repetitur; *Lucii* autem frequentissime. Accedit, quod sequenti anno inquit Livius [c. 11, 15.] *Forque L. Virginii ac M. Sergii consecratus*, cum de hoc loquatur. SIG. *Q. Fulvium* Lovel. 4. *Servilium* Florent. Deinde *P. Virginium* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Havrk. et Hearnii Oxon. L. 1. B. 1. *P. Vir.* Voss. 2. *P. Virginium* Lovel. 1. *P. Verginium* Lovel. 3. et Florent. *P. Verginium Manilium* Florent. *Pl. Vergilium* Leid. 1. et Lovel. 2. *Pl. Virginium* Harlej. 1. *P. L. Virginium* Hearnii Oxon. 1. 2. Cuius codex C. praenomen omisit. Ceterum quod Glareanus duobus tribunis consularibus Servio *Fidenatis*, Sulpicio *Cameri*[illegible] et Sergio *Fidenatis* cognomina addenda censeat, eaque a Livio omissa non putet, praesertim cum magistratus creantur, aperte fallitur, quum vel centum exemplis contrarium doceri possit. Certe hoc loco etiam Virginius et Manlius sine cognominibus *A.* est *M.* in Haverk. et *Manilium*, pro *Manlium*, in Florent. Voss. utroque, Leid. 1. Lovel. quinque, Gaertn. et Haverk. V. ad 34, 53, 2. *Maulium* in Harlej. 2. Ejus prior tribunatus memoratur supra 4, 61, 1. ubi in praenomen *Aulus* consentiunt scripti, in nomine vero etiam variant.

Manium Sergium iterum] *Marcum Servium Sulpitium iterum* Voss. 2. et Lovel. 3. *M. Servium Sulpicium iterum* Lovel. 2. et Leid. 1. *M. Sergium Sulpicium iterum* Lovel. 4. *Marcum Sergium Sulpicium iterum* Harlej. 1. et Lovel. 1. *Marcum Sergium iterum* Leid. 2. *M. Sergium iterum* Lovel. 5. Portug. et Haverk. Sed, *M.* sive *Manium Sergium* dictum esse, constat ex Fastis Capitolinis, in quibus vocatur *M. SERGIUS. L. F. L. N. FIDENAS.* Indocti librarii saepe *Marcus*, pro *Manius*, et *M.* pro *M.* scripserunt. V. infra ad 27, 25, 2.

§. 2. *Neglectum Anxuri praesidium vagationibus militum*] Non contemnendum erratum hic est.

Volscos mercatores vulgo receptando, proditis
3 pente portarum cuſtodibus, obpreſſum est. minus
litum periit, quia praeter aegros lixarum in mo
omnes per agros vicinasque urbes negotiabar
4 Nec Vejis melius geſta res, quod tum caput
nium curarum publicarum erat. nam et duces

reliquae vetuſtiores recte habuerint *vacationibus*. Neque diſſentiunt codd. noſtri, nisi quod *vocationibus* sit in Klock. Lovel. 5. et Haverk. *vacatoribus* in Lovel. 4. *vagationibus* in Harlej. 2. Portug. et Gaertn. *vocare* et *vacare* alibi commutantur. Ita supra 1, 59, 2. 4, 26, 12. infra 7, 28, 3. 8, 30, 4. et alibi. Vide, quae notavi ad Silii 10, 112. Eodem modo etiam *vocatio* et *vacatio*. V. ad 8, 20, 3. Quemadmodum autem hic *vacatio* et *vagatio*, ita etiam *vagus* et *vacuus* confunduntur. V. infra ad 27, 16, 4. Errori cauſſam dedit similitudo ductuum literarum *C.* et *G.* de qua re supra v. ad 2, 12, 15. Frequenter autem voce *vacatio* hoc sensu usus est Cic. Ita 4. in Verr. 10. *Vacatio data est ab iſto sumtus, laboris, militiae.* Orat. 5. Philipp. 12. *Saga sumi dico oportere, delectum haberi, sublatis vacationibus, in urbe, et in Italia, praeterea Gallia tota.* c. 19. *Senatui placere, his liberisque eorum militiae vacationem esse.* Juſtin. 37, 4. *Hieme deinde adpetente non in convivio, sed in campo, non in vacationibus, sed in exercitationibus, nec inter sodales, sed inter aequales, aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat.* Etiam Livius noſter. Ita 8, 20, 3. *Mamercinus scribere exercitum sine ulla vacationis venia.* 23, 20, 2. *Duplex stipendium et quinquennii militiae vacationem decrevit.* 27, 38, 3. *Sacrosanctam vacationem habere dicebantur.* Et saepius eodem cap. 36, 3, 5. *Decrevit, va nem rei navalis his colonis no* Et mox, *Cum praetore de va ne certaverunt.* 42, 34, 12. *hi nec stipendia omnia emeri sent, necdum aetas vacatione ret.* Et ita *vacantes* supra 12. *Cognitio vacantium m munere poſt bellum differtur* super *neglectum est Anxuri sidium* ed. Parm. Male. Cob enim sequentibus *neglectum xuri praesidium obpreſſum es* illud ipsum *est* exſtat. *negl Aucxyri praesidium* Florent. lej. 1. et Klockian. V. sup 4, 59, 3. *neglectum Terracine sidium* Harlej. 2. quod ex n ne in contextum receptum ubi olim quidam adnotaſſe tur, *Anxur* eam urbem eſſe, poſtea *Tarracinae* dicta est spiciens ad locum Liv. 4, *Anxur fuit, quae nunc Tarr sunt.* Certe alii codd. utra lectionem junxerunt. Nam ctum Terrecinae Anxuri praes praeferunt Lovel. 3. et V *neglectum Terracinae Anxuri sidium* Lovel. 4. et Portug *glectum Taracinae Auxuri p dium* Haverk. *neglectum F Anxuri praesidium* Lovel. 5. bi saepe librarios gloſſema mul cum vera lectione reddi variis exemplis adlatis supr ctum est ad 3, 44, 4. Paull te *omnium cura*, trajectis bus, habet Haverk. *circa on* Lovel. 5. Tum *in Veis bellum in Vejens*, Leid. 2. *in venien lum* Flor. a m. 1. V. ad 4,

mani plus inter se irarum, quam adversus hostes animi, habuerunt: et auctum est bellum adventu repentino Capenatium atque Faliscorum. Hi duo 5 Etruriae populi, quia proximi regione erant, devictis Vejis, bello quoque Romano se proximos fore credentes; Falisci propria etiam caussa infesti, 6

Proditis repente portarum custodibus obpressum est] Non capio hos custodes *repente proditos*. Utrum τὸ *repente* conjungendum cum illis *obpressum est*? an mavis *obpressis repente portarum custodibus proditum est*? Puta hostibus Volscis. Ut l. 4. D. ad leg. Jul. Majest. *Cujusve dolo malo exercitus populi Romani in insidias deductus hostibus proditus erit*. J. FR. GRON. Doujatius non vidit rationem, qua permotus locum conjectura tentavit Gronovius. Dicit enim, quum *praesidii* nomine intelligantur praesidiarii, se non videre, cur praesidio magis conveniat proditum esse, quam *obpressum*. Verum non ea locum emendandi caussa Gronovio fuit; sed quia τὸ *repente* cum remotiori *obpressum* construi durius putabat; cum proximo autem *proditis* vix posse. Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii adscripserat, potius sibi videri, ut *repente* referatur ad τὸ *obpressum est*, quam ut aliquid mutetur, adjecto etiam loco Livii ex hoc lib. c. 12, 7. *Seditio intestina majore mole coorta, quam bella tractabantur*. ubi *majore mole* non referendum putat ad proximum *coorta*, sed ad remotius *tractabantur*. Insuper *oppressum est* in *hominum* duabus vocibus auctior Klockian.

§. 3. *Minus militum periit*] *perit* Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. et Gaertn. Ita interdum peccatur in libris manu exaratis. Supra 2, 40, 10. c. 50, 11. (* 29, 32, 13. 31, 37, 9.) V. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 10. Alia similia exempla v. ad 36, 20, 3. Mox τὸ *omnes*, quod in antiquioribus inpressis deficit, primus recepit Aldus. Et superest etiam in codicibus manu exaratis.

§. 4. *Nam et duces Romani plus inter se irarum*] *vani et duces* Lovel. 5. Sed prima vox non comparet in Leid. 1. qui etiam *iratum*, pro *irarum*, praefert. Paullo ante *melius gesta res est*, addita ultima voce, Lovel. 3.

Adventu repentino Capenatium et Faliscorum] In exemplari vetusto est *Capenatium atque Faliscorum*. RHEN. *ac Faliscorum* unus Lovel. 4. sed *atque Faliscorum* est in reliquis omnibus meis. Et ita jam ante Rhenanum ediderant Aldus, Colonienses anno 1525. Cerricornus, et Ascensius anno 1530. Praeterea *Capenatum* Lovel. 4. et 5. Sed v. infra hoc lib. ad c. 15, 2.

§. 5. *Bello quoque Romano se proximos fore credentes*] *belloque Romano proximos fore* Haverk. V. ad 5, 27, 1. Paullo ante *proxima regione*, pro *proximi*, ed. Parm. invitis reliquis edd. et omnibus Mstis.

§. 6. *Propria etiam caussa infesti, quod Fidenati bello se jam antea inmiscuissent*] *etiam propria caussa* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *etiam proxima caussa* Lovel. 5. *proprius* et *proximus* interdum commutantur inter se. V.

quod Fidenati bello se jam antea inmiscuerant, per legatos ultro citroque missos jurejurando inter se obligati, cum exercitibus necopinato ad Vejos
7 accessere. Forte ea regione, qua M.' Sergius tribunus militum praeerat, castra adorti sunt, ingentemque terrorem intulere; quia Etruriam omnem excitam sedibus magna mole adesse Romani crediderant. eadem opinio Vejentes in urbe concitavit.

Cl. Corte ad Plin. 2. Ep. 16, 2. Deinde *infestique Fidenati bello* Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8. Tum *bello se jam inmiscuerant*, omisso *τοῦ antea*, Lovel. 4. *bello jam antea inmiscuerant*, omisso *τοῦ se*, Harlej. 2. *bello se aim antea*, transpositis literis, Leid. 1.

Cum exercitibus necopinato ad Vejos accessere] *necopinate* Leid. 2. Portug. et Haverk. *nec inopignato* Voss. 1. a m. 1. V. infra ad 37, 11, 7.

§. 7. *Qua M. Sergius tribunus praerat*] *C. Sergius* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Marcus*, vel *M. Sergius* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. uterque, Portug. Gaertn. et Haverk. Et ita etiam Aldus edidit, quum in prioribus praenomen omitteretur; quibus concinit Florent. Sigonius demum *M. Sergius* substituit. Livium Sergio praenomen addidisse, constat ex consensu codd. scriptorum. Id autem neque *Cajus*, neque *Marcus*, sed *Manius* fuisse ostendunt, quae superius dicta sunt ad §. 1. hujus cap.

Quia Etruriam omnem excitam sedibus magna mole adesse Romani crediderant] Pall. pr. ac tert. *excitatam seditionibus*. Non admodum quadrat. GEBH. *qui Etruriam* Leid. 1. quomodo saepissime peccatur in scriptis. V. ad 36, 33, 5. Tum *exercitam sedibus* Leid. 1. quasi scriptum fuisset *ex'citam*. Eadem varietas saepius in Mstis obvia est. V. infra ad 10, 33, 1. *excitatam sedibus* Haverk. V. ad 28, 24, 4. *excitam seditionibus* Voss. 2. et Lovel. 3. Vulgatum probum est. Infra 27, 51, 13. *Metapontinos, civitatem universam, excitos sedibus suis.* 32, 13, 6. *Homines, qui sequi possent, sedibus excibat, oppida incendebat.* 42, 11, 4. *Bastarnarum gentem excitam sedibus suis.* 44, 27, 2. *Ceterorum quidem fremitus fuit, indignantium se frustra excitos sedibus suis.* Curtius 3, 2. *Hic tanti adparatus exercitus, haec tot gentium et totius orientis excita sedibus suis moles.* ubi etiam unus Pal. *excitata*. Praeterea *crediderunt* Voss. 2. Haverk. et Lovel. 2. 3. 4. ac 5. [Veith.] Mox *Vejentes in urbem concitavit*, pro *in urbe*, Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *in urbe Vejentes concitavit* Lovel. 2. *Vejentes in urbe incitavit* Lovel. 4. V. ad 8, 23, 1. [*in urbem incitavit* Veith.]

§. 8. *Ita ancipiti proelio castra obpugnabantur*] *Itaque*, pro *Ita*, Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] V. ad 21, 53, 7. Tum *ancipiti bello* Lovel. 4. et Harlej. 2. [Veith.] Quid autem de hac lectione sentiendum sit, jam supra aperui ad 3, 61, 2. Deinde *castra Roma-*

ita ancipiti proelio castra Romana obpugnabantur; 8
concursantesque, quum huc atque illuc signa transferrent, nec Vejentem satis cohibere intra munitiones, nec suis munimentis arcere vim, ac tueri se ab exteriore poterant hoste. una spes erat, si 9
ex majoribus castris subveniretur, ut diversae legiones, aliae adversus Capenatem ac Faliscum, aliae contra eruptionem oppidanorum pugnarent. Sed

ita obpugnabantur, addita voce, Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lovel. quinque, Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Hearnii Oxon. N. et C. omnesque editt. usque ad J. Fr. Gronovium, qui, incertum qua de caussa, eam vocem expunxit; quam loco relitui, donec certiori ratione inde expellatur. Meorum solus Voss. 1. eam ignorare videtur, si non fallant excerpta.

Concursantesque quum huc atque illuc signa transferrent] Copula *que* aberat ab editis vetustissimis. Eam restituit deinde Aldus, cujus lectionem firmat consensus omnium meorum codd. Particula illa intercepta fuerat a voce sequente *quum*. V. ad 38, 40, 7. Deinde *illuc atque illuc* Haverk. *huc atque illac* Voss. 1. et Lovel. 1. *huc et illac* Leid. 2. Male. Infra 7, 34, 9. *Dum huc illuc signa vertunt*. Et eodem cap. §. 13. *Huc illuc signa moveri videtis*. Praeterea *transferentur* Gaertn. Mox *exhibere*, pro *cohibere*, Haverk.

Nec suis munimentis arcere jam vim] Particula *jam* non est in veteri codice. RHEN. Vox *jam* non est neque in illis, quos ego legi, libris, neque in iis, quos se legisse Rhenanus profitetur. SIG. Vir doctus ad marginem editionis Curionis legebat *arcere tantum vim*. Verum particula *jam* potius cum viris doctis delenda est, nam etiam in nullo meorum codd. superest, ut nec in Oxoniensibus Hearnii. Deinde *nec a suis munimentis arcere* Harlej. 2. Nihil muto. Supra 3, 8, 5. *Tricipitinus populationibus arcendis sociorum agro obpositus*. 7, 25, 13. *Graecosque arcere litoribus jussit*. Ubi etiam unus cod. *a litoribus*, quem ob aliorum, praepositionem ignorantium, auctoritatem non audiendum censeo. c. 26, 14. *Quum litoribus arcerentur*. ubi male idem cod. *a litoribus*. 25, 9, 6. *Ut partem equitum postero die luce prima juberet exire ad arcendum populationibus hostem*. 26, 41, 6. *Ut pro ripa Iberi stantes arceamus transitu hostes*. Ubi alia notantur. Praeterea *suis munimentis arcere vi* Florent. a m. 2. quasi *per vim*. Et ita referendum foret ad Vejentem ex urbe erumpentem. Sed male. Tota enim orationis compositio ad hostem externum, castra obpugnantem, referendum, et propterea *arcere vim* legendum esse docet. Insuper *credere*, pro *arcere*, est in Lovel. 5. cujus loco pro varia lectione margini adscriptum est *cohercere*. Mox *tueri se poterant ab exteriore hoste*, trajectis dictionibus, praefert Gaertn.

§. 9. *Si ex majoribus castris subveniretur*] *sed ex minoribus* Lovel. 5. et Gaertn. At prima vocula non est in Haverk.

castris praeerat Virginius, privatim Sergio invisus
10 infestusque. is, quum pleraque castella obpugnata, superatas munitiones, utrimque invehi hostem nunciaretur, in armis milites tenuit: si opus foret au-
11 xilio collegam dictitans ad se missurum. Hujus adrogantiam pertinacia alterius aequabat; qui, ne quam opem ab inimico videretur petisse, vinci ab
12 hoste, quam vincere per civem, maluit. Diu in medio caesi milites; postremo, desertis munitionibus, perpauci in majora castra, pars maxima atque ipse Sergius Romam pertenderunt. ubi quum

§. 10. *Superatas munitiones, utrimque invehi hostem*] *superatam munitionem* Hearnii Oxon. L. 2. Deinde *utrumque invehi hostem* Harlej. 2. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. 5. Portug. Gaertn. et Haverk. quod exponi potest hostem in castris, et hostem in urbe. Sed nihil muto. V. infra hoc lib. ad c. 46, 1.

Si opus foret auxilio, collegam dictitans ad se missurum] *si foret opus auxilio* Harlej. 2. Tum *dictans* Voss. 2. et Lovel. 3. V. supra ad 3, 20, 8.

§. 11. *Hujus arrogantiam pertinacia alterius aequabat*] *Hujus arrogantia pertinaciam alterius aequabat* Hearnii Oxon. N. et C. [Veith.] *pertinacia alterius rogabat* Florent. Mox *videtur* Gaertn. Scriptum fuerat forte *vid'etur*. Sed postea vel evanuit, vel perperam neglecta est nota compendiariae scripturae, ut saepe alibi accidit. V. infra ad 40, 14, 3. Deinde *petiisse*, pro *petisse*, Lovel. 4. V. ad 37, 45, 2.

§. 12. *Pars maxima atque ipse Sergius Romam pertenderunt*] *Roma* Leid. 2. *protenderunt* Gaertn. *pretenderunt* Leid. 2. ubi tamen inter versus adscriptum est *pertenderunt*. Varietas orta est ex inperitia scribarum, qui non intellexerunt compendium, quo prima syllaba *τοῦ pertenderunt* exarata erat. V. infra ad 9, 10, 7.

Ubi quum omnem culpam in collegam inclinaret] *ibi quum omnem culpam* Voss. 2. et Haverk. V. infra ad 27, 5, 2. *ibi communem culpam* Klockian.

Acciri Virginium ex castris, interea praeesse legatos placuit] *arciri* Leid. 1. et Klock. Quomodo olim Grammatici scribere soliti fuerunt, quod nunc *acciri* vel *adciri* dicimus. V. Dausquej. Orthogr. part. 2. in v. *Arcessere*. et Voss. in Etymol. in v. *Arcesso*. *acciri Virginium, et castris interea praeesse legatos placuit* habet Harlej. 1. Voculae *et* atque *ex* passim confunduntur in scriptis. V. ad 26, 45, 1. [*de castris* Veith.] *Τὸ placuit* exsulat a Gaertn.

§. 13. *Pauci reipublicae, huic atque illi*] *paucis reipublicae* Voss. 1. et Lovel. 1. *pauci reipublicae, multi huic atque illi* Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. Idem etiam Puteanum in Cujaciano invenisse supra Gronov. notavit ad 3, 37, 8.

omnem culpam in collegam inclinaret, adciri Virginium ex castris, interea praeesse legatos placuit. Acta deinde in senatu res est, certatumque inter 13
collegas maledictis. pauci reipublicae, huic atque illi, ut quosque studium privatim aut gratia occupaverunt, adsunt.

IX. Primores Patrum, sive culpa sive infelici- 1
tate imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset, censuere, *Non exspectandum justum tempus comitiorum, sed extemplo novos tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent.*

ubi recte judicat, vocem *multi* a male sollicitis, ne quid deesset, insertam esse.

Et quosque studium privatim aut gratia occupaverunt] Vet. lib. *occupaverat.* SIG. Antiqua est haec lectio e Pall. primo ac tertio, Andreaeque editione jam amplius stabilita. Ne quis e recentiore libro, quali nota est et noster Palatinus *vix. occupaverat.* Campanus olim dedit vulgo: *ut quosque studium privatum aut gratia occupaverat.* GEBH. *et quosque* Gaertn. quomodo saepe peccatur in scriptis. V. ad 21, 28, 8. [*ut quos* Veith.] Tum *studium privatum* Leid. 2. Lovel. 2. 4. et Hearnii Oxon. N. [Veith.] Sed vox *privatim* non adparet in Haverk. Denique *occupaverat* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et, teste Hearnio, Oxon. L. 2. et C. [Veith.] Pro altera lectione stant reliqui codices, nisi quod *occupaverit* sit in Gaertn. *occupaverant* in Lovel. 2. Solet autem passim duabus vocibus numeri singularis addi verbum plurale. Infra hoc lib. c. 27, 11. *Fides Romana, justitia imperatoris in foro et curia celebrantur.* V. exempla ejus rei supra ad 1, 31, 7.

§. 1. *Infelicitate imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset*] Vox *imperatorum*, quae in prioribus edd. deerat, ab Aldo demum in contextum admissa est. Eadem etiam in omnibus scriptis constanter superest. *cum tam ignominiosa clades accepta esset* Voss. 1. Lovel. 1. et Portug. sed primus et ultimus tantum in margine. *cum tam ingeniosa clades accepta esset* Leid. 2. *Tò esset* deest in Lovel. 3. Ceterum vir doctus ad marginem editionis Curionis addita voce legebat *quod sive culpa, sive infelicitate imperatorum, tam ignominiosa clades accepta esset.* Verum nihil muto. Non enim hic caussa redditur senatusconsulti, quo tribuni ante tempus magistratu abire jussi sunt; verum indicatur potius, quum alii culpa, alii tantum infelicitate imperatorum cladem accidisse contenderent, senatum, non dijudicantem utra caussa verior esset, ita censuisse. Quin etiam, si maxime caussa redderetur, non tamen invitis scriptis particulam inserendam esse censerem. Caussales enim illas saepe omitti, jam supra dictum est ad 1, 40, 4.

Qui Kalendis Octobribus magi-

2 In quam sententiam quum pedibus iretur, ceteri
3 tribuni militum nihil contradicere. at enimvero Sergius Virginiusque, propter quos poenitere magistratuum ejus anni senatum adparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere senatusconsulto: negare, se ante Idus Decembres, sollemnem ineundis magistratibus diem, honore abituros

stratum occiperent] In veteri codice est *a Kalendis Octobribus*. RHEN. *a Kalendis* praeferunt etiam nonnullae edd. antiquae ante Aldum, qui iterum praepositionem omisit. Ea vero in nullo etiam meorum codicum superest. Supra 4, 37, 3. *Consules ii, quos diximus, Idibus Decembribus magistratum occepere.* Infra hoc lib. c. 32, 1. *Kalendis Quinctilibus magistratum occepere.* Tum *Kalendis Octobris* Leid. 1. Lovel. 3. Gaertn. et Haverk. Sed praestat *Kalendis Octobribus*. V. ad lib. praec. c. 37, 3. et mox ad §. 3. Deinde *magistratum acciperent* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. quinque, Harl. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Male. V. Gebhard. supra ad 1, 7, 6. (ubi etiam codices suos hoc loco perperam *acciperent* praeferre testatur) et quae infra notantur ad 31, 50, 6. V. etiam mox hoc cap. ad §. 8. Paullo ante *monitiorum*, pro *comitiorum*, Florent. a m. 1. cujus loco postea emendatum est perperam *monitionum*.

§. 2. *In quam sententiam cum pedibus iretur*] *ad quam sententiam* non recte Gaertn. Infra 9, 8, 13. *Quum omnes laudibus modo prosequentes virum in sententiam ejus pedibus irent.* 22, 56, 1. *Quum in hanc sententiam pedibus omnes issent.* Et ita Livius aliique passim.

Ceteri tribuni militum nihil contradicere] Vox *militum* deficit in Leid. 2. Tum *nihil contradixere* Harlej. 2. [Veith.] *nihil contradixerunt* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed inmerito oratio infinita librariis displicuit, quum tamen eadem forma §. seq. addatur *deprecari*, *intercedere*, *negare*, ubi nihil mutant. V. supra ad 1, 50, 5. et mox etiam §. 4.

§. 3. *At enimvero Sergius Virginiusque*] *at enim Sergius* Leid. 2. et Lovel. 1. *at enim non Sergius* Gaertn. quasi ex praecedenti revocandum foret, *at enim non Sergius Virginiusque nihil contradicere*, ut sensus sit, eos vehementissime contradixisse. Sed nihil muto. [*senatumque* Veith.]

Se ante Idus Decembres, sollemnem ineundis magistratibus diem, honore abituros esse] *ante Idus Decembris* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 5. Portug. Gaertn. et Haverk. Male. V. modo ad §. 1. Tum *sollemne ineundis magistratibus die* Portug. a m. 2. qui etiam [ut Veith.] *honoris*, pro *honore*, praefert. Denique *labituros esse* Harlej. 1. *habituros esse*, perperam praeposita adspiratione, Voss. 1. Leid. uterque, et Gaertn. [Veith.] V. infra ad 22, 59, 19. Ita etiam est in Florent. pro quo postea mutatum *honorem habituros*.

§. 4. *In concordia hominum secundisque rebus civitatis*] Lego *in concordia ordinum*. KLOCK. De *concordia ordinum* v. supra ad 4, 60, 3. Ea tamen hic intelligi nequit,

ui plebis, minasque vestras, nae ego libenter experirer,

[illegible] nondum ordinum concor-[illegible] ruptam esse adpareat, sed [illegible] hominum, sive senato-[illegible] et quorumdam tribunorum [illegible]; aut etiam tantum Ser-[illegible] et Virginii, quibus aderant, [illegible] quoque studium privatim aut [illegible] occupaverunt. Paullo ante [illegible] *hac*, pro *haec*, Lovel. 4.

Minari tribunis militum, nisi in [illegible]ctoritate senatus essent] Membra-[illegible] Palat. *ui in auctoritate*. GEBH. *minari tribunis* Portug. *minari tri-[illegible]* Lovel. 4. 5. et Leid. 1. *minati tribunis* Voss. 2. et Lovel. 3. quem [illegible] errorem supra jam no-[illegible] ad §. 2. Mox τὸ *nisi* deest in Portug. sed margini deinde ad-[illegible]ptum est *ui*, quod etiam prae-[illegible] Haverk. V. infra ad 23, 1, 8. *[illegible] in auctori senatus esset* corrupte [illegible] nine sensu praefert Gaertn.

Se in vincula eos duci jussuros [illegible]] *se in vincla* Voss. ambo, Leid. [illegible] et Lovel. 1. quomodo se etiam [illegible] Mss. reperisse notat Gebhar-[illegible] ad Liv. 2, 39, 7. Vide, quae [illegible] ad 3, 56, 4. *se vincla* Lovel. 3.

ut et infra *minas vestras*, pro *minasque*.

Nae ego libenter experirer, quam non plus in his juris, quam in vobis animi esset] *nae* cum diphthongo posteriores scripserunt. Caeterum sensum ipsum non plane (nisi *juris* pro aequitatis exponamus) percipio. Comparatio est Sergii Virginiique ad tribunos plebis. Sed judicet lector. GLAR. Notavi primo abesse ab Pall. primo ac tertio voculam *nae*, quae tamen necessario requiritur. Deinde aliam atque aliam concipi in iisdem codicibus lectionem. in primo, *quanto vero plus in his viris, quam in nobis animi esset*. In tertio, *quanto non plus in hiis viris nostris, quam in vobis animi esset*. Vulgata defenditur auctoritate Palat. secundi atque editionis primariae. GEBH. Non se plane percipere horum sensum fatetur Glareanus. nam τὸ *his* refert ad tribunos militum Sergium Virginiumque; quod mihi videtur ad *minas* referendum. Cum vos, inquit, respicio et mi-

lio Julo, tribunis militum consulari poteſtate,
2 ta domi militiaeque geſta. nam et bellum
plex fuit eodem tempore, ad Vejos, et ad
nam, et ad Falerios, et in Volscis, ut Anx
3 hoſtibus recuperaretur: et Romae simul de

eſſe variationem; ut vix, quid sequamur, certo definire queamus. GLAR. Diodorus [l. 14. p. 420.] *Καίσωνα Φάβιον*, Capitolini auctores *K. Fabium* scribunt. Eos igitur secuti *K. Fabio Ambuſto* corrigimus. SIG. Cornelii praenomen deest in Lovel. 5. *M. Cornelio* legunt Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Harl. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. atque editi antiquiores. Primi apud me Moguntini subſtituerunt *Cn. Cornelio*, quomodo etiam praeferunt Florent. Leid. 1. Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. et Harlej. 1. quorum Voſſ. 2. cognomen *Coſſo* omisit. Ei autem *Cnaei* praenomen fuiſſe, exiſtimat etiam Pighius in Annal. ad ann. CCCLII. p. 211. ubi insuper statuit, illum indicari, qui quinquennio ante apud Liv. 4, 58, 6. eamdem tribuni consularis dignitatem obtinuit. Vide etiam infra ad c. 12, 5. Praeterea *C. Fabio* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. 2. Gaertn. omnesque excusi ab Aldo usque ad Sigonium. *M. Fabio* Lovel. 4. Portug. et Haverk. *Claudio Fabio* inpreſſi ante Aldum. Sed recte *Kaesonis* praenomen ei vindicavit Sigonius, et poſtea etiam Pighius l. l. De utroque hoc tribuno supra v. ad 4, 61, 4. Quamvis autem revera hic K. Fabius Ambuſtus nunc iterum eam dignitatem obtinet, in eo tamen Pighii sententiam probare nequeo, quod eidem numerum *II.* adjungendum exiſtimet. Saepiſſime enim Livium iterati honoris notas ante tribunos militares, interdum etiam poſt eos creatos omisiſſe, superius est ad 2, 16, 7.

L. Julio Tullo] *L. Jul* ex Capitolinis lapidibu *L. Julio Tullo* Voſſ. amb 2. et Lovel. 1. ac 2. *L. J lio* Leid. 1. Lovel. 3. 4. 5. Harlej. 1. Gaertn. et Ha *Julio Tulio* Harlej. 2. S *L. Julio Julo* Sigonius vit; quomodo se etiam i B. inveniſſe, Hearne mo *lus* et *Tullus*, *Julius* et *Tul* sim in Mſtis commutari dictum est ad 1, 30, 2.

12. *mandata*, pro *mandato*. V. Torren. ad Valer. Max. 3, 1. ext. 1. Adde, quae notavit ad 1, 1, 1. p. 8. Contra multa etiam obcurrant vocabula quartae declinationis, quae saepe ad exemplum secundae formantur. V. supra ad 1, 13, 7. et Vossium 4. Gramm. 20. Quum tamen hic et alibi semper optimi codices *senatusconsulto* praeferant, alterum, iis recuentibus, Livio obtrudendum esse censeo. V. etiam, quae dicta sunt ad 3, 62, 2.

§. 6. *Decemviri sacris faciundis, lectisternio tum primum in urbe Romana facto, duumviris* Leid. 2. *A decemviris* Harlej. 2. sive referenda sit ad praecedentia *aditi sunt a duumviri*, sive ad sequentia *A duumviris lectisternio facto*. Haec ratio cura ante institutos Epulones interdum huic sacerdotum collegio data est. Infra 22, 10, 4. *Lectisternium per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus*. Verum posterius illud ut verri posset, quia tum suus deesset nominativus verbo *placaverunt*, et commodius prius. Nam *aditi sunt a duumviris sacris faciundis, Lectisternio* etc. *placaverunt* perinde esset, ac si dixisset, *qui, vel ii lectisternio placaverunt*. V. Gronov. ad Liv. 22, 15, 3. Praestitimus, ut, reliquis codd. nihil mutantibus dicto audientes, *decemviris* retinemus. Praeterea *sacris faciundis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. et Gaertn. pro quo *sacrificandis* Haverk. Tum *lectisternia facta* editt. ante Alduum: et quarum numero Moguntina verba haec parentheseos notis circumscribit. *lectisternio facta* Harlej. 2. et Haverk. Denique *tum primum* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et edit. Mediol. anni 1505. Et ita etiam voluisse videtur librarius Harlej. 2. qui tamen *cum primum* dedit. Infra 9, 6, 3. *Velut ab inferis extracti tum primum adspicere lucem visi sunt*. Particulae *tum* et *tunc* infinitis locis commiscentur in libris scriptis. V. supra ad 2, 12, 15. Pro vulgato tamen stant Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. Et *tum* mox iterum sequetur.

Apollinem, Latonamque, et Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum] *Apollini* Leid. 2. quasi reliqui Dii quinque placati fuissent Apollini. Male. ipsi illi Dii placabantur populo atque imperio Romano. Infra 8, 25, 1. *Eodem anno lectisternium Romae quinto post conditam urbem iisdem, quibus ante, placandis habitum est Diis*. Tum *Latonamque, Dianam*, omisso intermedio *et*, Lovel. 2. Deinde *Herculem, et Mercurium, atque Neptunum* Haverk. Ceterum sex hos Deos per tres lectos ita componit Doujatius, ut in primum eorum invitatos credat Apollinem et Dianam cum Latona matre; in secundum Herculem et Mercurium, Jove et ipsos natos; Neptunum ejusdem fratrem in tertium. Rationem autem, cur id sibi persuaserit, non addidit. Cur non per paria composuit? quemadmodum infra Livius fecit 22, 10, 9. *Tum lectisternium per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus. Sex pulvinaria in conspectu fuere: Jovi et Junoni unum, alterum Neptuno ac Minervae, tertium Marti et Veneri, quartum Apollini ac Dianae, quintum*

7 tis lectis placavere. Privatim quoque id sa
celebratum est. tota urbe patentibus januis,
miscuoque usu rerum omnium in propatulo p
notos ignotosque passim advenas in hospitium
ctos ferunt; et cum inimicis quoque benign

Vulcano ac Vestae, sextum Mercurio ac Cereri. ubi cuique Deo Deam in eodem pulvinari junctam fuisse observari potest. Hic vero cum quatuor Diis duae Deae memorantur.

Quam amplissime tum adparari poterat, stratis lectis placavere] *quam amplissume* Leid. 1. V. supra ad 3, 17, 5. Deinde *tam adparari* Leid. 2. et tandem *placuere* Leid. 1. Haverk. et ed. Parm.

§. 7. *Privatim quoque id sacrum celebratum est. tota urbe*] *celebratumque. tota urbe* Klockian.

Promiscuoque usu rerum in propatulo posito] *promiscueque usu* Portug. et Haverk. *promiscue usu* Harlej. 2. *promiscoque usu* Florent. Leid. 1. et Klockian. V. supra ad 3, 47, 7.

Notos ignotosque passim advenas in hospitium ductos ferunt] *votos ignotosque* Portug. Sed solent etiam alibi saepe haec vocabula commutari. Exempla supra habuimus 1, 5, 3. 4, 12, 2. c. 20, 11. Infra hoc lib. c. 23, 1. aliisque locis. Similiter turbarunt librarii in verbis *vovisse* et *novisse*. V. infra hoc lib. ad c. 23, 8. (10, 37, 15.) Caussa est similitudo literarum *n* et *u*, quae in Mstis saepe tanta est, ut vix discerni possint. Hinc *angeo* et *augeo*, *index* et *iudex*, *nolo* et *uolo*, *nos* et *uos*, ac similia alia vocabula passim in Mstis Livianis aliisque confunduntur, ut variis locis ad Livium monui. Tum *in hospitio ductos* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *ductos passim ferunt*, licet *passim* jam modo cesserit, Haverk. Denique deest in Leid. 2. et Lovel. quo *fuerunt* praefert Leid.

Cum inimicis quoque ben comiter sermones habitos] vox non adparet in Leid Lovel. 1. Tum *ac humanite ter sermones* Lovel. 4. Se *humaniter* adjectae sunt quibus librarii indicare aliquid delendum esse.

Jurgiis ac litibus temp et litibus temperatum Voss. *tibus temperatis* Haverk. C Klockius hic ad margine tarat, videndum Brisson Formul. p. 118. qui in fer praeconem indictum doc *litibus et jurgiis abstineret*

§. 8. *Vinctis quoque demt dies vincula*] Hoc Casaub. a Tib. 61. de iis, qui publi cti erant, videtur acciper tassis ad nexos ob aes a pertinet, et ad religione haec sacra privatim ce fuisse dicit Livius. DUK. Casaub. ad Sueton. Tib in ora codicis sui Klockiu laudarat. Ceterum *Victi Vinctis*, Lovel. 3. V. ad 7. Tum *ademta vincula* et Fragm. Hav. Ovid. 3. 320.

Deme tamen nobis vincu cus ait.

Plautus in Captiv. 1, 2,

His indito catenas singu Istas majores, quibus s cti, demito.

comiter sermones habitos, jurgiis ac litibus temperatum; vinctis quoque demta in eos dies vincula; religioni deinde fuisse, quibus eam opem Dii tulissent, vinciri. Interim ad Vejos terror multiplex fuit; tribus in unum bellis conlatis. namque 8 9

adimere in hac re etiam utitur eadem comoedia infra 5, 4, 30.

Exuo iurgia, ut arcessatur pater: ut istas compedes
Tibi adimam, huic dem.

Verum plurium et optimorum codicum fide probatam lectionem vulgatam praefero. *Demere* vero et *Adimere* etiam alibi commutantur. V. supra 2, 60, 5. 7, 1, 12. (* 39, 44, 4.) et pluribus locis. Praeterea *demta et in eos dies vincula* Lovel. 1.

religioni deinde fuisse, quibus eam opem detulissent, vinciri] In Harleianagensi est, *quibus eam opem Dii tulissent*. RHEN. *et religione deinde fuisse* Fragm. Hav. a m. 1. *et religione deinde fuisse* Lovel. 3. *religione deinde fuisse* Leid. ambo, Lovel. 1. et Portug. a m. 1. *religionem deinde fuisse* Lovel. 2. Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] Vide Liv. 2, 62, 2. *Ut velut numine deum defensa castra obpugnare impia religio fuerit.* 6, 27, 4. *Hanc religionem sufficit censori religio esse.* Terent. in Heaut. 2, 1, 16.

Tum quod dem ei, recte est: nam, nihil esse mihi,
religio est dicere.

Arnob. 7. advers. Gent. p. 226. *Quod si vobis religio nulla est, aliquandam ferre et suos retinentia cadere, ipsi vestras religiones rumpitque dissolvitis.* (* *religio* Liv. 43, 13, 2.) Quaedam similia v. ad 24, 8, 20. Vulgatam, pro quo stant reliqui codices, satis ferri potest. Infra hoc lib. c. 31, 6. *Quae res postea religioni fuit, quia eo lustro Roma est capta.* 41, 16, 1. *Quia in una hostia magistratus Lanuvinus precatus non erat populo Romano Quiritium, religioni fuit.* Dicitur autem *esse religioni*, ut *esse praedae*, de quo v. supra ad 3, 29, 2. Alia ejus generis plura infra videbimus hoc lib. c. 54, 5. Deinde *eam opem tulissent* Voss. ambo, Lovel. quinque, Harlej. 2. Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] *eam opem intulissent* Harlej. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *eam opem retulissent* Leid. 1. Sed recte Rhenanus restituit, et Frobenius anno 1535. ac post eum reliqui recentiores in contextum receperunt, *eam opem Dii tulissent*. Olim, quum unica serie omnia scriberentur, exaratum fuerat *ditulissent*, pro *DI tulissent*, vel *DI tulissent*, quod deinde in *detulissent* prono errore mutatum est. Similis erroris alia exempla infra v. ad 22, 2, 1. *eam opem die tulissent* praefert Florent. Denique addita voce *iterum vinciri* est in Harlej. 2.

§. 9. *Ad Vejos terror multiplex fuit*] *terror fuit multiplex* Leid. 2. et Lovel. 1. *Tò fuit* non exstat in contextu Voss. 1. sed demum postea margini adjectum est.

Eodem, quo antea, modo circa munimenta] *eo, quo antea, modo* Leid. 2. V. ad 10, 10, 6. Tum *circa monimenta* idem Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Hujus erroris alia exempla supra

ı, quo antea, modo circa munimenta, quu
te Capenates Faliscique subsidio veniſſent, a
; tres exercitus ancipiti proelio pugnatum es
omnia adjuvit memoria damnationis Serg
rginii. itaque majoribus caſtris, unde ante
ım fuerat, brevi spatio circumductae copia
ıates, in vallum Romanum versos, ab terg
diuntur. Inde pugna coepta et Faliscis intu
rorem, trepidantesque eruptio ex caſtris op
ne facta avertit. repulsos deinde insecuti vi
ingentem ediderunt caedem. Nec ita mult
am palantes, veluti forte oblati, populatore

, 10, 6. Mox *Capenates* τοῦ *que* expuncto, Gaertn.

Memoria damnationis Serrginii] Exiguum est, aticendum, omnes non moces scriptos, (unum exovel. 4. in quo est *atque*) verum etiam excusos *ac* praeferre. Parisienum anno 1513. ei *et* subnt. Prius itaque reduxi. *rginii* Florent. Leid. amvel. 1. 3. et Gaertn. V. d 2, 17, 1.

majoribus caſtris, unde satum fuerat] *itaque a maaſtris* Haverk. *itaque e maaſtris* scribendum conjijatius; quod idem etiam Perizonio in mentem veıanus ejus in ora codicis Et facile hanc praepositelidere potuit litera fina s proxime praecedentis. 4, 12. Cl. Dukerus etiam se non videre, cur abeat praepositio, adducto o ex c. 8, 9. *Si ex majoſtris subveniretur*. Praeterea *ante cessatum* Lovel. 2. e Haverk. [*in bellum Rom.* Veith. Mox *a tergo* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 11. *Inde pugna coepta et Faliscis intulit terrorem*] *To et* non adparet in Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et editis vetuſtioribus, quod tamen hic emphasi non caret; quare recte Aldus addidit, cum quo etiam faciunt reliqui scripti. Mox *ingentem edidere caedem*, pro *ediderunt*, Voſſ. 2.

§. 12. *Jam palantes, veluti forte oblati populatores Capenatis agri*] *palentes* Harlej. 1. *populantes* Harlej. 2. sed *populatores* sequitur, quae vox librario ita scribenti ob oculos erat. Alibi etiam *palari* et *populari* commutantur. V. infra hoc lib. c. 44, 5. Tum *veluti sorte* Lovel. 2. 3. et Harlej. 2. saepius obvio errore. V. supra ad 1, 4, 4. Monuit etiam Cl. Dukerus, non liquere, quam vim hic habeat *veluti*. Populatores enim agri Capenatis non tantum *veluti forte*, sed *revera forte* oblati erant. Deinde *populatores Capenates* Ha-

natis agri reliquias pugnae absumsere: et Ve- 13
um refugientes in urbem multi ante portas cae-
dum prae metu, ne simul Romanus inrumpe-
, objectis foribus extremos suorum exclusere.
XIV. Haec eo anno acta. Et jam comitia tri- 1
norum militum aderant, quorum prope major
tribus, quam belli, cura erat; quippe non com-
unicatum modo cum plebe, sed prope amissum,
cernentibus summum imperium. Itaque clarissimis 2
viris ex composito praeparatis ad petendum, quos
praetereundi verecundiam crederent fore, nihilo-
minus ipsi, perinde ac si omnes candidati essent,

verk. Mox arumsere, pro absum-
sere, Lovel. 1. assumsere Voss.
ambo, Lovel. 2. 3. 4. 5. Gaertn.
et Haverk. Frequenter ita lapsos
librarios, supra vidimus ad 2,
42, 4.

§. 13. *Vejentium refugientes in urbem multi*] *venientium* Haverk.
V. supra ad 4, 52, 7. Tum re-
cepitus Voss. 2. *refugentes* Ha-
verk. Denique *in urbe* Portug.
nihil litera intercepta a prima
vocis sequentis. Mox *erumperet*,
pro *irrumperet*, Lovel. 4.

§. 1. *Et jam comitia tribunorum militum aderant*] *Et comitia* Lo-
vel. 1. *Etiam comitia* Leid. 2. Lo-
vel. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav.
Quomodo alibi saepe peccatum
esse, supra vidimus ad 1, 47, 9.
Deinde *tribunorum aderant*, me-
dia voce omissa, Voss. 2.

Quorum prope major Patribus, quam belli, cura erat] *quorum pro-
pe major* Lovel. 1. (* v. ad 21,
43, 15.) *Tum quam plebi* Haleij.
2. Sed vulgatum verius est. De-
inde *cura fuit* Lovel. 2. Mox *amis-
sum cernentibus deinde imperium*,
pro *cernentibus summum imperium*,
Leid. 2. et Lovel. 1. Similis fere
locus supra est 4, 54, 7. *Patres
contra non pro communicatis, sed
pro amissis honoribus fremere.*

§. 2. *Itaque clarissimis viris ex composito praeparatis ad petendum*] V. C. *ex conspectu*. Scilicet quia
antiquam scribendi rationem se-
quutus erat Livius *ex compecto*.
GULIELM. Quaest. Plaut. in Bac-
chid. c. 2. V. supra hoc libro ad
c. 11, 7. Hic tamen libri nihil
mutant, nisi quod *Ita clarissimis*
legat Lovel. 2. V. ad 21, 53, 7.
Tum quod *viris* exsulet ab Har-
lej. 1. et *Impatis* sit in Haverk.
Mox *praetereundi crederent vere-
cundiam fore*, alio verborum or-
dine, Leid. 2. et Lovel. 1.

Non homines modo, sed Deos etiam, excipiebant] Forte *accie-
bant*. Infra l. 28, 7. de Philippo
Macedoniae rege. *Inde Opuntem
rediit, Deos hominesque accusans,
quod tantae rei fortunam ex oculis
prope raptam amisisset*. COETIER.
Contra Doujatius *excipere* inter-
pretatur quasi arripere, et ad

cuncta experientes, non homines modo, sed De-
3 etiam, excipiebant; in religionem vertentes comi-
biennio habita: priore anno intolerandam hiem-
prodigiisque divinis similem coortam: proximo n-
prodigia, sed jam eventus, peſtilentiam agris ur-
4 que inlatam haud dubia ira Deùm: quos peſtis e-
arcendae cauſſa placandos eſſe, in libris fatali-

suas partes trahere, et non absimili sensu dictum putat illud apud Cicer. 2. de Orat. 67. *Ex alterius oratione aliud excipere, atque ille vult.* Sed locus in vitio cubat: cui medendo nihil opis est in Mſtis. Conspirant enim in vulgatam lectionem, nisi quod tota vox omittatur in Lovel. 3. Aqua mihi haeret. Cogitent igitur feliciori ingenio praediti. Coutierii conjectura cui non displicet, propius ad vulgatum legere poſſet *exciebant*. Infra 31, 14, 12. *Sacerdotes cum insignibus suis intrantem urbem, ac Dii prope ipsi exciti sedibus suis, exceperunt.* Verum neque ipse huic sententiae adquiesco.

§. 3. *Intolerandam hiemem prodigiisque divinis similem coortam*] Doujatius conjicit, legendum esse *prodigiis divinis fertilem*, vel potius *terribilem*. Ego nihil mutandum puto. Tantam indicat hiemis saevitiam fuiſſe, ac tantam nivis copiam inmiſſam eſſe, ut res prodigio similis haberi poſſet. Florus 3, 4. *Itaque non fusus modo ab his aut fugatus, sed (simile prodigio) omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Caro.* ubi v. Cl. Dukerum, et, quem ibi laudavit, Freinsh. in indic. Flor. v. *Similis*. Miram lectionem *in hiemem hibernandam*, pro *intolerandam hiemem*, praefert Gaertn. Deinde *cohortam*, perperam interposita adspiratione, habet Fragm. Hav. pro quo *hortem* dederunt Voſſ. 1. et L vel. 1. *coortem* Leid. 2. V. sup ad 2, 30, 12.

Non prodigia, sed jam eventu peſtilentiam agris urbique inlatam non prodigia modo, sed jam eve tus, peſtilentiam agris Lovel. a m. 2. *non prodigia, sed etia eventus, peſtilentiam agris* Love 2. 4. *non prodigia modo, sed etia cunctis peſtilentiam agris* Portu et Haverk. *non in prodigia, s etiam eventus, peſtilentiam agr* Leid. 2. Lovel. 1. et Voſſ. 1. manu altera. *non in prodigia m do, sed etiam cunctis peſtilentiam* utraque lectione juncta, Harle 2. Sed receptam lectionem veri rem puto, alias ex ingenio inte polatorum ortas eſſe. Insup *sed jam eventus peſtilentiamq* Fragm. Hav. a m. 1. Sed co junctionem reliqui recte ign rant; ut ita *peſtilentiam agris u bique inlatam* voci *eventus* per a positionem jungantur. Mox *dubia ira Deùm*, pro *haud dubi* Harlej. 2. et Portug. a m. 1. infra ad 28, 2, 11. *haud dubi ira Deùm*, lacuna quadam h modo relicta, Leid. 2. Cujus brarius dubitaſſe videtur, utru *haud dubie*, an *haud dubia* lege dum foret, ideoque rem in m dio reliquiſſe. Sed vulgatu praeſtat, pro quo stant omn alii libri. V. ad 34, 43, 5.

§. 4. *Comitiis, auspicato qu*

um sit. Comitiis, auspicato quae fierent,
um Diis visum honores vulgari, discrimina-
entium confundi. Praeterquam majestate pe- 5
m, religione etiam adtoniti homines patricios
s, partem magnam honoratissimum quemque,
os militum consulari potestate creavere, L.
ium Potitum quintum, M. Valerium Maximum,

ndignum Diis visum honores] *Comitiis, quae auspi-*
o edd. Aldina priores.
auspicato fierent Voss. 2.
3. *Comitia ut auspicato*
d. 2. *Comitiis auspicato*
Hearnii Oxon. N. Li-
plicuisse videtur, τὸ
rimo, sed secundo lo-
quod tamen licet fre-
saepius erroris ansa
t. V. infra ad 28, 12, 13.
comitia quae fierent
mitiis auspicatoque quae
rb. Tum *indignum Di*
. 1. An voluit scriba
is visum? Sed *indi-*
ium Florent. Leid. 1.
av. Saepe ita in scri-
um obcurrit. V. su.
12, 5. 3, 2, 5. infra
c. 18, 12. c. 23, 3.
. 34, 4. c. 41, 8. c.
12, 8. c. 29, 1. 8,
32, 4. 9, 1, 4. c. 9,
ous locis. Hoc modo
Valerii Flacci codd.
enit, et Pierium ad-
net, ita in Virgilianis
. ipsum ad Val. Flacc.
tra Broekhus. in Msto
Groningano aliisque
egi, neque aliter prae-
branas Horatii lucu-
tatis, quarum usuram
aevio inpetrarat, ob-
ropertii 2, Eleg. 7, 62.
ipturam eruditam et
co esse, addit. Tum
reat. V. ad 39, 53, 2.

Paullo ante τὸ *ejus* deficit in Lovel. 4.

§. 5. *Praeterquam majestate petentium*] *potentium* Voss. 1. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Ita et supra peccarant librarii 4, 44, 2. et infra hoc lib. c. 18, 1. et 5. 8, 22, 4. et saepe.

Partem magnam honoratissimum quemque, tribunos militum etc. *creavere*] *parte magnam* Florent. prioris vocis ultima litera a prima sequentis intercepta. V. ad 23, 8, 9. *partem magna* Fragm. Hav. a m. 1. *parte magna* a m. 2. Sed infra v. ad 41, 6, 6. Deinde *tribunum* Voss. 2. et Haverk. *tribuno*ꝝ Harl. 2. *tribuno* Gaertn. Astutiores fuerunt librarii Leid. 2. et Portug. qui per compendium *trib.* dederunt.

L. Valerium Potitum quintum, M. Valerium Maximum] *L. Valerium Potitum, Q. Valerium Maximum* Florent. Voss. uterque, Leid. 1. Lovel. 3. 4. 5. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et priscae edd. *L. Valerium Potitum, Valerium Maximum* Leid. 2. Harlej. 2. Lovel. 1. 2. Portug. et Haverk.

M. Furium Camillum tertium] Antiqua lectio habet *iterum*. RHEN. Vet. lib. *iterum*. Plutarchus etiam [in Camill. p. 148.] hoc anno, quo lacus Albanus inundavit agros, Camillum fuisse τὸ δεύτερον ait, ut supra ostendi

M. Furium Camillum tertium, L. Furium Medul
num tertium, Q. Servilium Fidenatem iterum,
6 Sulpicium Camerinum iterum. His tribunis ad V
jos nihil admodum memorabile actum est. tc
7 vis in populationibus fuit. Duo summi impera
res, Potitus a Faleriis, Camillus a Capena, pr

[hoc lib. ad c. 1, 2.] SIG. Recte monuit Sigonius, legendum *iterum*. Nam ita omnes Pall. GEBH. *iterum* etiam praeferunt plerique meorum codicum, [Veith.] ut et vetustiores excusi. *tertium* demum obvium fuit in edit. Colon. anni 1525. et deinde apud Froben. anno 1531. quod idem praeferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Similiter etiam fuisse videtur in Florent. ex quo in excerptis nihil notatum video. Et eam scripturam veriorem esse docent, quae contra Sigonium ex sententia Perizonii pluribus supra dicta sunt hoc lib. ad c. 1, 2. Et ita Pighius etiam in Annal. ad ann. CCCLV. p. 215. agnoscit quidem, hunc secundum, non tertium, Camilli tribunatum esse, idque etiam Liviana quaedam exemplaria arguere; sed recte addit, ea ita praeferre contra Livii ipsius historiam. Quid loco Plutarchi, quo sententiam tuetur Sigonius, respondendum sit, supra l. l. dictum est. *M. Furium Camillum Medullinum tertium*, reliquis omissis, est in Voss. 2. et Lovel. 3.

L. Furium Medullinum tertium] Priore libro non ita longe a fine [c. 61, 1.] annotavimus, bis legi hunc Furium tribunum tertium: itaque hoc loco *Sextum*, aut supra anno CCCL. [d. loc. c. 61, 1.] pro *Lucio* legendum. At anno sequente [c. 16, 1.] haud dubie legendum *L. Furius Medullinus quartum*, quippe qui posteriori-

bus annis ter adhuc fit tr
nus militum consulari potes
GLAR. *Lucii* praenomen F
Medullino et hic et supra 4,
1. constanter tribuunt scrip
excusi; nisi quod duplex p
nomen *M. L. Furium* legat
vel. 1. Vulgatum non mutan
esse probant, quae Sigonius
pra notavit ad Liv. 4, 44, 1

Q. Servilium Fidenatem iter
Quintium Servilium Fidenatem
rum Voss. 1. et Leid. 1. *Q*
tium Fidenatem Servilium, iter
magistratus nota omissa, Leid.
quae etiam deest in Lovel.
V. ad verba sequentia. *Q. Fi*
natem Servilium iterum Lovel.
V. ad 8, 18, 4.

Q. Sulpicium Camerinum iter
Loco praenominis *Quintium* pr
ferunt Voss. 2. et Fragm. H
Ita saepe librarios peccasse,
pra vidimus ad 3, 1, 1. T
Supplicius Camerinius Portug.
ad 3, 10, 5. Denique et hic
rati honoris nota neglecta es
Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. H
lej. 2. Portug. Gaertn. Have
Fragm. Hav. et Hearnii Ox
L. 1. 2. ac C. [Veith.]

§. 6. *Nihil admodum meme*
bile actum est] *mirabile* Love
solita ac saepius in libris s
ptis obvia varietate. V. (
Burm. ad Nason. 4. Metam. (
(*ad Liv. 9, 29, 10.) *factum*
Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. F
sim haec vocabula in libris s
ptis commutata fuerunt. V. q

[illegible] quia singuli auctores erant, parum
dita spretaque, et quia, hostibus Etruscis,
quos ea procurarent, aruspices non erant.

[illegible]ostatur ad 6, 28, 2. Mox [illegible]ito is exsulat a Voss. 2.

[illegible] *Falerii, Camil-* [illegible] *praedas ingentes egere*] [illegible] Goertn. *a Faleris* Flo- [illegible]vel. 3. et Leid. 1. V. ad [illegible]8. Eam scripturam non [illegible] alii dederunt *a Falernis*, [illegible]dat in Leid. 2. *a Faliscis* [illegible]ovel. 2. Harlej. 2. Por- [illegible]verk. V. infra hoc lib. [illegible] 4. *Fotitus et Furius Ca-* [illegible]*pena* Lovel. 4. [Veith.] [illegible]*gentes praedas egere* Ha-

[illegible]*nulumi relicta re, cui* [illegible] *nocere posset*] *nulla* [illegible] *relicta* Voss. 2. et Lo- [illegible]ande *nocere* Leid. 2. et [illegible] 5. Saltem scripsis- [illegible] *possent*. Sed scripti [illegible] receptam lectionem [illegible]; nisi quod *possit* fue- [illegible]L. 5. a m. 1.

[illegible]*ligia interim multa nun-* [illegible]ripto libro est, *Pro-* [illegible]*im multa nunciavere.* [illegible]*nunciata fuere*

suo cod. invenit, et Voss. 1. a m. 1. habuit. Neque aliter apud Hearnium praeferunt Oxon. C. et in margine N. Inde Rhenanus *nunciata fuere* scribendum conjecit, quomodo nonnumquam alibi peccatur in scriptis. V. infra ad 23, 29, 16. *nunciata*, ut Sigonius in plerisque libris esse testatur, apud me tantum exstat in Lovel. 2. Portug. et Haverk. et apud Hearnium in Oxon. L. 1. Sed recte Gruterus et Gebhardus vulgatum tuentur, quod similiter Gronovius infra facit ad 6, 27, 10. Inde quorundam codicum librarii de industria discesserunt, quod locutio infinita displiceret. Saepissime eos hoc modo erraſſe, supra dictum est ad 1, 50, 5. Praeterea *iterum*, pro *iterim*, sive *interim*, male exhibent Lovel. 3. et Portug. V. infra ad 10, 18, 1. [*singuli erant auctores* Veith.]

Parum credita spretaque] Prima vox a m. 1. deerat in Portug. altera eam postea margini adjecit.

2 in unum omnium curae versae sunt, quod lac
in Albano nemore sine ullis coelestibus aqu
caussave qua alia, quae rem miraculo eximer
3 in altitudinem insolitam crevit. Quidnam eo I
portenderent prodigio, missi sciscitatum orator
4 ad Delphicum oraculum: sed propior interpres f
tis oblatus senior quidam Vejens, qui, inter c
villantes in stationibus ac custodiis milites Rom
nos Etruscosque, vaticinantis in modum cecini

§. 2. *Caussave qua alia, quae rem miraculo eximeret*] *caussa ne qua alia* Lovel. 2. 4. et Fragm. Hav. *caussa neque alia* Voss. 2. *caussave alia* Leid. 2. et Lovel. 5. *caussa alia* Gaertn. Nihil mutandum. Supra hoc lib c. 13, 4. *Sive ex intemperie coeli, raptim mutatione in contrarium facta, sive alia qua de caussa.* ubi plura vide. Deinde *quare miraculo eximeret* Gaertn. Paullo ante *in Albano monte*, pro *nemore*, Lovel. 4. Sed quum alterum constanter sit in aliis omnibus libris, hoc ex glossa receptum videtur, quo ejus auctor indicare voluit, *nemus* illud *Albanum* situm fuisse in monte Albano. De hoc nemore v. Cluver. Ital. Ant. 3, 4. p. 908. Mox verbis sequentibus *in altitudinem solitam*, pro *insolitam*, Fragm. Hav. Sed primae literae ejus vocis *in* absorptae sunt a praecedentis vocis ultima *m*. V. infra ad 10, 13, 3.

§. 3. *Quidnam eo Dii portenderent prodigio, missi sciscitatum oratores*] *Di portenderent* Florent. et Leid. 1. qui etiam *Dis*, pro *Diis*, supra habuerunt c. 14, 4. ubi vide. *protenderent* Leid. 2. et Fragm. Hav. Vocula *eo* deficit in Lovel. 4. Tum vox *oratores* deest in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 4. *Sed propior interpres fa oblatus*] *proprior* Lovel. 1. 2. Harlej. 2. De quo errore scrib rum v. supra ad 4, 17, 5. *pr interpres* Leid. 2. Per comp dium scriptum fuerat *ppior*, postea prius *p* cum addita n neglectum est. Ita et alibi pec tur. V. ad 6, 12, 2. 8, 38, (*c. 29, 2.) 9, 1, 11. et aliis cis. Eadem varietate *prius*, *propius*, dederat scriba supra 15, 4. Praeterea *factis obla* Lovel. 1. Harlej. 2. et Port errore passim in membranis tustis obvio. V. supra ad 3, 9. *satis oblatus* Lovel. 2. *obla fatis* vetustiores excusi ante dum, qui alio ordine *fatis ob tus* dedit, quomodo etiam pr ferunt omnes scripti. [*propior ter patres fatis* Veith.]

Inter cavillantes in stationi ac custodiis milites] *intra cavil tes* Voss. 2. et Lovel. 3. soller scribarum lapsu. V. hoc lib. c. 27, 2. Deinde *custodibus* iis Voss. 2. et Lovel. 3. V. paullo te ad c. 13, 1.

Ex lacu Albano aqua emissa ret] *aquae missa foret*, inpe divisis vocibus, quae olim p petua serie exaratae erant, L 1. et ita fere Harlej. 1. qui *a missa* praefert. Hinc alii fecer

quam ex lacu Albano aqua emissa foret, mum-
potiturum Vejis Romanum. Quod primo, vel- 5
emere jactum, sperni, agitari deinde sermo-
coeptum est; donec unus ex statione Ro-
a percunctatus proximum oppidanorum, (jam
longinquitatem belli commercio sermonum fa-
quisnam is esset, qui per ambages de lacu
no jaceret? postquam audivit aruspicem esse, 6
aud intacti religione animi, caussatus de pri-

issa foret, ut exhibent Voss. 1. 2. Lovel. 5. et Fragm. *aqua foret missa* Lovel. 4.] Sed vulgatum verum est. *hoc* cap. §. 11. *Ut quando Albana abundasset, tum, si manus rite emisisset, victo- Vejentibus dari.* cap. seq. *Aquam Albanam, cave, in manare suo flumine sinas. per agros rigabis.* c. 19, *ex lacu Albano aqua emis- agru.* c. 51, 6. *Monitu Deo- ex lacu Albano emissa* bi etiam unus cod. male *et.* Plin. 9, 29. *Ita se paul- ebrigens, ut, emissa omni lem aqua, velut exoneratus, facile naviget.* l. 36, 15. *inter maxime memoranda duxerim montem perfos- lacum Fucinum emitten-* Hinc etiam *emissaria* vo- rivi, per quos aqua emit- Plin. 33, 4. *Emissaria in ua pedum quadratorum ter- ere linguuntur, et repleto excussis obturamentis erum- ruat.* Sueton. in Claud. 19. *magna perfecit; sed vel prae- quae ductum a Cajo inchoa- tem emissarium Fucini lacus.*

quum potiturum Vejis Roma- Vejas Kloek. Non sequor. nem infra v. ad 31, 45, 6. Adde reliquorum Mstorum in vulgatam lectionem consensum. Deinde *Romanum imperium* Voss. 2. Male. *Romanum*, id est, Romanos; quod non intelligens librarius vocem deesse existimavit, quam de suo addidit. V. supra ad 3, 2, 11.

§. 5. *Percunctatus proximum oppidanorum* etc. *quisnam is esset*] *percunctatur* Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *quisnam eorum is esset* iidem Leid. 2. et Lovel. 1. *quisnam esset is* Lovel. 5. *quisnam esset* Harlej. 2. Vulgatum praestat. Supra 4, 44, 4. *Quidnam id rei esset.* Mox hoc cap. *Sciscitantibus, quidnam id esset, quod de lacu Albano docuisset, respondit.* Similiter *quid id rei esset* ex conjectura Gronovius Livio restituendum credebat supra 3, 4, 5. Paullo ante *coeptum esse*, pro *coeptum est*, Harlej. 2. Tum *e statione*, pro *ex statione*, Lovel. 4.

§. 6. *Postquam audivit, aruspicem esse, virum haud intacti religione animi*] Volumen vetus monet legendum *vir haud intacti religione animi caussatus* etc. ut intelligas, eum religione motum senem seductum apprehendisse. RHEN. Quemadmodum Rhenanus emendavit, legebatur etiam

vati portenti procuratione, si operae illi esset, co
7 sulere velle, ad conloquium vatem elicuit. Quu
que progressi ambo a suis longius essent inerm
sine ullo metu; praevalens juvenis Romanus sent
infirmum, in conspectu omnium raptum, nequi

in omnibus excusis usque ad Aldum, qui ei substituit *virum*, forte in eo secutus praeeuntes, quos consuluit, codices; certe id etiam in optimo meorum Leid. 1. superest. Attamen alterum, quod Rhenanus probavit, verius puto. Et ita etiam reliqui omnes codices, quibus usus sum, nisi quod aperta librarii aberratione *vis*, pro *vir*, sit in Leid. 2. et Lovel. 1. *vix* in Lovel. 2. *vi* in Lovel. 4. ac 5.

Caussatus de privati portenti procuratione, si operae illi esset, consulere velle] Sic saepe loquitur Livius, ut libro proxime superiore [c. 8, 3.] *Neque consulibus*, inquit, *quum tot populorum bella imminerent, operae erat id negotium agere.* RHEN. De locutione *si operae illi esset*, vide, quae notantur ad 4, 8, 3. Ceterum *cautus* Lovel. 5. a m. 1. *caussatu* Lovel. 1. Tum *de privati procuratione portenti* alio ordine Lovel. 4. *de privati portenti curatione* Leid. 2. et Lovel. 1. Sed portenta proprie dicuntur *procurari*, non *curari*. unde Gronov. emendabat supra 1, 20, 7. *Quaeque prodigia, fulminibus aliove quo visu missa, susciperentur atque procurarentur.* ubi vulgo etiam editur *curarentur*. V. quae ibi notantur. Mox *eduxit*, pro *elicuit*, Lovel. 4. Male. Infra 25, 15, 9. *Quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur posse.* 42, 64, 9. *Elici posse ratus ad equestre certamen Romanos.*

§. 7. *Progressi a suis longius essent inermes, sine ullo metu*] Τὸ *longius* abest a Leid. 2. et Lovel. Etiam praepositio *sine* exsulat a Fragm. Hav. a m. 1.

In conspectu omnium raptum, quidquam tumultuantibus Etrus in conspectũ omnium Leid. 1. Lovel. 5. Harlej. 1. et Klock. Dein *rapit* Lovel. 2. Harlej. 2. et H verk. Tandem *nequiquam* Leid. de qua orthographia, vide, qu infra notantur ad 40, 47, 9.

§. 8. *Perductus ad imperatorem productus* vetustae edd. pro qu Froben. anno 1535. *perductus* r posuit, quemadmodum est in omnibus scriptis. Et recte. Primum enim in hac re verbum est *perducere*. Liv. hoc lib. c. 2. 2. *Progressus inter stationes e hostium castraque inde Romana i praetorium ad Camillum perduxi* 7, 10, 12. *Obviam militi suo progressi, gratulantes laudantesque a dictatorem perducunt.* (* 22, 22 15.) Valer. Max. 3, 7, 1. *Speculatores Hannibalis in castris deprehensos et ad se perductos nec supplicio adfecit.* 6, 5, 1. *Plurimos et nobilissimos inde pueros, velut ambulandi gratia eductos, in castra Romana perduxit.* 9, 2. ext. 2. *Captivos nostros, quos in castra perduxerat, paria fere fratrum et propinquorum jungens, ferro decernere cogebat.* Justin. 29, 4. *Qui, comprehensus et ad senatum perductus, incolumis dimissus est.* Gellius 6. Noct. 8. *Nobilis viri Hispani filiam captam perductamque ad se patri inviolatam reddidit.* Marcian. in l. 6. ff. de custod. et exhibit. reor. *Qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt,*

quam tumultuantibus Etruscis, ad suos transtulit. qui quum perductus ad imperatorem, inde Romam ad senatum missus esset, sciscitantibus, quidnam id esset, quod de lacu Albano docuisset, respondit: *Profecto iratos Deos Vejenti populo illo fuisse* 8 9

ut per literas missi fuerint, vel etiam per Irenarchas perducti. Pertraxere in eadem re adhibet Livius 30, 12, 2. *Opprimi ur, capiteque, et vivus ad Laelium pertrahitur.* ubi Gronov. utrumque rubum pluribus inlustravit. Verba *perducere* et *producere* passim commutantur. V. infra ad 38, 56, 1. Similiter etiam alia verba cum praepositionibus *per* et *pro* composita, quoniam librarii non discreti sunt compendia, quibus utraque scribi solet. V. infra ad 5, 10, 7.

§. 9. *Iratos Deos Vejenti populo illo fuisse die, quo sibi eam mentem objecisserant*] *iratos Deos illo die Vejenti populo fuisse* Lovel. 4. *illa fuisse die* Gaertn. licet mox *quo* servet. Tum *in eam mentem* Leid. 2.

Ut excidium patriae fatale proderet) Cl. Clericus non modo hic edidit *exscidium*, sed et fere ubique in Livio, ubi id vocabulum obcurrit, praeterquam 1, 52, 3. 10, 44, 8. 34, 49, 1. et fortasse paucissimis aliis locis. Ita etiam ante Clericum vulgavit Gronovius 41, 11, 9. et 45, 28, 2. ubi antea etiam *exsidium* circumferebatur. (* Hearne, Clericus et Crevier. Epit. 51.) Utrumque recte dici potest. *Exscidium* enim est ab *exscindere*. Locutio autem *exscindere urbem* passim obcurrit. Infra 44, 27, 4. *Quae manus non agros tantum vastare populando potuit, sed ipsas exscindere urbes.* Cic. in Somn. Scipion. 2. *Deligere iterum consul absens, bellumque maximum conficies, Numantiam exscindes.* Pro Planc. 41. *Urbem unam mihi amicissimam declinavi, quae se vel potius exscindi facile pateretur.* Justin. 8, 3. *Ob hanc igitur caussam urbem antiquam et nobilem exscindit.* Et ita Inl. Heinsius emendandum censebat Silium Ital. 10, 367.

— — *neque enim sacris inrumpere muris,*
Poene, magis dabitur, nostrum quam exscindere coelum.

Ubi editur *scindere coelum*. V. quae eo loco notavi. *Excidium* autem est ab *excidere*. Jam autem *excidere urbem* optimis etiam scriptoribus in frequenti usu est. Apud Liv. 6, 11, 2. *Ut senatum ad excidendum Antium hortaretur.* Cic. 1. de Offic. 22. *Nec plus Africanus in excidunda Numantia reipublicae profuit.* ubi v. Cl. Jac. Gronov. Curtius 4, 13. *Quum Darius terras ureret, vicos excideret.* ubi, varios codd. *excinderet* praeferre, inter variantes lectiones adnotatur. Florus 2, 2, 37. *Tanta denique fuit illa victoria, ut de excidendis hostium moenibus non quaereretur.* ubi v. Cl. Dukerum. Et ita fere Silius meus 10, 132.

— — — *iraque anhelat,*
Ni leto det cuncta virûm, jungatque parenti,
Corpora, et excidat miseros cum stirpe penates.

quo loco *Pignora*, pro *Corpora*, scribendum esse, conjicit doct. Markland. in Praefat. ad Stat.

die, quo sibi eam mentem objecissent, ut excidi
10 *triae fatale proderet. Itaque, quae tum ceciner*
no spiritu instinctus, ea se nec, ut indicta sint
care posse; et tacendo forsitan, quae Dii im
v

Silv. p. 10. Verum, si animadvertisset, arcte cohaerere *cuncta virûm Corpora*, id est, omnes sex Cristae filios, abstinuisset, opinor, ab hac conjectura. Quum autem omnes codd. mei vulgatum ante Clericum *excidium* et hic et alibi passim apud Livium servent, neque suorum dissensum memoret Hearne, a Mstorum lectione sine ulla caussa discedere temerarium puto. Quemadmodum itaque hic, ita et alibi, *excidium* Livio reddidi. Vox *patriae* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Praeterea *patriae fata deproderet*, non recte divisis vocibus, praefert Leid. prior.

§. 10. *Quae tum cecinerit, divino spiritu instinctus*] Palat. sec. *divino spiritu instructus*. Lege meo periculo *instrictus*. Gellius 17, 20. *Haec admonitio Tauri de orationis Platonicae modulis non modo non repressit, sed instrinxit etiam nos ad elegantiam Graecae orationis verbis Latinis affectandam.* ut docui legendum ex Pal. membranis in Antiquis Lectionibus [1, 15.] Liv. 9, 40. *His Cursor vocibus instinctos in proelium ducit.* Pall. tres *instructos*. lege *instrictos*. l. 30, 8. *Alii super alios cadentes obstinati moriebantur.* Palat. tert. *obstricti*. forte *instricti*. GEBH. *instinctus* constanter in scriptis meis perstat, nisi quod *indistinctus* sit in Leid. 2. et Lovel. 1. et totam vocem ignoret Voss. 2. *instructus*, quod Gebhard. in Palat. sec. invenit, ex librarii errore profluxit. Nam ita quoque a m. 1. fuerat in Lovel. 5. pro quo deinde manus altera *instinc*
davit. Alibi autem saep
cabula in codd. scriptis
solent. V. infra ad 9,
stinctus est adflatus, inci
flammatus. Liv. 1, 47.
bribus instinctus furiis T
hoc libro c. 21, 2. *Tuo*
quit, Pythice Apollo, t
mine instinctus pergo.
Verr. 72. *Nefario quod*
et audacia instinctus. V
1, 8, 10. *Impulsu concep*
instincta virgo. Senec.
vit. 9. *Velut divino fur*
ctus salutare carmen cani
5, 149.

— — — nullo confusa
re vocis
Instinctam sacro mente
furore.

Quinctil. 12. Instit. Orat
ipsum num Asianum adpe
plerumque instinctis divi
vatibus comparandum.
ctus divinus apud Curti
Credo equidem, non divino
sed lascivia esse provectos
su *instinctum divinum ad*
jungit Cic. 1. de Divin.
generis oracula etiam hab
quae instinctu divino adfla
duntur. quem *instinctum*
que divinum vocat ibid.
quo instinctu inflatuque
tura praenunciat. Voces
ritu desunt in Leid. 2.
stinctus simpliciter ponat
admodum eam vocem
dam censet Gronov. in
necae, in quo *divino or*
vino furore, emendat, et

n de Vejentibus dari. antequam id fiat, Deos moe-

ingendum esse docet cum *ne eum*, non cum *ore divino*. *ta* Lactant. Placid. in Argum. *m*. Ovid. 11. Fab. 1. *Thressae res infinitae in abditis locis diem agentem propter desiderium suorum interfecerunt*. At re*ram* codicum turba constan*lgatam* lectionem tuetur.

e res, ut indicta sint, re-ntse] *ea se ne cui indicta* I. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. *ag*. Harlej. 2. et Haverk. *cui indicta sint* Lovel. 5. *ut indicta sint* Leid. 1.

ando forsitan, quae Dii s vulgari velint) *ut tacen-a*. quomodo frequenter *t* librarii. V. ad 21, 28, *aet* deficit in edd. Rom. *a* et Parm. Sed partim *a* est a litera finali vo-*dentis*, partim ab initia-*tis*. V. ad 39, 6, 2. De-*immortales insignum ve-*iter aberrante librario, *rtn*. *tacendo forsan, quod rtales* excusi usque ad *mi* vulgatum primus re-*us* autem lectionem fir-*ices* servinti. *Di immor-*

lej. 2. Lovel. 5. Portug. et Haverk. Primi Moguntini *Sic igitur libris* ediderunt, quod recte tantum non omnes postea secuti servarunt. Infra 6, 12, 11. *Sic eques, sic pedes, ut praeceperat, pugnant.* (10, 43, 8.) V. infra hoc lib. c. 35, 4.

Ut quando aqua Albana abundasset] Nihil sequitur, quod ad *ut* referri possit: nam *abundasset* pertinet ad *quando*. Si recta est scriptura, *ut quando* idem erit ac, si quando, vel quandocumque. Sed hoc nondum alibi inveni. Cic. 2. de Divin. 32. pro eo, quod hic est *ut quando*, dicit *si*. *Si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram; si repressus esset, Vejos*. Quid sit in hac re *emittere* nemo ignorat. Stupor Pitisci tamen in Suet. Caes. 44. *Deflinabat* etc. *emittere Fucinum lacum*, hoc modo interpretari potuit; *ex eo aquam Romam perducere*. Multum debemus homini, qui nos docuit, hoc fuisse consilium Caesaris, et *emittere lacum* esse ex eo aquam Romam perducere. Aliter eum docere potuerant loca

12 *nia Vejentium deserturos non esse.* Exsequebatur
quae sollemnis derivatio esset. Sed auctorem l

Mox *victoriam de victoribus dari*, pro *de Vejentibus*, Harlej. 2.

Antequam id fiat, Deos moenia Vejentium deserturos non esse] Vocula *non* deficit in Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 3. 4. et Voff. utroque, [Veith.] quasi verba *antequam id fiat* accipienda sint, antequam victoria de Vejentibus detur; quum iis Livius indicaverit, antequam aqua Albana rite emittatur; unde patet τὸ *non* omitti non poffe, quod etiam recte reliqui codd. servant. Praeterea *Vejentum* vetuftae edd. Pro quo Mediolanenses anno 1495. inde Veneti anno 1498. et poftea reliqui *Vejentium* ediderunt: qua forma paffim Livius usus est. Eadem forma etiam *Laurentium* supra probavimus 1, 14, 1. *Fidenatium* ibid. c. 27, 5. *Capenatium* infra hoc libro c. 27, 10. *Ardeatium* 4, 7, 2. *Privernatium* 7, 16, 3. et *Antiatium* 8, 14, 12. (* *Camertium* 9, 36, 8.) ubi etiam alii praeferunt *Laurentum*, *Fidenatum*, *Capenatum*, *Ardeatum*, *Privernatum*, *Antiatum*. V. etiam supra ad 2, 8, 6. Infra hoc lib. c. 21, 8. 6, 4. 4. et alibi.

§. 12. *Exsequebatur inde, quae sollemnis derivatio esset*] *Exsequebantur*, nimirum senatores, Florent. Leid. 1. Lovel. 4. 5. Harlej. ambo, Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] *Sequebantur* Haverk. Et quidem *Exsequebantur* scilicet rogando. Antea sciscitati fuerant, quidnam id effet, quod de lacu Albano docuiffet? nunc *exsequebantur*, id est, pergebant quaerere, quae sollemnis derivatio effet. Ea lectione admiffa, post τὰ *derivatio esset* recipiendum est signum interrogandi. Hoc sensu *exsequi* infra obcurrit 9, 16, 4. *Itaque subinde exsequentes a consule legati, quonam se pac cos et infirmos praesidio t lido et armato vim adl* Plautus in Amphitr. 2, 2,

AM. Jam illud non placet pium de osculo. pergam e
AL. Lavisti. AM. Quid quam lavi? AL. Acc
SO. Euge, optime!
Nunc exquire.

Ubi, quum Amphitryo *pergam exsequi*, quibusdam jectis servus subjicit *Nunc re*, id est, nunc exsequere, perge inquirere. *percuncta sequi* Livius dixit 9, 3, 11. *filius aliique principes perc do exsequerentur, quid si m consilii caperetur?* ubi v. pl empla apud Gronovium. tamen orationis composit quirere videtur, ut verbu referatur ad aruspicem tem, qui, quum docuiffet, nam id effet, quod de la bano jeciffet, nunc *exse tur*, id est, narrare perg quaenam aquae in lacu exu tis sollemnis derivatio effe enim Patres auctorem eum nec satis fidum super tanta bitrarentur, quid adtineba interrogare de sollemni d tione? Ergo eam sponte ac non interrogatus adjecit. vanda igitur recepta lectio *quebatur*. Ita Phaedrus 3. Fa 59.

Haec exsecutus sum pro pluribus,
Brevitate nimia quoniam dam offendimus.

Ubi v. Scheffer.

Sed auctorem levem, nec fidum super tanta re] Prim

is *esset*. Id autem tanto fuit
ilivius, quod librarii *set*, pro
, scribere soliti fuerint: un-
ctum ita scriptum alibi elisit
esset. V. ad 2, 30, 6. Recte
ne error hoc loco a m. 2.
ndatus, et neglecta antea
ticula adscripta est. Dein-
que satis fidum Lovel. 4. *non*
fidum Voss. 1. Lovel. 1. et
l. 2. Denique *super tanta re*
vett. edd. usque ad Aldum,
esse primus omisit, con-
tibus omnibus scriptis meis.

gatos sortesque oraculi Pythici
standas] Vitiosa orthogra-
Phytici praeferunt Gaertn.
tagm. Hav. a m. 1. *Phitici*
l. 1. Leid. 2. et Harlej. ambo.
tici Lovel. 1. *Phitei* Lovel. 5.
nvisosius Delphitici dederunt
ius Voss. 2. et Lovel. 3. unde
ari posset, legendum esse *Del-*
i. Malim tamen vulgatum ser-
a non unam ob causam. In
enim scripturam consentiunt
qui scripti. Praeterea id lo-
corrumpendo ansam dedisse
tur, quod vox *Pythicus* in-
tae librariorum nationi mi-
cognita fuerit, quam haud
le notiori *Delphicus* substi-
le censeri debent. Denique
ieu alibi de oraculo et Apol-
Delphico Livius adhibuit. 1,
oraculo editum, majorem multo victoriam adesse. Similiter et Cic. 1. de Divin. 1. *Quam vero Graecia coloniam misit in Aeoliam, Joniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine Pythio, aut Dodonaeo, aut Hammonis oraculo.* Valer. Max. 1, 8, 10. *Appii interitum veridica Pythicae vaticinationis fides praecurrit.* Ubi *Pythicam* vocari vaticinationem potius ab ipsius Apollinis nomine puto, quam, ut Vorstius ibi existimat, a nomine vatis, quae *Pytho* dicebatur. Rationem nominis ita reddit Eustath. ad Homeri Iliad. B. p. 207. Ed. Basil. *Πυθὼν ἐκλήθη, διὰ τὸν ἐκεῖ τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ σαπέντα δράκοντα. ὡς ἐκ τοῦ πύθω τὸ σήπω. ἢ διὰ τὸ δύνασθαι τοὺς ἐκεῖ χρωμένους πυθέσθαι τὰ μέλλοντα ἤτοι μαθεῖν. ὅθεν καὶ Πύθιος Ἀπόλλων, ὁ ἐκεῖ τιμώμενος. καὶ ἑορτὴ λαμπρὰ ἀγῶνες, τὰ Πύθια. καὶ προφῆτις, Πυθιάς. ἔτι δὲ καὶ πυθαΐζειν τὸ μαντεύεσθαι.* Insuper *exspectandos* Lovel. 4. Portug. et Haverk. Quod dictum esse posset, quemadmodum illud, 44, 19, 12. *Brevi extorres regno Ptolemaeum et Cleopatram Romam venturos.* Pluribus tamen, qui nihil hic mutant, fidem habere malo. *legatos sortesque exspectandas*, ut fere supra 3, 66, 2. *Et tribunis et*

1 XVI. Priusquam a Delphis oratores redirent Albanive prodigii piacula invenirentur, novi tribuni militum consulari poteſtate, L. Julius Julus, L. Furius Medullinus quartum, L. Sergius Fidenas,

lis pluribus locis murus et porta fulmine icta. 41, 13, 5. *Quinquagena et singula jugera et semisses agri in singulos dati.* c. 21, 11. *Si morbus peſtilentiaque ex agro Romano emota esset.* 42, 63, 6. *Duae turres, quodque inter eas muri, prorutum fuerat.* Eodem cap. §. 11. *Ornamenta urbis, ſtatuae, et tabulae pictae, et quidquid pretiosae praedae fuit, ad naves delatum.* Ceterum quamvis oracula Delphis ore vatis ederentur, non sorte, attamen *sortes oraculi Pythici* dixit, pro ejus responso. Ita cap. seq. §. 8. *Legati ab Delphis venerunt, sortem oraculi adferentes.* c. 23, 1. *Et vatum responsa et Pythicae sortes notae.* Similiter *sortes Jovis Dodonaei* infra est 8, 24, 1. *Proditum, Alexandrum Epiri regem, ab exsule Lucano interfectum, sortes Dodonaei Jovis eventu adfirmasse.* Quin et, ut hic *sortes oraculi*, ita *responsa sortium* pro responsis oraculi supra est 1, 56, 5. *Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit. neque responsa sortium ulli alii committere ausus, duos filios in Graeciam misit.* V. Cel. Graevium ad Juſtin. 12, 2, 14. Adde Doct. Arntzen. ad Auct. de Orig. gent. Rom. c. 12.

§. 1. *Redirent, Albanive prodigii piacula invenirentur*] Pall. pr. tertiusque *Albani ne prodigii piacula minuerentur.* Non assequor. In vitio habitare illos codices accrediderim. GEBH. Prima vox *redirent* deest in Harlej. 2. et a m. 1. in Portug. ab altera poſtea margini adscripta. Reliquae quatuor exsulant a Fragm. Hav. a m. itidem 1. Praeterea *Albanique* praefert Haverk. sollemni scribarum aberratione. V. infra ad Liv. 24, 10, 2. *Albanine prodigii* Lovel. 3. *Albanisque prodigiis* Lovel. 2. 4. 5. *prodigiis* etiam est in Leid. 1. Tum *inveniretur* Harlej. 1. *invenirent* Haverk. V. ad 10, 10, 1. *minuerentur* Voſſ. 2. et Lovel. 3. aperto errore librariorum, qui literas *ni* in media voce in *m* coalescentes ad initium dictionis transtulerunt. Paullo ante *a Delphicis*, pro *a Delphis*, est in Voſſ. 2. Praepositio autem *a* deficit in Lovel. 3.

Novi tribuni militum consulari poteſtate] *novit tribuni* Harlej. 1. prima litera proximae vocis in fine praecedentis perperam repetita. V. ad 37, 29, 8. Deinde *tribuni militares consulari poteſtate* Harlej. 2. et Portug. *tribuni militari consulares poteſtate* Haverk. Verum hae lectiones natae videntur culpa et ignorantia librariorum, errantium in exponendis compendiis *trib. mil. cons. pot.* V. etiam infra ad 6, 6, 3.

L. Julius Tullus] *Julus*, ut ante [c. 10. in princ.] SIG. Cognomen Julii omisit Oxon. L. 2. apud Hearnium. Sed *L. Julius Silius* habet Florent. *L. Julius Tullus* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. *L. Tullus Julius* Harlej. 2. *L. Julius Tullius* Lovel. 4. 5. Gaertn. et Haverk. *L. Tullus Tullius* Portug. Sed recte Sigonius *L. Julius Julus.* Voces *Julius* et *Julus* paſſim in *Tullius* et *Tullus* abierunt. V. supra ad 1, 30, 2. Quod vero Pighius in Annal. ad ann. CCCLVI. p. 216. L. Julio et P. Cornelio iterati, A. autem Manlio tertii tri-

[illegible] aetam addendam existi-
[illegible] invitis libris vetustis non
[illegible]to. Saepe enim id Livium
[illegible]isse, supra dixi ad 2, 16, 7.

Furius Medullinus quartum] [illegible] praenomen primus repo-
[illegible]rebenius anno 1531. Om-
[illegible]riores habuerunt *P. Furius*,
[illegible]et superest apud me in eo-
[illegible]s scriptis, excepto forte
[illegible]lorent. ex quo nihil notari
[illegible]cerptis video. *P. Furius* et-
[illegible]st apud Hearnium in Oxon.
[illegible]et B. Male. Alibi enim Fu-
[illegible]Medullinus hoc praenomine
[illegible]is non obcurrit, et tamen
[illegible]*quartum* tribunus consularis
[illegible]r. Contra plures hoc tem-
[illegible]L. Furii Medullini vixerunt,
[illegible]eque in republica honori-
[illegible]ctti sunt. V. supra ad 4,
[illegible]. Deinde *quarto* est in Har-
[illegible] et Portug. Ita saepe in
[illegible]eque numeralibus variant
[illegible]. V. supra ad 2, 16, 2.
[illegible], 1. c. 29, 8. infra hoc lib.
[illegible] 1. c. 36, 2. c. 27, 10. c.
[illegible] c. 55, 5. 6, 18, 1. c. 36,
[illegible]42, 2. 7, 26, 13. 8, 16, 4.
[illegible]bi. Neque id mirum, quum,
[illegible]odo dicendum foret, jam
[illegible]re Ciceronis docti in par-
[illegible]ierint. V. omnibus notum

Iensis vetustiores excusi, pro quo *Auli* praenomen Aldus reduxit. Infra hoc cap. §. 5. similiter in scriptis peccabatur; qui hoc loco constanter vulgatum tuentur, nisi quod unus Lovel. 4. ei *Lucii* praenomen tribuat. De orthographia autem cognominis v. supra ad 4, 49, 7.

P. Cornelius Maluginensis, A. Manilius] Legendum *P. Cornelius Maluginensis iterum*, nam fuit etiam anno CCCLI. Item *A. Manilius III.* quippe qui fuit antea bis, anno CCCL. et CCCLIII. Quidam etiam *Manlium* vocatum putant, atque ita codices variant. GLAR. *A. Manlius* ex Capitolinis tribunatibus. SIG. Non quidem ex Capitolino tribunatu hujus anni, sed duorum priorum, quos Glareanus memoravit. In omnibus tamen scriptis meis, exceptis Florent. et Leid. 2. superest *Manilius*; sed passim ita errarunt librarii. V. infra ad 34, 53, 2. Quid autem de numero, Cornelio et Manlio addendo, censeam, jam supra aperui in primo hujus anni tribuno consulari L. Julio Julo. Quin et unde evinci poterit, eos indicari Cornelium et Manlium, qui honorem hunc jam antea gesserunt?

obsidebatur, Aequorum ad Lavicos, qui Roma
ibi coloniam obpugnabant, ad hoc Vejenti quo
et Falisco et Capenati bello occupatos videbant
manos, nec intra muros quietiora negotia esse
3 taminibus Patrum ac plebis; inter haec locum
juriae rati esse, praedatum in agrum Romanum
hortes expeditas mittunt. aut enim passuros inu
eam injuriam Romanos, ne novo bello se on

Irroravit aquis; ternis ululatibus ora
Solvit; et in dura submisso poplite terra,
Nox, ait, arcanis etc.

BLOCK. *Convertentem se in hanc venerationem* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Sed alibi etiam voces *in* et *inf*', sive *inter*, in Mſtis confundi solent. V. infra ad 38, 57, 6. Tum *traditum memoriae* Leid. 2. Vox *memoriae* non adparet in Portug. At *tradere memoriae*, etiam alibi apud Livium obvium est. Supra 2, 36, 8. *Eum functum officio pedibus suis domum rediisse, traditum memoriae est.* 3, 67, 2. *Hoc vos scire, hoc poſteris memoriae traditum iri.* Ita et *prodere memoriae*, vel *memoria*. V. infra ad Liv. 40, 29, 2. (* ad 9, 41, 4.) Deinde *prolapsu cecidisse* Leid. 2. At supra similiter loquutus est Livius 1, 56, 12. *Velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit.* Est autem genus loquendi, quale olim inluſtravi ad Silii 11, 198.

Idque omen pertinuisse] *idque omen timuisse* Leid. 2. *idque omen pertimuisse* Florent. V 2. Voſſ. 2. Lovel. 3. F et edd. vetuſtae, maj diſtinctione post hae indicent, ipsum Cam men pertimuiſſe. Sed bis sequentibus nullu Recte itaque repositu *nuisse*, quod primum i na anni 1513. obcurri liquis scriptis supere *timere* interdum in M tantur. V. Gebhard. Eleg. 2, 30. et quae i tur ad 6, 28, 6. Mox *turum conjectantibus*, *rem*, Florent. a m. 2.

Captae deinde urbis R post paucos accidit ann que] Antiqua lectio *qu cos accidit annos, clad captaeque deinde urbis* F a m. 2. Sed, vocula *de*, similesque nonnu conjunctionibus copul pari, supra dictum e 7. ut *que*, quod in n peritur, recte abeſſe p *deinde urbis* etc. *clad captae deinde urbis* et priscae editt. unde A margine edd. annor 1516. conjecit legen *deinde urbis clademque.* etiam hic *τό que* eje Moguntinis: nam ne cod. scripto mihi ol Quum autem ita et A set, poſtea tamen inte *demque* reposuit; un lectionem proximi ed perunt usque ad Frol

a quaerendo, rem arbitris sui rejecisset;
natui, sed Liciniae familiae, ex qua filius 2

nno occasio data est
m expungendi. Deinde
ne omnes edd. usque ad
qui anno 1665. *urbis Ro-*
genit, licet ejus in no-
memiserit. V. infra ad
29. Et ita etiam habent
i; nisi quod vox *Roma-*
in Leid. 2. et Harlej. 2.
dum autem *captae urbis*
, *quod accidit*. De hac
nce quaedam supra v.
3. et Cel. Burm. ad Sue-
.45. Denique *quod acci-*
ncers annos alio ordine

atque ille dies caede ho-
direptione urbis) Vet. lib.
dies. SIG. *Itaque* etiam
Portug. et Haverk. Opti-
codd. τὸ *atque* constan-
nt. Solent haec vocabu-
alibi a librariis confun-
fra hoc lib. ad c. 23, 7.
, 2. et alibi. *Itque ille*
Gaertn. *Atque dies ille*
ille dies atque Lovel. 4.
dies Lovel. 5. a m. 1.
vocula *ac* deficit in
av. a m. 1. *ac direptione*

paret in Pall. primo ac tertio: *qui ab senatu malignitatis auctores quaerendo rem arbitris subjecisset*. De qua judicent eruditi. GEBH. *qui ab senatu* etc. *rem arbitris subjecisset* similiter Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. Gronovius etiam in prima Notarum editione lectionem hanc considerandam arbitrabatur, non enim sine sale esse; quamvis necdum quid mutandum censeret. Eamdem vero in iteratis earum editionibus omittendo tacitus damnasse videtur. Et recte. Alteram enim et plures et integriores codices servant. Locutionem *rejicere ad aliquem* supra inlustravi ad 2, 22, 5. *dejecisset*, pro *rejecisset*, Leid. 2. qui error ex similitudine literarum *D* et *R* natus est. V. infra ad 21, 31, 7. Praeterea *malignitatis fautores* Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed forte voci *autores* (ita enim interdum ea vox scribitur in codd. antiquis) litera *f* praeposita est ob similitudinem ultimae in voce praecedenti *malignitatis*. Nam contra interdum litera *s* fini vocis additur, quod sequens a litera *f*

ad senatum retulisset, pater tam popularis sent
3 tiae auctor fuisset, acceptum referebant. Qu
jam humanae opes egestae a Vejis essent, amo
tum Deûm dona ipsosque Deos, sed colenti
4 magis, quam rapientium, modo, coepere; nam

petitio vocis *senatum*. V. ad 9, 11, 11.

§. 2. *Ex qua filius ad senatum retulisset*] *filius patrem interrogando ad senatum retulisset* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [ante *nec senatu* Veith.]

§. 3. *Quum jam humanae opes asportatae egestaeque a Vejis essent*] Subolet mihi, participium *asportatae* addititium esse. Nam in volumine manuscripto dumtaxat habetur, *cum jam humanae opes egestae a Vejis essent*. RHEN. MS. Fuld. *Cum jam humanae opes egestae a Vejis essent*, reliquis omissis. Idemque de suo manu exarato codice monuit Beatus. MOD. Ita [*quum jam humanae opes egestae a Vejis essent*] edd. vett. ita Pall. duo, ita Fuldd. membranae, ita quos consuluit Rhenanus. Solus Pal. sec. *opes asportatae egestaeque a Vejis*, quod nimis diu editiones occupavit. Prius *egeratur* aliquid oportet, quam *asportetur*. V. Liv. 6, 3. GRUT. *asportatae egestaeque* primum obcurrit in ed. Ald. quae lectio in nullo meorum obvia fuit, licet tamen in quibusdam, et quidem pejoris plerumque notae, codicibus simile quid invenerim. Nam *apportatae et egestae* praefert Harlej. 2. *apportatae egestae* Lovel. 4. *apportatae et gestae* Lovel. 5. *asportatae et egestae* Gaertn. *absportatae et egestae* Lovel. 2. Portug. et Haverk. Reliqui omnes cum editionibus Aldina antiquioribus simpliciter tantum *egestae* praeferunt. Ita infra 6, 3, 5. *Victorem vagum, praedam ex hostium tectis egerentem*. ubi alia vide. Praeterea *opes humanae*, t positis vocibus, Lovel. 1. V et Leid. 2. Tum *ab Vejis* V et Portug. pro iis vocibus bus unica *cives* est in Lov

Amoliri tum Deûm dona ips Deos] *admoliri* Leid. 2. et Lo Saepissime verba, quae cum positionibus *a* et *ad* comp tur, inter se confundi sole libris scriptis. V. infra 55, 5. Hinc *tum demum* idem Leid. 2. *tum dona d* Lovel. 4. a m. 1. in quo emendat m. 2. *tum dona Deum* lej. 2. Portug. et Haverk. D *Deosque ipsos* Haverk.

Colentium magis, quam r tium, modo] *magisque rapie* Harlej. 2. quomodo interdu bae in membranis antiqu riarunt. V. supra ad 3, 4, 3, 17. infra hoc lib. c. 25, 16, 4. et alibi. Similiter co tantur *quisquam* et *quisque* infra hoc libro ad c. 29, 6. *quam* et *usque* v. ad 9, 26, 8.

§. 4. *Namque delecti ex om ercitu juvenes*] *nam delecti* G V. infra ad 7, 28, 7. *namque cti* Harlej. 1. et Florent. a *namque dilecti* Fragm. Ha Hlock. V. infra ad 37, 51.

Pure lautis corporibus] Vet *pure lotis*. SIG. *lautis*, quo gonius mutavit, ex meis ser optimi, Florent. Voss. 1. L uterque, Lov. 1. Harl. 1. et Ga Quare etiam contextui red Eadem lectio etiam erat in gine Oxon. N. apud Hearni *paliatis corporibus* est in Lo

ium more Etrusco, nisi certae gentis sacer-

pulliatis corporibus in Lo-

deportanda Romam Re-
adsignata erat] Eodem
se Junonem adpellat su-
praec. §. 3. *Te simul*,
ma, *quae nunc Vejos co-*
r. et infra cap. seq. §. 7.
tginae templum in Aven-
it. c. 31, 3. *Eodem anno*
nuis Reginae, *ab eodem*
eodemque bello vota, *de-*
t c. 52, 10. *Juno Regi-*
vocata a Vejis nuper, *in*
quam insigni, *ob excel-*
rnarum studium, *celebrata est die.* At *Juno-*
nem vocarunt Valer. Max.
Lactant. 2. Divin. Instit.
stra aedem *Junoni Mone-*
m diu postea bello Au-
ictatore L. Furio votam,
i Aventino, sed in Ca-
i area aedium M. Man-
catam fuisse, Livius in-
rt l. 7, 28. Memoriam
alerio et Lactantio inpo-
edo; licet non ignorem,
usando Valerio ad eum
otarit Pighius. Ceterum
Juno tunc adsignata erat,

Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] quod ex margine in contextum inrupisse videtur. Ita etiam variatur supra 3, 10, 4. infra 7, 11, 9. et alibi.

§. 5. *Quod id signum more Etrusco nisi certae gentis sacerdos adtrectare non esset solitus*] *more vetusto* edd. principes: pro quo Aldus substituit *Etrusco*. Et ita praeferunt omnes codd. quibus usus sum. Pierius etiam testatur ad Maron. 2. Aen. 719. se ita in veteri cod. Jani Parrhasii legisse. Eam autem lectionem vel Parrhasius non probavit, vel Alexander Minutianus adnotare neglexit. Certe is illam non recepit in edit. Mediolan. anni 1505. in qua suas sibi subreptas castigationes in Livium exhibitas fuisse, Jan. Parrhasius queritur in praefat. ad Claudian. de rapt. Pros. Tum *Etruscae gentis* Lovel. 4. Deinde *attractare* Voss. 1. a m. 2. inter versus, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 5. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quomodo et Jan. Parrhasii cod. exhibuisse, idem Pierius monuit; addens, similiter Mediceum et

dos, adtrectare non effet solitus. dein q
dam, seu spiritu divino tactus, seu juver
Visne Romam ire Juno? dixiffet, adnui
Deam conclamaverunt: inde fabulae adje
6 vocem quoque dicentis, *Velle*, auditam
certe sede sua parvi molimenti adminic
quentis modo accepimus levem ac faciler
7 tu fuiffe: integramque in Aventinum, act
dem suam, quo vota Romani dictatoris

do et *sollicitudo* commutarunt; de qua re supra v. ad 4, 52, 8.

Deinde quum quidam, seu spiritu divino tactus] In volumine manuscripto est *dein cum quidam, seu spiritu divino*. RHEN. Quod Rhenanus in cod. scripto invenerat, Cl. Jac. Gronovius in contextum recepit. Etiam pater ejus saepe se librorum meliorum auctoritate id Livio reftituisse fatetur supra ad 4, 32, 5. Et ita hic noftri praeferunt praeter Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. 5. Portug. et Haverk. qui *deinde* servant: etiam Gaertn. in quo *deiñ* superest. V. ad 3, 3, 6. Insuper *spiritu divino tractus* Portug. et Haverk. errore scribarum, qui saepe haec vocabula in Mftis commutarunt. V. N. Heins. ad Ovid. 8. Met. 224. Graevium ad Sueton. Tiber. 21. Cel. Burmann. ad Ovid. 8. Met. 184. et viros doctos ad Valer. Max. 1, 8, 2. Similis observatur confusio vocum *contactus* et *contractus*. V. infra ad 6, 28, 6. *spiritu divino tactus* hic omnino vera est lectio. V. supra ad 2, 5, 2. Ceterum Cel. Jac. Perizonius in Animadv. Hiftor. c. 9. p. 366. monuit, Plutarchum in Camillo p. 132. hunc Livii locum laudasse, sed in ea re parum adcurate versatum effe: nam tantum unum hoc recte ex Livio retinuiffe, Deam, vel statuam Deae, ex sententia Livii nihil respondisse, qu
marant; in ceteris v
eo recessisse, quipp
millo adscribat, quo
dam adscripserat. P
um idem ad hunc l
Cl. Clericus.

*Juvenili joco, Vis
Juno? dixisset*] *juven*
1. Leid. 1. Lovel. 1.
Rom. anni 1472. qu
quae infra dicentur
20, 5. Tum, mutat
cum, *ire Romam* V
vel. 2. ac 3. et infe
Deam ceteri conclama
1. et Leid. 2. ubi
Deam, praeferunt ed
quasi sensus foret, D
do indicasse, se Ro
Deinde Moguntini
Romani, pro *Roman*
tea *Deam* Mediolan
editum est, quod
recepit. Neque alite
codd. scripti; nisi
sit in Lovel. 5. a m
a m. 2. Praeterea *cla*
vel. 2. Sed librarius
labam, hac nota *ĉclan*
ptam, per incurian
advertisse videtur.
conclamaverunt Veit

§. 6. *Motam certe
vi molimenti adminicu*
deficit in Lovel. 1.
Leid. 2. at sequens

perlatam, ubi templum ei poſtea idem, qui
t, Camillus dedicavit. Hic Vejorum occasus 8
urbis opulentiſſimae Etrusci nominis, magni-
m suam vel ultima clade indicantis: quod
aeſtates hiemesque continuas circumseſſa,
plus aliquanto cladium intuliſſet, quam ac-
t, poſtremo, jam fato tum denique urgente,
us tamen, non vi, expugnata est.
III. Romam ut nunciatum est, Vejos captos, 1

ewi Lovel. 2. *emolumenti* et 5. a m. 1. Deinde habent Leid. 2. et Lo- d litera finalis *s* inter- prima vocis proximae V. infra ad 37, 29, 5. *ss levem ac facilem trans-* r] Ita primus edidit Al- ldiores praeferunt *acci-* uod apud me superest et Haverk. V. supra ad Neque eo praetextu *τὸ* displicere debet, quod ecesserit *adjectum est.* ibi Livius tempora di- quidem perfectum ac junxit. V. supra ad 3, *tralatu* Florent. *trans-* el. 1. Paullo ante *se-* pro *sequentis*, Lov. 2. *vota Romani dictatoris* *quoque vota* Lovel. 2. Lovel. 4. [Veith.] Tum verk. Pro quo Klo- isse videtur *evocave-* ram in voces distribu *dictatori suo caverant* hibet. Contra mox *qui* ro *qui voverat*, Voſſ. or. a m. 1. Klock. Lo- et Lovel. 3.

nitudinem suam vel ul- dicantis] *magnitudi- ultima clade* Harlej. 1. *m suam vel ultimam* 1. Mox *plus aliquan-* ro *cladium*, Harlej. 2. et Haverk. [*intulisset* omittit Veith.] Tum *indicantis* Lovel. 5. V. ad 5 26, 6.

Poſtremo jam fato quoque urgente] Pall. pr. et tert. *fato tum denique urgente.* GEBH. Scripta lectio *fato tum denique urgente.* Plenius uberiusque vulgato videtur. 4, [55, 5.] *Nequidquam enim tentati, ut tum denique desisterent impediendo bello.* J. FR. GRON. *facto*, pro *fato*, praeferunt Lovel. 3. Voſſ. 2. et Leid. ambo. Ita saepius librarios lapsos esse, supra vidimus ad 3, 40, 9. Hinc *quoque* servant Florent. Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 1. Haverk. et Hearnii Oxon. N. *eoque* substituunt Harlej. 2. Lovel. 2. 4. 5. et Portug. *cumque* Leid. 1. *tum demum* Fragm. Hav. et in margine Hearnii Oxon. N. *tum denique* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Et ita in reliquis Oxoniensibus fuiſſe videtur, ex quibus Cl. Hearne nihil monuit. *tum eoque denique* Gaertn. duplicem lectionem jungens. Cic. 15. ad famil. Ep. 2. *Ego vero tum denique mihi videbor reſtitutus, si illa nobis erit reſtituta.* Tandem *ingente* Lovel. 5. V. ad Liv. 9, 13, 2.

Operibus tamen, non vi, expugnata est] *opibus* Voſſ. 2. V. infra ad 8, 16, 4. Deinde *tn̄*, pro *tn̄*, id est *tamen*, Lovel. 4. et Gaertn. V. ad Liv. 22, 17, 5.

§. 1. *Romam ut nunciatum est,*

quamquam et prodigia procurata fuerant
tum responsa, et Pythicae sortes notae; e
tum humanis adjuvari consiliis potuerat
cem M. Furium, maximum imperatorum
2 legerant; tamen, quia tot annis varie ibi
erat, multaeque clades acceptae, velut
3 rato inmensum gaudium fuit: et, priusqu

Vejos captos] *Quom Romam ut nunciatum est* Gaertn. Verum τὸ *Quom*, tamquam expositio voculae *ut*, olim margini erat adscriptum, unde perperam ab indocto librario in contextum translatum est. *Romani ut nunciatum est* Voff. 2. et Lovel. 3. *Romam ut nunciatum est*, *Vejos captam* Haverk. et apud Hearnium Oxon. C. [*est* omittit Veith.]

Quamquam et prodigia procurata fuerant, et vatum responsa et Pythicae sortes notae] Vocula *et* priori loco deficit in Lovel. 4. sequens *prodigia* in Lovel. 5. Hinc *fuerunt* habet Gaertn. Tum *Phyticae*, vel *Phiticue sortes* Lovel. 1. Voff. 1. Leid. 2. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. V. hoc lib. ad c. 15, 12. Deinde *sortes votae* Lovel. 4. 5. et Harlej. 2. V. supra hoc lib. ad c. 13, 7.

Quantum humanis adjuvari consiliis potuerat res] *potuerat juvari consiliis* Lovel. 2. quo ordine si verba digerantur, facile prima syllaba τοῦ *adjuvari* intercidere potuit ob ultimam vocis praecedentis. Deinde *poterat* Portug. Gaertn. et Haverk. Vox autem *res* non adparet in Leid. 2.

M. Furium, maximum imperatorum omnium] *M. Furium Camillum* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Quorum primus et duo posteriores etiam *maximum imperatorem omnium* praeferunt. Similiter etiam Lovel. 5. a m. 1. Mox *legerunt*, pro *l*
vel. 4.

§. 2. *Quia tot annis*
latum erat] *vane* Gae
to errore scribarum
debimus ad 22, 7, 4
re est ancipiti Marte,
ria, quum modo Ro
Vejentes superiores
lum gerere. Liv. su
Aliquamdiu ibi Mar
ria victoria pugnatum
c. 28, 5. *Eodem anno*
rie bellatum, *adeo ut*
rit, *vicissent*, *victi*
13, 3. *Quam varia v*
Punico bello fuerit,
meminerimus, *supers*
19, 1. *Grave bellum*
et diu et varia victor
fuit. qui ita saepiu
Praeterea *varie ibe b*
lej. 1. *varie id bella*
ibi varie bellatum Le
lo ante *tum*, pro *ta*
4. V. ad 22, 17, 5.

Velut ex insperato i
dium fuit] *ex inspirat*
saepissime variant s
bis *sperare* et *spira*
ad 4, 3, 8. Doct. T
ler. Max. 3, 7, 1. p. 2
fium ad Silii Ital. 17
cutione *ex insperat*
Epit. Liv. 22. Tum
gaudium Lovel. 5. S
tio nata est ex prin
cis sequentis. V. a

us ordinibus obviam effusis, celebratior, quam umquam antea fuit: triumphusque omnem etum honorandi diei illius modum aliquan-

Plena omnia templa Roma-
natrum, gratias Diis a-
erant] Vet. lib. *grates Diis*
SIG. Pall. duo *grates*
sec. *grates Diis agenti-*
t Andreae Campanique
EBH. *grates* etiam omnes
, praeter unum Lovel.
id est *gratias*, praefe-
rates etiam servant edd.
ni 1472. et Parm. quia
ammatici id poëtarum
uam oratorum, propri-
existimarunt, ubique
um, eique *gratias* sub-
sse, Gronovius obser-
ad Liv. 23, 12, 7. ubi
. Deinde τὸ *Diis* non
l. 2. Lovel. 3. et a m. 1.
Hav. *Dis* pro eo scri-
. V. supra ad 5, 14, 4.
empla Romanorum ma-
2. Lovel. 5. Portug.
verk. et inter versus
l. 1. quod si hoc ordi-
r, templa Romano-
erant matrum, ferri
liter etiam Curio, e-

Harlej. 2. Haverk. et Lovel. 4. ac 5. [Veith.] *significationes decrevit* Lovel. 2.

§. 4. *Triumphusque omnem consuetum honorandi illius diei modum aliquantum excessit*] MSS. *diem illius modum*. Lego *illius die*. prisce. KLOCK. Palatinae membranae optimae, *consuetum honorandi die illius modum aliquantum excessit*. Est autem ita loqui solitum tam poëtas, quam historicos. Virgilius [1. Georg. 208.]

Libra die somnique pares ubi fecerit horas.

V. Juvenilia nostra l. 2, 7. GEBH. De genitivo illo *die* prisco modo formato infra v. ad 9, 37, 4. Hic tamen meorum nullus Palatinis consentit. Omnes vocabula transponunt, legentes *diei illius*. Verum insuper etiam *diem illius* legunt Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Notae autem vocibus illis a m. 2. sub-

5 tum excessit. Maxime conspectus ipse est,
equis albis juncto urbem invectus: parumq
6 non civile modo, sed humanum etiam, visum,
vis Solisque equis aequiparari dictatorem, i

ne *ullius antea umquam* praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. *ullis antea umquam* Lovel. 1. *ullus umquam antea* Lovel. 4.

§. 5. *Maxime conspectus ipse est*] *Maxime aspectus* Harlej. 1. et Haverk. Malc. De voce *conspectus* supra v. ad 4, 13, 3. Verbum *est* exsulat a Lovel. 2.

Parumque id non civile modo, sed humanum etiam, visum] *parumque in duo civile* Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *civilem modo* Florent. Gaertn. et Haverk. Sed prima litera vocis sequentis perperam in fine praecedentis repetita est. V. infra ad 40, 7, 8. Denique *humanum etiam invisum* Fragm. Hav. a m. 1. Verum et hic duae priores literae, voci *visum* praepositae, natae sunt ex ultima praecedentis *etiam*. Ejusdem erroris alia exempla supra habuimus 1, 57, 10. et c. 60, 1. 3, 24, 5. 4, 6, 2. etiam infra hoc lib. c. 52, 2. 8, 23, 14. c. 38, 11. V. insuper ad 37, 11, 4.

§. 6. *Jovis Solisque equis aequiparatum dictatorem in religionem etiam trahebant*] Membranae Fuldenses *aequiperari dictatorem*. MOD. Pall. duo *aequiparati*. unde Modius *aequiparari*. Non opus est ulla mutatione. GEBH. Nescio, an integra sint loci hujus verba. Cui enim aequiparatur dictator? Utrum equis? Quomodo? nec enim intelligitur. Imo ne quidem eis Livius aequiparatum voluit, sed Jovi. Quare illud *equis* non est casus tertius, sed ultimus. Jam si casus ille ultimus, oratio non est integra, quia nihil est, quod τῷ *aequiparatum* respondeat. Quare puto Livium scripsisse *Jovi Solique equis a*
ratum. Fuit nempe vocabul
adnexum *s* ex sequenti vo
et quia in secundo casu co
gi, etiam vocem *Soli* eo cas
runt collocandam. Cete
verbis Livii adparet, etia
currum Romanos tribuisse
que pariter cum equis alb
vero currus hos habuerint,
quet. Mihi verisimile vide
spexisse ad eos, quos circ
cebant in pompa Circensi
thensas alias vocabant. S
FER. de re Vehicul. 1, 18.
Hic locus servat elegante
sim felix, comparationen
si quid video, homini R
indignam. Camillus nem
jentium victor et trium
confertur animalibus sive
Sed ego, nisi plane fall
vium scripsisse existimo
lique equis, id est, per eq
bos, vel quia currum eq
bis junxerat dictator, eum
ri Jovi et Soli, quibus
nivei equi, uti de Jove
Plutarchus in Camillo,
bantur. CUPER. in Syllog
quas edidit Cel. Burman
II. p. 721. *aequiparatum*
servant Florent. Voss. 1.
Lovel. 1. Harlej. ambo,
Klockian. Gaertn. Hav
Hearnii Oxon. N. et B. co
quiparati exhibent, duob
hardi Palatinis consent
Voss. 2. Leid. 1. Lovel.
Fragm. Hav. quae lecti
proxime accedit ad id, qu
dius ex membranis Fuld
eruit, et Gronovius in con
recepit. Et ita inveni in
2. ac 4. Quum autem Cl.
similiter *aequiparari* edid

dnorum Oxoniensium dis-
notaverit, reliqui, quos ad-
mdem lectionem habuis-
et, modo diligenter officio
sit. Deinde *Jovi Solique*
equiparari legendum esse,
etiam Clericus, quem mi-
vidisse, eam conjectu-
a Scheffero occupatam
Amplissimus quidem Cu-
similiter non meminerat
ra adscripto, ita a Schef-
endatum esse; ei tamen
ad Auct. de Mort. Persec.
mo reddidit, ut me mo-
Dukerus. Aliter huic lo-
arrendum putabat Vir Cl.
ex. Boëllius, qui indica-
vadum sibi videri *Jovis*
equis aequiparari dictato-
licet equos) *in religionem*
habebant. Similis ellipsis
1, 30, 4. *Curae fuit con-*
et senioribus Patrum, ut
, suo vehemens, mansueto
retur ingenio. ubi ex voci-
suo ingenio casu tertio,
dum est in praecedenti
suo casu sexto. V. quae
ta sunt. Supersunt apud
ineditae Cel. Jac. Gro-
Livium notae, quas ex
discipuli exceperunt. In
gatam lectionem *Jovis*

tisfacit. Ego sine sontica caussa a Mstis non recedo. Mox *triumphus ob eam unam*, omissa conjunctione *que*, Haverk.

§. 7. *Junoni Reginae templum in Aventino locavit, dedicavitque Matutae Matri*] Haec verba non ita accipienda sunt, quasi Camillus illud templum, quod Junoni Reginae in Aventino locavit, dedicaverit Matutae matri, sive Junoni sub nomine Matris Matutae. Nam ejus templi dedicati demum meminit Livius infra c. 31, 3. Eorum itaque sensus est, Camillum locasse templum Junoni Reginae in Aventino exstruendum, quod, paullo antequam Vejos expugnaret, se facturum promiserat. V. c. 21. et 22. Praeterea Camillum etiam dedicasse templum Matutae Matri itidem ex voto, quod susceperat ex senatusconsulto, priusquam adhuc Roma ad bellum Vejentibus inferendum profectus esset. V. supra c. 19, 6. Ut itaque ambiguum, quod inperitiores morari, aut in errores inducere posset, tolleretur, *dedicavitque aedem Matutae*, inserta voce, dederunt Lovel. 4. 5. Haverk. Harlej. 2. Gaertn. Portug. et Hearnii Oxon. N. Quum tamen optimi codd. eam vocem non agnoscant, etiam reci-

8 nisque rebus geſtis, dictatura se abdicavit.
deinde de Apollinis dono coeptum. cui se de
mam voviſſe praedae partem quum diceret Ca
lus, pontifices solvendum religione populum cen
9 rent; haud facile inibatur ratio jubendi refe
praedam populum, ut ex ea pars debita in sacr
10 secerneretur. tandem eo, quod leviſſimum vide
tur, decursum est, ut, qui se domumque religi
exsolvere vellet, quum sibimet ipse praedam a

nis Reginae, ab eodem dictatore eodemque bello vota, dedicatur. Supra 2, 8, 6. *Nondum dedicata erat in Capitolio Jovis aedes.* c. 21, 7. *Aedes Mercurii dedicata est Idibus Majis.* c. 27, 5. *Uter dedicaret Mercurii aedem.* c. 42, 5. *Caſtoris aedes eodem anno Idibus Quinctilibus dedicata est.* ubi minus recte *Caſtori aedes* malebat Gebhardus. 4, 29, 7. *C. Julius consul aedem Apollinis, absente collega, sine sorte dedicavit.* Et saepe alibi. Sed et alterum apud Livium obvium. Supra 2, 21, 2. *His consulibus aedes Saturno dedicata.* (* 35, 41, 8.)

Atque his divinis humanisque rebus geſtis] *atque divinis* Lovel. 5. *itaque divinis* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *itaque hiis divinis* Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 21, 17. *atque his divinis atque humanis* Lovel. 4.

§. 8. *Agi deinde de Apollinis dono coeptum*] Legendum e Pall. primo ac tertio *Agi dein de Apollinis dono.* Nam τὸ *de* posterius deficit in illis. GEBH. Ita ex meis etiam Voſſ. 2. et Lovel. 3. V. ad 3, 3, 6. Tum *Apollinis domo* Voſſ. 1. a m. 1. et Leid. 2. *Apollinis voto* Lovel. 3. V. supra ad 5, 20, 8.

Cui se decimam vovisse praedae partem] *novisse* Lovel. 3. et Haverk. V. supra hoc lib. ad c. 13, 7. Mox verbis sequentibus *pontificesque solvendum religione,* ta particula connectente, Ga *cum pontifices solvendum rel* Lovel. 1. *pontifices solvendum ligione* Lovel. 4. Praeterea *runt*, pro *censerent*, Lovel. m. 2.

§. 9. *Haud facile inibatur jubendi*] *iniebatur* Haverk. *tur* Lovel. 4. [Veith.] Tum *nubendi* Gaertn. Mox verbis ximis *in sacrum secernetur* V Sed videtur scriptum fuiſſe *n'etur*, neglecta deinde no mansiſſe *secernetur.* V. sup 2, 56, 7.

§. 10. *Tandem eo, quod le mum videbatur, decursum es men eo* Lovel. 2. V. ad 22, 2 *tandem eoque leniſsimum* Lov *tandem eo, quod leniſsimum batur* Florent. Voſſ. 2. Leid. que, Harlej. 1. Klock. et Fra Hav. Infinitis locis ita lapsi librarii. V. infra ad 36, 31.

Qui se domumque exsolvere gione vellet] *solvere* Haverk. gatum verum est. V. supra a 32, 2.

Quum sibimet ipsi praedam a masset suam] In volumine ma scripto est *cum sibimet ipse p dam aeſtimasset.* RHEN. *quum bimet ipse* etiam tantum non nes mei. V. supra ad 2, 19 *quum ismet ipse* unus Lovel. 2

lscis et Aequis venerunt: inpetrataque pax, ut fessa tam diutino bello adquiesceret civi- quam quod digni peterent.

XIV. Vejis captis, sex tribunos militum con-

met ipsi Haverk. Sed so- ssim voces *eum* et *quum*, n, in Mssis commutari. a ad 4, 19, 2. Tum *exti-* Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. . et Fragm. Hav. Respi- ae dicuntur ad 34, 2, 5. *usset* Florent.

nae pretium partis in pu- deferret] *decumae pretium* Florent. et Leid. 1. V. su- 2, 59, 11. Tum praepo- *non* adparet in Leid. 2.

. *Numine Dei ex dignitate Romani*] *minime Dei* Por- Haverk. Literarum simi- causa fuit, ut librarii ita at. *munimine Dei* Lovel. 5. *e dei* Veith.) Hinc *ex digni- pute R.* Leid. 1. *et dignita- di Romani* Lovel. 2. V. ad 1.

is animos a Camillo aliena-

digni peterent] *civitas quiesceret* Lovel. 4. *quiesceret civitas* Harlej. 2. et Portug. Male. *acquiesceret* est, quiesceret. Supra 4, 60, 2. *Rem familiarem saltem acquiescere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipublicae esset.* 45, 37, 10. *Ne victorem quidem te acquiescere passus est; statim ad persequendos hostes duxit.* Deinde *quam quod digna peterent* Portug. Haverk. et Harlej. 2. *quam quod dignum peterent* Gaertn. *digni peterent*, id est, illi peterent, qui merebantur, ut pacem inpetrarent. Vocem *dignus* hoc sensu optime expofuit Gronov. 3. Obs. 8.

§. 1. *Vejis captis sex tribunos militum consulari potestate insequens annus habuit*] Pall. pr. ac tertius *Vejis captis, ex tribunis militum consulari potestate insequens annus habuit duos P. Cornelios.* GEBH. Eamdem lectionem, quam in duo-

sulari potestate insequens annus habuit, duo
Cornelios, Coſſum et Scipionem, M. Valerium
ximum iterum, K. Fabium Ambuſtum tertium
Furium Medullinum quintum, Q. Servilium tert
2 Corneliis Faliscum bellum, Valerio ac Servilio
penas sorte evenit. ab iis non urbes vi aut o
bus tentatae, sed ager est depopulatus, prae
q

Duos P. Cornelios] *duo Publicos Cornelios* Leid. 1. De τῷ *duo*, pro *duos*, v. infra ad 35. 21, 5. Corneliorum autem praenomina duplici *P. P.* in Livianis exemplaribus notanda eſſe, ut sint duo Publii, monet Pighius in Annal. ad ann. CCCLVIII. p. 219. quod tamen non neceſſarium est. Praecedens enim *duos*, et sequens *Cornelios* praenominis notam *P.* non aliter, quam *Publios*, reddi poſſe docent.

Caesonem Fabium Ambuſtum iterum] Fabii Ambuſti quater ante hunc locum in magiſtratibus mentio est. Anno enim CCCXLIII. consul Q. Fabius dicitur [4, 52, 1.] ann. CCCXLIX. item CCCLI. et CCCLIV. C. Fabius: [4, 58, 6. c. 61, 4. et 5, 10, 1.] quamquam quidam libri *Claudius* habeant, luculento codicum errore. Hic denique *Caeso* dicitur plerisque codicibus, in quibusdam etiam *C. Fabius*. *M.* quoque *Fabii* in sequentibus mentio est, qui pater dicitur legatorum Fabiorum ad Clusium, ac contra Gallos pugnantium. Atqui si hic iterum fit tribunus militum, qui ex prioribus emendandus ad hunc sit locus, non plane conſtat. GLAR. Vet. lib. *Caesonem Fabium Ambuſtum iterum* habet. Diodorus item [14. Bibl. p. 445.] *Καίσωνα Φάβιον* nominat. Quoniam autem Caeso Fabius Ambuſtus bis ante tribunus militum fuit, Livio ipso et Capitolinis scriptoribus et doro teſtibus, propterea h no *tertium* sit, neceſſe est *iterum*. SIG. *K. Fabium Am tertium* legendum eſſe, n etiam Pighius in Ann. l. l. tamen servant Florent. V Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. [V Sed vox *iterum* deest in H quatuor autem praescript cabula in Harlej. 2. et P *C. Fabium Ambuſtum tertium* fert Voſſ. 1. *Caesonem Fabiu buſtum tertium* Harlej. 1. t etiam supereſſe in Oxon. L N. teſtis est Cl. Hearne. P K. Fabii Ambuſti tribunatu moratur supra 4, 61, 4. al 10, 1. *C. Caesonem Fabium* h Leid. 1. et Lovel. 1. quoru brarii duplicem lectionem ratione servare voluerunt. V pra ad 3, 44, 4. In verbis cedentibus *Maximum Val Maximum* inveni in cod. Ha

L. Furium Medullinum qui Ultimam vocem non agno plerique noſtri codices, u Hearnii Oxon. B. N. C. Ea tercepit proximi tribuni nomen *Quintum*. quod ex eo firmatur, quia contra pr men *Q.* deficit in Florent. vel. 3. ac 5. Omnes voces *rium Medullinum quintum* n parent in Gaertn. Mox pro *tertium*, obferunt P

: cujus leniendae caussa coloniam in Volscos,
tria millia civium Romanorum scriberentur,
ccendam censuerant: triumvirique ad id creati
ı jugera et septunces viritim diviserant. Ea 5

rerk. V. supra hoc lib. ad
1.

. *Non urbes vi aut operibus*
us] *urbes suis haud operibus*
. 4. et 5. a m. 1. pro quo
eorum in margine legit *ur-*
s operibus, posterior a m. 2.
vi haud operibus. Praeterea
temperatum Lovel. 3. Sed
opibus et *operibus* commu-
e. V. ad 8, 16, 4. Quod au-
tare et *temperare* confun-
e, inde factum est, quod
scripserint temptare pro *ten-*
.

illa felix arbor, nihil frugi-
n in agro relictum] *vel frugi-*
n Lovel. 3. *vel nihil frugife-*
utraque lectione servata,
. 2. *in agro relicto* Haverk.
d 4, 44, 5. *in agro relicta* Lo-
3.

3. *Et clades Capenatem popu-*
legit] *Capenatum populum*

§. 4. *Cujus leniendae caussa coloniam in Volscos*] *cujus leniendae eam coloniam* Gaertn. De errore hoc infra v. ad 38, 58, 11. Paullo ante *τὸ erat*, quod est in omnibus Mſtis, exsulat ab editis Aldo prioribus.

Triumvirique ad id creati terna jugera et septunces viritim diviserant] Id est, dividere voluerant, divisuros se conſtituerant, vel promiserant. Nam ex eo, quod largitionem spretam dicit, rem sine effectu fuiſſe intelligitur. Multa hujus generis sunt in omnibus scriptoribus, quae conatum tantum et consilium significant. V. Casaub. ad Suet. Caes. 29. Gronov. ad Liv. 34, 1, 7. Scip. Gentil. 1. Parerg. 25. et Noodtium 3. Probab. 11. DUK. *triumviri qui ad id creati* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *triumviri ad id creati* Gaertn. Tum *tria jugera* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. Sed paſſim Livius diſtributivo numero usus eſt,

largitio sperni coepta; quia spei majoris aver
dae solatium objectum censebant. Cur enim
gari plebem in Volscos, quum pulcherrima
Veji agerque Vejentanus in conspectu sit, ub
6 ampliorque Romano agro? Urbem quoque
Romae, vel situ, vel magnificentia publicorum

§. 5. *Quia spei majoris avertendae solatium objectum censebant*] Lego *spei majoris advertendae*. KLOCK. *advertendae* habent etiam Lovel. 3. 5. et Voss. 2. Sed, quid sit *avertere spem*, probe intelligo; quaero autem, quid hic notabit *advertere spem*? Verba *avertere* et *advertere* infinitis locis a librariis commutantur in codd. scriptis. V. infra ad 6, 23, 8. Praeterea *q̃*, pro *quia*, Leid. 2. *qui* Leid. 1. et Lovel. 2. V. ad Liv. 36, 33, 5. *quod* Lovel. 5. V. ad 38, 36, 4. Deinde *objectum tum censebant* Hearnii Oxon. C. Sed voculam *tum* ex ultima syllaba prioris vocis male repetitam puto.

Urbs Veji agerque Vejentanus in conspectu sit, uberior ampliorque Romano agro] *urbs Vejique* Haverk. Tum *ager Vejentinus* Lovel. 2. 4. 5. et Fragm. Hav. *ager Vejentatus* Lovel. 1. Praeterea *uuerior* Harlej. 1. litera *u* τοῦ *b* substituta. Ea autem literarum commutatio in Mstis frequens est. Hac ratione *violabit*, pro *violavit*, emendavit Rhenanus supra 2, 29, 12. *ab eis* in optimo cod. scriptum est, pro *a Vejis*, 4, 31, 9. *Gavina*, pro *Gabina*, hoc lib. c. 49, 6. *velli*, pro *belli*, 6, 17, 7. *jubere*, pro *juvare*, 6, 35, 9. *Favius*, pro *Fabius*, 7, 22, 2. *beneficiis*, pro *veneficiis*, 8, 18, 11. *Vitrubius Baccus*, pro *Vitruvius Vaccus*, c. 19, 4. *glouus*, pro *globus*, c. 32, 13. *novis consulibus*, pro *nobis*, 28, 41, 10. (* v. ad 28, 2, 15.) In codice Pandec Florentino nihil frequenti diu est, quod viri docti varint. V. Briffon. Parerg et 9. et, quem inmatura sibi ereptum esse dolent tiores literae ac mascula prudentia, Gulielm. Best emend. leges c. 1. p. 10. ergo nata est lectio Leid Lovel. 4. ac 5. a m. 1. qu ris inperite in voces distr praeferunt *in conspectu situ* Tum *amplior uberior* Love *agro Romano* Lovel. 4. Ce in verbis praecedentibus *enim relegari* Gaertn. Put scriptum fuisse *Quor*, pro

§. 6. *Magnificentia publ privatorumque tectorum ac l praeponebant*] *praeposcebar* 2. et Lovel. 3. qui etiam ante in verbis proximis *quoque quam Romae* exhibe *bem quoque urbi Romanae* 2. et 5. V. ad Epit. Liv. 4 *locorum* omittit Veith.]

§. 7. *Quin illa quoque ac vebatur*] Quid est, *movebatn transmigrandi Vejos?* Nesc alias ita loqui soleat Liviu gerem: *quin illa quoque movebatur*. Ut alibi, *agit mentio*, Et, *movit mentione* FABER. Liv. 28, 11, 10. *rant autem hujusce rei men Placentinorum et Cremonens gati*. Suet. Caes. 79. *Doleas prospere motam regni ment* Nec tamen adsentior Fabr

ut destinabant habitandos Vejos, duasque ur-
communis reipublicae incoli a populo Romano

ctionem non minus Latine
ntest, quam *movere discor-*
pud Liv. 4, 48, 14. et *dis-*
tem apud Suet. Caes. 3. Liv.
4. *An omnino mittendus es-*
ausiter. io mota est maxime a
Aetolo. Suet. Caes. 75.
apud Herdam deditionis con-
bus. Ovid. 2. Art. Am. 575.

n mala, Sol, exempla mo-
nes? - - -

tio movebatur a tribunis ple-
bis rei auctoribus. DUK.
nime apud Livium vox *actio*
ntur de omnibus illis, quae
hatus vel apud populum,
a senatu peragit. V. supra
43. 6. Quum autem Livius
actionem moveri, verbum
n incipiendi significationem
t. V. infra ad Epit. Liv. 72.
ergo *movetur*, quum quis de
rmonem facere, de ea cum
ulo agere incipit. Quemad-
lum autem hic *actio moveri*,
contra *finem invenire* dicitur
a hoc lib. c. 29, 1. *Tribuno-*
plebis actiones nondum invene-
finem. Male itaque Faber lo-

tim plebi, partim senatui destina-
bant habitandos Vejos? RHEN.
Lectio, quae ante Rhenanum
vulgo circumferebatur, super-
erat in Florent. Leid. 2. Lovel.
quinque, Harlej. 1. Gaertn. et
Fragm. Hav. Neque multum in-
de abeunt reliqui. *partem plebi*,
partem senatus destinabant habet
Leid. 1. neque aliter est in Voss.
1. contextu, in cujus margine
emendatur *plebis* a m. 2. *partem*
plebei, *partem senatus destinabant*
Klock. *partem plebi*, *partem sena-*
tui destinabant Portug. *partem ple-*
bis, *partem senatus destinabat* Har-
lej. 2. et Haverk. a m. 1. qui a
m. 2. exhibet, *partem plebs*, *par-*
tem senatus destinabat. Omnia de-
nique haec verba deerant in Voss.
2. Mihi prior Rhenani emenda-
tio, quam Gryphius jam anno
1548. recepit, non displicet. [*par-*
tem plebs partem senatus destinat
Veith.]

Duasque urbes communes reipu-
blicae] Si vacabit operam sume-
re videndi, quae scripsimus l. 1.
Observ. 12. facile decernes, le-

9 poſſe. Adversus quae quum optimates ita t
rent, ut *morituros se citius* dicerent *in conspect*
puli Romani, quam quidquam earum rerum roga
10 *quippe nunc in una urbe tantum diſſenſionum eſſe*
in duabus fore? Victamne ut quisquam victrici p
praeferret? sineretque, majorem fortunam capt

contentire L. 1. 2. B. et N. Et sane praeſtat ea lectio. Cum quo enim duae hae urbes communes eſſent reipublicae? Tum *a Romano populo* omnes excusi usque ad Cel. Jac. Gronovium, qui transpositis vocibus *a populo Romano* dedit, quemadmodum etiam praeferunt codd. quos vidi, vel quorum excerptis usus sum. V. mox ad §. seq.

§. 9. *Adversus quae quum optimates ita tenderent*] Vocula *ita* deficit in Lovel. 5. Sed, ea transposita, *tenderent ita* est in Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Praeterea *Adversus quae tum optimates ita tendere* Portug. et Haverk. Quae lectio ferri poſſet, si optimae notae codices consentirent. Nunc vero vulgatam scripturam praefero. *quum*, sive *cum*, et *tum* saepe commutantur. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Duae autem literae finales vocis *tenderent* interceptae sunt a voce sequenti *ut* ob similitudinem ductuum, praesertim in scriptura Longobardica. Ita contra *ut* absorbetur a literis finalibus *ut* vocis praecedentis. V. infra ad 37, 24, 13. *contenderent* legit Lovel. 2. quod ex gloſſa natum puto. ita etiam supra peccabatur 4, 7, 8. *Tendere* autem pro contendere poni, infra videbimus ad 32, 32, 7. Ceterum, quemadmodum hic locus cohaereat cum sequentibus, optime demonſtravit Gronovius infra ad 44, 40. 2.

Ut morituros se citius dicerent in conspectu populi Romani] que priora vocabula ex Voſſ. 2. Tum *in cons. Pō R* fert Leid. 1. *in conspectu populi* vetuſtae edd. usqu dum, qui ordine mutato *Romani* subſtituit, conse bus omnibus scriptis. V. i 10, 16, 6. et mox ad §. praec terea *quidquam earum rerum rentur* Voſſ. 2. et Lovel. auctor hujus lectionis no cutus est illam significa verbi *rogare*, quae est huj Ponitur enim hic eodem quo *rogare magiſtratus*, *ro gem*, *rogare provinciam*. I igitur optimates, se non pe ros, ut de quoquam earum lex feretur, aut populus s um iniret. Mox hoc cap. §. *Sicinium* (*is enim ex tribuni rogationis ejus lator erat*) rem *Vejos sequantur*.

§. 10. *Nunc in una urbe dissensionum esse, quid in urbibus fore*] Lego ex tribu Pall. *quid in duabus fore?* so τοῖς *urbibus*. GEBH. Del τὸ *urbibus* auctoritate triu et alterius Vossiani. Sic rius c. 31. *Fusis hoſtibus pri nè, quam manus consererent rio, quod perseverantior co hoſtibus in fuga fuit:* suſt τὸ *hoſtibus*, quod Sigonius codice, superfluis abunda seruerat. Scripti fideliores us editi eo carent. J. FR. C Τὸ *urbibus* servant Florent 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. B

onditorem Vejos sequantur, relicto Deo Romulo, o, parente et auctore urbis Romae.

manon agnoscunt. Ea au- ta simile fere loquendi , atque illud, quod su- docti restituerunt 3, 9, *duas pro uno domino ac- ceptata, infinita potesta- plura* vide; ut et ad 2, um tamen optimi et in- plerique codd. vulga- ent, timide tantum Gro- entior, neque, qui eam rrocandam censebit, versabor. Eamdem au- n paucis interjectis re- familiare esse, supra d 1, 3, 9.

ut quisquam victrici aferret] *Victamne quis-* el. 1. 2. Voss. 1. et Leid. *ve ut quisquam* Voss. 2. *Victamne ve quisquam* 5. Harlej. 2. Gaertn. rk. et Fragm. Hav. Ge- ndi inlustratur supra ad Tum *patri et praeferret*

que majorem fortunam Vejii, quam incolumi-

§. 11. *Ut relinquant patriam atque cives*] Διανοίας ratio postulat, ut legatur; *ut relinquant patriam ipsi*. Delendum illud *cives*. Quo enim pacto cives relinquent, si a civibus relinquuntur? Omnino haec mihi non placent. T. FABER. Vulgatum frustra Fabro displicuit. Tribuni volebant legem ferre, ut pars plebis ac senatus Romani Vejos migraret. Jam autem optimates, quibus invitis id obtinere tribuni conabantur, dicunt, se quidem in patria manentes relinqui posse a civibus, id est, illa civium parte, quae Vejos concessura erat: verum nullam vim subacturam, ut ipsi quoque Vejos abirent, et ita relinquerent patriam et cives, id est, illam partem civium, quae Romae mansura erat. Nihil in his difficultatis video. Optimates, qui Vejos migraturi erant, omnino non tantum patriam, sed etiam illos cives, qui ibidem subsisterent, relinquere debebant. Recte etiam Doujatius errorem Fabri deprehendit. Similiter Cl.

1 XXV. Haec quum foedis certaminibus agere
(nam partem tribunorum plebis Patres in suam
2 tentiam traxerant) nulla res alia manibus tem
re plebem cogebat, quam quod, ubi rixae con
tendae caussa clamor ortus esset, principes
tus, primi turbae obferentes se, peti, feriri,
3 occidi jubebant. ab horum aetatibus dignitat

3. *T. Scinnium* Leid. 1. *T. Scinium* Lovel. 5. et Fragm. Hav. a m. 1. *T. Siccinium* Haverk. *T. Sūmum* Lovel. 4. Deinde *conductorem* Harlej. 2. Port. et Haverk. Neque aliter primae edd. Aldus postea *conditorem* reposuit, cum quo faciunt reliqui codd. manu exarati. Praeterea *sequebantur* Lovel. 4. [Veith.] *sequēntur*, id est, *sequerentur*, Lovel. 5. Mox *relicto Deorum Romulo* Lovel. 2. 4. 5. Sed ultima syllaba *τοῦ Deorum* male repetita est ex prioribus literis vocis sequentis. Insuper *ex tribunorum plebis rogatione* Lovel. 4.

§. 1. *Partem tribunorum plebis*] *tribunorum plebi* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. V. supra ad 2, 42, 6. In praecedentibus particula *quum* non visitur in Gaertn. In sequentibus mutato ordine vocabulorum *in suam traxerant sententiam* praefert Lovel. 4.

§. 2. *Nulla res alia manibus temperare plebem cogebat*] *temperare manibus* alia serie Gaertn. Praeterea *temperare plebem poterat* Oxon. L. 1. apud Hearnium, scribae errore. Nostri nihil mutant.

Principes senatus, primi turbae obferentes se, peti, feriri, atque occidi jubebant] MS. Fuld. *peti, feriri que atque occidi jubebant*. MOD. *turbae se offerentes, peti* Lovel. 4. Portug. et Haverk. *turbae se offerentes, se peti* Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 2. Sed pronomen illud *se* secundo loco additum, quod deest et in optimis et rimis Mstis, commode ex p denti intelligi potest. V. ad 2, 40, 10. *peti, ferri, a cidi* Lovel. 3. *peti, ferri que occidi* Voss. 1. a m. 1. Leid. uterque, Portug. verk. *feriri que rat quae occi* rent. *peti, ferrique, atqu* Gaertn. in quibus supersu nifesta vestigia lectionis, Modius in membranis F invenit. Quin et ipsa ea superest in Lovel. 1. 2. Quamvis autem composi orationis Liviana videri p supra ad 2, 31, 1. eam ta contextum recipere nolui sonus *feriri que atque* aures dat.

§. 3. *Ad reliquos similes verecundia irae obstabat*] *To* deficit in Voss. 2. Lovel. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hav. [Veith.] Tum *verecu stabat irae* Lovel. 1. Vos Leid. 2. Vox *irae* deest in 4. Praeterea verbis proxim cedentibus *cum abstinebat dum*, Haverk. V. supra ad 7. Insuper etiam *ab eorum tibus* Lov. 5. cum edd. Vene 1498. Mediol. anni 1495. Ascensianis anni 1513. et Mogunt. sed *ab horum* serv liqui omnes scripti. Tan *horum aetatibus, dignitati ab honoribus violandis* Lo Sed compositionem illan

ita voti, omnium rerum potiorem curam, quam
ne se exsolvendi, habeat. Nihil de conlatione dice- 5
ipis verius, quam decumae; quando ea se quisque

ligitatibusque et honoribus m esse, modo ad §. praec. i est.

Haud mirum id quidem esse; civitatem] In Hearnii ed. di- minima est posi*esse*: quod placet. DUK. *id equidem esse* . Saepe quidem τὸ *equi-* ptimi scriptores pro *qui-* surparunt; hic tamen, re- codd. vulgatam scripturam bus, nihil muto.

damnata voti] Quae Modi- l illustrationem locutionis *voti* huc contulit, ex- m commode videri pos- Brisson. de Formul. l. . 101. Adde Alciat. ad l. 6. e verb. sign.

rum rerum priorem curam] e lectionem demum inveni in Gruteri editione. Priores praeferunt *potiorem curam.* habent Leid. ambo, Lovel. que, Harl. 2. Portug. Gaertn. ers. Fragm. Hav. et Hearnii on. L. 2. et N. quod tot codi- de contextui restitui. 4, 5-, *Quia Italiae cura prior potiorque erat, nihil de Hasdrubale neque de copiis ejus mutatum.* ubi videbimus, Livium alibi etiam simpliciter voce *prior* hoc sensu usum esse. Interdum etiam *potius* et *prius* in Mstis commutantur. V. ad 9, 14, 16. Praeterea *curamque religione*, pro *curam, quam religione*, Harlej. 2. Interdum ita lapsos esse librarios, modo vidimus ad c. 22, 3. Tum *quam religioni se exsolvendi* Harlej. 1.

§. 5. *Nihil de conlatione dicere, stipis verius, quam decimae*] Meritum Apollinis fatetur Camillus in urbem Romanam. ergo *stipis verius*, inquit, *quam decimae.* Caeterum quae sequuntur verba, difficultatem habent. Populum enim liberatum vult, quod quisque privatim se obligaverit. At quod paulo ante dixerit, *furere civitatem*; ob id dixit, quod non modo rerum moventium, sed urbis agrique capti decimam quoque deberi, nec tamen de illo ullam fieri mentionem. quae mihi in hoc notantur, ut lector veteres codices

6 *privatim obligaverit, liberatus sit populus. En*
illud se tacere, suam conscientiam non pati: quo
tantum praeda, quae rerum moventium sit, deci
signetur: urbis atque agri capti, quae et ipsa v
7 *tineatur, mentionem nullam fieri.* Quum ea di
tio, anceps senatui visa, delegata ad pontifi
set; adhibito Camillo, visum collegio, qu

iis taxari avaritiam eorum, qui rapuerant praedam Vejentem, ut qui sibi maligne praedam aestimassent, stipemque potius contulissent, quam decimam: sed tamen, quum quisque se privatim obligaverit decimae conferendae; populum quidem, facta collatione, religione solutum esse, at non eos, qui non ex fide et religione praedam aestimassent. *Stipem* autem dicit respiciens ad stipem Deorum, quae as est Varroni 4. de ling. Lat. in fin. *Diis quum thesaureis assem dant, stipem dicunt.* De ea Lipsius ad Tac 14. Ann. 15. et Gron. 4. de Pec. vet. 11. DUK. Nescio, quam difficultatem in his verbis Glareanus invenire potuerit. Omnis ratiocinatio Camilli huc redit: Furit civitas, quod voti damnata religione se exsolvendi curam negligat. Non eo dico, quoniam nondum promissam decimam contulerit, (nam hujus voti liberatum esse populum concedo, quum quisque ea conlatione se privatim obligarit, quamvis minoris praedam aestimando potius stipem, quam decimam, contulerit) sed quoniam decimae rerum inmobilium, quae publice Apollini solvenda est, nulla mentio fiat. Ceterum *decumae* Florent. et Leid. 1. V. ad 2, 59, 11. ut mox §. seq. et §. 7.

Quando ea se quisque privatim obligaverit] *se quisque ea* Lovel. 1. Sed *то ea* non est in Leid. 2. Hinc *privatum* praeferunt Ha Haverk. Tum *obligaveri* 1. *obligarit* Voss. 2.

§. 6. *Enimvero illud Enimvero se tacere illud Enim illud se tacere* Fra a m. 1. Male. V. ad 1, ad 10, 35, 13.

Ex ea tantum praeda, rum moventium sit, deci netur] *quae rerum Veje* Voss. 2. Lovel. 3. et Lei *rerum morientium sit* I *quae rerum moventum sit* inde factum *quae reru tum sit* in Neapol. Latii *res moventes* sunt res mob *moveri possunt* vocantu in Themist. 2. *Rerum m* item *Rerum se moventium,* est mentio in jure Ron Brisson. de Verb. sign *Moventes* et *Moventia.* Mo *designetur* Florent. *decun netur* Leid. 1. V. ad §. p *cimae designentur* Lovel. 2 lej. 2. Portug. Haverk. nii Oxon. C. [*decumae de* Veith.] Verum similiter numero singulari etiam, xit 3. de Nat. Deor. 36. *M culi quisquam decumam quam, si sapiens factus ess* ne si *decumas* dicimus, inte *decumas partes,* si *decuma decumam partem,* quema plene extulit tum Livius, ctor Epit. Liv. V. supra l. 5.

n, et tribunis militum consularibus, ut aurum coëmerent, negotium datum. cujus quum co-
m esset, matronae, coetibus ad eam rem con-

atque agri capti, quae et e continentur, mentionem fieri] Hoc non congruit entibus, *quod decima de-*: nam utrumque pendet , *illud se tacere, suam con- non pati.* Est enallage, tio finita interdum in in- mutatur, et contra; ut *ha censere, decernere*, et *edam.* V. Liv. 24, 22. 33, à. Justinus 13, 2. *Melius his legi, qui* etc. *quam ius regis indignorum sub- imperio.* DUK. V. infra 9. (* Ita 10, 19, 1.) Ce- *vote* non comparet in et Lovel. 1. *quae et ipsa finantur* habent Lovel. 3. Haverk. et Fragm. Hav. qua forma supra dixit 4, *quum gratia atque honos ura interdum non cupien- ur.* ubi alia exempla vide. tamen codd. et inter eos ptimi, stant pro vulgato. *ta mentionem* Leid. 2.

§. 5. Tum *Apollini sacratam esse* Haverk. et vetustae edd. pro quo Aldus primus *sacram esse* vulgavit. Sed quum postea nihilominus Parisienses anno 1529. et Frobenius anno 1531. *sacratam* servarent, Rhenanus necesse habuit monere, *sacram* legendum esse. Et ita praeferunt reliqui codd. Saepe hoc modo librarios peccasse, infra videbimus ad 10, 37, 2. (* h. lib. c. 40, 10.)

§. 8. *Ita in aestimationem urbs agerque venit*] *in extimationem* Lovel. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. *in extimatione* Lovel. 2. V. ad 34, 2, 5. Similiter etiam in scriptis infra variatur hoc cap. §. 10.

Ut aurum ex ea coëmerent] *emerent* Voss. 2. et Lovel. 3. invitis reliquis codicibus scriptis, et editis. Supra 2, 34, 3. *Dimissis passim ad frumentum coëmendum.* ubi plura vide. Mox *cujus quum copiae non essent* Harlej. 1. *cujus*

sultandam habitis, et communi decreto polli
tribunis militum aurum et omnia ornamenta
9 in aerarium detulerunt. Grata ea res, ut quae
xime senatui umquam, fuit: honoremque ob
munificentiam ferunt matronis habitum, ut pil

Lovel. 1. Forte non male. Alibi librarios eas voculas confundere solitos esse, infra videbimus ad 26, 45, 1. *e communi decreto*, ut *ex collegii sententia* supra 4, 53, 7. *Pronunciaveruntque ex collegii sententia*. Infra 38, 60, 3. *Ex sua collegarumque aliorum praeter Gracchum sententia pronunciavit.*

In aerarium detulerunt] *contulerunt* Haverk. Infra hoc lib. c. 50, 7. *Quum in publico deesset aurum, ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret, a matronis conlatum acceperant.* 26, 36, 5. *Aurum, argentum, aes signatum omne senatores crastina die in publicum conferamus.* et eodem cap. §. 11. *Pro se quisque aurum, argentum, et aes in publicum conferunt.* Reliqui tamen scripti stant pro vulgato; cujus repudiandi nullam video caussam. Nam ita etiam Liv. eodem loco §. 8. *Omne aurum, argentum, aes signatum ad triumviros mensarios extemplo deferamus.* Ita *in aerarium deferri* dicitur pecunia, quam victores duces, ex provinciis domum reversi, in publicum conferunt. V. ad 39, 29, 7. Paullo ante *et aurum et omnia ornamenta*, addita prima voce, Lovel. 2.

§. 9. *Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum*] *fertur* Klock. Et ita similis erit forma locutionis illi, de qua supra egi ad 1, 31, 8. V. etiam infra ad Epit. Liv. 68. Unius tamen codicis auctoritas levior est, quam ut ejus fide vulgatum mutem. Paullo ante vox *maxime* non adparet in Haverk.

Pilento ad sacra ludosque] *p*
stro vetustae edd. pro quo Me
lani anno 1505. *pilento* subs
tum est. Alterum tamen po
adhuc servarunt Ascensii re
verum ita, ut secunda et te
pilento in margine ostentent, q
postea iterum Moguntini, et
eos omnes recentiores, in
textum receperunt. Ita quo
ex veteribus codd. legendum
nuit Pierius ad Maron. 8. A
665. Neque aliter praeferunt
nes nostri. *plaustro* omnino
interpretis glossemate natum
Praeterea *ad sacros ludosque*
tug. a m. 1.

Carpentis festo profestoquent
tur] *profectoque* Gaertn. pro
uterentur Voss. 1. Leid. 2. et
vel. 1.

§. 10. *Pondere ab singulis*
facta strage ac ruina Fragm. Hav. Deinde *inpetu, facta strage ac ruina* Lovel. 2. *inpetu facto ac ruina*, omiſſa media voce, Lovel. 1. et Leid. 2. Denique *fugere Gallos* Haverk. De quo errore scribarum v. infra ad 38, 17, 6. Mox verbis sequentibus *tentarent* Lovel. 2. an voluit *tentarint*? Insuper *tale genus pugnae* alio ordine Voſſ. 1. et Leid. 2.

§. 4. *Omissa itaque spe per vim atque arma subeundi*] *Amissa itaque spe* Harlej. 2. Portug. Lovel. 4. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Saepiſſime haec verba in Mſtis vetuſtis commutantur. V. supra ad 2, 48, 6. Eadem autem multis etiam locis adeo parum significatione differre, ut, quid praeferendum sit, nescias, obſervat Celeberr. Burmann. ad Phaedr. 1. fab. 13, 10. Hic tamen *Omissa* praefero. Non modo enim pro hac scriptura ſtant praeſtantiſſimi codices, verum etiam Galli a Romanis repulsi videntur sponte dimiſiſſe spem expugnandi Capitolii per vim atque arma. Et ita *omittere spem* recte praeferunt viri docti apud Curtium 3, 2. *Omissa omni alia spe, statuit ipse decernere.* quod et ipsum mallem ibid. l. 4, 1. *Territi tamen spem obtinendi Aegyptum non omiserunt.* Ita ibi plures exhibent codd. vulgo editur *amiserunt.* Et sic recte legitur apud Juſtin. 20, 3. *Paucitatem suam circumspicientes, omissa spe victoriae, in destinatam mortem conspirant.* (* Ita *omittere occasionem* Suet. Galb. 10. ubi alii *amitterent.*) Contra *amissa fugae spe* praeſtat apud Plin. 8. H. N. 7. *Pompejani elephanti*, *amissa fugae spe. m sericordiam vulgi inenarrabili habitu quaerentes supplicare.* Insuper *Omissa utique* Lovel. 5. V. infra ad 7, 28. Ceterum *spe perinde atque a ma obeundi* Gaertn. ex *peru* id eſt *per vim*, exigua tam aberratione fit *periñ*, id eſt *pe inde*, ob similitudinem litt rum *ui* et *in*. V. infra ad 9, 1

Quod in urbe fuerat, frum tum incendiis urbis absum rant] Videtur Livio satis fu *incendiis absumserant.* J. GRON. *urbis*, quod expunge Gronovius, in uno apud me erat Leid. 2. Reliqui conſta tuentur. Neque aliam cauſ ob quam diſplicere potuerit deo, quam quod mox pra serit. At ita supra erat c. *Nec tum inpetu aut vi capie urbem, sine ira, sine ar animorum ingressi poster urbem.* ubi quidem voci ur posteriori loco controvers militer mota eſt: sed vide, ibi dicta sunt. Praeterea *in dia urbis absumserant* Ga Sed ita superius diſtinctio tanda foret hoc modo: *obs nem parant, cujus ad id pus inmemores. et quod in be fuerat frumentum, ince* etc. Sed praefero vulgatum liquorum omnium codicum ſtabilitum. Tum *assumse* Leid. 1. Lovel. 3. 5. Harle et Haverk. *adsumserant* Flo V. infra ad 9, 17, 17. Paull te etiam *ad id tpris*, id eſt *poris*, Gaertn. Ita supra 1 8. *Monitus a proximis, ut garet se, quod id temporis nisset.* 25, 23, 16. *Ubi id t poris visum, quo de die ep*

e per vim atque arma subeundi, obsidionem
: cujus ad id tempus inmemores, et, quod
e fuerat, frumentum incendiis urbis absum-

vini satias principium-
ni esset. Similiter *id co-*
is 7, 26, 12. *Id enim il-*
le cognominis fuit. Ubi
. Quum tamen alii codi-
atum tueantur, id etiam
n movendum censeo.

agris per ipsos dies ra-
nne Vejos erat] Plenius
er eos ipsos dies. An ta-
terdum ita dicere *ipse*,
ipse? Cicero 10. ad Att.
Nos autem ad haec, et
certo fore, et, quae jam
non esse leviora. nimi-
si restituerentur damnati,
o praecesserat. l. 12. Ep.
Num, pro malis, recte ha-
quamquam ipsum doleo.
Eo neque cuncti con-
Scarnanum populi, nec
qui convenerant, idem
Cartius 5, [3.] de Sy-
pro Madathe deprecan-
deprecata est, ut ipsum
quod deprecaretur.
10. *Quum fidem ipso*
An potius haec omnia
? J. FR. GRON. Id ve-
alibi non raro prono-
ante τὸ *ipsum* culpa li-
omissum esse. Ita non-
codices exhibent supra 1,
expositos jussu regis
ciebat, et tempus, quo
tulisset, ad ipsum
et 2, 42, 5. *Filius e-*
decemvir ad ipsum creatus,
Ubi tamen rectius *ad*
ipsum legi in vulgatis editio-
aliisque codicibus monui.
11. *Tribunos plebis fama*
ipsa irritaverat magis. ubi
codd. *fama ipsa.* 23, 18,
Cohortes duae ad ipsum in-
istus. Ita praeferunt
recentiores; aliae cum li-

bris scriptis *ad id ipsum.* 28, 8, 3. *Sic ipsis diebus Machanidam e manibus suis elapsum.* Ita et hic praeferunt novissimae edd. pro quo Gronov. ex Mstis restituit *eis ipsis diebus.* Similiter in Epit. l. 49. unus tantum codex obfert. *Quum ab urbe Romana, quo illum Demetrius Syriae rex ob ipsum mendacium miserat, clam profugisset.* quum vulgo edatur *ob hoc ipsum mendacium.* Omnibus tamen illis locis, quae laudarunt partim J. Fr. Gronovius hoc loco, partim Cl. Jac. Gronovius ad Liv. 21, 55, 11. controversiam non moverim, praesertim ubi vulgata lectio librorum scriptorum patrocinio defenditur. Hinc etiam nihil mutandum puto infra 44, 1, 7. *Et primus eorum congressus ex dignitate ipsorum ac nominis Romani.* ubi Sigonius conjicit *ex dignitate eorum ipsorum.* Sane, quum *ipsum* pro me ipsum, ac se ipsum saepius ponatur, ut supra vidimus in praefat. §. 3. nullam video caussam, cur non eodem modo *ipsum* pro eum ipsum, vel id ipsum dicere liceat. Ὁ πάνυ Gronovius tamen aperte id damnavit in prima ed. notarum in addendis p. 745. Sed, quae ibi scripserat, recte in curis secundis expunxit, substitutis illis, quae hic conspiciuntur. Praeterea *raptum omen Vejos erat*, literis transpositis, Haverk. *raptum esse Vejos erat* Fragm. Hav. *raptum Vejos erat*, voce una omissa, Gaertn. *raptum omne Vejos ierat* Lovel. 2. V. ad 39, 21, 6.

§. 5. *Igitur exercitu diviso*] *gō*, id est *ergo*, pro *igitur*, Lovel. 2. V. ad 21, 40, 6. Tum *ex-*

serant, et ex agris per ipſos dies raptum on
5 jos erat. Igitur, exercitu diviſo, partim p
timos populos praedari placuit, partim obsi
cem; ut obſidentibus frumentum populatore
6 rum praeberent. Proficiscentes Gallos ab u
Romanam experiendam virtutem fortuna i
7 deam, ubi Camillus exſulabat, duxit: qui n
ibi fortuna publica, quam sua, quum Diis

ercitu dimisso Leid. 2. invitis aliis omnibus. Ita alibi peccare librarii soliti sunt. V. infra ad 28, 2, 16. et ad 37, 45, 19.

Partim obsideri arcem] *partem* Portug. a m. 1. Si quid mutandum, mallem *partim obsidere;* et ita *partim* hic et verbis praecedentibus accipiam more antiquo pro *partem*, de quo infra v. ad 26, 46, 8. et ita tum *partem*, quod habet Portug. a m. 1. natum eſſe poterit ex glossa. *placuit partim* nempe exercitus *praedari*, *partim obsidere.* Invitis tamen codd. nihil muto. Mox verba *ut obsidentibus frumentum populatores agrorum praeberent* perperam desiderantur in Voſſ. 2. et Lovel. 3. *praebent*, pro *praeberent*, habet Harlej. 1. Sed scriptum fuerat *praeb'ent.* Additam autem notam neglegens librarius omisit. V. infra ad 40, 14, 3. *hĕrent* eſt in Lovel. 4. [*haberent* Veith.] *populationes* in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 6. *Proficiscentes Gallos ab urbe*] *Proficiscentes autem Gallos* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Mox voces *ipsa Ardeam*, *ubi Camillus exsulabat*, *duxit. qui moestior ibi fortuna* desunt in Haverk. neglegentia scribae, cujus caussa fuit τοῦ *fortuna* repetitio. V. ad 9, 11, 11. *ubi Camillus erat*, pro *exsulabat*, eſt in Lovel. 2.

§. 7. *Qui moestior ib publica, quam sua, q hominibusque*] *qui m fortuna* Gaertn. qui e τὸ *quum* omittit; quem etiam voculam *que* Lo

Diis hominibusque dis senesceret] *senesc* Gronov. ad Liv. 29, 33, nit, se cum taedio et s tentare. 35, 34, 7. *Ne indemnatum consene exsilio sinerent.* (ita 22, 5.) Livium vero imi ditur Florus 1, 22. *Sed* pe Camillus) *melior urbe consenuit.* Nisi q Camillum, qui Ardeae in capta urbe, scilic consenuiſſe dicens, q sum ibidem notarunt v et significationem τοῦ scere inluſtrarunt. Pla cho 1, 3, 63.

Prae moerore adeo
que aegritudine
Consenui.

in Trucul. 1, 1, 65. ex tione Acidalii:

Quem senium ac od
bi esse memoraba
Babyloniensem mil
nunc dicitur
Venturus peregre.

Act. 2, 3, 12.

busque accusandis senescceret, indignando mirandoque ubi illi viri essent, qui secum Vejos Faleriosque cepissent, qui alia bella fortius semper, quam felicius, gessissent; repente audit, Gallorum exercitum ad- 8
ventare, atque de eo pavidos Ardeates consultare. nec secus quam divino spiritu tactus, quum se in mediam concionem intulisset, abstinere suetus ante talibus conciliis;

Male quod mulier facere incepit, nisi id efficere perpetrat,
Il illi morbo, id illi senio est, ea illi miserae miseria est.

V. Nonium Marc. in v. *Senium.*

Mirandoque ubi illi viri essent] Transpositis vocibus *ubi viri illi essent* Leid. 1. et Haverk. Sed *ro illi* deest in priscis edd. quod primus addidit Aldus, et omnes codd. etiam agnoscunt.

§. 8. *Repente audit Gallorum exercitum adventare, atque de eo pavidos*] *repente audivit* Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *Gallorum adventaretque de eo pavidos* perperam Leid. 1. *Gallorum exercitum adventare, atque adeo pavidos* Gaertn. a m. 1. *adventare, deque eo pavidos* Lovel. 2. *adventare et de eo pavidos* Lovel. 4. *adventare, de eo pavidos* Lovel. 5.

Quum se in mediam concionem intulisset] *in mediam contionem contulisset* Port. Harl. 2. Lov. 4. 5. et Hav. [Veith.] Male. Supra 3, 5, 7. *Dum se temere magis, quam caute, in mediam dimicationem infert.* ubi alia exempla vide.

Abstinere suetus ante talibus conciliis] *abstinere his suetus* Lovel. 3. a m. 1. *abstinere is suetus* a m. 2. quod etiam inveni in Voss. 2. ut forte librarii illi dare voluerint *abstinere assuetus*, quod Hearnio in Oxon. B. obvium fuit, mihique in margine Lovel. 2. qui in contextu, ut et Lovel. 4. 5. et Portug. male praeferunt *abstinere veritus.* Sed *abstinere uetus*, omissa prima litera posterioris vocis, est in Leid. 1. *abstinere non solitus* in Harlej. 2. Praeterea *antea talibus conciliis* Leid. 2. *a talibus conciliis* Portug. *ab talibus conciliis* Harlej. 2. et Haverk. *a talibus consiliis* Lovel. 5. Non est necesse. Saepissime enim τῷ *abstinere* casum sextum, omissa praepositione, Livius addere solet. Supra 2, 54, 4. *Suadent, monentque, honoribus et administratione reipublicae abstineant.* c. 56, 7. *Quum Volero nihil, praeterquam de lege, loqueretur, insectatione abstinens consulum.* 3, 10, 7. *Inter cetera monitum, ut seditionibus abstineretur.* 7, 8, 5. *Castrorum obpugnatione abstinuere.* 21, 5, 9. *Hannibal proelio abstinuit.* 38, 32, 4. *Una denunciatione, ut bello abstinerent, finem imposuit.* 40, 7, 3. *Jocosa dicta in adversarios, ita ut ne ipsis quidem ducibus abstineretur, jactabantur.* 42, 29, 3. *Prusias Bithyniae rex statuerat abstinere armis.* Et ita etiam saepe Livius id verbum construere so-

1 XLIV. *Ardeates*, inquit, *veteres amici*, *n*
etiam cives mei, quando et vestrum beneficium ita tu
et fortuna hoc egit mea, nemo vestrum conditionis m
oblitum me huc processisse putet: sed res ac pericul
commune cogit, quod quisque possit in re trepida pra
2 *dii, in medium conferre. Et quando ego vobis pro t*
tis vestris in me meritis gratiam referam, si nunc c
savero? aut ubi usus erit mei vobis, si in bello non f

litus est, licet insuper addiderit casum quartum. 1, 1, 1. *Duobus, Aenea Antenoreque, omne jus belli Achivos abstinuisse.* 8, 2, 7. *Ne Campani quidem his se armis abstinuere.* c. 19, 3. *Denunciatumque Samnitibus, ut eorum populorum finibus vim abstinerent.* c. 24, 18. *Quamquam Romano bello fortuna eum abstinuit.* Denique *talibus consiliis* Gaertn. Lovel. 2. Haverk. et antiquiores typis excusi: pro quo Aldus *conciliis* substituit, consentientibus reliquis scriptis. Et recte. Indicatur enim conventus, sive concio Ardeatium, quae non *consilium*, sed *concilium*, vocari debet. V. infra ad 44, 2, 5.

§. 1. *Novi etiam cives mei, quando et vestrum beneficium ita tulit*] *novi et cives mei* Voss. 2. et Lovel. 5. qui error ex compendio scribendi promanavit. V. infra ad 22, 47, 9. Deinde *et beneficium nostrum* Portug. et Haverk. infinitis locis obvio errore. V. infra ad 34, 2, 2. *et beneficium vestrum* Harlej. 2. *et vestrum benefactum* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Mox *fortuna hec egit mea*, pro *hoc egit*, Lovel. 5. et Fragm. Hav. *fortuna hoc ego id mea* Klock.

Conditionis meae oblitum me huc processisse] *huc proficisci* Lovel. 2. 4. ac Fragm. Hav. et ita Hearne in Oxon. L. 2. in nit. Vocula *me* deficit in Love

Sed res ac periculum com ne cogit, quod quisque po res atque periculum Hav Tum *egit* Lovel. 4. sed, utr quasi lectione servata, co Gaertn. Denique *quod qu potest* Portug. *quod quisq potest* Harlej. 2. Alibi etiam que et *quisquam* in libris ptis commutari solent. V. hoc lib. c. 29, 6. In verb quentibus *remedium conf* pro *in medium*, obgerit Lovel. 4.

§. 2. *Et quando ego vobi tantis vestris in me meriti tiam referam*] *Et quoniam* lej. 2. Quomodo interdum bris scriptis peccatur. V. 1, 8. Si quid mutandum, lem *Ecquando ego vobis tiam referam.* Nam *ecqu* atque *et quando* passim m tur. V. supra ad 3, 67, 10 militer etiam *ecquis* atque *et* V. supra hoc libro ad c. Invitis tamen libris recept ctionem hoc loco mutar sustineo. V. Gifanii Conlec in Lucretium v. *Et quantis.* nomen *vobis* deest in Lov Mox *etsi nunc cessavero*, *si nunc*, Voss. 2. et Lovel.

Si in bello non fuerit] *ferit*, omissa litera, Leid. Portug. Pro quo, quod a

ac arte in patria steti; et, invictus bello, in pa-
gratis civibus pulsus sum. Vobis autem, Ar- 3
fortuna oblata est, et pro tantis pristinis populi
beneficiis, quanta ipsi meministis, (nec enim
anda apud memores sunt) gratiae referendae,
urbi decus ingens belli ex hoste communi parien-
iae effuso agmine adventat, gens est, cui natura 4
animosque magna magis, quam firma, dederit.

erat, scribae codd. Lo- Harlej. 2. et Haverk. *foret.*

obis autem, Ardeates, oblata est] *Votis, Ar- forta oblata est* perpe- n Voss. 2. *Votis* etiam . 3.

antis pristinis populi i beneficiis] *pro tantis is populi Romani be-* Florent. a m. 1. et Leid. *tis prolatis populo Ro- beneficiis* Lovel. 2. *pro prolatis populi Romani is* Voss. 2. Lovel. 3. 4. Hav. Hearnii Oxon. N. gine, et Neap. Latinii. de Latinius conjecit, in- vocem, sive *pristinis, rolatis*, delendam esse; tiam deest in Harlej. 1. utramque hoc modo ex- aertn. *pro tantis pristi- latis populi Romani be-* Verum hujus codicis familiare fuit, sive va- ctionem, orae exempla- adscriptam, sive glossam dem simul cum genuina junctam exhibere. Mihi n non displicet. Quae- tem pristina beneficia Romani in Ardeates in- ur, colligi potest ex l. et 11. Mox *quanti*, pro Lovel. 3.

nim exprobranda apud memores sunt] Terent. in Andr. 1, 1, 16.

— — *nam istaec commemoratio*
Quasi exprobratio est inmemoris beneficî.

Cic. de Amic. 20. *Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quae meminisse debet is, in quem conlata sunt, non commemorare, qui contulit.* Seneca 2. de Benef. 10. *Lacerat animum et premit frequens meritorum commemoratio.* Ceterum *exprobrando apud memores sunt* est in Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. sed *exprobrande* habet Florent. Insuper *etiam*, pro *enim*, legit Lovel. 4. V. ad 36, 41, 3. *Τὸ enim* deficit in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Huic urbi decus ingens belli ex hoste communi pariendi] *huc urbi* Leid. 1. Praeterea *decus ingens bello ex hoste communi pariendi* Voss. 2.

§. 4. *Quae effuso agmine adventat, gens est*] *Qui effuso agmine adventat* constanter Florent. Lovel. 1. 2. 3. 5. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. C. et Dominici Macri codex apud Latinium. Quorum omnium in

eo in certamen omne plus terroris, quam virium, ferun
5 *Argumento sit clades Romana. patentem cepere urbe*
ex arce Capitolioque his exigua resistitur manu. J
obsidionis taedio victi abscedunt, vagique per agros p

τὸ qui consensus efficit, ut suspicer, Livium scripsisse, *Qui effuso agmine adventant, gens est.*

Eo in certamen omne plus terroris, quam virium, ferunt] *Τὸ in* omittitur in Hav. Deinde *certamen ἔὲ*, id est *esse*, Lov. 4. et Gaertn. Denique *plus terroris, quam virium, fuerunt* Fragment. Hav. Contrario errore hoc ipso cap. §. 2. quidam codd. praeferebant *ferit*, pro *fuerit*, omissa litera *u*, quam hic interserit codex laud. *ferunt*, pro *fuerunt*, perperam in codd. multis manu exaratis et typis excusis exstare, supra vidimus ad 3, 24, 10. Similiter errarunt operae typographorum in nonnullis edd. infra 6, 40, 12. scribae in codd. 7, 1, 8. 9, 14, 7. et alibi.

§. 5. *Ex arce Capitolioque quod his exigua resistitur manu*] Legendum *ex arce Capitolioque his exigua resistitur manu.* RHEN. *quod* a Rhenano expunctum in nullo meorum scripto superest. Forte *qꝫ*, sive *quod*, pro *q̃*, sive *que*, tamquam varia lectio olim ad marginem adscriptum exstitit; nam voces hae commutari solent. V. ad 2, 41, 8. quam utramque postea alius scriba simul in contextum recepit. Eamdem voculam jam olim Aldus ex contextu Liviano expunxit. Mox tamen inter errata iterum recipiendam monuit. Insuper *restituitur* Lovel. 1. Paullo ante *Argumento sit clades. Romanā patentem cepere urbem*, pro *clades Romana. patentem*, perperam praefert Leid. 1. *Argumento sit clades. Romā patentem cepere urbem* Harlej. 1.

Vagique per agros palant vagi agros pplantur, id est *pulantur*, Haverk. a m. 1. quo a m. 2. interpolatur *pol tur.* Aliis etiam locis *palar populari* a scribis in codic vetustis permiscentur. Exemp supra habuimus hoc lib. c. 12. Vulgatum genuinum est. pra 4, 46, 7. *Palati alii pe gros passim multis itiner Romam contenderunt.* 2 4. *Alii agmine, alii palati sim per agros Canusium p gissent.* 44, 44, 6. *Magna caedem praedamque, p passim per agros Rom facturos.* In verbis praec tibus *abscendunt*, pro *a dunt*, praefert Lovel. 3. 5, 4, 10.

Cibo vinoque raptim h repleti] *cibo vino raptim sto* Leid. 2. Supra 2, 26, 3. *si, tum itinere, tum popu ne nocturna, magna pa villis repleti cibo vinoque fugae quod satis esset v habuere.* 8, 16, 10. *Perpul peratorem, ut vino epulisq pitos hostes adgrederetur.*

§. 6. *Ubi nox adpetit*] *vox adpetit* Haverk. qui in libris scriptis frequen currit. V. quae olim nota Silii Ital. 8, 210. et Cel. Burr ad Nason. Epist. 3. Her. Adde infra ad 7, 28, 7. et 24, 8. De verbo *adpetere* fra ad 10, 20, 9. *Et ubi no petit*, addita prima voce, Rom. anni 1472. et Parm.

Prope rivos aquarum] *p vos*, id est *propter rivos*, G ner. quod verum, vulgatu

bo vinoque raptim haufto repleti. Ubi nox ad- 6
pe rivos aquarum, sine munimento, sine fta-
: cuftodiis, passim ferarum ritu fternuntur,
cundis rebus magis etiam solito incauti. Si vo- 7

ſſa natum eſſe vide-
iv. l. 49. *Lusitanos*
ie contra habentes
tur. ad quem locum
a hujus erroris libra-
eri poſſunt: ibidem
ensu *to propter* Li-
s eſſe docui. Quo mi-
am lectionem in con-
pere audeam, illud
dreliqui codd. omnes
onſtanter tueantur.

iimento, sine statio-
ustodiis, passim fe-
iternuntur] *sine mo-*
ovel. 3. *sine moni-*
gm. Hav. V. supra ad
um *sine statione ac*
aertn. Sed non una
verum pluribus *sta-*
bs vel caſtra firman-
ariis locis dispositis.
4. *Vigiliae in urbe,*
nte portas, praesi-
nuris disposita. In-
. *Securior ab Sam-*
re, stationibus mo-
i, ne qua vis in ca-
c. 24, 5. *Fore, ut*
ntae in custodiam
ioe stationes ac no-
giliae essent. 25, 38,
atum habeo, non vi-
rdinem, non statio-
esse. Codicis tamen
tionem videtur pro-
infra 25, 39, 2. *Quum*
a pro portis, neque
todiae essent. Ibi ta-
intelligi unam ſtatio-
ualibet porta, adeo-
in caſtris fuiſſe. *sine*
mediis duabus voci-
tis, pleraeque edd.
ad Mediol. anni 1505.
et Aldum. Neque aliter Leid. 2. et Lovel. 1. quorum librariis duas voces ejusdem fere significationis jungi forte displicuit. Certe quod de C. Fabio Dorsone infra dixit Livius c. 46, 2. *per medias hostium stationes egressus*, id Florus exprimit 1, 13, 16. *per medias hostium custodias Fabium pontificem ab arce demisit.* Nihilominus utramque vocem junxit Livius 21, 14, 2. *Nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem.* Caesar 1. belli Civ. 59. *Longiore circuitu custodias stationesque equitum vitabant.* Deinde *ferarum ritu feruntur* Lovel. 5. Harlej. 2. et Portug. *ferarum ritus sternuntur*, prima litera *τοῦ sternuntur* perperam repetita in fine vocis praecedentis Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 28, 25, 2. *ferarum ritis terruntur* Leid. 1. a m. 1. *ferarum ritu sterruntur* a m. 2. *ferarum ritu terrentur* Lovel. 4.

Ab secundis rebus magis etiam solito incauti] *a secundis rebus* Gaertn. *magis quam etiam solito incauti* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 7. *In animo est tueri moenia vestra, nec pati haec omnia Galliam fieri*] *in animo est ueri moenia* Harlej. 1. Sed ultima litera *τοῦ est* intercepit primam vocis proxime sequentis. V. supra ad 2, 44, 6. et infra hoc §. in fine. *in animo est velim ingenia* Lovel. 4. *velim*, pro *tueri*, eſt etiam in contextu Lovel. 2. *in animo est vel tueri moenia* Harlej. 2. et Portug. Tum *moenia nostra* Portug. V. ad 34,

bis in animo est tueri moenia vestra, nec pati haec omni Galliam fieri, prima vigilia capite arma frequentes: m sequimini ad caedem, non ad pugnam. nisi vinctos somn velut pecudes, trucidandos tradidero, non recuso eum dem Ardeae rerum mearum exitum, quem Romae bal

2, 2. Deinde *hic omnia Galliam fieri* Gaerta. *haec omnia Gallorum fieri* Fragm. Hav. a m. 1. Vox autem *fieri* deficit in Leid. 2.

Nisi victos somno veluti pecudes trucidandos tradidero] *umctos somno* Harlej. 1. Ex cujus lectionis vestigiis colligo, librarium scribere voluisse *vinctos somno*. Et ita praefert Florent. cum excusis Rom. anni 1472. ac Parm. quorum auctoritate id recepi. *Victus somno* recte dici, non ignoro. Plerumque tamen *victus* innuit, somno antea obnisum tandem ei cedere coactum fuisse. V. Broekhus. ad Tibull. 1. Eleg. 2, 2. Id autem de incautis Gallis dici nequit. Non displicet igitur *vinctos somno*, quod tum melius convenire, quum de somno jam ingravescente et membra adligante agitur, docuit Cel. Burmann. ad Nason. 11. Met. 238. ubi etiam N. Heins. locutionem *vinctus somno* multis erudite inlustrat. Adde Gisan. Conject. in Lucret. v. *Victus et Vinctus somno*, qui tamen *vinctus somno* suaviorem et in tenellis somnum; *victus* altiorem et graviorem, ex lassitudine puta aut alia qua molestia, sonare existimat. Infra 9, 30, 9. *In plaustra somno vinctos conjiciunt.* quomodo et ibi legendum Sigonius docuit, et plures codd. confirmant. V. quae eo loco notantur. Lucret. 4, 1021.

Somno devincti credunt extollere vestem.

Arnobius 5. contra Gent. p. 1 *Credimusne vinctos somno* *que altissimi soporis oblivi demersos vinciendi copiam* *animalibus praebuisse terre* Praeterea *veluti pecudes* dem exhibet Heinsii Elzeviriana tio, invitis omnibus, non do excusis prioribus, sed eli scriptis codicibus. Quare pri nam lectionem revocavi, qu etiam Cl. Hearne recepit. Si liter eadem editio errabat, centioribusque errandi caus rat supra hoc lib. c. 41, 9. e fra 6, 1, 2. Eumdem errore iam Clericus committebat B 6. Eodem modo *sicuti*, pro *ut*, Elzev. dedit mox cap §. 2. [*ubi victos somno* Veith.] Praeterea paullo *sequamini* est in Lovel. 2. In verbis sequentibus *rerum rum exitum*, pro *mearum* rent. Sed ultima litera voc *rum* primam vocis sequent tercepit. V. modo supra ad ipsum §.

§. 1. *Persuasum erat, ta bello virum neminem us ea tempestate esse*] *persu rat* Haverk. *persuaserat* L 4. 5. Harlej. 2. Portug. et 1. a m. 1. saepius in scripti vio errore. V. infra ad 23 16. Praeterea *tanto bello v* Harlej. 2. Portug. et Haverk ad verba sequentia. Tandem *esse* Lovel. 5. V. infra 26, 8.

Primae noctis silentio] lior jucundiorque composit in vetusto volumine *prima*

. Aequis iniquisque persuasum erat, tan- 1
o virum neminem usquam ea tempestate
ncione dimissa, corpora curant, intenti,
x signum daretur. quo dato, primae silen-
s ad portas Camillo praesto fuere. Egres- 2

tis. RHEN. Lectio, exfiat, in meorum nt. et Lovel. 1. obvia *noctis silentio* praeniii Oxon. L. 1. et C. odici diserte consen- 1. Leid. 2. et Rlock. rdinem vocabulorum reliqui omnes, qui voce *primae* mendosi *prima silentio noctis* 1. *primo silentio no*- off. 2. Lovel. 2. 3. 4. utroque, Portugall. averk. et Fragm. Hav. ptura eam Rhenani non mat, si cogitemus, pas- brarios errare solitos crederent adjectiva proxime vel praece- sequenti genere nu- cum convenire debere, remotiora erant refe- fine factum est, ut in oximis dederint non- *to bello virum*, pro *tan- virum*. Similiter *ad id lentis Gallis*, pro *tan- ra* c. seq. §. 1. *colloquia ares*, pro *colloquio*, c. *malit*, pro *belli*, c. 49, *belli decus*, pro *anti-* 51, 10. *illa sacra quae- illi*, c. 52, 8. *novam ur- brevem*, pro *tam brevi*, Plura exempla supra v. 3. et ad c. 47, 3. infra 6, 3, 8. Non dubitavi ordinem verborum a indicatum, meorumque de stabilitum, in contex- ere, secutus Vascosa- lum, quem posteriorum dire dignatus est.

Ad portas Camillo praesto fuere] Ita praeferunt Florent. Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. 1. et priscae editt. Aldus deinde vulgavit *cum Camillo praesto fuere*. quod inveni etiam in Lovel. 3. 4. 5. Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Eamdem lectionem sibi quoque in Oxoniensibus suis obviam fuisse auctor est Cl. Hearne. Idem tamen Aldus in erratis τὸ *cum* delendum esse auctor fuit, in quo dicto ei audientes fuerunt proximi editores Coloniensis et Cervicornus. Eos deinde secuti Parisini anno 1529. iterum *cum Camillo* receperunt, quod postea servarunt omnes usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui anno 1678. praepositionem *cum* expunxit. Et recte. Nam ita Cicero, Terentius, Plautus aliique locuti sunt. Etiam Valer. Max. 3, 3. ext. 1. *Vetusto Macedoniae more regi Alexandro nobilissimi pueri praesto erant sacrificanti*. Curtius 6, 7. *Venienti in regiam praesto est*. 8, 13. *Porus alterum ex his facturum sese respondit, ut intranti regnum suum praesto esset, sed armatus. Praesto esse cum aliquo*, sed alio sensu, obcurrit apud Justin. 1, 6. *Jubet omnes praesto cum securibus esse*.

§. 2. *Haud procul urbe, sicuti praedictum erat*] *haud procul ab urbe* Fragm. Hav. [Veith.] Sed alii omnes praepositionem ignorant, quae etiam necessaria non est. Liv. 24, 28, 1. *Quum*

si, haud procul urbe, sicut praedictum erat,
Gallorum, intuta neglectaque ab omni parte
3 clamore invadunt. Nusquam proelium, om

alii alio tenderent, nec procul seditione res esset. ubi plura vide. Deinde *sicut*, non *sicuti*, omnes scripti atque editiones usque ad Heinsii Elzevirianam, quae prima *sicuti* dedit, quod recentiores retinuerunt, nisi quod Cl. Hearne, eumque secuti Londinenses nuperi recte *sicut*, revocarunt. (* v. ad 36, 5, 2. Epit. 56.) Pari modo ex eadem Elzev. editione *veluti*, pro *velut*, non semel profluxit. V. ad cap. praec. §. 7. etiam *uti*, pro *ut*. V. infra hoc libro ad c. 53, 7. Insuper *praedae inde erat*, pro *praedictum erat*, Portug. *praedictum fuerat* antiquiores excusi, pro quo *erat* Aldus subpofuit, adftipulantibus omnibus scriptis.

Castra Gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti, cum ingenti clamore invadunt] Pall. tres *ab omni parte nacti clamore invadunt*, expulsis duabus vocibus *cum ingenti*. GEBH. Gebhardo obsecutus eft J. Fr. Gronovius, qui voces *cum ingenti* delevit. quomodo etiam MSS. praeferre supra teftatur ad 2, 56, 4. Eae etiam non visuntur in Voff. utroque, Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragment. Hav. Hearne etiam ex Oxoniensibus unum N. memorat, qui servat. *clamore invadere*, ut *clamore provolare* secundum Gronovium infra 7, 7, 8. *Consulto prius dictatore equites, permissu deinde ejus, relictis equis, clamore provolant ante signa.* ubi tamen ob codicum auctoritatem malo *clamore ingenti*. Ita *clamore procurrere* in Mfto eft 22, 47, 1. *Clamore procursum ab auxiliis.* u editur *Clamore sublato.* liter *silentio audire* supra *Consules quum Scaptiu silentio modo, sed cum su etiam, audiri anima sent. adsensu excipere Adsensu populi except consulis tantum ardoris fecit.* Vulgatum tamen n rejicitur, quasi ipsa loc vio indigna, aut alibi ab ufurpata effet: nam ipse re loquitur infra 24, 31, 10 *quum recitata essent*, cu *to clamore ad arma dis est.* Ubi vulgo τὸ *cum* erat. Plura eo loco n Alterum igitur eam ob recipitur, quoniam, id effe, plerorumque codic sensus oftendit. *cum inge more* enim ex meis serv tum Florent. Leid. 2. L et Harlej. 1. Praeterea *in lectaque* Leid. 1. V. sup 11, 4. *neglictique* Gaertn

§. 3. *Nusquam proeli mnibus locis caedes est corpora et soluta somn dantur*] Pariter supra *Intra vallum deinde cae gis, quam proelium e* 14, 10. *Caedes inde, n pugna erat, omnibus in lum permixtis.* 28, 16, *non jam pugna, sed tru velut pecorum fieri.* C *caedis est* praefert Portu sibi apud Juftin. 12, 1, 9. pius supra obvium fuiffe Bongars. monuit. Et ita mo cod. Livii supra era 9. V. etiam ad 4, 28, 7. cienda sunt, quae nota 4, 25, 3. Praeterea *nulla ra* Florent. errore librari

:des est: nuda corpora et soluta somno tru-
. extremos tamen pavor cubilibus suis ex-
uae aut unde vis esset, ignaros, in fugam,

Lucan. 2, 90.) *nudus* eſt inermis. Supra 1, *cumduci Albanum ex- ut Fidenatium nuda adant.* 3, 19, 6. *Arma mit, nudosque servis exsulibus objecit.* 28, *xtras nudas ostentan- ladios abjecisse adpa-* 5. 5. *Ne se nudos at- nes Romano bello ob- t alibi. corpora soluta* tapud Ovid. 2. Faſt. 333.

e videt somno comites oque solutos;
m capit in dominis es- soporis idem.

solutus mero, laetitia. rd. ad Petron. Satyr. d. Burm. ad Ovidii I. l. Met. 648.

rsus molli languore olutus
ponitque caput, strato- que recondidit alto.

tum caput, quod ex teribus probat N. Hein- ſtrari poſſet hoc Livii *mno corpora.* illo Pe- *Convertit ille solutum ultum.* atque illo Clau- Conſul. Olyb. et Prob. 248.

paterae libare Deis,
solvere multo
re corda libet.

ra trucidant habet Ha- Sed hic error in scriptis s eſt. V. infra ad 10, 10, e ipſo §. in fine.

emos tamen pavor cubi- uis excitos, quae aut un- de vis esset, ignaros] *tum* vel *tū*, pro *tamen*, Lovel. 3. 4. Gaertn. et Haverk. V. ad 22, 17, 5. Tum *cubilibus suis exactosque aut tantum vis esset* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *e cubilibus suis excitosque aut unde vis esset* Neap. Latinii. Hinc ipse Latinius scribendum conjicit, *extremos tamen pavor e cubilibus suis excit, hosque aut unde vis esset.* In quibus verbis errorem ab operis typographicis commiſſum puto, et Latinium dediſſe, aut, ut sensus conſtet, dare debuiſſe *hos quae aut unde vis esset.* His tamen inmorari neceſſe non eſt, quum lectio vulgata genium ſtili Liviani, ejusque conſuetudinem continuandae orationis recte referat. *excitos cubilibus*, ut *excire sedibus*; de quo v. ad 5, 8, 7. *excitus somno;* de quo v. ad 7, 36, 2. quo loco laudavi exempla quaedam, quae etiam recte *ex somno excire* dici poſſe docent, ut et quae supra notantur ad praefat. §. 11. Hic tamen praepositionem non eſſe a manu Liviana, evincunt omnes codices mei eam ignorantes; nisi quod unus Florent. *pavore cubilibus excitos* obſerat; unde verisimile fit, ejus quoque librarium *pavor e cubilibus excitos* dare voluiſſe. Praeterea male etiam *et ea unde vis esset* Lovel. 2. 4. et 5. [Veith.] *quae aut unde viis esset* Fragm. Hav. *qui aut unde vis esset* Gaertn. *quo aut unde vis esset* antiquiores, quas vidi, editt. pro quo Mediol. anno 1495. vulgarunt *quae aut unde vis esset.* Et ita reliqui scripti.

Ignaros in fugam, et quosdam in hostem ipsum inprovi-

et quosdam in hoſtem ipsum inprovidos tulit. m
gna pars in agrum Antiatem delati, incursione
4 oppidanis in palatos facta, circumveniuntur. S
milis in agro Vejenti Tuscorum facta ſtrages e
qui urbis, jam prope quadringentesimum annum
cinae, obpreſſae ab hoſte invisitato inauditoq
adeo nihil miseriti sunt, ut in agrum Romanum

dos tulit] *ingnaros in fuga quosdam, et quosdam in hostem* Portug. *ignaros in fugam quosdam, et quosdam in hostem* Harlej. 2. et Gaertn. Verum supplementum id neceſſe non eſſe, et ab ingenio librarii, non a manu Livii, profectum eſſe, probant, quae Gronovius plura supra notavit ad 3, 37, 8. Praeterea *in hostes inprovidos tulit* Leid. 2. diſſentientibus aliis omnibus, qui recte vulgatum servant. V. infra hoc lib. c. 50, 2. *improvisa* edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. 1495. et quaedam aliae editiones. *improviso* Tarvis. utraque, Veneta anni 1495. et aliae. Sed recte *improvidos* dedit Mediol. anni 1505. ut omnes habent scripti. Infra 21, 55, 9. *Simul latebras eorum inprovida praeterlata acies est.* 2, 50, 6. *Quum inprovidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent.* 22, 19, 6. *Ut inprovidos incautosque universo simul effuso terrore obprimeret.* 26, 39, 7. *Velis tum forte, inprovidus futuri certaminis, Romanus veniebat.* et alibi.

Incursione ab oppidanis in palatos facta circumveniuntur] *in palantes facta* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et quaedam ex edd. antiquioribus. *in palantes* etiam Hearnii Oxon. C. sed insuper proxima voce *facta* omiſſa. [*in pallantes circumveniuntur* Veith.] Verum re Aldus *in palatos facta* repo quod servant reliqui mei. V pra ad 1, 11, 1. Praeterea *cumveniunt* Haverk. eoder rore, qui paullo ante hoc §. notatus eſt.

§. 4. *Similis in agro Ve Tuscorum facta strages acuscorum facta strage* Harlej. 1. *Etruscorum facta ges est* Lovel. 2. Harlej. 2. tug. et Haverk. V. supra 47, 6. *To est* omittit Cl. He et in variis lectionibus aliud notavit, quam Sig edidiſſe *facta strages est* rum omnes, quas vidi edit omnesque libri scripti p unum Lovel. 5. conſtanter *est* agnoscunt.

Oppressae ab hoste inu inauditoque] *obsessae* Lo quomodo alibi etiam vari brarii. V. ad Epit. Liv. 5 *inusitato hoste* Lovel. 4. *o ste invisitato* Florent. Vo bo, Leid. 1. Lovel. 1. et quam lectionem etiam in c tum recepi. Et ita primo ac ginem Livii sui scribendum jecit Cel. Jac. Perizonius; ea vero addidit, attamen pe *inusitato* praeceſſiſſe. V pra hoc libro ad c. 35, 4. de *audito*, omiſſo etiam re Leid. 1. et Harlej. 1. *ina* Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. K et Fragm. Hav. a m. 1. *et in dito* Lovel. 2. 4. 5. Harlej

cursiones facerent, plenique praedae Ve-
praesidiumque et spem ultimam Romani
animo habuerint obpugnare. Viderant 5
Romani, vagantes per agros et congre-
ne, praedam prae se agentes, et castra
haud procul Vejis posita. inde primum 6
sui, deinde indignitas, atque ex ea ira

laverk. [*inusitato* Veith.]

miserti sunt] *mi-* Leid. 1. Block. et tamen expungendi e antepenultimae adjectum est. Ver- ad Virg. 1. Aen. *tror et misereor u- ant; sed miseror regit, ut hoc lo- miseratus aman- isereor genitivum. liserere animi non is. et facit partici- tus.* Eo autem par- *itus* utitur Terent. 1, 54.

i amabunt, ut me miseritum est, e, fortunarum.

liis etiam locis ob- t. in Trinumm. 2,

eum vidi miserum, miseritum est.

atil. 33. *Saepe ma- m miseriti plebis ecretis suis inopiae nt.* ubi v. Cl. Cor- ipse etiam Livius *Deos inmortales, minis Romani, pe- noxiis exercitibus.* cum videndus est J. us, qui alia ex Livio exempla laudavit: quorum ut et optimorum codicum fide hic etiam *miseriti* in contextum recepi. Mox sequens *ut* deest in Leid. 1. quod excidisse censendum est ob similitudinem literarum finalium in voce proxime praecedenti *sunt*. Ejusdem erroris alia exempla infra v. ad 37, 24, 13. Insuper *cursiones*, pro *incursiones*, Florent.

Plenique praedae Vejos etiam etc. *in animo habuerint obpugnare*] *plerique per devios etiam* Fragm. Hav. a m. 1. *plerique praedae vias etiam* Lovel. 5. *vias* quoque Lovel. 4. Tum *in animo habuerunt obpugnare* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 5. *Congregatos agmine, praedam prae se agentes*] *congregato agmine* Neap. Latinii. [Veith.] Et ita a m. 2. ex meis praeferunt Florent. et Fragm. Hav. lectione, quae prius exstiterat, penitus erasa. De caussa erroris v. ad 6, 3, 8. *congrassatos* perperam Lovel. 2. in contextu, altera lectione in marginem conjecta.

§. 6. *Inde primum miseratio sui, deinde indignitas, atque ex ea ira animos cepit*] *miratio sui* Leid. 1. et Lovel. 2. ac 5. a m. 1. Pari errore *mirabilis* et *miserabilis* passim in Mstis confunduntur. Ita apud Lucan. 4, 769. unus codd. Hamburgensium ab Heinsio excussus, qui

1 XLVI. Romae interim plerumque obsidio seg
et utrimque silentium esse, ad id tantum inte
Gallis, ne quis hostium evadere inter stationes p
set

invaluisset, sequebatur etiam, ut *insequentem*, pro *insequenti*, dari deberet. *noctem insequentem* notaret totam illam noctem caedi edendae inpensam esse. Accusativus enim in his locutionibus temporis continuationem notat. V. infra ad 35, 40, 8. et ad 36, 4. *nocte insequente* est in Lovel. 2. V. ad 6, 21, 1. Praeterea *edideret* Leid. 1. *ediderat* Fragm. Hav. *ediderunt* Voss. 2. Lovel. 3. et priscae editt. pro quo Aldus vulgavit *edidere*.

Duplicique victoria ovantes Vejos redeunt] Ita recte Aldus emendavit. Priores praeferunt *publicaque victoria*, quae lectio etiam superest in Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *publicataque victoria* habet Harlej. 2. *publicique victoria* Leid. 1. Verum utramque lectionem jungens librarius Harlej. 1. dedit *dpubliciaque victoria*. Praeterea *redierunt* Lovel. 3. et Voss. 2. quorum scribis displicuisse puto *edidere* et *redeunt*. Ita tamen supra habuimus 3, 46, 9. *Domum se recepit, collegisque in castris scribit*. Ad quem locum plura exempla vide.

§. 1. *Plerumque obsidio segnis et utrimque silentium esse*] *obsidio plerumque segnis* Voss. 2. *signis* Leid. 1. et Haverk. Deinde *utrumque silentium* Leid. 1. et Lovel. 3. errore librarii. Facile autem has voces confundi in scriptis, observat Cel. Burmann. ad Nason. Epist. 4. Her. 106. Alia v. infra ad 21, 45, 1.

Ad id tantum intentis Gallis, ne quis hostium evadere in stationes posset]: *ad id tm intentis Gallis* Haverk. Saepe id est *tamen*, et *tm*, id est *tantum*, a librariis commutant V. supra ad 3, 46, 1. *ad id tantis intentis Gallis* Leid. 2. ad cap. praec. §. 1. *ad id tantum Gallis intentis* edd. vetustae. Primus deinde Aldus *intentis Gallis* dedit, et ita scripsere omnes. Tum *inter stationes evadere* transpositis dictionibus Lovel. 1. Leid. 2. Voss. 1. *evadere inter stationes suas*, addita ultima voce, Haverk. Sed librarii pro lubitu hanc vocem modo addere, modo omittere soliti fuerunt. V. supra ad 3, 5. 3, 8, 8. c. 10, 1. et Cortius Plinii 4. Ep. 22, 1. Quum igitur exsulet hoc loco a reliquis codicibus scriptis, eam etiam ex Livio, sed librarii manu additam existimo. *invadere in stationes* Lovel. 5. Deinde *posset* Leid. 2. et Lovel. 5.

Quum repente juvenis Fabius admiratione in se civitatesque convertit] *tum re* Leid. 2. V. ad Epit. Liv. 48 ca fin. Praeterea *administrat* id est *administratione*, Ha aberrante librarii manu.

§. 2. *Sacrificium erat st in Quirinali colle genti Fa Sacrificium erat statutum* ferunt Florent. a m. 2. Vo a m. 2. Voss. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. H 2. Gaertn. Port. Haverk. et Fr Hav. [Veith.] Similiter Piër. Valerian. se in cod. Pa siano reperisse testatur ad V Aen. 612. Neque aliter praes principes excusi, pro quo

ım repente juvenis Romanus admiratione in
hoſtesque convertit. Sacrificium erat ſta- 2
Quirinali colle genti Fabiae. ad id facien-
Fabius Dorso, Gabino cinctu, sacra mani-

1495. repoſuerunt *Sa-*
erat statum. quod et-
runt Veneti anno 1498.
anno 1505. Ascensius
et deinceps omnes re-
quas conſulere Pig-
exit, quum ad Valer.
11. Livio reſtituendum
nam ita jam diu ante
n editum fuit. Et recte.
n pro hac lectione codd.
nisi quod pejus adhuc
am *erat institutum*
Leid. 2. Ita infra 23,
ampanis omnibus sta-
ificium ad Hamas. ubi
de. Insuper monet Va-
L. vulgata Livii exem-
raeferre *gentis Fabiae*
casu; sed pro eo ex eo-
d. Parrhasiano legendum
Fabiae. Nescio, quae
Livii exemplaria vocet.
tionem, quam memo-
ullo libro, nec scripto,
o, obviam habui. *Fabiae*
praeferunt vetuſtiores,
uus sum, typis descri-
o quo Aldus *genti Fabiae*
it. Et id superest in om-
alamo exaratis, nisi quod
e Haverk. praeferat *in*
colligenti Fabiae. Va-
x. quidem servat lectio-
leriano memoratam 1, 1,
statum Fabiae gentis
ciam interrumperetur. Et
Livius infra c. 52, 3. *Sol-*
Fabiae gentis in colle
ali obiit. Verum hic *gen-*
ae praeferendum est ob
n consensum. V. infra ad

d faciendum C. Fabius,
Gabino ritu cinctus, sa-
nibus gerens] Borbeto-

magense volumen habet, *ad id faciendum C. Fabius Dorsuo gabo cinctus, sacra manibus gerens.* Diu me torsit hic locus, quem interpolatum videbam in vulgatis editionibus, quonam pacto germanae lectioni reſtitueretur. Lego *C. Fabius Dorsuo, Gabino cinctu, sacra manibus gerens, cum de Capitolio descendisset.* Porro *cinctus* subſtantive pro veſtitu usurpatur, describuntque *Gabinum cinctum* eſſe togam, sic in tergum rejectam, ut una ejus lacinia revocata hominem cingat. Livius noſter l. 8, [9, 9.] *Ipse cinctus,* inquit, *cinctu Gabino armatus in equum insiluit.* Jam vides, quid illis imposuerit, qui ante me caſtigaverunt Livium. M. Fabii Dorsuonis fit mentio l. 7, [28, 1.] his verbis: *Hos consules secuti sunt M. Fabius Dorsuo, Ser. Sulpicius Camerinus.* RHEN. *Dorso*, ut *Mento*, ut *Labeo*, scribendum ex veteribus libris et Valerio Max. [1, 1, 11.] et Vellejo l. 1, [14.] qui inquit, *Fabio Dorsone consule Paestum colonia deducta.* Praeterea libri quidam scripti habent *Gabinorum ritu cinctus.* Quam lectionem habet etiam Valerius Max. l. 1, [1, 11.] *C. Fabius Dorso*, inquit, *Gabino ritu cinctus, manibus humerisque sacra gerens.* et Livius l. 10, [7, 3.] *Incinctum Gabino cultu super telum stantem.* Ego tamen nihil mutandum censeo. Nam idem Livius l. 8, [9, 9.] de Decio aït. *Ipse incinctus cinctu Gabino.* Et Virgilius [7. Aen. 612.]

Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino

bus gerens, quum de Capitolio descendiſſet, p
medias hoſtium ſtationes egreſſus, nihil ad voc
cujusquam terroremve motus, in Quirinalem coll
3 pervenit. ibique omnibus sollemniter peractis, e
dem revertens similiter conſtanti vultu gradu
satis sperans propitios eſſe Deos, quorum cult

Insignis.

Et Feſtus: *Procincta classis dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu.* SIG. *et ad id faciendum*, addita prima vocula, Leid. 2. Deinde *M. Fabius dorsu Gabino cinctus* Lovel. 2. *L. Fabius dorso Gabino cinctus* Lovel. 4. *Cornelius Fabius ritu Gabini cinctus* Gaertn. *C. Fabius ritu Gabino cinctus* Harlej. 2. et Portug. *C. Sabinus dorso Gabino cinctus* Leid. 2. *C. Fabius dorsum Gabino cinctus* Fragm. Hav. et Neapol. Latinii. *C. Fabius Dorsuo Gabo cinctus* Florent. *C. Fabios Dorsuo Gabino cinctus* Leid. 1. *C. Fabius Dorsuo Gabino cinctus* Harlej. 1. *C. Fabius Dorso ritu Gabino cinctus* Haverk. *C. Fabius dorso Gabino cinctus* Voſſ. ambo, Lovel. 1. 3. 5. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac B. *C. Fabius Dorso Gabino ritu cinctus* ejusdem Hearnii codex C. [*Gabinio cinctus* Veith.] *C. Fabius ritu Gabino cinctus* margo Lovel. 5. Quomodo fere Lucanus locutus eſt 1, 596.

Turba minor sequitur, ritu succincta Gabino.

Quemadmodum autem partim Rhenanus, partim Sigonius legendum monuerunt, etiam ante utrumque ex cod. Parrhasiano scribendum eſſe deprehendit Piërius Valer. ad Virgil. l. l. Gentis Fabiae cognomen *Dorso* eſſe, idque formari, ut *Mento*, *Pedo*, *Gulo*, *Fronto*, *Capito*, de etiam *Naso*, quae ejus generis cognomina sunt, mo Pighius ad Valer. Max. l. l. etiam videnda, quae viri d de cinctu Gabino ex Servi Isidoro notarunt. Adde Fest 1. de re Veſtiar. 14. Turneb. fra ad 8, 9, 9. et Noris. ex notaph. Pis. diſſ. 3, 7. Cete hunc Fabium perperam pon cem sive *lepéa* vocari apud rum 1, 13. Dion. in Exc. Peir p. 581. et apud Appian. in dem Exc. p. 557. et male ei dici, non genti Fabiae ſtatu sed publicum sacrum feciſſe, d. l. Flori observat Cl. D rus, ut et *Kaesonis* praeno ei tribui apud Dion. idque, pote in gente Fabia usitatu Valesium probaſſe.

Nihil ad vocem cujusqu terroremve motus] *terrorem* Leid. 2. et Lovel. 1. quom saepe variant codd. V. infra 24, 10, 2.

§. 3. *Eadem revertens sim ter constanti vultu gradu satis sperans*] *eodem reverti* Lovel. 4. 5. a m. 1. Harlej. Gaertn. et Haverk. [Veith.] le. *eadem* eſt per eamdem v nempe per medias hoſtium tiones, per quas egreſſus erat. supra ad 4,33,11. Deinde *const ti vultu statuque* Leid. 2. et L 1. *constanti vultu statuque g duque* Voſſ. 1. Verum *consta status* non convenit. Deni *stans sperans* Leid. 2. *satis rare*, ut *satis credere*, s

tis quidem metu prohibitus deseruiſſet, in
um ad suos rediit, seu adtonitis Gallis mi-
andaciae, seu religione etiam motis, cujus
aquam neglegens eſt gens. Vejis interim non 4
antum in dies, sed etiam vires, crescebant:
manis solum eo convenientibus ex agris, qui

. V. infra ad 21, 8, 3.
nte *ibi omnibus*, pro
ovel. 2.

rtis quidem metu pro-
deseruisset] *prohibitis*
tum deruisset Harlej.
dit, pro *rediit*, Fragm.
infra ad 36, 35, 2.

haud quaquam negli-
Vet. lib. *est gens.* SIG.
nter scholion Sigonii
bus ejus editionibus con-
et quo nihil aliud col-
videtur, quam vocem
prioribus edd. omiſſam,
ntate vet. lib. in fine
ſſe. Quomodo etiam
accepit, in variis le-
notans, aliquot omit-
gens. Interim nul-
editionem, in qua τὸ
Credo igitur Sigo-
olio praescribere vo-
gligens gens est; ita e-
eserunt Sigonio anti-
escusi, idemque ordo
eſt in Florent. Voſſ.
utroque, Lovel. 1. et
pro quo transpositis di-
ex vet. lib. reponebat
est gens; credo, ut
modo evitaret ingra-
um ex repetitione ejus-
labae *negligens gens*:
ne sic quidem cacopho-
evitetur, aut ubique ab
nter Livius abſtinuerit.
pra habemus 3, 34, 2.
legere leges propositas
Infra 7, 31, 8. *Data*
ta, ut preces Campano-
rum Samnitibus exponerent. 9, 9, 1. *Interea dedite, inquit, profanos nos, quos salva religione potestis.* Tale eſt illud (* Cic. 5. ad fam. Ep. 12. *historiam jam a te pene esse perfectam.*) Phaedri 1. Fabul. 14, 17.

Hoc pertinere vere ad illos dixerim.

Ac Juſtini 34, 1. *Legatis occulta mandata data sunt.* (* v. ad Liv. 8, 34, 5. 26, 46, 6.) Quare forsitan etiam ordo verborum, qui ante Sigonium receptus erat, revocandus eſt. Praeterea *aut quamquam* Leid. 1. *haud quamquam* Lovel. 3. 4. 5. et Haverk. Saepius *qua* et *quam*, *quaquam* et *quamquam* in Mſtis culpa scribarum commutantur. V. ad 7, 26, 8. Insuper *neglegens* Leid. 1. et Harlej. 1. V. supra ad 2, 11, 4. et c. 48, 7. Paullo ante *audaciae* deficiebat in Lovel. 5.

§. 4. *Non animi tantum in dies, sed etiam vires, crescebant*] *non animi tui in dies* Haverk. Sed per compendium scriptum fuerat *tm̄*, id eſt *tantum*. Id vero facile neglegentia librariorum in *tui* corrumpi potuit. Deinde *sed etiam in res crescebant* Gaertn. Error ortus eſt ex similitudine literarum *in* et *ui*. V. supra ad 3, 49, 6.

Qui aut proelio adverso, aut clade captae urbis palati fuerant] Repone, *qui a proelio adverso, aut clade captae ur-*

a proelio adverso aut clade captae urbis palati fo
rant, sed etiam ex Latio voluntariis confluentibu
5 ut in parte praedae essent. Maturum jam videbatu
repeti patriam eripique ex hostium manibus: s
6 corpori valido caput deerat. Locus ipse admo
bat Camilli, et magna pars militum erat, qui d
ctu auspicioque ejus res prospere gesserant: et C

bis. J. FR. GRON. Vulgatum Doujatius praefert, et *proelio adverso* exponit per adversum proelium. Prius *aut* omittit Lovel. 2. Sed conjecturam Gronovii firmant Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. 5. Harlej. ambo, Gaertner. Portug. et Fragm. Hav. quorum fide ita etiam edidi. *a proelio* autem est post proelium. V. infra ad 23, 6, 1. Deinde *fugati fuerant* quaedam ex vetustis edd. Pro quo Aldus, ed. Rom. anni 1472. ac Parm. secutus, *palati* reposuit, probantibus eam lectionem omnibus scriptis. Denique Cl. Jac. Perizonius in margine Livii scribendum conjecit *quo*, pro *qui*, idque exponit, in agros. Sed vulgatum, pro quo omnes stant scripti, optime servari potest.

Sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus] Vox *voluntariis* deest in Voss. 2. Sed eam hoc modo, *confluentibus voluntariis*, transponit Harlej. 2.

§. 5. *Sed corpori valido caput deerat*] *valitudo* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. Harlej. 1. et Klock. *valitudinario* Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. a m. 1. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Paullo ante *eripique jam ex hostium manibus* Gaertn. inserto τῷ *jam*. Verum illud modo praecessit, *Maturum jam videbatur*.

§. 6. *Magna pars militum erat, qui ductu auspicioque ejus res prospere gesserant*] *magna* deest in Lovel. 1. V 1. et Leid. 2. sed *maxima* p est in Lovel. 2. Deinde *par litum erat*, *quae* etc. *gesti* Portug. reliquis omnibus in nisi quod Harlej. 2. pejus p ferat *qui gesserat*. Tum d *et auspicio* Haverk. Hinc p re *gesserant* Florent. (* 10, 2, 10.) Paullo ante *L ipse admouebat*, pro *adm bat*, Haverk. passim obvi rore. V. infra ad 9, 38, 12. *nebat* Lovel. 2. V. ad 3, 4.

Caeditius negare, se com surum] Deest particula *et*, q addere debes, *et Caeditiu gare se commissurum*. Bl Video, inquit Caedicius, mei adest imperii. Atqui haud committam, ut mihi Deorum aut hominum quisq imperium finiat potius, q ipse memor ordinis mei de cam imperatorem. GLAR. *et*, a Rhenano additum, s me tantum supereſt in Flor Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 1. C tra illud nesciunt Voss. 2. L 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. bo, Gaertn. Portug. Haverk Fragm. Hav.

Cur sibi aut Deorum aut minum quisquam imperium niret] *cursibus*, pro *cur* Voss. 1. Lovel. 1. Harlej. 1. Leid. 2. *casibus* Lovel. 2. 4 Harlej. 2. Portug. et Have Sed utramque illam lectio

ortis quidem metu prohibitus deseruisset, in
lium ad suos rediit, seu adtonitis Gallis mi-
audaciae, seu religione etiam motis, cujus
uaquam neglegens est gens. Vejis interim non 4
tantum in dies, sed etiam vires, crescebant:
omanis solum eo convenientibus ex agris, qui

. V. infra ad 21, 8, 3. ante *ibi omnibus*, pro Lovel. 2.

ortis quidem metu pro- deseruisset] *prohibitis* Tum *deruisset* Harlej. *edit*, pro *rediit*, Fragm. infra ad 36, 35, 2.

§. 8. *Tribunus militum his A. Manlius, illis, qui adversus Etruscos mittebantur*] Plerique libri per notas, *tr. mil.* Sed Vossianus alter et Mureti, *tribuni*. Unde suspicor Livium scripsisse: *tribuni militum his A. Manlius, illis, qui adversus Etruscos mittebantur, L. Aemilius praepositi.* J. FR. GRON. *tribunis militum* Portug. *tribuni militum* Lovel. 3. et Haverk. Deinde *A. Mallius* Voss. 2. et Lovel. 3. *A. Manilius* Haverk. et Lovel. 4. V. infra ad 34, 53, 2. Ejus praenomen *A.* erasum erat in Florent. Sed quum etiam collegae ejus Aemilio mox tribuatur, in Manlio displicere non debebat. Postea *adversus Etruriam* Lovel. 4. Tandem τὸ *mittebantur* non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1.

Nec procul ab Lavinio (ad Metium is locus dicitur) castra oppugnare] *Lavinium*, pro *Lanuvio*, quinto libro et pluribus locis mendose legere est. Lanu-

ipse ad Volscos duxit. nec procul ab Lanuvio (ad *Maecium* is locus dicitur) castra obpugnare est ad-
9 ortus. Quibus, ab contemtu (quod prope omnes deletam a Gallis Romanam juventutem crederent) ad bellum profectis, tantum Camillus auditus in

vii, ut Cicero clare demonstrat [pro Muren. 41.] fuit Sospitae Junonis templum, non Lavinii. SABELL. Plutarchus in Camillo in expositione hujus belli [p. 145. et seq.] bis ait περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος, id est, *ad Marcium montem*. ut intelligi ex eo possit, hoc etiam in loco legendum esse divisis vocibus *ad Marcium*. Ejusmodi loquendi forma est apud Festum l. 4. *Capralia appellatur ager, qui vulgo ad Caprae paludem dici solet*. Item scribit Diodorus l. 14. [p. 456.] Verba ejus omnia apponam, quia liber ille adhuc vulgatus non est. Ταπεινῶν δ' ὄντων Ῥωμαίων διὰ τὴν προειρημένην συμφορὰν, οἱ Οὐολούσκοι πρὸς αὐτοὺς πόλεμον ἐξήνεγκαν· Οἱ μὲν οὖν Χιλίαρχοι τῶν Ῥωμαίων καταγράψαντες στρατιώτας, καὶ προσαγαγόντες τὴν δύναμιν εἰς ὑπαιθρον ἐν τῷ καλουμένῳ Μαρκίῳ κατεστρατοπέδευσαν, ἀπέχοντες ἀπὸ Ῥώμης σταδίους διακοσίους. Τῶν δὲ Οὐολούσκων μετὰ μείζονος στρατιᾶς ἀντικαθημένων, καὶ τῇ παρεμβολῇ προσβαλόντων, οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην φοβηθέντες ὑπὲρ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατέστησαν αὐτοκράτορα μὲν Μάρκον Φούριον. Quo loco legendum est Μαικίῳ ex vet. lapidibus, et hoc loco legendum *ad Maecium:* unde *tribus Maecia*. SIG. Ita hic παρὰ πόδα sese corrigit, idemque agit de Jure Civium Rom. p. 9. et in Plutarcho et Diodoro Μαίκιον legendum censens. Quin etiam MSS. vel *Metium*, vel *Mecium*. JAC. GRON. *ad Maecium* rursus Sigonius 1. de Antiq. jur. Ital. 5. *ad Mae-cium* videtur probasse J. Fr. Gro-novius; nam sic laudat ex hoc loco 1. de Pecun. vet. 3. DC. *a Lavinio* Leid. 2. Lov. 2. Gaert. et Fragm. Hav. *a Lanuvio* V. 1. a m. 1. in quo *a Lavinio* tum m. altera. *ab Lanuvio* Lov. 3. *a Lanuvio* Voss. 2. Lovel. Harlej. 1. et Klock. *ab Lan-* Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. Sed recte, *Lanuvio* legendum esse, Sabellicus mon-Nam locum, ubi castra posu-Roma abesse σταδίους διακοσίους refert Diodorus l. l. Ducenta tem stadia efficiebant admodum xxv. milliaria, quum Lanuvium viginti fere milliaria ab Roma abfuisse dicatur, Lavinium vero longe Romae vicinius situm fu-rit. Infinitis locis utriusque ut-bis *Lavinii* et *Lanuvii* nomi-invicem commutantur. V. sup. ad 3, 29, 6. Praeterea *ad Me-lum* Lovel. 1. et Voss. 1. a m. ubi m. altera adposita nota i dicatum est, τὸ *l* delendum esse, ut sit *ad Metium*, quomo-legunt etiam Voss. 2. Leid. Lovel. 3. Gaertn. Portug. Ha-verk. et Fragm. Hav. *ad Me-lum* Leid. 2. *ad Mecium* Lov. 2. 4. 5. et Harlej. ambo: ut Sigonius in postrema Scholiorum edit. *ad Maecium* scribendum ex-jicit, quum in ea, quae ab-prodiit, jam Μαικίῳ in Dio-ro emendandum monuisset, in Livio antea *ad Marcium* gendum censuisset, idque in-textum recepisset. Priorem gonii conjecturam *ad Marc.* probant etiam Cluver. 3. I.

r terroris intulerat, ut vallo se ipsi, vallum
tis arboribus sepirent, ne qua intrare ad
enta hostis posset. Quod ubi animadvertit 10
us, ignem in objectam sepem conjici jussit.
e erat vis magna venti versa in hostem. ita- 11

p. 1026. et Cellarius 2. Ant. 9. p. 518. Ex edi- *Metium* praeferunt Rom. 1. et Parm. inde usque ium editum est unica vo- *tiam*, a quo non multum Kloch. *Ametium*, nec *Adnesium* praeferentes.

contemtu (quod prope om- a Gallis] a contemtu ov. 3. Gaertn. et Fragm. *ontentu* Harlej. 2. et Por- *ntus* et *contemtus* passim ommutantur. V. infra ad 20. et supra hoc cap. §. n modo *contendere* et *con-* infra commutantur hoc , 6. Mox *omnem* abest j. 2. Lovel. 4. 5. et Por- ith.] Tum *deletam esse a* arlej. 2. Portug. et Ha- *letam esse ab Gallis* Lo- Veith.] *delectam* est in . V. ad 9, 37, 8. *delatam* 3. et edd. Rom. anni ad 9, 25, 9. In verbis pro- *bellum profectus*, pro *pro-* Leid. 1. et Portug. a m. *id bellum profectis* Ha-

lo se ipsi, vallum conge- ribus sepirent] ut vallo, t congestis arboribus Por- 2. Vox *vallum* deficit Leid. 2. et Lovel. 1. *val- congestis arboribus* legit . Paullo ante *tantum* etc. *injecerat*, pro *intulerat*, , quod ex interpretis glos- m est. Infra 23, 16, 13. *rroris tumultusque in a- dium intulerant*. In ver- bis sequentibus *neque intrare*, pro *ne qua*, Voss. 2. Tum *monimenta*, pro *munimenta*, Leid. 1. Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. quomodo saepe librarii lapsi sunt. V. ad 4, 10, 6.

§. 10. *Quod ubi animadvertit Camillus, ignem in objectam sepem conjici jussit*] *Quod ubi advertit* Portug. et Haverk. Ita *advertere*, pro animadvertere, infra est 44, 46, 4. *Situm urbis undique adspiciens, quam non sine caussa delectam esse regiam advertit.* (*Cic. 1. ad fam. 1.) V. Cel. Burmann. ad Gratii Cyneg. 148. Interdum vero *advertere* et *animadvertere* commutari solent in scriptis. V. Cl. Corte ad Plinii 3. Epist. 18, 8. et infra notata hoc libro ad c. 23, 8. (*40, 29, 11.) Quum tamen alii codd. in vulgatum conspirent, nisi quod solus Leid. 2. totam vocem *animadvertit* neglexerit, hic nihil mutandum arbitror. Deinde *ignis in objectam* Leid. 2. forte pro *ignes*. Sed reliqui *ignem* recte servant. Tum *conjectam sepem* edd. vett. usque ad Aldum, qui bene reposuit *objectam*. Mox enim *conjici* sequitur. *saepem* habet Florent. hic et mox §. seq. V. ad Liv. 8, 8, 10. Denique *coiciturus sit* Leid. 1. *quo iciturus sit* Harl. 1. *conjussit* Flor. a m. 1. in quo *conici jussit* a m. 2. emendatum est.

Et forte erat vis magna venti versa in hostem] Pall. duo MSS. *et sero forte erat*. Dispiciendum, quid hic agat τὸ *sero*. GEBH. *et sero forte erat* Lovel. 3. *et sero sorte*

que non aperuit solum incendio viam, sed,
mis in castra tendentibus, vapore etiam ac
crepituque viridis materiae flagrantis, ita c
navit hostes; ut minor moles superantibus

erat Voss. 2. Nisi τὸ *sero* a librario male interpositum sit, legendum putarem *et vero forte vis magna*. Duae hae voculae *et vero* saepius apud Ciceronem junctae obcurrunt. *et forte est vis* Gaertn. sed *erat* servant reliqui omnes. Voces *erat vis* erasae sunt in Florent. earumque loco alia manu repositum est *vi*.

§. 11. *Itaque non aperuit solum incendio viam, sed flammis in castra tendentibus*] *non apparuit* Haverk. Frequenter hae voces in Mstis commutantur. V. infra ad 44, 28, 10. *sed magis flammis* Fragm. Hav. a m. 1. *sed e flammis* Leid. 2. An voluit librarius *sed et flammis?* Ego vero nihil muto. Saepissime *sed* pro *sed et*, *sed etiam*, poni solet. V. supra ad 2, 6, 1. Mox perperam *maceriae*, pro *materiae*, Leid. 1. Tanta est similitudo ductuum literarum *c* et *t* in scriptura Longobardica, ut difficillime distingui possint: unde multae passim voces in Mstis commutari solent. V. infra hoc lib. ad c. 35, 2. *materia viridis* hic est lignum viride. V. ad 5, 55, 3.

Transcendentibus sepem incendio absumtam fuerat] *transcendentibus sepen incendio absumta* Harlej. 1. *transcendentibus sepe in incendio absumtam* Leid. 1. Sed praepositio *in* male repetitur ex prima syllaba vocis sequentis. V. ad 4, 6, 11. vel nata est ex ultima litera vocis *sepem*. *transcendentibus incendio absumta* Fragm. Hav. *absumta* etiam Lovel. 3. *absumtum* Lovel. 4. *adsumtam* Florent. *assumptam* Lovel. 1. Gaertn. et Haverk. V. infra ad 9
Denique *fuerit* Harlej. 2
tug. *erat* Lovel. 4.

§. 12. *Cum castra inp*
set dictator, praedam
dit] Sine dubio deest
mo; ut sit *primo impetu*
Sic de codem loquens
23, 5.] *Qui advenicns cast*
que primo impetu caperi
tus. SIG. Contra omn
temerarie infercit Sigo
castra primo impetu cepis
c. 4. *Improviso adorti pri*
re atque impetu cepere. A
primo clangore. GEBH. Si
voluit, supplendum esse
vum *primo*, ferri potest i
tentia. Sin autem putavi
cidisse, et omnino adde
se, errat. Liv. 2, 30, 1
impetu ceperunt. Florus
Rapta erat impetu Hispa
J. Fr. Gronov. ad Liv.
DUK. Scholion hoc Si
numero illorum est, q
ejus mortem demum adp
in editione anni 1592. V
tem est, Camillum qua
stra, quasdem etiam u
mo inpetu cepisse: ita
cap. *Nec castra modo*, *
etiam adgressus inpetu
pit. Non tamen omni
omnesque urbes, qua
cepit, etiam primo in
pisse, urbs Veji docum
Invitis itaque codd. vo
inserendam existimo. U
inpetu capere, et *primo*
pere recte dici, sed s
ferre, docuit Gronov.
1, 57, 3. *cepissēt*, sive

bus maxime, ut religione obſtrictos haberent multitudinis animos, subpreſſa. Tum de diebus religio- 11
sis agitari coeptum, diemque ante diem XV. Kalen-

tui dominis jubeant. ubi in quibusdam codd. similiter turbatur. 38, 11, 5. *Aliorum qui comparebunt, intra dies centum Corcyraeorum magiſtratibus sine dolo malo tradantur; qui non comparebunt, quando quisque eorum primum inventus fuerit, reddatur.* Similiter *adparerent* et *adpararent* infra commutantur cap. seq. §. 4. Quin et Sigonius in iteratis editionibus, non modo Scholion illud omittendo, sed et veterem lectionem reſtituendo, priorem conjecturam palam damnavit.

Alia ex aliis edita etiam in vulgus: quae autem] Obscurus est hic sensus: nam, illud *alia* quid referat, nescio: neque enim magis foedera, quam leges, referre videtur. Quidam, pro *ex aliis*, emendarunt *ex eis*, nihilominus in obscuro manente sensu. Porro, quae de sacris suppreſſis subjunguntur, et ipsa explicari conveniebat, quaenam fuerint sacra, et quomodo suppreſſa magis obſtringebant religione animos: nisi Bacchica erant, et nisi per dolum oppreſſa a pontificibus intelligamus. GLAR. *alia ex eis*, id est, praeter ea, ut in principio l. 29. SIG. Nec opus est hac subtilitate, nec sermo eam fert. Alia puta capita ex legibus, quas appellavit, publicarunt: at quae de sacris, celavere ac sibi reservavere pontifices. Glareanus etiam quaerit, quae *alia*, cum possit referri tam ad *foedera*, quam ad *leges*. Immo *alia*, uti diximus, legum capita, vel condita et statuta legibus, ex iisdem sunt in vulgus edita: quae ad religionem spectabant, ab Numa et Anco aliisve antehac publicata, suppreſſerunt, et domi continuerunt pontifices, ut ea sui beneficii facerent; ut ab se peterentur, non promiscue noscerentur. Exemplum est in illis, quae de Cn. Flavio in libro nono extremo referuntur. Nimis curiosus est Glareanus, qui putat ea Livio exponenda fuiſſe, et de nescio quibus Baccheis suspicatur sacris. Erant patria et publica, ad quae cives religione obligati eſſent: eorum e propatulo sumendorum copiam plebi negarunt pontifices: interim edocendorum per partes et opportuna tempora ius auctoritatis suae firmandae gratia sibi reservarunt. J. FR. GRON. *alia ex eis* superest in edd. Rom. anni 1472. et Parm. pro quo *alia ex aliis* dederunt iis proximae usque ad Aldum, qui *alia ex eis* revocavit. Et ita praeferunt codd. scripti, nisi quod *alia* deficiat in Leid. 2. et Lovel. 1. et *ex hiis* habeant idem Leid. 2. et Voſſ. 1. Mox verbis sequentibus *τὸ autem* non comparet in Lovel. 1. Voſſ. 1. et Leid. 2. At pro eo *ante* oſtentat Gaertn. De quo librariorum errore modo dictum est hoc ipso §. Deinde *religionum aſtrictos*, pro *religione obſtrictos*, praefert Lovel. 4. a m. 1. in quo deinceps emendatur *religionum obſtrictos*.

§. 11. *Tum de diebus religiosis agitari coeptum*] V. Gellium 5, 17. et Macrob. 1. Saturn. 16. KLOCK. Adde etiam Feſtum in v. *Religiosus*. Ceterum quem Gellius ex Verrio Flacco *L. Atilium* vocavit, eum Macrobius ex Gellii annalium l. 15. et Caſſii Heminae hiſtoriarum l. 2. *L. Aquinium* dixit. Utrum autem hic ipsorum in iſtius nomine diſſensus sit, an vero apud alterutrum eorum scri-

13 persecutus deinde fugientes, quum omnem
scum agrum depopulatus esset, ad deditione
14 scos septuagesimo demum anno subegit. Vi
Volscis in Aequos transiit, et ipsos bellum
tes: exercitum eorum ad Bolas obpressit; nec

bi ita in Mstis peccari solet. V. Bersmann. ad Lucani 4, 796. et N. Heinsium ad Nason. 1. Art. Amat. 343. Adde, quae notantur supra 4, 49, 5.

§. 13. *Persecutus deinde fugientes, quum omnem Volscum agrum*] *percussus deinde* Haverk. *prosecutus* editi ante Aldum, qui *persecutus* substituit, consentientibus aliis omnibus codd. V. infra ad Epit. Liv. 99. Tum *quum omnium Volscûm agrum* idem Haverk. *quom omnem Volsci agrum* Gaertn. quasi *Volscus* hic pro *Volsci* numero plurali accipi deberet, ut *Romanus*, pro *Romani*. V. supra ad 3, 2, 11. Sed alii codd. vulgatum recte probant. *Volscus ager*, ut 2, 59, 5. *Ut castra ex Volsco agro moveantur.* ubi v. alia. *omnem agrum*, ut 3, 3, 10. *Quum aliquoties per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset.*

Ad deditionem Volscos septuagesimo demum anno subegit] Primum bellum Volscis a Romanis motum fuit a Tarquinio Superbo in ducentos amplius post suam aetatem annos, ait ipse Livius 1, [53, 2.] Postea vero liberata urbe anno decimo quinto, ab Urbe autem condita CCLIX. rursus illis bellum motum, ubi centum ac plures sunt anni in utroque numero. Quapropter in illo *septuagesimo anno* errorem puto. At id jam et in aliis locis saepe ostendimus, quare hic minus mirum. GLAR. Movet me numerus *septuagesimus*. Etenim Volsci bellum renovarunt Livio auctore [l. 2, 22. et seqq.] anno CCLIX tem demum anno, qui est ad deditionem subacti summa annos continet septem. ut mendose videatur, ac, pro *sept septimo ac centesim* sit dum. † „Hunc locum „ante Sigonium tractavi „gonius egregie diffim SIG. Numerum corru non dubito. Omnes ta tantum scripti eumdem sed et Orosius 3, 3. *Re per septuaginta annos ab scorum, praeterea Falisco quorum, et Sutrinorum adtriti assiduis bellis co tur, tandem in supra sc bus Camillo duce easdem vitates.* Et Eutrop. 2, 1. *eo anno Volscorum civita per septuaginta annos b serat, vicit.* Vox *demum* Gaertn.

§. 14. *Victor ex Volsc quos transiit, et ipsos b lientes. exercitum eorum obpressit*] Hanc rem h complexus est Diodor [p. 456.] Μετὰ δὲ μάχ σας αὐτοκράτωρ πορθεῖ λιν Βῶλας ὑπὸ Αἰκλῶν Αἰκύκλων καλουμένων transit excusi usque ad qui, omnibus scriptis tientibus, vulgavit *trans et in ipsos bellum molienti* Tum *exercitumque eorum* Lovel. 2. 3. et Portug. praepositio *ad* deest in Praeterea *Bollas* Leid. vel. 1. *bella* Haverk. Reli

privatimque agendae fecerunt. Quidam, quod po- 12
ſtridie Idus Quinctiles non litaſſet Sulpicius tribunus militum, neque inventa pace Deum post diem tertium objectus hoſti exercitus Romanus eſſet, etiam

Doujatius etiam vulgatum defendit, et Livio familiare eſſe obſervat, ut dativum ad participium paſſivum futuri temporis referat loco accusativi cum praepositione *ad*, *insignem rei nulli agendae*, pro *insignem ad rem nullam agendam*. Non recte tamen ipsum male habuit τὸ *insignem* e proximo repetitum. V. ad 1, 3, 9. Ceterum *ferunt*, pro *fecerunt*, perperam praefert Leid. 2.

§. 12. *Quidam, quod poſtridie Idus Quinctiles non litasset Sulpicius*] Vet. lib. *non litasset P. Sulpicius*. At ego supra oſtendi [5, 36, 12.] *Q. Sulpicius* legendum. SIG. *P. Sulpicius* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed reliqui recte praenomen omittunt. Praeterea *Quin dein quod poſtridie* Fragm. Hav. a m. 2. *Quin deiñ* (sive *deinde*) *quod poſtridie* Gaertn. Vox autem *quod* deest in Portug. a m. 1. quae poſtea orae adscripta est. Deinde *poſtridie No. Quintiles* idem Portug. a m. 1. *post pridie Idus Quintelis* Lovel. 2. *post tridie Idus Quintiles* Lovel. 5. Hinc *cum litasset*, pro *non litasset*, Lovel. 3.

Neque inventa pace Deum post diem tertium objectus hoſti exercitus etc.] Vide, in hoc contextu *traditum putant* dictumne sit pro *tradunt*: nam alioqui plane syntaxim non capio. Item illud *neque* exponendum pro *et non*; ut negatio in verbum *inventa* incumbat, non in *objectus esset*. Tum illud etiam notandum, quo pacto dicat *post diem tertium*, quod factum est die tertio. Poſtridie enim Idus Quintiles non litavit Sulpitius, hoc est, pacem Deum non impetravit, expositore Nonio Marcello, et ad xv. Calendas Sextiles exercitum Romanum hoſti objecit. quasi ita dicas: Sulpitius decima sexta Julii die non placatos invenit Deos, et decima octava ejusdem mensis die conflixit. Ut non magnopere mirandum, quod apud Marcum Evangeliſtam c. 8. legitur, *Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι*, *et post treis dies resurgere*. ubi magnopere laborant magni nominis Theologi. GLAR. Miratur Glareanus, Livium dixiſſe *traditum putant*, pro *tradunt*, eumque quasi parum Latine loquutum arguit. Verum immerito. Non enim interpuncta scite haec verba sunt, verum ita debent diſtingui: *Inde, ut poſtridie Kalendas quoque ac Nonas eadem religio esset, traditum, putant*. hoc sensu, Inde putant traditum, atque inſtitutum eſſe, ut poſtridie Kalendas et Nonas ater dies haberetur. Id enim ita eſſe, docet Macrobius 1. Saturn. [16.] *Tum Patres jussisse, ut ad collegium Pontificum de his religionibus referretur, Pontificesque statuisse, poſtridie omnes Kalendas, Nonas, Idus atros dies habendos.* Idem tradit etiam Gellius 5, 17. et Plutarchus in libro τῶν κεφαλαίων [c. 25. p. 269.] citato etiam Livii teſtimonio. †. „Glareanus aït, se syntaxin non intelligere, ex quo non sequitur, „Livium non loqui satis Latine, „ut hic falso syllogizat. „†. SIG. *neque* in *et non* resolvendum, recte monuit Glareanus. V. infra ad 32, 10, 6. Praeterea *post diem tertium* dictum est pro tertio die poſt: eodem fere modo *ante diem XV. Kalendas*, pro die quinto

armata Sutrium, socios populi Romani, obsi
quorum legati, opem rebus adfectis orantes,
senatum adiffent, decretum tulere, ut dictat
3 mo quoque tempore auxilium Sutrinis ferret
spei moram quum pati fortuna obsefforum r

poftea Sutrium socios populi Romani vocari apud Liv. 9, 32, 1. et 35, 1. coloniam vero 27, 9, 7. et 29, 15, 5. unde verisimile fit, Livium eo coloniam deductam scripsiffe aliquo deperdito libro. *COLONIA SUTRINA* vocatur in lapide apud Gruter. p. cccv. n. 10. et *COLONIA IVLIA SVTRIN.* ibid. p. cccii. n. 1. Observant etiam viri docti, Sutrium inter municipia referri apud Feft. v. *Municipium.* Ceterum *Etruria omnis prope*, alio ordine vocabulorum, praefert Voff. 2. Deinde *obsedit* Lovel. 2.

Quorum legati, opem rebus adfectis orantes, quum senatum adissent] Probe tuentur hanc lectionem Pall. triga, atque editio J. Andreae Episcopi Aleriensis, Paullo II. Veneto inscripta. Male ergo Campan. *afflictis.* V. supra 5, 10. 7, 20. *Quae se rebus affectis quondam populi Romani cepisset.* 10, 1. *Vix credibile erat, tam affectis rebus solos per se Aequos ad bellum coortos.* GEBH. *affectis* tenent etiam omnes quum scripti, tum excusi libri, quos inspexi. Recte id igitur adversus Campanum, *rebus afflictis* edentem, defendit Gebhardus. Locutio *res adfectae* etiam supra inluftratur ad 5, 18, 4. *Adfectus* autem et *Adflictus* alibi quoque in Mftis commutari solent. V. infra ad Liv. 22, 14, 9. et Iul. N. Heinsium ad Nason. 2. Amor. El. 2, 21. Et ita forte emendandus ex cod. Palat. auctoritate Curtius 9, 5. *Quo vulnere adfectus, magna vi sanguinis manante remisit arma moribundo similis.* Vul *adflictus* et *emicante.* Se *vulnere* etiam poftea ut *Ptolemaeus laevo hume quidem saucius, sed ma culo, quam vulnere, ad* etiam Cel. Dukerum ad 18, 2. Deinde *orantes* omiffum est a scriba L Lovel. 1. Tum *senatum* idem Leid. 2. *senatum* Harlej. 1. *senatum adi* vel. 4. Portug. et Gaert fra ad 36, 42, 3.

Ut dictator primo quo re auxilium Sutrinis fer xilium primo quoque te ctator Sutrinis ferret L *auxilium primo quoque d Sutrinis ferret* Leid. 2. *die* ex gloffa in contex psiffe videtur. Consule pra dicta sunt ad 4, 5 *tempore* neglegentia lib erat in Haverk. qui et ne *ferret Sutrinis* exhib tra vox *primo* exsulaba 5, a m. 1.

§. 3. *Cujus spei moram fortuna obsessorum non posset* requirit sensus, scripti habent. SIG. *n set* omnes Palatini. Fal Sigonius, contra ve quoque editiones tend *posset.* GEBH. Scholio gonii demum adparui anni 1592. eo jam mor sa. Ceterum *non posset* superest in Voff. utroq 2. Lovel. 1. 4. 5. Harl tug. Haverk. et apud in Exc. Pithoei, et in

ex omnibus populis conjurationem de bello, ad fanum Voltumnae factam, mercatores adferebant. novus quoque terror accesserat defectione Latino- 3
rum Hernicorumque, qui, post pugnam ad lacum Regillum factam, per annos prope centum numquam ambigua fide in amicitiam populi Romani fuerant. Itaque quum tanti undique terrores circum- 4

1. et Lovel. 1. *ad fanum Vulturnae Deae* Lovel. 4. Portug. et Haverk. [Veith.] *ad fanum Vulturniae Deae* Lovel. 5. *ad fanum Vulturnae* Gaertn. Fragm. Hav. et edd. principes, quarum aliae tamen *Voltumnae* praeferunt. V. supra ad 4, 23, 5. Ceterum voces *de bello*, quae in prioribus excusis deerant, addidit primus Aldus, easdemque servant omnes scripti.

§. 3. *Novus quoque terror accesserat defectione Latinorum*] Nisi Livius ediderit *defectio Latinorum* epexegesi satis grata. Plane ut l. 1, 6. *Nova cura Latini Hernicique*. JAC. GRON. Omnes scripti in vulgatum conspirant, nisi quod *accesserat de defectione* praeferant Harlej. 2. et Portug. *accesserat defectionem* Gaertn. Similes quidem adpositiones Livio admodum frequentes sunt: v. infra ad 25, 34, 10., eam tamen invitis omnibus libris hic probare non sufineo.

Qui, post pugnam ad lacum Regillum factam, per annos prope centum] A pugna Regillensi ad hunc annum in Livio sunt plures, quam centum ac decem anni. At a pace Hernicis data prorsus centum. Ad Hernicos itaque hoc loco anni referendi. GLAR. Pall. duo MSS. primus ac tertius, ut et Andreae editio, *qui post pacem*. GEBH. *qui primo post pugnam* Haverk. *qui post pacem* Lovel. 2. 3. et edd. principes ante Aldum. Cum Latinis foedus ictum memorat Liv. supra 2, 33, 4. cum Hernicis ibidem c. 41, 1. a priori foedere, quod ictum est Sp. Cassio iterum et Postumo Cominio consulibus, ad hunc annum paullo plures, a posteriori, quod sancitum est Sp. Cassio tertium et Proculo Virginio consulibus, paullo pauciores, quam centum anni, elapsi sunt. A posteriori itaque foedere hi anni numerandi sunt; quos non plene centum annorum spatium absolvere, Livius innuit, dicendo *per annos prope centum*. Ceterum *forte*, pro *prope*, Leid. 2. et Lovel. 1.

Numquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant] MS. Fuldense *in amicitiam populi Romani fuerant*. MOD. *in amicitiam populi Romani* Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 5. Harlej. 1. Klock. et Fragm. Hav. In quam lectionem quum plerique optimi codices conspirent, eam spernere non audeo. Similiter Livius supra locutus est 2, 14, 4. *Gratiam muneris magis significante titulo, quam auctionem fortunae regiae, quae ne in potestatem quidem populi Romani esset*. ad quem locum plura notata sunt. [*in amicitia* Veith.] Vox *numquam* deficit in Lovel. 5.

§. 4. *Quum tanti undique terrores circumflarent, adpareretque*] Vox *undique*, quae in multis an-

exercitu Romano intervenit. cui quum se m
turba ad pedes provolviſſet, principumque o
nem, neceſſitate ultima expreſſam, fletus mul
ac puerorum, qui exsilii comites trahebantur
cepiſſet; parcere lamentis Sutrinos juſſit: Et
5 se luctum lacrimasque ferre. Sarcinas inde d

Principumque orationem, necessitate ultima expressam] *principiumque* Haverk. V. supra ad 2, 27,12. [*principumque cum orationem* Veith.] Deinde *oratione necessitate ultima expressa* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. a m. 1. Harlej. 2. Portug. et Haverk. At ratio loquendi vulgatum probum eſſe evincit.

Fletus mulierum ac puerorum, qui exsilii comites trahebantur, excepisset] *Tò qui* deest in Harlej. 1. Ita legendum foret: *puerorum* (*exsilii comites trahebantur*) *excepiſſet*. Verum aliis omnibus receptam lectionem servantibus, eam mutandam eſſe non exiſtimo. Deinde *turbabantur* Haverk. Peſſime. Silius Ital. 6. Punic. 403.

Ecce trahens geminum natorum
Marcia pignus.

Valer. Max. 3, 2. ext. 8. *Dextera laevaque communes filios mortem non recusantes trahens.* Ad quem locum v. doctos commentatores, et Vorſtium ad Val. Max. 1, 2, 3. Tacit. 14. Ann. 34. *Ut conjuges quoque teſtes victoriae secum traherent.*

Parcere lamentis Sutrinos juſſit: Etruscis se luctum lacrimasque ferre] An aposiopesi Pall. pr. ac tert. *Etruscis se luctum lacrimasque*, ut subintelligatur *ferre*, aut simile, nescio. Sic Neptunus Maronis [1. Aen. 135.]

Quos ego. sed motos praeſtat componere fluctus.

GEBH. *Tò ferre* deest etiam in Voſſ. 2. et Lovel. 3. id quod in reliquis omnibus fidiſſimis codd. superest, culpa scribarum omiſſum tror. *ferre* est adferre. I *ciem alicui ferre* 23, 9, *sit nihil sancti, non fides, ligio, non pietas: audea fanda, si non perniciem n scelere ferunt.* ubi v. qua tur. Similiter *portare* Te Andr. 2, 2, 1. *Di boni, i porto.* scen. 6, 1.

Hi nunc me credit aliq laciam
Portare, et ea me hic gratia.

Liv. 45, 1, 10. *Magna pa num ad conjuges liberosqu nuncium portabant.* Pro Eleg. 3, 19.

Ne qua tibi insolitos visa timores.

ubi videndus est Paſſera rum *parcere lacrimis* L [Veith.] Sed vox illa mo tur. Tum *Etruscis se lu crimas ferre* sine copula quam alii codd. servant

§. 5. *Considere, modice dio relicto, arma secum ferre jubet*] *consedere* Flore edd. Rom. anni 1472. e V. ad 9, 2, 3. *praesidia relicto* Voſſ. 1. Leid. 2. L 5. Harlej. 2. Portug. et Deinde *arma secum stati tem ferre* Portug. et Have *τὸ statim* ignorant inte

ut seniores quoque, quibus aliquid roboris superesset, in verba sua juratos centuriaret. Exercitum 7
conscriptum armatumque trifariam divisit. partem unam in agro Vejente Etruriae obposuit: alteram ante urbem castra locare jussit. tribunus militum 8
his A. Manlius, illis, qui adversus Etruscos mittebantur, L. Aemilius praepositus: tertiam partem

niorum habuit] *justitioque edicto* Leid. 2. Utrumque ferri potest, *edicere justitium*, et *indicere*. V. supra ad 4, 26, 12. Cetera tamen Mssorum turba, *indicto* servans, eam etiam lectionem veriorem esse indicat. *justitioque inductus* est in Gaertn. Deinde *dilectum juniorum* Florent. Voss. 1. et Leid. 1. V. ad 37, 51, 7. *juniorum delectum* trajectis vocibus Leid. 2. *juniorum dilectum* Lovel. 1. Denique *abiit*, pro *habuit*, Leid. 1. V. infra ad 37, 59, 6.

Ita ut seniores quoque, quibus aliquid roboris superesset, in verba sua juratos centuriaret] *id aut seniores* perperam Leid. 1. *is ut seniores*, omissa etiam sequenti vocula *quoque*, Lovel. 2. Hinc *aliud roboris* Haverk. Alibi frequenter voces *aliquis* et *alius* permutantur in libris scriptis. V. infra ad 25, 38, 3. *aliquis laboris* Voss. 2. *aliquid superesset roboris* priscae edd. Aldo antiquiores. Denique *in verba sua juratos centuriaretur* Leid. 1. *in verba sua centuriarentur jurantes* Portug. *in verba centuriaret juratos* Leid. 2. et Lovel. 1. *in verba sua centuriaret juratos* Voss. 1. Harlej. 2. Lovel. 5. et Haverk. *in verba sua juratos centuriasset* Voss. 2. *in verba sua juratos esse centuriaret* Gaertn. *in verba sua juratos esse centuriarēt* Lovel. 4. [Veith.] *in verba sua juratos centuriarēt* Lovel. 2.

§. 7. *Partem unam in agro Vejente Etruriae obposuit*] Palat. pr. *in agrum Vejentem*. tertius *in agrum Vejentis*. GEBH. *in agro Vejentē Etruriae copposuit* Harlej. 1. *in agrum Vejentem* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] Deinde *et alteram*, copula addita, Lovel. 1. *alteram ante urbem contra locare jussit*, pro *castra*, Leid. 1. et Harlej. 1. *alteram autem urbem contra locari jussit* Lovel. 4. [Veith.]

§. 8. *Tribunus militum his A. Manlius, illis, qui adversus Etruscos mittebantur*] Plerique libri per notas, *tr. mil.* Sed Vossianus alter et Mureti, *tribuni*. Unde suspicor Livium scripsisse: *tribuni militum his A. Manlius, illis, qui adversus Etruscos mittebantur, L. Aemilius praepositi*. J. FR. GRON. *tribunis militum* Portug. *tribuni militum* Lovel. 3. et Haverk. Deinde *A. Mallius* Voss. 2. et Lovel. 3. *A. Manilius* Haverk. et Lovel. 4. V. infra ad 34, 53, 2. Ejus praenomen *A.* erasum erat in Florent. Sed quum etiam collegae ejus Aemilio mox tribuatur, in Manlio displicere non debebat. Postea *adversus Etruriam* Lovel. 4. Tandem τὸ *mittebantur* non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1.

Nec procul ab Lavinio (ad Metium is locus dicitur) castra obpugnare] *Lavinium*, pro *Lanuvio*, quinto libro et pluribus locis mendose legere est. Lanu-

igitur eodem die Sutrium capitur: victores
paſſim trucidantur ab novo hoſte, neque s
globandi, coëundique in unum, aut arma c
7 datur spatium. quum pro se quisque tende
portas, si qua forte se in agros ejicere
clausas (id enim primum dictator imperaver

§. 6. *Victores Etrusci passim trucidantur ab novo hoste*] *auctores Etrusci* Gaertn. Easdem voces etiam supra librarii commutarunt 1, 3, 2. (*32, 30, 11.) *victoriae Etrusci* Leid. 2. *victoresque Etrusci* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Tum *a novo hoste* Gaertn. *ad bono hoste* Florent. a m. 1. *a bono* a m. 2. Paullo ante *Interim igitur*, pro *Iterum igitur*, Lovel. 2. V. ad 10, 18, 1.

Coëundique in unum, aut arma capiendi datur spatium] *in unum, ad arma* Fragm. Hav. a m. 1. Voces *aut* et *ad* interdum in membranis vetuſtis permutantur. V. infra ad 39, 18, 8. *arma capiundi* Lov. 3. Voſſ. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. V. infra ad 26, 36, 11.

§. 7. *Quum pro se quisque tenderent ad portas*] *quumque pro se quisque tenderet* Lovel. 2. *quum pro se quisque tenderet* [Veith.] editt. principes; pro quo Aldus deinde *tenderent* subſtituit, quod servant omnes scripti. Supra 2, 22, 7. *Pergunt domos eorum, apud quem quisque servierant.* Ubi plura dicta sunt.

Si qua forte se in agros ejicere possent] *forte in agros ejicere* Voſſ. 1. et Lovel 1. omiſſo pronomine, quod ulterius locum corrumpendi occasionem ac praetextum praebuit librario Leid. 2. Dedit enim *si qua forte in agros exire possent.* Sed recepta lectio proba est, quum illud alterum hic languidum nimis sit. Supra 1, 40, 7. *Relictoque in vulnere se foras ejiciunt.* Infra c. 9, 10. *Porta se, qua te non obsidebatur, trepidi ne ejecere.* 28, 3, 11. *Pa pente porta, frequentes sese ejecerunt.* Multus locutione Caesar. Ita lo Gall. 15. *Armis abjec que militaribus relictis, stris ejecerunt.* 5, 21. *strorum impetum non tul seque ex alia parte oppidi* 7, 28. *Primo clamore a oppido ejecerant.* 3. Bell *Decumana porta se ex cit.* et alibi. Praeposit ficit in edd. Rom. anni Parm.

Clausas etc. *portas* Vocem *portas*, quae m ceſſit, nihil adtinere rep jatius opinatur. Deest Lovel. 2. Quum tamen liquis scriptis et omnil sis conſtanter reperiatu hic repeto, a stilo Livi tione ejus loquendi alie eſſe, ut voces, quae m ceſſerunt, paucis inter rum adhibeantur. V. pra dicta sunt ad Liv Praeterea *dictator prim raverat*, trajectis vocil vel. 2.

§. 8. *Inde alii arma ca arma capere* Portug. [V etiam *Tum* pro *Inde*] inde ortus est, quod ind hac, quorum multi lin tinae non satis periti

perator terroris intulerat, ut vallo se ipsi, vallum congestis arboribus sepirent, ne qua intrare ad munimenta hostis posset. Quod ubi animadvertit 10
Camillus, ignem in objectam sepem conjici jussit. et forte erat vis magna venti versa in hostem. ita- 11

Ant. 8. p. 1026. et Cellarius 2. Geogr. Ant. 9. p. 518. Ex editis *ad Metium* praeferunt Rom. anni 1472. et Parm. inde usque ad Sigonium editum est unica voce *Admetium*, a quo non multum discedit Klock. *Ametium*, nec Florent. *Admestium* praeferentes.

§. 9. *Ab contemtu* (*quod prope omnes deletam a Gallis*] *a contemtu* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *ab contentu* Harlej. 2. et Portug. *contentus* et *contemtus* passim in Mss. commutantur. V. infra ad 25, 38, 20. et supra hoc cap. §. 4. Eodem modo *contendere* et *contemnere* infra commutantur hoc lib. c. 6, 6. Mox *omnem* abest ab Harlej. 2. Lovel. 4. 5. et Portug. [Veith.] Tum *deletam esse a Gallis* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *deletam esse ab Gallis* Lovel. 4. [Veith.] *delectam* est in Lovel. 1. V. ad 9, 37, 8. *delatam* in Lovel. 3. et edd. Rom. anni 1472. V. ad 9, 25, 9. In verbis proximis *ad bellum profectus*, pro *profectis*, Leid. 1. et Portug. a m. 1. *aliquid bellum profectis* Haverk.

Ut vallo se ipsi, vallum congestis arboribus sepirent] *ut vallo, neque ipsi congestis arboribus* Portug. a m. 2. Vox *vallum* deficit etiam in Leid. 2. et Lovel. 1. *vallumque congestis arboribus* legit Lovel. 5. Paullo ante *tantum* etc. *terroris injecerat*, pro *intulerat*, Lovel. 4. quod ex interpretis glossa natum est. Infra 23, 16, 13. *Satis terroris tumultusque in aciem mediam intulerant*. In verbis sequentibus *neque intrare*, pro *ne qua*, Voss. 2. Tum *monimenta*, pro *munimenta*, Leid. 1. Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. quomodo saepe librarii lapsi sunt. V. ad 4, 10, 6.

§. 10. *Quod ubi animadvertit Camillus, ignem in objectam sepem conjici jussit*] *Quod ubi advertit* Portug. et Haverk. Ita *advertere*, pro animadvertere, infra est 44, 46, 4. *Situm urbis undique adspiciens, quam non sine caussa delectam esse regiam advertit.* (* Cic. 1. ad fam. 1.) V. Cel. Burmann. ad Gratii Cyneg. 148. Interdum vero *advertere* et *animadvertere* commutari solent in scriptis. V. Cl. Corte ad Plinii 3. Epist. 18, 8. et infra notata hoc libro ad c. 23, 8. (*40, 29, 11.) Quum tamen alii codd. in vulgatum conspirent, nisi quod solus Leid. 2. totam vocem *animadvertit* neglexerit, hic nihil mutandum arbitror. Deinde *ignis in objectam* Leid. 2. forte pro *ignes*. Sed reliqui *ignem* recte servant. Tum *conjectam sepem* edd. vett. usque ad Aldum, qui bene reposuit *objectam*. Mox enim *conjici* sequitur. *saepem* habet Florent. hic et mox §. seq. V. ad Liv. 8, 8, 10. Denique *coiciturus sit* Leid. 1. *quo iciturus sit* Harl. 1. *conjussit* Flor. a m. 1. in quo *conici jussit* a m. 2. emendatum est.

Et forte erat vis magna venti versa in hostem] Pall. duo MSS. *et sero forte erat*. Dispiciendum, quid hic agat τὸ *sero*. GEBH. *et sero forte erat* Lovel. 3. *et sero sorte*

que non aperuit solum incendio viam, sed, flammis in castra tendentibus, vapore etiam ac fumo crepituque viridis materiae flagrantis, ita consternavit hostes; ut minor moles superantibus vallum in

erat Voss. 2. Nisi τὸ *sero* a librario male interpositum sit, legendum putarem *et vero forte vis magna*. Duae hae voculae *et vero* saepius apud Ciceronem junctae obcurrunt. *et forte est vis* Gaertn. sed *erat* servant reliqui omnes. Voces *erat vis* erasae sunt in Florent. earumque loco alia manu repositum est *vi*.

§. 11. *Itaque non aperuit solum incendio viam, sed flammis in castra tendentibus*] *non apparuit* Haverk. Frequenter hae voces in Mstis commutantur. V. infra ad 44, 28, 10. *sed magis flammis* Fragm. Hav. a m. 1. *sed e flammis* Leid. 2. An voluit librarius *sed et flammis?* Ego vero nihil muto. Saepissime *sed* pro *sed et*, *sed etiam*, poni solet. V. supra ad 2, 6, 1. Mox perperam *maceriae*, pro *materiae*, Leid. 1. Tanta est similitudo ductuum literarum *c* et *t* in scriptura Longobardica, ut difficillime distingui possint: unde multae passim voces in Mstis commutari solent. V. infra hoc lib. ad c. 35, 2. *materia viridis* hic est lignum viride. V. ad 5, 55, 3.

Transcendentibus sepem incendio absumtam fuerat] *transcendentibus sepen incendio absumta* Harlej. 1. *transcendentibus sepe in incendio absumtam* Leid. 1. Sed praepositio *in* male repetitur ex prima syllaba vocis sequentis. V. ad 4, 6, 11. vel nata est ex ultima litera vocis *sepem*. *transcendentibus incendio absumta* Fragm. Hav. *absumta* etiam Lovel. 3. *absumtum* Lovel. 4. *adsumtam* Florent. *assumptam* Lovel. 1. Gaertn. et Haverk. V. infra ad 9, 17, 17. Denique *fuerit* Harlej. 2. et Portug. *erat* Lovel. 4.

§. 12. *Cum castra impetu cepisset dictator, praedam militi dedit*] Sine dubio deest vox *primo*; ut sit *primo impetu cepisset*. Sic de eodem loquens infra (c. 23, 5.) *Qui adveniens castra urbesque primo impetu capere sit solitus*. SIG. Contra omnes libros temerarie infercit Sigonius *cum castra primo impetu cepisset*. Mox c. 4. *Improviso adorti primo clamore atque impetu cepere*. At Camp. *primo clangore*. GEBH. Si Sigonius voluit, supplendum esse adjectivum *primo*, ferri potest illius sententia. Sin autem putavit, id excidisse, et omnino addendum esse, errat. Liv. 2, 30, 14. *Castra impetu ceperunt*. Florus 2, 17, 6. *Rapta erat impetu Hispania*. V. J. Fr. Gronov. ad Liv. 1, 57, 3. DUK. Scholion hoc Sigonii ex numero illorum est, quae post ejus mortem demum adparuerunt in editione anni 1592. Verum autem est, Camillum quaedam castra, quasdem etiam urbes primo inpetu cepisse: ita mox hoc cap. *Nec castra modo, sed urbem etiam adgressus inpetu primo cepit*. Non tamen omnia castra omnesque urbes, quae inpetu cepit, etiam primo inpetu cepisse, urbs Veji documento est. Invitis itaque codd. vocem non inserendam existimo. Utrumque *inpetu capere*, et *primo inpetu capere* recte dici, sed sensu differre, docuit Gronov. ad Liv. 1, 57, 3. *cepisset*, sive *cepissem*,

ert Fragm. Hav. a m. 2. ita
guendum foret, *cum castra*
inpetu cepissent, dictator
lam militi dedit. Sed omnes
i codd. uno consensu rece-
lectionem tuentur, nisi quod
, pro *cum*, scriptum sit in
l. 3. qui error ex similitu-
compendiorum *cā*, pro *caus-*
et *cū*, pro *cum*, ortus est.
raecedentibus etiam inter-
tionem hoc modo mutabat
et. Perizon. *incendio absum-*
fuerat fusis hostibus caesisque.
castra primo inpetu cepisset.

modum militi dedit; quo mi-
peratam, minime largitore du-
militi gratiorem] Vet. lib.
tam a minime largitore duce.
Intrusit hanc lectionem Si-
s e subtlestissimo ac sacer-
e interpolationis codice. Le-
lam praeeuntibus Pall. duo-
et vetustissima editione: *prae-*
militi dedit quo minus spera-
minime largitore duce, eo mi-
gratiorem. Quid in genuina
me sit difficultatis atque ca-
is, nescio. Haesit tamen Cam-
s, homo, cujus doctrinae
as ingenii, ac morum levi-
nitum derogat, ut ederet
carie *speratam minime largi-*
duce, eo militi gratiorem.

riocha l. 10, 40. *militibus ex prae-*
da centenos binos asses, et alterum
tantum centurionibus atque equiti-
bus (malignitate collegae gratius
accipientibus munus) divisit. JAC.
GRON. Si hic eradendum est po-
sterius *militi*, quaero, cur c. 1.
princ. non passus fuerit a Mureto deleri *τὸ urbem*, et alia quo-
que hujus generis in Livio esse
offendat? DUK. Praepositionem
a, quam Sigonius addidit, ex
meis agnoscunt Harlej. 2. Por-
tug. Haverk. et Fragm. Hav. a
m. altera. Idem de suis profite-
tur Hearne. Sed dissensum testan-
tur Voss. ambo, Leid. ambo, Lo-
vel. quinque, Harlej. 1. et Fragm.
Hav. a m. 1. quorum quum lon-
ge major sit auctoritas, *τὸ a*,
quod displicere testati viri docti
tamen in contextu Liviano reti-
nuerunt, inde ejeci. Voces *a mi-*
nime deerant in Gaertn. *largiore*,
pro *largitore*, est in Lovel. 2. 4.
5. Contra *militi* posteriori loco
servandum puto, quia vox illa
superest in omnibus Mstis. Ne-
que, licet alibi Livius eam non
repetierit, ideo etiam hic ita lo-
cutus esse censeri debet; iniquum
enim foret, si ipsum ubique ei-
dem loquendi formae adstringere
vellemus. Quin et loco a Cel. Jac.
Gronovio laudato repetere non

Etruscis ante currum duxit. quibus sub l
numdatis, tantum aeris redactum est, ut
pro auro matronis persoluto, ex eo, quo
3 erat, tres paterae aureae factae sint: qu
titulo nominis Camilli, ante Capitolium i
in Jovis cella conſtat ante pedes Junoni

meliores τὸ *vero* non agnoscunt, quam particulam saepe librarios connectendae orationi Livianae, ex eorum sententia male cohaerenti, addidiſſe, infra videbimus ad Liv. 21, 13, 2. Ceterum *triumphans praemium ad nos venientibus rediit* Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. Verum unde haec verba, ad Livium non pertinentia, huc inrepserint, non adsequor. *redit* tandem est in Florent. V. ad 36, 35, 2.

§. 2. *Ut, pretio pro auro matronis persoluto*] *que pretio* Leid. 1. *q̃ pretio* Harlej. 1. *quod pretio* Lovel. 2. *ut e pretio* Lovel. 4. 5. [Veith.] Voſſ. 1. et Leid. 2. quorum poſterior etiam *persolute*. at *prosoluto* Gaertn.

Ex eo, quod supererat, tres paterae aureae factae sint] *quod superat* Harlej. 2. Sed quum *superat*, vel *sup'erat*, olim scriptum fuiſſet, librarius additam notam perperam neglexit. Hujus ejusdem erroris supra habuimus quaedam exempla. V. ad 1, 25, 11. 2, 42, 9. et 5, 46, 11. alia etiam infra obcurrent 9, 4, 16. c. 22, 10. c. 32, 7. et alibi saepe. Deinde *tres paterae factae* Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav/ in contextu; sed τὸ *aureae* etiam a prima manu in ora ultimi adpictum exſtat. *tres paterae efectae* Leid. 1. Insuper *factae sunt*, non recordati, quid superior oratio requireret, dederunt scribae Voſſ. 2. Lovel. 5. et Gaertn. *factae sint. Sunt quas cum titulo* Haverk. quae scriptura inde nata videtur, quod super gens librarius utram nem *sint* et *sunt* in receperit. V. ad 3, 4

§. 3. *Quas* etc. *con des Junonis positas* male Leid. 1. qui non iam *posita fuisse*. Ve tima litera τοῦ *posita* est ob ductuum simi prima vocis sequent 33, 11.

§. 4. *Qui Vejentium que*] *Vejentum Capena* 2. Verum supra v. *Capenantiumque* Harl his etiam praecedent *tate accepti*, pro *in ci* vel. 5. Malc. V. ad

Agerque iis novis gnatus] *agerque his assignatus* Gaertn. *nov signatis* Port. V. ad c 8. *novis civibus assign*

§. 5. *Revocati quo senatusconsulto a Vej jis* supervacaneum, quod mox sequitur. quirit proxima orat quid loco ejus; illud est salvo sensu, et Scholiaſtae. Quid e res, sic si legatur? *que in urbem senatus ædificandi Romae pig patis ibi vacuis tectis, tulerant*. J. FR. GR oratione desidero, monſtrat locum jam

modo, sed urbem etiam adgressus, inpetu primo cepit.

III. Quum in ea parte, in qua caput rei Romanae Camillus erat, ea fortuna esset, aliam in partem terror ingens ingruerat. Etruria prope omnis 1 2

vulgatum defendunt. V. supra ad 4, 49, 3.

Sed urbem etiam adgressus inpetu primo cepit] *urbem vi aggressus* Fragm. Hav. a m. 1. *urbem cĕ aggressus* Lovel. 5. Deinde *impetu populi cepit* Gaertn. *primo impetu cepit* Leid. 2. sed tria hæc vocabula deest in Lovel. 5. Ceterum Livio consentiens Plutarch. in Camillo p. 147. Camillum τὴν Αἰκανῶν πόλιν cepisse refert. Idem videtur indicare Orosius 3, 3. et Eutrop. 2, 1. *Aequorum urbem* capiam vel *victam* a Camillo referentes. Ab his dissentit Diodorus Sicul. l. 14. p. 456. ubi referens, Camillum, quum Bolas ab Aequis oppugnari audisset, ductis illuc copiis, maximam obsidentium partem trucidasse, indicat, Bolas partium Romanarum fuisse, qui Romanis paruisse. Et sane ejus narratio verior videtur. Ipse enim Livius l. 4, 49. narrat, Bolanos, gentis Aequorum populum, confinem agrum Lavicanum depopulatos, per obsidionem levemque unam pugnam et oppidum et fines amisisse. Insequente autem anno Aequos quidem Bolas recepisse; sed mox M. Postumium Regillensem tribunum consularem eo missum urbem illam expugnasse. Ex illo autem tempore nullam Bolarum mentionem fecit, ut hoc tempore in potestate Romanorum fuisse verisimile [illegible] nisi dicendum sit, Livium, [illegible]rum abreptum, eam ab [illegible]ceptam fuisse narrare [illegible], quod clam nunc hac [illegible] fecit, ut bene multa alibi. V. Cel. Jac. Perizon. Animadv. Hist. c. 4.

§. 1. *Aliam in partem terror ingens ingruerat*] *alia in parte* Lovel. 5. qui etiam in verbis praecedentibus omisit voculam *ea*. Tum *ingrueret* est in Voss. 2. Paullo ante alio ordine *Romanae rei* Gaertn.

§. 2. *Etruria prope omnis armata Sutrium, socios populi Romani, obsidebat*] Quos hic *socios Sutrinos* vocat Livius, *colonos* nominat Diodorus eodem l. [14. p. 456.] Ἐκεῖθεν δ' ἀνέζευξεν εἰς Σουτριάνην οὖσαν ἀποικίαν, ἣν Τυῤῥηνοὶ βίᾳ κατειλήφεισαν. SIG. *Sutrium* coloniam fuisse, certum est. V. Plin. 3. H. N. 5. et Frontin. de Coloniis p. 114. Verum quo tempore colonia facta sit, de eo non convenit. A Diodoro, qui eam hoc anno jam coloniam vocat, dissentit aperte Livius, cui Sutrium *socii populi Romani* dicuntur. Vellej. Pat. 1, 14. refert, post septem annos, quam Galli urbem ceperunt, Sutrium deductam coloniam esse; cujus etiam rei ne Livius quidem meminit: qui contra narrat, paucis annis post Romam captam Satricum coloniam ductam esse hoc lib. c. 16, 6. quamvis itaque in annorum ratione dissentiant Livius et Vellej. attamen Vellej. ex Livio emendandum censuerunt viri docti, et pro *Sutrium* legendum esse *Satricum*. V. Sigon. ad Liv. l. l. et viros doctos ad d. l. Velleji. Adde Cluver. 2. Ital. Ant. 3. p. 555. qui docet, adhuc diu

rant. et primo fremitus fuit adspernantium
rium: dies deinde praeſtituta capitalisque
qui non remigrasset Romam, ex ferocibus
sis singulos, metu suo quemque, obedientes
6 Et Roma quum frequentia crescere, tum t

lienique discrimine, in vacuo aedificant. Deinde *occupati ibi vacuis tectis* Lovel. 4. *occupatis sibi vacuis tectis* Leid. 2. V. ad verba proxime praecedentia. Sed prima litera *τοῦ sibi* repetita eſſe potest ex praecedentis finali. V. ad 37, 29, 8. Id in eadem hac voce etiam infra fit hoc lib. c. 6, 10. quamvis tamen alibi *sibi* et *ibi* commutari soleant. V. ad 1, 55, 4. Alibi etiam *tibi*, pro *ibi*, datum est, quod praecedens vox litera *t* finiretur. V. supra ad 2, 35, 2. *occupati sibi vacuis* habent Lovel. 2. 3. et Gaertn. literis, quae olim continuo ordine scriptae fuerant, inperite in voces divisis. Denique *se contulere* idem Gaertn. *se contulerunt* Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Voſſ. 2.

Dies deinde praeſtituta, capitalisque poena, qui non remigrasset Romam] Vet. lib. *nisi remigrassent Romam.* placet. SIG. Placet Sigonio *nisi remigrassent.* Nobis alterum antiquius. Sic enim et 7, [12, 12.] *Gravemque edixerat poenam, si quis injussu in hoſtem pugnasset.* Lex apud declamatores: *Qui coetum et concursum fecerit, capital eſto.* Noſter 10, [20, 16.] *Quarum rerum non exſtitit dominus, militi concessae.* 24, [38, 7.] *Cavete quisquam supersit, a quibus vis aut fraus timeri possit.* Nam defectus relativi mutationem illam in Sigonio genuit. Intelligis *in eum*, vel *in quemcumque.* J. FR. GRON. Ex codicibus noſtris Sigonii vet. lib. favet Haverk. ex Hearnii Oxoniensibus solus C. *nisi remigrasset Romam* habet Lovel. 2. *qui nisi remigrasset Romam qui non remigrassent Roma* 2. et Lovel. 5. *non remigra mam*, omisso *τῷ qui*, Sed recte Gronovius v defendit, et ellipsin pro *eum* locum corrumpend quibusdam scribis ded set. De ea plura infra v 15, 4. Praeterea *dies dei stita* Haverk. errore libra pra 3, 22, 4. *Postquam praestitutum venerunt soci* 11. *Diemque praeſtituit, in de conditionibus peractis re acciperet.* Florus 4, 1, 8. *sibi vaticinans, ad prae a Catilina diem urbe tota faces, tela disponit.* De s scribarum peccatis v. ad

Ex ferocientibus univer gulos, metu suo quemque, tes fecit) Ita diſtinxi, u clarior foret; quem no lexere amanuenses, et ide corruperunt. *universos* etc. *obedientes fecit* est in *metu suo quemquam obedi cit* in Portug. Ita et infra dem cod. peccatur hoc 13, 3. Contra alibi *quis quisquam* a scribis datum supra ad 5, 29, 6. et infr 38, 9. *metu suo qui quem dientes fecit*, male voce *qu* ta, habet Haverk. [In c pro *ferocibus* videtur leg eſſe *ferocientibus*, quomo Drakenb. legit ad 6, 13,

§. 6. *Et Roma quum fre crescere, tum tota simul ex Et tum Roma frequentia c tum tota* Lovel. 2. *Et Ro*

tuisset, confectaque paucitas oppidanorum, opere, vigiliis, vulneribus, quae semper eosdem urguebant, per pactionem urbe hostibus tradita, inermes cum singulis emissi vestimentis, miserabili agmine penates relinquerent; eo forte tempore Camillus cum 4

Oxon. N. [Veith.] Contra *non potuisset* servant Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Klockian. Gaertn. et Fragm. Hav. quod etiam praefero. Alibi enim saepe plusquamperfectum pro inperfecto poni solet. V. infra ad 34, 11, 2. Quin et illud *potuisset* in *posset* mutandi caussa librariis forte exstitit, quod ei mox per copulam *que* jungitur *relinquerent*. Sed alibi haec tempora jungi solere, docuit Cl. Corte ad Sallustii Jug. 59, 3. [*Cui spei* Veith.]

Opere, vigiliis, vulneribusque, quae semper eosdem urguebant] MSS. ignorant copulativam *que*. J. FR. GRON. Ignorant eam etiam omnes mei, solis exceptis Lovel. 2. et Gaertn. ignorant quoque Hearnii Oxonienses. Recte itaque Cel. Jac. Gronovius particulam insiticiam iterum ex contextu expulit. Passim Livium copulam omisisse, supra vidimus ad 4, 3, 12. Eam autem vel librarii dedita opera addiderunt, vel clam inrepsit ex similitudine sequentis *quae:* (* v. ad 40, 39, 5.) quemadmodum etiam post illam inrepsisse vidimus supra 5, 40, 7. Ita contra τὸ *que* etiam elidi solet vel a praecedenti *quae;* v. ibid. c. 41, 5. vel ab eodem pronomine sequenti. V. infra ad 41, 2, 11. Deinde *eosdem* deest in Gaertn. *urguebant* in Voss. 2. Sed pro eo *urgebat* habent Lovel. 2. 3. 4. et Leid. 2. *urgêt*, id est *ur-*

*, Gaertn. *urgeret* autem Por- et Haverk.

pactionem urbe hostibus tra- ut per pactionem nullo com-

modo sensu Lovel. 2. 4. et Hearnii Oxon. C. Sed illud *ut* culpa librarii in posteriori cod. natum videtur ex ultimis literis proximae vocis *urguebant*. V. infra ad 7, 41, 8. in Lovel. autem 2. et 4. qui exhibuerant *urgebat*, forte pro varia lectione adscriptum fuit *ut* ad indicandum, etiam legi *urgebant*. quod non intellectum ab aliis versum est in *ut*.

Nec, nisi, antequam omnia praecipiant, divisus sit, locum ibi plebi fore] Et hic scribendum *praecipiant*, id est, prius capiant. De quo verbo supra quoque semel atque iterum admonuimus. RHEN. Legendum *praecipiant*, ut referunt Palatt. omnes Msti, et Campani editio. V. hoc verbum saepius restitutum Nasoni, Fabio, aliisque in Juvenilibus nostris 1, 1. Infra c. 26. *Non praecipiam gratiam publici beneficii.* GEBH. Vulgata ante Rhenanum lectio in nullo apud me cod. superest, nisi in uno Klock. *praecipitant* exhibet Harlej. 1. Sed quum orationem obliquam subjunctivum requirere viderent librarii, pro eo dederunt *praecipitarent* in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *praecipiant* praeferunt Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Neque aliter in Oxoniensibus suis invenisse videtur Hearne, qui ita edens, ac monens, in ed. Rom. principe *praeripiant* esse, et in margine cod. sui N. *praeoccuparent* adscriptum legi, quod τοῦ *praeciperent* glossema atque interpretatio est, tamen reliquorum codicum nullam mentionem fecit. Se etiam *praecipiant* in antiquo codice scriptum reperisse, testatur Pierius ad Maronis 10. Aen. 277. *percipiant* habet Haverk. [Veith.] De quo errore v. ad Liv. 38, 20, 1. De verbo *praecipere* infra v. ad 22, 41, 9. Praeterea *divisuri sint* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *divisuri sunt* Gaertn. Tum *locum ubi*, pro *ibi*, idem Gaertn. V. infra ad 27, 5, 2. Tandem *plebei fore* Lovel. 1.

§. 5. *Haud magnopere plebem moverant*] Gebhardus supra monuit ad 4, 3, 2. duos Palatinos codd. meliores praeferre *magno opere*, quae eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Leid. 1. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. 1. Gaertn. et Haverk. quorum fide ita etiam edi curavi. Plura de eo infra vi-

foro propter aedificandi curam, et eodem exhauſtam inpensis, eoque agri inmemorem, ad quem
6 inſtruendum vires non eſſent. In civitate plena religionum, tum etiam ab recenti clade superſtitiosis principibus, ut renovarentur auspicia, res ad inter-

deri poſſunt ad 28, 18, 4. Praeterea *plebem moverat*, pro *moverāt*, dederunt librarii Voſſ. 1. et Leid. 2. *movemt* Florent. a m. 1. pro quo, erasa litera *u*, deinde datum est *movent*. Mox *infrequentem in forum*, pro *in foro*, Lovel. 1. et Leid. 2.

Et eamdem exhauſtam inpensis, eoque agri inmemorem] Hic forte miraris aliquid desiderari. Itaque scipo sermonem elegantiſſimum Livii vitiatum eſſe. Reponendum juxta fidem archetypi Borbetomagensis *et eodem exhaustam impensis. eodem* subauditur *aedificando*. Nam praecedit *aedificandi curam*. Id quod non vidit is, qui locum depravavit. Porro non est tam inops verborum Livius, ut amphibologiam committat, cum dubium sit, quid accusativus *eamdem* referat, *plebemne*, an *curam*. RHEN. Recte *eodem* Rhenanus revocavit; idque non modo servant codices scripti, nisi quod *et eo exhauſtum* in suo Klockius repererit; verum etiam edd. principes. Primus Ascensius anno 1513. et 1516. sive pro varia lectione, sive pro emendatione, in margine oſtentavit *et eandem*, quod poſtea in contextum receperunt Moguntini. Eorum autem exemplum inde secuti sunt Colon. anno 1525. Cervicorn. Ascens. anno 1530. et Froben. in pr. edit. qui quadriennio post, Livium cum annotationibus Rhenani et Gelenii typis describens, etiam Rhenani emendationem in contextum admisit. Praeterea *impensis exhauſtam* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *exhausta impensis* Fragm. Hav. *exhausium impensis* Leid. 2. Insuper *eo quod agri immemorem* Fragm. Hav. cujus librarius non satis diligenter diſtinxit varios ductus, quibus voces *que* et *quod* in Mſtis exarari solent. V. supra ad 2, 41, 8. *eoque agro immemorem* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Paullo post *atque inſtruendum*, pro *ad quem inſtruendum*, Florent.

§. 6. *Tum etiam ab recenti clade superſtitiosis principibus, ut renovarentur auspicia*] *tunc etiam* Leid. 2. Lovel. 1. 5. et primae edd. ante Aldum, cui *tum etiam* edenti consentiunt reliqui scripti. Deinde *a recenti clade* Gaertn. Tum *superſtitiosis c'mibus*, sive *criminibus*, Leid. 2. et Lovel. 1. *superſtitiosis princibus* Harlej. 1. quomodo in alio cod. etiam supra peccatum erat 3, 4, 5. Insuper *renovarentur auspicio* Leid. 1. Lovel. 2. et Fragm. Hav. Male. V. supra ad 5, 52, 9. Mox *redit*, pro *rediit*, Florent. V. ad 36, 35, 2.

Interreges deinceps M. Manlius Capitolinus] *interreges dein* Gaertn. Male. Infra 7, 17, 11. *Interreges deinceps Q. Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius*, etc. Et similiter etiam supra 5, 17, 4. *Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Servilius Fidenas, M. Furius Camillus*. Ubi similiter variatur. V. quae ad eum locum notavi. Praeterea *M. Manlius* Harlej. 2. *M. Mallius* Voſſ. 2. Lovel. 3. et Gaertn. *M. Manilius*

regnum rediit. interreges deinceps M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpicius Camerinus, L. Valerius Potitus. Hic demum tribunorum militum consulari 7
poteſtate comitia habuit. L. Papirium, C. Cornelium, C. Sergium, L. Aemilium iterum, L. Menenium,

Lovel. 4. et Haverk. V. ad 34, 53, 2.

Ser. Sulpicius Camerinus] Pronomine et nomine carent Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *serunt. Sulpicius* habet Fragm. Hav. *Servilius Sulpicius* Lovel. 4. Portug. et Haverk. V. infra ad Epit. Liv. 71. Deinde *Cametinus* Leid. 2.

L. Valerius Potitus] *Putitus* Florent. Lovel. 3. Leid. 1. et Harlej. 1. *Ponticus* Portug. *Potitius* Haverk. et Fragm. Hav. *Pontitius* Harlej. 2.

§. 7. *L. Papirium, Cn. Sergium, L. Aemilium iterum, L. Licinium, M. Menenium, L. Valerium Publicolam tertium creat. hi ex interregno*] Hoc loco *Cn. Sergius* legitur. Poſtea vero anno CCCLXXV. [hoc lib. c. 27, 2.] *Cajus*, ubi *tertium* dicitur tribunus militum consulari poteſtate. Nec tamen, ubi iterum fuerit, uspiam invenio: ut plane suspicer, anno CCCLXX. [hoc lib. c. 11, 1.] omissum ejus nomen. Nam post Camillum v. tribunum militum perpetuo sex fuere tribuni militum consulari poteſtate. GLAR. Ita prope etiam veteres libri. praeterquam quod, pro *L. Licinium, M. Menenium*, habent *Licinium Menenium*. Nam quum animadverteſſent quidam, non nisi quinque tribunos militum memorari, *Licinium Meneniumque* duos fecerunt. quam inconsulte autem id egerint, unus Diodorus oſtendere potest, apud quem hujus anni tribuni his nominibus eduntur [l. 15. p. 469.] *Λεύκιος Παπίριος, Γάϊος Κορνήλιος, Λεύκιος Μενήνιος, Γάϊος Σερουίλιος, Οὐαλέριος Αὖλος, Κόϊντος Φάβιος.* Ita, pro *Cn. Sergio*, eſt *C. Servilius*; pro *L. Aemilio, Q. Fabius*. Additur poſtremo sextus tribunus, vitio librariorum apud Livium omissus, *C. Cornelius*. Erroris causam praebuit librariis, quod, cum scripturi eſſent *C. Cornelius, C. Sergius, C. Sergium* tantum scripserunt, alterum reliquerunt. Puto autem legendum eſſe, *C. Sergius*. Nam Livius poſt [c. 27, 2.] etiam *C. Sergium III.* tribunum edit. Non ergo *Licinius Menenius*, sed *L. Menenius* legendum, ut Diodorus aït. Nam praenomen huic quaerimus: *Licinius* autem generis nomen est. SIG. Rott. Voſſ. 1. Flor. *creati. hi.* Forte, *L. Papirius, C. Cornelius, C. Sergius, L. Aemilius iterum, L. Menenius, L. Valerius Poplicola tertium creati, ex interregno* etc. J. FR. GRON. Secundi tribuni *C. Cornelii* nomen deest in omnibus meis scriptis; quod ex Diodoro revocandum eſſe censuit etiam Pighius in Annal. ad ann. CCCLXVII. p. 231. Deinde Sergio praenomen *Cn.* tribuitur in Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 3. et Harlej. 1. *Gn.* in Leid. 2. et Fragm. Hav. Idem in exemplari suo inveniſſe videtur scriba Lov. 2. qui tamen aberrans dedit *cū.* Hearne etiam teſtatur, *Gn.* vel *Cn.* eſſe in Oxon. C. aliisque, qui ex cod. N. laudat praenomen *M.* quod etiam obſerunt Voſſ. 1. Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. Sed recte Glareanus et Sigonius *Caji* praenomen ei fuiſſe docuerunt.

L. Valerium Publicolam tertium creat. hi ex inter-
8 regno magiſtratum occepere. Eo anno aedes Martis,
Gallico bello vota, dedicata eſt a T. Quinctio duum-

Tum *L. Aemilium iterum*, *L. Menenium* omittit Harlej. 1. Pro *L. Menenium*, *Lucinium* habet Voſſ. 1. *Licinium* Leid. 2. et Lovel. 1. *Licinium Menenium* Florent. Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. 5. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. N. C. atque Excerpta Pithoei. *Lucinium Menenium* Lovel. 2. V. ad 6, 27, 2. Hinc *Publicolam*, non *Popli-colam*, Flor. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lovel. quinque, Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. *Publicoiam* Harlej. 1. V. ad 2, 8, 1. Insuper *Ceſtium creat. ii* Lov. 3. *tertio*, vel *tertium*, *dixit. Creati hi*, vel *hii*, *ex interregno* Harl. 2. Gaertn. Portug. et Hearnii Oxon. C. et L. 2. [Veith.] *tertio dixit. Creari hi ex interregno* Haverk. *tertium creati. Hi ex interregno* Voſſ. 1. Leid. uterque, Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 1. et Fragm. Hav. Totus vero locus in eodem Fragm. Hav. a m. 2. ita concipitur: *L. Papirius*, *Cn. Sergius*, *L. Aemilius iterum*, *Licinius Menenius*, *L. Valerius Publicola tertium creati. hii ex interregno. creati*, pro *creat*, etiam Lovel. 1. *creata* Florent. Hinc Gronovii conjectura plurimum firmatur; quam etiam veram eſſe exiſtimo, licet in contextum recipere nondum audeam.

Ex interregno magiſtratum occepere [*eccepere* Florent. *accepere* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. Port. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. [Veith.] quod et perperam codd. suos hoc loco praeferre, monuit Gebhardus ad Liv. 1, 7, 6. Sed vulgatum servant recte plerique codd. optimi. Neque aliter habent editi, nisi quod Veneti anno 1498. dederint *occipere*. V. de hoc verbo supra ad 5, 9, 1.

§. 8. *Eo anno aedes Martis, Gallico bello vota, dedicata est a T. Quinctio*] *Eodem anno* Lov. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Et ita editum exſtitit ante Aldum, qui *Eo*, consentientibus reliquis manu exaratis, subſtituit. V. infra ad 10, 10, 6. Insuper *aedis Martis* Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. Harlej. 1. Klock. et Haverk. a m. 1. Plura v. ad 4, 25, 3. Denique *ab T. Quintio* Haverk. *a L. Quintio* Lovel. 2. Mox *faciendis*, pro *faciundis*, Voſſ. ambo, Leid. ambo, Flor. Lovel. quinque, Haverk. Fragm. Hav. et Gaertn. V. ad 26, 36, 11.

Stellatina, *Pomentina*, *Sabbatina*, *Narniensis*] Est in altero codice *Tromentina*. RHEN. Annius Viterbiensis, homo Hetruscus, legendum putat *Tromentina*, pro *Pomentina*, et *Arniensis*, pro *Narniensis*. qua de re quidam posterius nomen mutarunt: at in priore neminem vidi motum, ut variaret; neque enim firmis pugnat rationibus. GLAR. *Tromentina*, *Sabatina*, ex vet. lib. ut ante dixi. SIG. *Tromentina* Pall. duo meliores. secundus vero *Nemantina*. Camp. *Nomentina*. GEBH. Trium priorum tribuum nomina omittuntur in Haverk. De primae nomine inter omnes codd. convenit, nisi quod perperam *Stalatina* vocetur in Lovel. 5. secunda *Romentina*, omissa prima litera, vocatur in Florent. unde Salvinius, qui hunc cod. contulit, *Pometina* legendum conjecit. *Nomantina* est in Harlej. 2. et Portug. [*Nomentana* Veith.] *Momentina* in Lovel. 4. *Tormentina* in Lovel. 2. et Fragm. Hav. *Trementina* in Lovel. 5. et Har-

viro sacris faciundis. Tribus quatuor ex novis civibus additae, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arniensis: eaeque viginti quinque tribuum numerum explevere.

kj. 1. Reliqui *Tromentina* legunt, nisi quod juncta duplici scriptura *Trommentina* habeat Gaertn. Editionum, quas vidi, antiquissimae dederunt *Tromentina*, pro quo *Tormentina* substituit Parm. *Fromentina* Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque. Veneta deinde anni 1495. dedit *Pometina*. *Tromentina* revocarunt. Mediol. ejusdem anni, et aliae. Ascensius anno 1513. *Pomentina*, Frobenius anno 1535. *Pomatina*. Ex quo patet, non omnes editiones consuluisse Glarean. quum neminem motum crederet, ut *Tromentina* ederet. *Tromentina* autem veram lectionem esse, supra vidimus ad Epit. Liv. 6. Omnino enim erravit Doct. Phil. Cluver. 2. Ital. Ant. 3. p. 550. qui legebat *Pomptina*, eamque dictam existimabat ab agro Pomptino, qui extra Etruriam in Volscis situs fuit. Quamvis enim tribuni, ut conciones suas legibus agrariis frequentarent, plebi in spem ostentasse dicantur Pomptinum agrum, tum primum, post accisas a Camillo Volscorum res, possessionis haud ambiguae, nondum tamen inter cives erat divisus, sed demum id fit infra hoc lib. c. 21. 4. et ex eo dicta tribus prioribus addita refertur infra 7, 15, 11. Quin et, quum in novas has quatuor tribus relati dicantur, qui Vejentium, Capenatium ac Faliscorum, qui omnes Etrusci fuerunt, ad Romanos transfugerant, ut mox latius videbimus, ac tribus reliquis tribubus propterea nomina Etrusca inposita fuerint, cur, quaeso, uni huic nomen Volscum datum foret, ex qua tamen gente nulli in civitatem accepti narrantur? Tertia tribus dicitur *Sabatrina* in Lovel. 3. *Sabratrina* in Voss. 2. *Suabatina* in Gaertn. *Sabbatina* in Leid. 2. Lov. 1. et Fragm. Hav. [Veith.] *Subantina* in Portug. Sed recte *Sabatina* emendavit Sigonius, consentientibus optimis scriptis. V. etiam ad Epit. Liv. l. l. Ceterum primae edd. trajectis contra auctoritatem codicum vocibus, hujus tribus nomen praecedenti praeponunt. Quare recte ordinem illum Aldus mutavit. Ultima tandem vocatur *Thamensis* in Gaertn. *Nermensis* in Harlej. 2. *Narmensis* in Haverk. *Narniensis* in Portug. et Lov. 4. ac 5. [Veith.] *Arriensis* in Fragm. Hav. *Ariensis* in Voss. 1. et Lovel. 1. *Arniensis* in Florent. Voss. 2. Leid. utroque, Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Klock. et Hearnii Oxon. B. atque L. 2. Similiter est in edd. vetustissimis, nisi quod in Rom. anni 1472. invenerim *Armensis*. Postea Veneti anno 1495. dederunt *Narniensis*. Eos autem praeeuntes secuti sunt Ascensius quatuor editionibus, Mogunt. Cervic. et Paris. 1529. Sed, quum proximi priorem lectionem *Arniensis* revocassent, Sigonius iterum in prima edit. Scholiorum *Narniensis* ex vet. lib. legendum esse monuit, eamque lectionem in contextum recepit, et in seqq. edd. retinuit, quamvis ibi partem illam hujus Scholii, ubi de ea lectione agebat, omiserit, immo etiam sententiam plane mutaverit, ut constat ex ejus 1. de Antiq. jur. Civ. Rom. 3. p. 13. ubi *Arniensis* tribus nomen ab nomine *Arni* fluminis Etruriae deduxit. Editores deinde post Sigonium *Arniensis* retinuerunt usque ad Gronov. qui iterum *Narniensis* admisit, idque defendit infra ad Liv. 29, 37, 10. Grono-

1 VI. De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno

vii autem lectionem recentiores editores servarunt; Doujatius etiam ad hunc locum illam alteri praetulit hoc argumento, quod *Narnia* propior est in Umbria citeriore ad fines Sabinorum. Sed Antecessorum Parisiensium primicerium scire oportuerat, Narniam, cui fluvius Nar nomen dedit, hoc tempore adhuc *Nequinum* adpellatam esse, et fere nonaginta demum annis postea *Narniae* nomen accepisse, quum eo colonia deduceretur. Ita ultro vidisset, tribum Romanam inde hoc tempore vocari non potuisse. Quamvis autem Doujatius hanc lectionem alteri praeferat, attamen eam non probavit, sed *Axiensis* scribendum conjecit ab Axia, oppido agri Tarquiniensis, superioribus vicino. De oppido hoc *Axia* v. Cluver. 2. Ital. Ant. 3. p. 521. Verum quis umquam *tribus Axiensis* meminit? Infinita supersunt marmora, quae tribuum Romanarum memoriam nobis conservarunt; at in nullo eorum *Axiensis* obcurrit. Merito igitur Utopiae potius, quam populi Romani, tribum fuisse puto, in qua numquam nascituri censeri poterunt. Contra *Arniensis* veram scripturam esse arbitror, eamque in contextum recepi. In marmoribus enim antiquis saepissime memoratur *tribus AR.* vel *ARN.* vel *ARNIEN.* vel *ARNIENSIS*, et in paucis etiam *ARNENSIS*, sed numquam *NARNIENSIS*, vel *AXIENSIS*. V. indicem corporis Gruteriani c. 12. et adde Manutium ad Cic. 8. ad Famil. Epist. 8. Sententiae Sigonii, *Arniensem* ab Arno Etruriae fluvio dictam esse, adversatur Ph. Cluver. 2. Ital. Ant. 3. p. 550. cujus haec sunt verba. „*ARNIENSIS tribus* utrum ex Etruria, an alia circa Urbem regione deducta fuerit, nemini umquam satis constabit; quando nulla ejus praeterea exstat mentio: et parum certum, incorruptum id esse vocabulum. Qui ab *Arno* fluvio deducunt, parum attente Livii historias legisse videntur. quidpe nulla ad ea tempora Romanis ad Arnum usque prolata fuere arma, nullum imperium." Haec ille. Sed in verbis his bis terve graviter obsendit. Primo enim miror, Cluverium scribere potuisse, nullam hujus tribus mentionem exstare, praeterquam hoc Livii loco; quum non modo ejus meminerit Livius 29. 37. 10. verum etiam, ne de lapidibus literatis dicam, Sigon. de Antiq. Jur. Civ. Rom. l. l. aliique docuerint, eam etiam memorari apud Cic. in Orat. 2. Agrar. 29. *A Suburana usque ad Arniensem nomina vestra proponat*, ad quem locum consulendi sunt eruditi commentatores. Deinde dubitare non debuerat, utrum haec tribus ex Etruria, an alia circa Urbem regione deducta fuerit. Livius enim hic expressis verbis docet, quatuor illas tribus *ex novis civibus additas* esse: cap. autem praecedenti monet, per novos cives intelligendos esse, *qui Vejentium, Capenatiumque ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos, et in civitatem accepti* erant. Vejentes autem Capenatesque et Faliscos fuisse Etruscos notissimum est. Denique sententiae Sigonii, nomen ab Arno flumine deducentis, non obstat, quod nulla ad ea tempora Romanis ad Arnum usque prolata fuerint arma, nullum imperium. Livius enim novas tribus additas esse dicit non ex illis, qui bello victi ac subacti erant, sed ex Vejentibus, Capenatibus ac Faliscis, qui *transfugerant ad*

plebis actum ad frequentiorem jam populum, mo-

Romanos. Licet autem Vejentes, Capenates ac Falisci longo satis terrarum tractu ab Arno remoti fuerint, potuerunt tamen unam tribuum, in quas relati erant a Romanis, ex nomine Arni, celebris in patria antiqua Etruria fluminis, adpellasse. Potuerunt etiam illis admixti fuisse Clusini Arno propiores, quorum occasione bellum cum Gallis erat susceptum, et quos agrum latius possedisse, quam coluisse, supra dixerant Galli 5, 36, 3. Haec itaque Sigonii etymologia verisimilis videbitur, donec verisimilior alia aliunde ostendatur. Ceterum tribuum *Tromentinae*, sive, ut vocavit, *Trometinae* et *Arniensis* nomina adseruit Annius Viterbiensis in commentario ad suppositi tii Q. Fabii Pictor. l. 2. de aureo seculo, non longe a fine.

Eaeque triginta quinque tribuum numerum explevere] Hic numerus mihi suspectus de 35. tribubus, denario: quippe tempore Coriolani 21. erant tribus, auctore Dionysio Halic. [l. 7. p. 469.] hoc autem loco quatuor additae efficiunt numerum 25. Neque ullas hactenus tribus additas memini. Cum autem tempore Livii tribuum numerus erat 35. ut ex l. 1, [43, 12.] patet in Ser. Tullio, quatuor autem ultimis hujus decados libris binae additae inveniantur, praeter quatuor urbanas, a Q. Fabio Maximo (qui id cognominis ea de caussa habere meruit) 9, [46, 14.] adjectas, quomodo hic legemus *XXXV.*? Errorem errori accumulavit, ut puto, locus ille l. 2, [21, 7.] anno ab Urbe condita CCLIX. ubi *XXXI. tribus*, pro *XXI.* leguntur factae: quod ibidem annotavimus. quamquam *tribus* nomen late patet, ut vel apud Dionysium liquet in Ser. Tullio. GLAR. Lege *viginti quinque*, ex vet. lib. ut ante. SIG. Videntur haec verba adjecta esse ab aliquo, qui non animadvertit infra 7, [15, 11.] a Livio scribi duas adjectas esse tribus, item totidem 8, [17, 11.] item duas 9, [20, 6.] et duas praeterea alias 10, [9, 14.] quae hac ratione numerum efficerent tribuum, non 35. sed 43. V. quae notavimus ad 1, [43, 12.] URSIN. *viginti quinque*, non *triginta quinque*, legunt omnes, quos consului, codices scripti: quod idem etiam de Mstis Oxoniensibus Cl. Hearne testatur. V. Sigonium aliosque supra ad 2, 21, 7. Ceterum inter tribus post haec tempora veteribus adjectas male Glareanus numerare videtur quatuor urbanas, quarum Liv. 9, 46, 14. meminit. Non enim Q. Fabius et P. Decius censores facti eas novas addidisse, sed *omnem forensem turbam excretam in eas*, quae nempe jam antea exstiterant, *conjecisse*, *urbanasque* tribus *adpellasse* dicto loco referuntur; sive, *omnem forensem turbam in quatuor tantum modo tribus descripsisse*, *easque urbanas adpellasse* apud Valer. Max. 2, 2, 9. Nam etiam sine quatuor illis urbanis post hunc annum decem novas adjectas esse constabit, si octo ab Ursino enumeratis addantur duae, quarum mentio fit in Epit. Liv. 19. Ceterum *a viginti* habet Voss. 1. τῷ *a* tamen addita nota, qua eam expungendam, legendumque *quae viginti* librarius indicavit, quemadmodum praefert Lovel. 1. *qua viginti* Leid. 2. *haeque viginti* Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. *hee viginti* Lovel. 2. et 5. *aeae viginti* Leid. 1. *hae viginti* Lovel. 4. Portug. et Haverk. [Veith.] Denique *tribuai*, pro *tribuum*, male Harlej. 2. et Haverk.

§. 1. *De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum*] De

2 bilioremque ad cupiditatem agri, quam fuerat. Et de Latino Hernicoque bello mentio facta in senatu, majoris belli cura, quod Etruria in armis erat,
3 dilata est. Res ad Camillum tribunum militum consulari potestate rediit. collegae additi quinque, Ser.

agro Pontico Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. *De agro Pontino* Voss. 1. Leid. 2. et Haverk. *De agro Promptino* Leid. 1. Lovel. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra ad 2, 34, 4. et infra hoc cap. ad §. 4. Tum *Tum ab L. Icinio tribuno* Harlej. 1. *ab Ilicinio tribuno* Voss. 2. et Lovel. 3. *ab Licinio tribuno* Leid. 1. Lovel. 2. 5. et Fragm. Hav. [Veith.] *a L. Licinio* Gaertn. *a L. Sicinio tribuno* edd. Aldina priores.

Ad frequentiorem jam populum, mobilioremque ad cupiditatem agri] Copula *que* deest in Voss. 2. Leid. 2. et Harlej. 2. Tum *nobilioremque* Haverk. sollemni scribarum peccato. V. infra ad 10, 20, 8. *mobiliorem* respicit ad id, quod capite praeced. dictum erat: *Haud magno opere plebem moverant* etc. Si libri addiderent, non displiceret *ob cupiditatem agri*, vel *ab cupiditate*. Sed et vulgatum defendi potest. plebs erat *mobilior ad cupiditatem agri*, id est, facilius moveri poterat ad agrum cupiendum. Infra 29, 3, 13. *Mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida.* c. 12, 3. *Alias gentes motas esse ad spem novandi res.* Vox *agri* deficit in Lovel. 5.

§. 2. *Et de Latino Hernicoque bello mentio facta in senatu*] *Hernico quoque bello* Lovel. 2. et Leid. 1. V. ad 5, 27, 1. *Hernicoque belloque* Harlej. 2. Tum *facta mentio in senatu* Portug. *facta mentio in senatum* Harlej. 2. et Haverk. *mentio facta est in senatum* Gaertn. *mentio facta in senatum* Lovel. 3. et Leid. 1. Sed literam *m* finalem librarii in codicibus, praesertim autem in posterius memorato, pro lubitu vel addiderunt, vel expunxerunt. V. ad 2, 14, 4.

Majoris belli cura, quod Etruria in armis erat, dilata est] *quia Etruria in armis* Lovel. 2. V. ad 38, 36, 4. *quod in armis Etruria erat* Voss. 2. Deinde *dilatum est* ed. Veneta anni 1498. ut referatur ad praecedens *bello*, non ad vocem *mentio*. Verum ita majori distinctione interpungendum foret post *τὰ facta in senatu*. Nunc melius periodus cohaeret. Per peram et sine sensu Ascensius anno 1510. dedit *delata est res ad Camillum*. Ita enim mox verbum *rediit* superfluum erit, nec habebit, quo referatur. Eodem errore *dilata res est ad Camillum* praefert Haverk.

§. 3. *Res ad Camillum tribunum militum consulari potestate rediit*] Prima vox neglegentia scribae omittebatur in Leid. 1. Deinde *tribunum militarem* habent Harlej. 2. Portug. et Haverk. errore scribarum, qui non adsecuti sunt compendium *trib. mil. cons. pot.* V. supra ad 5, 16, 1. Aliter in eadem re lapsos esse, supra vidimus ad 4, 5-, 9. *Camillum tempore medio consulari potestate* praefert Lovel. 4.

Collegae additi quinque, Ser. Cornelius Maluginensis] Quidam libri *Servilius*, quidam *Sergius Cornelius* habebant. Sed ea nomina sunt, non praenomina, ideoque *Servius* legendum. GLAR. *Serg.*

Cornelius Maluginensis, Q. Servilius Fidenas sextum, L. Quinctius Cincinnatus, L. Horatius Pulvillus, P. Valerius. Principio anni aversae curae ho- 4
minum sunt a bello Etrusco, quod fugientium ex agro Pomptino agmen repente inlatum in urbem ad-

vel *Sergius Cornelius* ediderunt Frobenius anno 1531. et quidam postea; at *Servilius Cornelius* habent principes excusi usque Aldum, qui *Servius Cornelius* posuit. Neque aliter est in s[illegible]ptis meis, duobus exceptis, q[illegible]rum alter Lovel. 2. *Q. Servi[illegible] Cornelius*, alter Haverk. *Servi[illegible] Cornelius* exhibent. V. ad E[illegible] Liv. 72. Insuper *quique*, pro *q[illegible]que*, Leid. uterque, lapsu scri[illegible]rum. Sed tota illa vox ex[illegible] ab Harlej. 1. Ceterum secund[illegible] hunc tribunatum Ser. Corn[illegible] esse, cui ideirco numerus in [illegible]vio addendus est, monet Pigl[illegible] in Annal. ad ann. CCCLXVIII. p. 231. Certe, eum hoc anno iterum tribunum esse, constat ex Sigonio ad Liv. 5, 36, 12. Iterati tamen honoris vocabulum addi, necesse non esse, docent, quae supra dicta sunt ad 2, 16, 7.

Fidenas sextum, L. Quinctius Cincinnatus] *Sextus Lucius Quintus Cincinnatus* Voss. 1. et Gaertn. *Sextus Lucius Q. Cincinnatus* Florent. a m. 2. Lovel. 4. et Haverk. *Sextus Lucius Quintus Cincinatus* Lovel. 1. 5. et Leid. 2. *sextum, L. Quintus Cincinnatus* Voss. 2. et Leid. 1. *Quintus* praenomen, et *Quintius* nomen inscitia amanuensium saepe commutantur. V. ad 3, 1, 1. De orthographia cognominis *Cincinnatus* v. ad 3, 12, 8. Mox *Pullatus*, pro *Pulvillus*, Lovel. 2.

P. Valerius] *L. Valerius* Voss. 1. Lovel. 1. 2. 5. et Hearnii Oxon. N. mei, uno tantum excepto, *Lucii* praenomen tribuunt. Verum men[illegible] enim hone[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] ar e[illegible] [illegible] [illegible] [

tulit, Antiates in armis esse, Latinorumque popu-
5 los juventutem submisisse ad id bellum; eo abnuentes publicum fuisse consilium, quod non prohibitos tantummodo voluntarios dicerent militare, ubi
6 vellent. Desierant jam ulla contemni bella. itaque senatus Diis agere gratias, quod Camillus in magistratu

armis esse, Leid. 1. Forte dare voluit *in armis ēe.*

Latinorumque populos juventutem submisisse ad id bellum] Antiqua lectio *juventutem suam misisse ad id bellum.* RHEN. Vet. lib. *juventutem summisisse.* SIG. *juventutem submisisse* Palatini, non *suam misisse*, ut vulgati. GRUT. *juventutem submisisse* genuina lectio mihi est, stabilita Pall. trium consensu. Interim Rhenanus praetulit *juventutem suam misisse.* Quid probasset, si incidisset in lectionem Camp. *juventutem suam submisisse?* GEBH. Vocem *juventutem* omittit Harlej. 1. *juventutemque suam misisse* legit Gaertn. *juventutem suam misisse* in Florent. fuisse videtur, ex quo nihil monitum video. Reliqui omnes, quibus usus sum, *juventutem submisisse* servarunt; quod et de Oxoniensibus suis Hearne professus est. Et recte. *submittere* est auxilio mittere. Infra 44, 4, 9. *Nec auxit copias, integros fessis submittendo.* Caesar 7. Bell. Gall. 85. *Caesar, idoneum locum nactus, quid quaque in parte geratur, cognoscit, laborantibus submittit.* Ubi Davis. alia loca laudat, illum ipsum vero Caesaris male sollicitat, ut et visum est Cl. Cortio ad Sallust. Jug. 54, 10. Vel etiam *submittere* est clam, occulte mittere. Frontin. 2. Strateg. 5, 38. *Caesar, partim peditatu, quem praemiserat, partim ab tergo submissis equitibus, inordinatos est adortus.* 3, 2, 9. *Occisisque calonibus, eorumdem vestitu milites suos, tamquam frumentum reportantes, submisit.* c. 6, 6. *Quemdam exploratae solertiae submisit ad Syracusanos.* Cic. 1. in Verr. 41. *Iste, tametsi singulari est audacia, tamen ad pupillae matrem submittebat.*

§. 5. *Eo abnuentes, publicum fuisse consilium*] *eos abnuentes* Harlej. 1. errore scribae, de quo v. ad c. 3, 8. Tum *annuentes* Voss. 2. Lovel. 1. 5. et Fragm. Hav. familiari librariorum lapsu. Respicienda sunt, quae notantur infra ad 36, 34, 6.

§. 6. *Desierant jam ulla contemni bella*] *Desinerant jam ulla* Harlej. 1. *Desiderant jam ulla* Lovel. 1. 4. Voss. 1. et Leid. 1. *Desiderantia ulla* Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. Insuper *contendi bella* Gaertn. Eodem errore, quo *contentu*, pro *contemtu*, supra datum erat hoc lib. c. 2, 9. (* *contemptio* pro *contentio* 10, 23, 4.)

Ubi quid bellici terroris ingruat] *ubi quid bellici, ubi quid terroris ingruat* Hearnii Oxon. L. 1. Supra 2, 3, 3. *Regem hominem esse, a quo inpetres, ubi jus, ubi injuria opus sit.* V. ad 5, 35, 4. Infra hoc lib. c. 24, 5. *Quis homo, quis Deus est, quem accusare possitis?* 27, 13, 3. *Qui pavor hic, qui terror, quae repente oblivio ani-*

giſtratu eſſet: dictatorem quippe dicendum eum fuiſſe, si privatus eſſet. et collegae fateri, *regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris ingruat, in viro uno eſſe: sibique deſtinatum in* 7
animo eſſe, Camillo submittere imperium. nec quidquam de majeſtate sua detractum credere, quod majeſtati ejus viri conceſſiſſent. Conlaudatis ab senatu

mos cepit? 1, 59, 4. *Auctorque, quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi adversus hoſtilia ausos.* ubi etiam alia vide. Vulgatum tamen, reliquorum codd. auctoritate nixum, praefero. Et forte librarius L. 1. nihil aliud ea scriptura indicare voluit, quam duplici ordine se verba exarata inveniſſe, vel *ubi quid bellici terroris*, vel *bellici ubi quid terroris*. Certe non alius, quam *bellicus terror* intelligi poteſt. Camillus enim praesertim bellica virtute florebat. Paullo ante *eum dicendum, si privatus eſſet*, alio ordine, unaque dictione omiſſa, Lovel. 4. *dicendum eum fuiſſe, si privatus fuiſſet*, pro *si privatus esset*, habet Leid. 2. Verba autem, *Dictatorem quippe dicendum eum fuiſſe, si privatus eſſet*, desunt in Voſſ. 2. culpa librarii, cujus oculis inposuit repetita vox *eſſet*. V. ad 9, 11, 11. Mox alia serie *in uno viro eſſe* Gaertn. *in viro uno eſſe debere* scribendum conjicit vir doctus in margine ed. Curionis.

§. 7. *Sibique deſtinatum in animo eſſe*] *defeſtinatum* Leid. 1. Deinde τὸ *eſſe* non adparet in Leid. 2.

Nec quidquam de majeſtate sua detractum credere] *nequicquam* Voſſ. 2. Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. *nequiquam* Florent. et Leid. 1. Saepe τὰ *necquidquam* et *nequidquam* confundi solent. Quaedam exempla v. ad 9, 18, 5. Praeterea *detractatum* Florent. Leid. 1. et Klock. quo eodem errore *attractatum*, pro *attractum*, in uno cod. invenerunt viri docti ad Suet. Tib. 57. De eo errore infra ago ad 10, 37, 2. (* *retractatum* pro *retractum* 10, 25, 13.) *Detrahere de majeſtate sua* eſt eam minuere. Cic. 1. in Verr. 9. *De meo jure aliquid et commodo detraho.* De Amic. 16. *Multaeque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahique patiuntur.*

Quod majeſtati ejus viri conceſſiſſent] MS. *ejus viri concreviſſent.* Optime. V. Scalig. 2. Auson. Lect. 6. KLOCK. Exſtat haec lectio [*majeſtati*] in sola Andreae recensione. Alioquin omnes *majeſtate*. GEBH. Lego *ultro*, pro *viri*. T. FABER. *majeſtate* etiam Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. Deinde *conſiſtent* Leid. 1. *conſiſtat* Harlej. 1. *conſciſſent* Lovel. 2. *conſiſterent* Lovel. 4. Reliqui *conceſſiſſent* servant, quod etiam genuinum puto. *concedere* eſt cedere. Supra 2, 45, 12. *Ad crescentem tumultu jam metum seditionis collega concedente.* Ovid. Epiſt. 18. Her. 72.

Concedunt flammis sidera cuncta tuis.

In hac locutione jam τῷ *concedere* casus tertius jungi solet. Salluſt. in Jug. 11. *Dein tamen, uti aetati concederet, fatigatus a fra-*

tribunis, et ipse Camillus, confusus animo, gratias
8 egit. *Ingens*, inde ait, *onus a populo Romano sibi, qui*

tre, vix in partem alteram transductus est. et c. 14, 24. *Si defessus malis injuriae concessissem.* Quo utroque loco consulendus est Cl. Corte. Gratius in Cyneg. 192.

Tum non est, victi cui concessere labori.

ubi videndus est Cel. Burmann. Patet igitur ex his, vulgatum *majestati concessissent* probum esse. Similiter *cedere adpellatione*, pro *adpellationi*, ac similia alia librariorum lapsu in Mstis obvia esse, supra vidimus ad 3, 34, 8. Denique vox *viri* deest in edd. vetustioribus, quam primus agnovit Aldus, et codices constanter servant. Eam autem mutandi nullam aliam caussam Faber habuisse videtur, quam quod *viro* mox praecesserit. At illam legitimam ac justam non esse, docebunt, quae supra notavi ad 1, 3, 9.

Conlaudatis ab senatu tribunis, et ipse Camillus, confusus animo] Iterum convisitur haec lectio in sola vetustissima editione. Ceteri Pall. tres MSS. et Campan. *confisus*. GEBH. *confisus animo* etiam Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. Gaertn. et Haverk. *confixus animo* Fragm. Hav. Sed utrumque mendosum, contra vero vulgatam scripturam genuinam censeo, quam meliores codices probant. Alibi *confusus* et *confisus* commutantur. V. Cel. Burm. ad Suet. Caes. 7. *confusus* dicitur perturbatus quocumque animi motu. V. Vorst. de Latin. merito suspect. c. 17. Tennul. ad Frontin. 1, 12, 7. Cel. Burm. ad Valer. Flacc. 1, 79. ad Quinctil. Declam. 8, 8. et Declam. 9, 16. et Cl. Corte ad Plinii 1. Epist. 22. in fine; etiam Gebhardum supra ad 2, 54, 9. Interdum etiam exprimitur affectus, quo quis perturbatur, *confusus pudore, ira, dolore.* Ovidius Epist. 21. Her. 111.

Nomine conjugii dicto, confusa pudore
Sensi me totis erubuisse genis.

Curtius 7, 7. *Alexander non ira solum, sed etiam pudore confusus, quod superstitio, quam celaverat, detegebatur. Confusus* autem *animo*, ut apud Frontin. 1, 11, 3. *Confusis suorum animis, pro concione edixit, nullius se eo die opera usurum* 2, 7, 2. *Militum animos non tantum a confusione retraxit.* Quamvis autem *confusus* plerumque de animo dicatur, non tamen plane vacat additum *animo*. Nam et *vultus* dicitur *confundi*, cum perturbati animi signa etiam in vultu conspiciuntur. Infra 41, 15, 1. *Quum templo egressus esset, paullo post rediit confuso vultu.* Curtius 6, 7. *Huic Cebalinus, ore confuso magnae perturbationis notas prae se ferens, aperit, quae ex fratre compererat.* Id *confusionem in vultu gerere* dixit Valer. Max. 3, 1. ext. 1. *Quum adhuc puer ad Periclem avunculum suum venisset, eumque secreto tristem sedentem vidisset, interrogavit, quid ita tantam in vultu confusionem gereret.* Ceterum *Collaudatus igitur ab senatu et a tr. pl. et Camillus ipse* Lovel. 2. *a senatu* autem Voss. 2. Gaertn. Lovel. 5. et primae edd. Alterum est ab Aldo, cum quo stant reliqui scripti.

§. 8. *Ingens inde, ait, onus a populo Romano sibi*] Correctores minime adtendunt, verbum esse vocem secundam, ac venire ab *indere*. hinc passim habent editi *inde*. GRUT. *Ingens in id ait unus* Lovel. 2. Sed in vulgatum *inde*

se dictatorem jam quartum creasset, magnum a senatu talibus de se judiciis ejus ordinis, maximum tam bono-

ait conspirant, quidquid vidi reliquorum codicum et editionum ante ultimam Gruteri, quae *indi in* contextum recepit; non credo tamen, eum facile ulli hanc lectionem adprobaturum. Cur enim Camillus orationem tribus gradibus augens primo et ultimo membro proprium dedisset verbum; medio autem id vel ex praecedenti vel ex sequenti retrahendum reliquisset? Omnis oratio pendet a verbo *injungi*, in fine addito. *inde ait*, nempe quum tribunis, quos senatus conlaudaverat, gratias egisset. *Inde* igitur, id est, deinde. Infra 42, 55, 6. *Ad Larissam ducit. Inde, quum tria millia ferme abesset a Tripoli, (Scaeam vocant) super Pencum amnem posuit castra.* ubi v. quae notantur. Praeterea *a populo Romano, si qui se* Portug.

Qui se dictatorem jam quartum creasset] Non hoc loco quartum fit dictator Camillus, sed postea anno CCCLXXXVI. [c. 38, 4.] quintum autem ad finem hujus libri [c. 42, 4.] At tantum senatus de se judicium, collegarumque tam benignum animum perinde habuit, atque si dictator creatus fuisset: ipse enim non ita multo post dicturus est ad cunctabundos milites [c. 7, 5.] *An me, quod non dictator vobis, sed tribunus, signum dedi, non agnosciis ducem?* GLAR. *creasset*, pro creaturus fuisset, si privatus esset. Sic multa alia poni, supra adnotatum est. Primam dictaturam Camilli memorat Livius l. 5, 19. secundam l. 5, 46. tertiam l. 6, 2. quartam l. 6, 38. quintam ibid. et c. 42. DUK. *creasset* commode exponi posset, creaturus fuisset; nempe nisi summo in magistratu esset. Et ita opus non erit eo, quod adfert Doujatius, oblatam quidem ei nunc esse dictaturam, sed non delatam, aut certe non admissam. Oblatam enim Camillo nunc dictaturam fuisse, unde probari possit, non video. Aliud suadent verba haec supra, *Dictatorem quippe dicendum eum fuisse, si privatus esset.* Haesisse hic etiam videtur librarius Fragm. Hav. qui voces *jam quartum* primo omisit, ac postea, quamvis eadem manu, in margine adscripsit. Verum aliud hic latet. Quomodo enim *populus Romanus* dicitur *creasse*, vel creaturus fuisse, *Camillum dictatorem?* quum potestas dicendi dictatorem fuerit penes consules vel tribunos militum consulari potestate; si id senatusconsulto facere jussi essent. Neque dici potest, per *populum Romanum* hic intelligi digniorem ac praecipuam ejus partem, senatum ac tribunos consulares; distinguitur enim a senatu et tribunis; et Camillus fatetur, onus sibi injunctum *a populo Romano* ingens, *a senatu* magnum, *a collegis* maximum esse. An respicitur ad id, quod aliquando in republica Romana observatum fuisse legitur? ut quidem dictator diceretur a magistratu, sed non alius, quam quem populus creari jusserat; de quo v. ad 5, 46, 10. Eo modo *creasset* hoc loco erit, creari jussurus fuisset. Sed cogitent viri docti. Ceterum *quartum jam creasset* trajectis vocibus edd. principes, invitis omnibus scriptis. Quare recte ab Aldo mutatum est.

Magnum a senatu talibus de se judiciis] *magnum jam senatu* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *magnum ab senatu* Portug. Haverk. et Lovel. 4. Pronomen autem *se* deficit in Lovel. 2.

9 *ratorum collegarum obsequio injungi. Itaque si quid laboris vigiliarumque adjici possit, certantem secum ipsum adnisurum, ut tanto de se consensu civitatis opinionem, quae maxima sit, etiam constantem efficiat.*
10 *Quod ad bellum atque Antiates adtineat, plus ibi minc-*

Tam honoratorum collegarum obsequio] Vet. lib. *tum honorato collegarum obsequio.* SIG. Recepi hanc lectionem, *tam honorato collegarum obsequio*, quod eam repereram in Palat. sec. vetustissimisque editionibus. Pall. reliqui duo *honoratum.* Vulgo *honoratorum collegarum.* GEBH. *tam honorato collegarum obsequio* ex meis non nisi in levioris auctoritatis codd. Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. inveni: Hearne autem in Oxon. N. Sed *tam honoratum collegarum obsequio* habent Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. Fragm. Hav. et Klock. quod ipse Klockius *honeratûm*, pro honoratorum accepit. *tam oneratum collegarum obsequio* Gaertner. *tam m̄ honoratum collegarum obsequio* Harlej. 1. *tam ornatorum collegarum obsequio* Lov. 2. *Ornare* et *Honorare* inter se commutari, infra videbimus ad 36, 40, 9. *tam honoratorum collegarum obsequio* primum obvium fuit apud Aldum; quod repudiare ausus non sum, licet aliud Sigonio et Gebhardo visum fuerit, iisque adsentiatur etiam Cel. Jac. Perizonius, qui in margine Livii *tam honorato* scribendum conjecit. Verum, an collegas *tam honoratos* vocat, quod eorum quidam jam antea tribunatu functi fuerint, et Q. Servilius inprimis hoc anno eum honorem jam sextum gereret, quoties ipsi Camillo nondum obtigerat? Infra 25, 5, 4. *Hic senes honoratosque juvenis in eo certamine vicit.* V. Cel. Burmann. ad Nason. 1. Fast. 52.

§. 9. *Si quid laboris vigiliarumque adjici possit*] *si quid ei laboris vigiliarumque* Lovel. 2. Male. V. Gronov. ad 10, 7, 9. *si quid laboris vel vigiliarum* Gaertn. Tum *addici* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. qui error inde natus est, quod olim *adici*, pro *adjici*, librarii scripserint, ut etiam scriptum exstat in Florent. Leid. utroque, Lovel. 1. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra ad 2, 10, 9. Inde autem facile fit *addici*, ac saepe factum est a librariis. V. ad 4, 8, 5. Deinde *posset* Gaertn.

Certantem secum ipsum adnisurum] *certamen* est in Klock. et edd. quibusdam antiquis. Deinde *τὸ ipsum* omittunt Harlej. 2. et Port. Inverso ordine *ipsum secum* vulgarunt primi editores usque ad Aldum; cui transponenti, ut nunc exstat, favent reliqui codd. Praeterea *advisurum* Harlej. 2. *amissurum* Gaertn. *certante se tum ipsum adnixurum* habet Lovel. 4.

Opinionem, quae maxima sit, etiam constantem efficiat] *opinioni* Lovel. 1. Tum *constantem ei faciat* Leid. 1. Lov. 2. Harlej. 1. et Haverk. Paullo ante voces *de se*, quae in excusis primis deerant, et ab Aldo demum in contextum admissae sunt, supersunt in omnibus manu exaratis.

§. 10. *Se tamen, ut nihil timendi, sic nihil contemnendi auctorem esse*] *sed tamen* Voss. 2. et Lovel. 3. Interdum has voces librarii commutarunt. V. Gebhard. supra ad 4, 41, 3. et quae notantur infra hoc lib. ad c. 23, 10. Id vero facillime hic evenire potuit, si librarius alio verba praeeunte

rum, quam periculi, esse. se tamen, ut nihil timendi, sic nihil contemnendi auctorem esse. Circumsederi urbem 11
Romanam ab invidia et odio finitimorum: itaque et ducibus pluribus et exercitibus administrandam rempublicam esse. Te, inquit, *P. Valeri, socium imperii con-* 12

codicem exararit, ob vicinum sonum primae literae vocis sequentis, eamque minus distincte pronunciarit. *se tũ* Gaertn. V. ad Liv. 22, 17, 5. Paullo ante *plus sibi minarum*, pro *ibi*, ultima litera vocis praecedentis perperam in hujus initio repetita. V. supra hoc libro ad c. 4, 5.

§. 11. *Circumsederi urbem Romanam ab invidia et odio finitimorum*] *Circumsidendi urbem* Lovel. 5. *Circumsedendi urbem* Voss. 1. in contextu, pro quo *Circumsederi* emendatum est in margine. *Circumsedere* habet Leid. 1. Hinc *urbem Romam* Lovel. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad Epit. Liv. 49. Mox *atque odio* Haverk. Voces autem *et odio finitimorum: itaque et ducibus pluribus et exercitibus* non adparent in contextu Fragm. Hav. eadem tamen manu ad marginem adjectae sunt.

Itaque et ducibus pluribus et exercitibus administrandam rempublicam esse] Veteres libri *administrandam rempublicam opus esse*. Ex quo intellexi, legendum *ad administrandam rempublicam opus esse*. SIG. Non est legitima haec lectio *ad administrandam rempublicam opus esse*, invecta a credulitate Sigonii, qui, minima in codice varietate reperta, ilico prolapsus fuerat ad emendandum. Pall. duo, editiones totidem veterrimae: *et ducibus pluribus et exercitibus administrandam rempublicam esse*. Itaque eo modo reduxi. In Palat. sec. parent quoque hujus lectionis vestigia: quippe *τὸ ad* extritum est, et *opus* ultimo loco ab librario adsutum. GEBH. Vapulet Sigonii codex, qui hanc mangonum scripturam ei subjecit. Livii et sanorum librorum est: *itaque et ducibus pluribus et exercitibus administrandam rempublicam esse*. Eamque firmat auctor 23, [49, 3.] *Utroque impetrato conduxerunt, privataque pecunia respublica administrata est*. 30, [41, 9.] *Ut quatuordecim legionibus eo anno, centum navibus longis, respublica administraretur*. 40, [35, 14.] *Ego jam hinc praedico, Patres conscripti, me exercitu eo, qui nunc est, rempublicam administraturum*. J. FR. GRON. Lectionem, quam Sigonius ex vet. lib. laudavit, tantum inveni in Haverk. et in margine Portug. Reliqui mei, ut et Hearnii Oxonienses, conspirant in eam, quam Gebhardus et Gronovius praetulerunt, nisi quod *administrandum rempublicam esse* obserat Leid. 1. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad 40, 49, 1. *administranda rempublicam esse* Lovel. 3. [*administrandam remp.* omisso *τοῦ esse*, Veith.] *Administrare rempublicam* etiam supra dixit Livius 3, 42, 1. *Nihilo militiae, quam domi, melius respublica administrata est*. 45, 41, 1. *Quam feliciter rempublicam administraverim, non ignorare vos, Quirites, arbitror*. Similiter *gerere rempublicam* supra 2, 64, 5. *Et in Volscis respublica egregie gesta, quum ducis, tum militum opera*. ubi de ea locutione plura vide. Ceterum *ducibus plurimis* edide-

siliique, legiones mecum adversus Antiatem hostem du-
13 *cere placet: te, Q. Servili, altero exercitu instructo paratoque, in urbe castra habere; intentum, sive Etruria se interim, ut nuper, sive nova haec cura, Latini at-*

runt Mediol. anno 1505. eosque secutus Ascensius anno 1513. et 1516. sed invitis codd. scriptis aliisque excusis, quum prioribus, tum posterioribus.

§. 12. *Te, inquit, P. Valeri, socium imperii consiliique*] Pall. omnes *L. Valeri*. neque aliter editiones cascae. GEBH. *L. Valeri* praeferunt etiam omnes mei et Hearnii Oxon. B. N. C. atque excerpta Pith. [Veith.] Neque aliter edd. Rom. anni 1472. et Parm. Male. V. supra hoc cap. §. 3. Praeterea *Te sum quid*, pro *Te, inquit*, Leid. 1. *T. ejus* Harlej. 1. *Te siquidem* Haverk. *Te quidem* Lovel. 2. et 4. [Veith.] Deinde *solatium*, pro *socium*, Klock. Infra hoc cap. *Valerius socius imperii lectus adjecit*. Tandem *τὸ que* omittitur in Leid. 2.

Legiones mecum adversus Antiatem hostem ducere placet] Vox *mecum* deficit in Fragm. Hav. Tum *adversum* Harlej. 1. V. ad Epit. Liv. 47. Praeterea *Antiatem* male exsulat ab Harl. 2. Tandem *hostem ducem* Lovel. 3.

§. 13. *Te, Q. Servili, altero exercitu*] *Teq; Servili* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. atque exc. Pithoei. [Veith.] Neque aliter, quas vidi, editiones ante Frobenianam anni 1535. quae vulgatum prima recepit; quod etiam superest in optimis Leid. 1. et Harlej. 1. Passim praenomen Q. sive *Quintus*, et copula *q;*, sive *que*, in Mstis commutantur. V. infra ad Liv. 22, 31, 7. *Te quia Servili* habent Voss. 2. et Lovel. 3. qui etiam error ex confusis notis Q. et *q2* natus est. Praenomen Servilii hic servandum esse, inde evincitur, quod Camillus reliquos collegas similiter non tantum nomine, sed et praenomine adpellet; quod cur in solo Servilio omitteret, caussam non habebat.

In urbe castra habere] Hic locus confirmat sententiam Gruchii, imperium in magistratu insitum fuisse, quod negabat Sigonius. Eodemque pertinent, quae supra l. 3, 15. seqq. leguntur. DUK. *in urbem* Harlej. 2. Portug. Lovel. 5. et Haverk. Sed alterum in codd. integerrimis superest. V. supra ad 2, 14, 4.

Intentum sive Etruria se interim etc. *sive* etc. *Latini atque Hernici moverint*] *iterum*, pro *Itētum*, sive *intentum*, Fragm. Hav. Deinde *sive Etruria sive interim* Gaertn. *sive Etruria si interim* Leid. 2. et Harlej. 1. quorum librarii *τὸ si* hic necessarium credentes non viderunt, id *τῷ sive* inesse, et accipi debere pro vel si. Terent. in Andr. 1, 5, 57.

Si te in germani fratris dilexi locum,
Sive haec te solum semper fecit maxumi.

Colum. 10, 386.

— — — — si tibi cordi
Longior est, gracili capitis quae vertice pendet,
E tenui collo semen lege: sive globosi
Corporis, atque utero nimium quae vasta tumescit,
Ventre leges medio.

que Hernici, moverint. Pro certo habeo, ita rem gesturum, ut patre, avo, teque ipso ac sex tribunatibus dignum est. Tertius exercitus ex caussariis senioribus- 14
que a L. Quinctio scribatur, qui urbi moenibusque prae-

Ita *neve* resolvendum est in *vel non*, aut *vel ne*. V. Cl. Cortium ad Sallust. Catil. 34, 3. *nec* et *neque* in *et non*. V. infra ad 32, 10, 6. Tum *Hernicini* Leid. 1. et Fragm. Hav. Denique *moverent* Harlej. 1.

Pro certo habeo, ita rem gesturum] *Pro certo abeo* Leid. 1. omissa adspiratione, ut saepe fieri solet. V. infra ad 22, 59, 19. Praeterea *ita te rem gesturum* Fragm. Hav. Sed pronomen, quod ab aliis codicibus exsulat, etiam abesse, et commode ex sensu intelligi potest. [*ita esse rem gesturum* Veith.] Denique *ut patre, avoque, teque ipso* Haverk. a m. 1. addito priori *que*, quod manus altera iterum delevit, et in omnibus reliquis deest. *ut patre quoque ipso* Lovel. 5. a m. 1. *ut patre quoque avo* a m. 2. *ut patre, avo, teque ac ipso* Lovel. 1. [*ut patre aut teque ipso* Veith.]

§. 14. *Ex caussariis senioribusque*] *Caussarii* qui sint, non temere, quitibi explicat, invenias. Sed id ex verbis tamen Ulpiani jureconsulti l. 6. ad edictum facile colliges. Ea sunt in tertio scripta digestorum volumine, quo titulo de his agitur, qui notantur infamia [l. 2. §. 2.] *Ignominiae caussa missum. hoc ideo adjectum est, quoniam multa genera sunt missionum. Est honesta, quae emeritis stipendiis vel ante ab imperatore indulgetur; et caussaria, quae propter valetudinem laboribus militiae solvit.* Ex quibus verbis ratiocinari possumus, *caussarios* proprie dici milites, valetudinis caussa missos. POLITIAN. Miscell. c. 92. V. Lipsium 1. de Milit. Rom. Dial. 4. DUK. Copulam *que* omittit Lovel. 2.

A L. Quinctio scribatur, qui urbi moenibusque praesidio sit] *a Tito Quintio* Pall. omnes et editiones cascae. GEBH. *a Tito Quintio*, vel *Quinctio*, Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. N. L. 2. et excerpta Pith. *a T. Quintio* Lovel. 4. et 5. *ab Tito Quintio* Haverk. Sed *Lucii* praenomen recte servant omnes libri supra hoc cap. §. 3. Tum *qui urbi membrisque praesidio sit* Lovel. 4. *quod urbi moenibusque sit* Lovel. 3. *quod urbi moenibusque praesidio sit* Voss. 2. Ut forte scribere voluerit *quod urbi moenibusque praesidium sit*, pronomine relativo sequenti respondente, more Livii. V. infra ad 32, 30, 5. Ita Gronov. infra ex conjectura emendat 31, 8, 8. *Donec et ipse quinque millia sociûm ac nominis Latini effecisset. id praesidium Siciliae provinciae esse.* ubi vulgo editur, *id praesidio.* Quum tamen omnes alii codices vulgatum hoc loco servent, praestare videtur, ut dicamus, illud *quod* in paucis his codd. natum esse ex eo, quod librarii inperite compendia scribendi *q*, sive *qui*, et *q9*, sive *quod*, inter se commutarint. V. infra ad 37, 35, 3. *Esse praesidio* autem ut infra 31, 11, 3. *Missis in vicem earum quinque millibus sociorum, qui interim Etruriae praesidio essent.* et saepe alibi. *qui urbis* male praeferunt primae edd. pleraeque, pro quo Ascensius anno 1513. recte *urbi* substituit, ut habent scripti, et jam ante receperat ed. Parm.

sidio sit. L. Horatius arma, tela, frumentum, quaeque
15 *belli alia tempora poscent, provideat. Te, Ser. Corneli, praesidem hujus publici consilii, custodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum, collegae*
16 *facimus.* Cunctis in partes muneris sui benigne pol-

Arma, tela, frumentum, quaeque belli alia tempora poscent] Vet. lib. *arma, tela, frumentumque, quae bellica tempora poscent.* SIG. Non referam Pall. hic duorum, quoniam in vitio habitat, scripturam. Campanus edidit, ut refert Palat. sec. *frumentumque, quae bellica tempora poscent.* Sed nihil sani existimo in hac novitate. GEBH. Sic 9, [29, 4.] *Arma, quaeque alia res poscit.* Quid est tamen, quod scripti *bellitia*, vel *bellica tempora?* Verumne est hoc posterius? quando et 4, [20, 9.] *Quod imbelle triennium ferme pestilentia inopiaque frugum fuit.* 10, [1, 4.] *Tamen ne prorsus imbellem agerent annum.* Silius Ital. 11, [408.]

— — — *discatque Lyaeo*
Imbellem donare diem.

Rursus *bellicosum annum* noster 10, [9, 10.] *Differendi sibi consulatus in bellicosiorem annum.* Quare nec dubitabam olim conjicere apud Silium eodem libro v. 591.

Ut longa imperia atque armatos proroget annos
Hannibal.

Quod postea invenimus Oxonii à scripto firmatum. Vulgo *armatus.* Cbifl. *bellutia.* MargoVoss. *bellantia.* Forte *bellantium.* J.FR. GRON. *quia quae*, pro *quaeque*, Lovel. 3. *frumentumque, quae bellica tempora poscent* Leid. 2. Lovel. 2. Harlej. 2. Portug. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. C. Neque differt Haverk. nisi quod verbum *poscent* omittat. *frumentumque, quaeque bellica tempora poscet*, id est *posceret*, Gaertn. *frumentum quaeque bellicia tempora poscent* Voss. 1. pro quo *bellantia tempora*, ut jam Gronovius monuit, margo obfert. *frumentum, quaeque bellitia tempora poscent* Lovel. 1. et 5. *ferramentum, quaeque bellica tempora poscent* Lovel. 4. ut *bellica tempora*, ita contra *annus quietus* 2, 18, 11. *Tacitae induciae quietum annum tenuerunt. tempus segne* 38, 22, 6. *Haud segne id ipsum tempus consumserat.* Moveor tamen, ne huic lectioni adsensum praebeam, quod non nisi minoris fidei Msti ita praeferant. Quam proxime veterem lectionem *frumentum, quaeque belliatia tempora poscent* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1, ipsum etiam vulgatum *frumentum, quaeque belli alia tempora* superest in Voss. 1. Eorum verborum ordo est, *frumentum et alia, quae tempora belli poscent.* Quomodo fere obcurrit infra 34, 6, 13. *In eamdem diem pecuniae, frumentum, et cetera, quae usus postulabant, praebenda publicani se conducturos professi erant.* et 36, 26, 5. *Pecuniam, quae ad belli usus necessaria erat, legatis dedit.* Posses et ordinem constituere *frumentum et alia belli, quae tempora poscent.* Certe vulgatam scripturam non mutandam puto. Ceterum *poscerent* Voss. 2. et Lov. 3. Scriptum fuisse crediderat scriba *posc'et.* V. supra ad 2, 56, 7.

§. 15. *Te, Sergi Corneli*] Vet. lib. *Te, Servi Corneli.* SIG. *Sergi Corneli* primum obvium fuit in ed. Froboniana anni 1531. Priores enim editores dederunt *Ser-*

licentibus operam, Valerius, socius imperii lectus, adjecit; *M. Furium sibi pro dictatore, seque ei pro magistro equitum futurum. Proinde, quam opinionem* 17
de unico imperatore, eam spem de bello haberent. Se vero bene sperare, Patres, *et de bello, et de pace uni-*

illi Corneli. pro quo Aldus recte *Servi Corneli* substituerat. Id autem in omnibus etiam superest scriptis. V. ante hoc cap. ad §. 3.

Custodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum collegam facimus] Emenda *collegae facimus.* ut sit sensus: Te, Sergi Corneli, praesidem hujus publici consilii, custodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum ego et collegae mei, de quibus toties jam dictum est, facimus. RHEN. Lectionem, a Rhenano abolitam, servant tantum Harlej. 2. Gaertn. Lovel. 1. 4. 5. Portug. et Haverk. [Veith.] Idem de Oxon. N. et C. Hearne testatur. Contra Rhenano consentiunt Florent. Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Klock. et Fragm. Hav. Neque multum abit Leid. 1. *collega facimus* manifeste mendosum praeferens. Indocti librarii non intellexerunt Livio aliisque familiarissimum loquendi genus *collegae facimus*, pro nos collegae facimus. Infra 32, 21, 16. *Si victus armis cessit, Achaei arma Romana sustinebimus, quae vos Macedones non sustinuistis?* ubi v. quae notantur. Praeterea *omnium rerum urbanarum*, transpositis dictionibus, Lovel. 4.

§. 16. *Cunctis in partes muneris sui benigne pollicentibus operam*] *in partes operis* Hearnii Oxon. C. quod ex marginali glossa in contextum receptum est. *in partes numeris sui*, transpositis perperam literis, Leid. 1. Lovel. 3. 5. a m. 1. et Harlej. 2. V. ad 6, 15, 10. Mox *lectus* deficit in Lovel. 5. *proditore*, loco τοῦ *pro dictatore*, legit Haverk.

§. 17. *Quam opinionem de unico imperatore, eam spem de bello haberent*] *qua opinionem* Voss. 2. Alibi librarios ita variasse, supra vidimus ad 2, 31, 2. *quod opinionem* Fragm. Hav. quomodo etiam saepe peccatur in Mstis. V. ad 5, 51, 7. Tum *eandem spem in bello* Lovel. 2. Deinde *haberet* Harlej. 2.

Se vero bene sperare et de bello, et de pace, universaque republica erecti gaudio fremunt] Rott. Voss. duo, cum edd. *Se vero bene sperare, Patres, et de bello.* Prorsus ut 28, 8, 9. *Se vero ea, quae postularent, decernere Patres.* JAC. GRON. Vocem *Patres* servant omnes scripti et mei et Hearnii Oxonienses; insuper eamdem servant omnes editiones usque ad Dan. Heinsium, cujus cura in lucem emissa ed. Elzevir. eam prima omisit; praeterea etiam male distinxit hoc modo *universaque republica. Erecti gaudio.* Quasi priora verba *Se vero bene* etc. *universaque republica* etiam a Valerio pronunciata forent. Elzevirianam secuta est prima Gronovii editio, qui in posterioribus quidem locum melius distinxit, vocem omissam tamen non restituit, quod demum Cl. Jac. Gronovius fecit. In Lovel. 2. et Haverk. vox *Patres* quidem superest, sed in alium locum trajecta, ibi *Patres erecti gaudio.* Voces *haberent. Se*

ctoriae triplicem triumphum ex his ipsis Volscis,
5 *quis, et ex Etruria egiſtis. An me, quod n*
tor vobis, sed tribunus, signum dedi, non
ducem? neque ego maxima imperia in vos desi
vos in me nihil, praeter me ipsum, intueri
que enim dictatura mihi umquam animos fecit
6 *exsilium quidem ademit. Iidem igitur omnes su*
quum eadem omnia in hoc bellum adferamus,

rietur; quod Livio familiare eſſe, infra videbimus hoc libro c. 28, 3. Non tamen verum praeſtare audeo, quum nulli concinant codices, qui omnes priori loco *ex* servant, quemadmodum Aldus reſtituit. Deinde *et Aequis ex Etruria* Fragm. Hav. *et Aequis Etruria* Gaertn. Male. Non enim Aequi Etruriae, sed Latii novi, populi fuere. Vocula igitur *et* a sequenti *ex* intercepta eſt. Eodem modo peccavit, errorem insuper alio errore cumulans, librarius Leid. 1. *et Aequis ex Etrurie geſtis*. Sed olim unica serie scriptum fuerat *Etruriaegiſtis*, unde, male divisis vocabulis, inperitior fecit *Etruriae giſtis*, quod in *Etrurie geſtis* alius commutavit. Et ita in Harlej. 1. *ex Etruriae egiſtis* haud multum diſſimili errore datum eſt, *ex Etrurie egeſtis* in Lovel. 1. *ex Etrurie egiſtis* in Voſſ. 1. et Leid. 2. Contra *et Aequis et Etruria egiſtis* habent Voſſ. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *et Aequis et Etruscis egiſtis* Lovel. 4. ubi praepositio *ex* excidit ob similitudinem praecedentis *et*. Pariter *et* atque *ex* alteram alteri cauſſam exſtitiſſe, ut interciderent, supra vidimus ad 5, 32, 4. *Etruscis*, pro *Etruria*, etiam eſt in Lovel. 2.

§. 5. *An me, quod non dictator vobis, sed tribunus, signum dedi, non agnoscitis*] *sed tribunis* male Harlej. 2. *sed tribus* Lovel. 2. Deinde *non* Harlej. 2. Si perpetua ferentia verborum *a cognoscere*, quam t Grammatici, ut *agnosc* antea nota fuere, *eo* quae nunc demum no pimus, omnino vulgat dum foret. (* v. Serv. Aen. 155.) Nam mili lum, quem antea nove non *agnoscebant*, quia olim, magiſtratu iis pr rum, quamvis saepe rentiam scriptores no rint, quemadmodum necc. ad Juſtin. 2, 6, minus tamen vulgatu dum eſt, quoniam pr reliqui omnes scripti.

Neque ego maxima im desidero] *neque eo* Voſſ. errore supra v. ad 2, *decetur*, pro *decet*, Lei 39, 22, 8.

Ut ne exsilium quid Ita edidit Ascensius Neque aliter praeferu et edd. Rom. anni 1472 quas secuti ediderunt nullo commodo sensu. iam haec vocabula sunt. V. ad 2, 53, 4. 36, 7, 15. Tum *quid ad* 4. Praeterea vocula *u* Flor. a principio, qu

scorum modo juventutem Antiates ex nova subole lectam, sed ingentem Latinorum Hernicorumque conciverant ex integerrimis diutina pace populis. itaque novus hostis veteri adjunctus commovit animos militis Romani. Quod ubi aciem jam instruenti 2
Camillo centuriones renunciaverunt, *turbatas militum mentes esse, segniter arma capta, cunctabundosque*

2. et Lovel. 2. altera scriptura, quam editi praeferunt, *suboles* haesit. V. etiam infra hoc libro ad c. 12, 4. Eam tamen veriorem esse passim viri docti docuerunt, monentes illam convenire origini vocis, ac firmari auctoritate marmorum et integerrimorum codicum. V. Pierium ad Maron. Ecl. 4, 49. 3. Georg. 71. 4. Aen. 328. Gifanium Collectan. in Lucret. in v. *Suboles*, Dausquej. in Orthogr. parte 2. in eadem voce, et denique Vossium in Etymol. Ling. Lat. etiam in eadem voce. (*v. Vir. doct. ad Suet. Galb. 1. Burm. ad Lucani 2, 330.) Mox *concinaverit* mendose, pro *conciverant*, scripsit librarius Lovel. 5. pro quo manu altera deinde emendatum est *concitaverant*. Haec verba saepe inter se confundi, infra videbimus ad 23, 41, 2. De verbo autem *concire* hoc sensu v. ad 8, 17, 2.

Novus hostis veteri adjunctus commovit animos militis Romani] Palat. sec. *conjunctus*. GEBH. *conjunctus* etiam Lovel. 5. Harlej. 1. et Haverk. Neque multum discedunt Gaertn. et Portug. qui *coniunctus*, vel *conuictus* praeferunt. Solent autem *junctus* sive *iictus* et *uictus* eorumque composita passim in Mstis commutari. V. infra ad Epit. Liv. 68. Deinde *admovit* Gaertn. cujus librarius duas praepositiones, ex quibus duo verba vicina ac contigua composita erant, commutavit. Deinde *animos militum*, ultima voce neglecta, Haverk. Male. V. infra ad 7, 35, 2. *animos militibus Romanis* Florent. a manu recenti. Eo modo id dictum censeri posset, quo *restituere et reficere alicui animum*. De ea similibusque locutionibus v. ad 21, 53, 2. Potius tamen credo, id in Florent. emendatum esse ex ingenio ejus, qui librum recensuit, quum mendose a m. 1. scriptum invenisset *animos militis Romanis*.

§. 2. *Cunctabundosque et resistentes egressos castris esse*] Sec. Palat. cum Campani editione praefert *et resistentes egressos e castris*. GEBH. Forte *restitantes*. Hoc est enim identidem subsistere, non progredi. Plautus Capt. [3, 2, 3.]

— — *ita me miserum restitando*
Retinendoque lassum reddiderunt.

Liv. 10, [19, 5.] *Haec monendo obtestandoque prope restitantes consules in concionem pertraxerunt.* J. FR. GRON. *resistentes* in plerisque libris superest, nisi quod *recedentes* sit in contextu Voss. 1. et Hearnii Oxon. N. *ressentes* in Harlej. 1. *serentes* in Leid. 1. *tepescentes* in margine Lovel. 2. *tepentes* in Lovel. 4. et 5. Non displicet tamen, quod Gronovius conjecit, *restitantes*. Eo et alibi Livius usus est. 7, 39, 14. *Nihil*

runt pariter omnes, clamore sublato, *Sequere im*
3 *ratorem*, pro se quisque clamantes. Emissum eti
signum Camilli jussu in hostium aciem ferunt;
4 que ut repeteretur, concitatos antesignanos.
primum pulsum Antiatem, terroremque non in p
ma

quod etiam supereſt in omnibus scriptis. Cohaerent enim *senecta*, sive per senectutem, *invalidum ad munera corporis*. [*jam* omittit Veith.]

Sequere imperatorem] Simile quid de Ptolemaeo Diodorus l. 18. [p. 646.] cujus virtute quoque incitati amici fortius pugnabant: *Ἀκολούθως*, inquiens, *τούτῳ καὶ τῶν φίλων τοῦ Πτολεμαίου διαγωνιζομένων*. etc. GEBH.

§. 3. *Emissum etiam signum Camilli jussu in hostium aciem ferunt*] Nec displiceret *Missum etiam*. Vult enim conjectum et rotatum manu. J. FR. GRON. Ita *mittere tela, hastas*, et similia saepe obcurrunt. Liv. 7, 23, 8. *Locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastaeque non, tamquam ex aequo missa, vana caderent*. 10, 29, 8. *Postquam nec clamor hostium, nec inpetus, nec tela missa, eamdem vim habere visa*. 38, 29, 6. *Ne fluxa habena voluteetur in jactu glans, sed tamquam nervo missa excutiatur*. Similiter *tormento missa tela* infra 24, 34, 14. *Ut non solum missa tormento, sed etiam, quae pondere suo provoluta essent, graviter in hostem inciderent*. ubi v. Gronovium; qui etiam *vox coelo missa*, pro *emissa*, supra emendabat 5, 51, 7. Omnes tamen, quos adhibui, codices vulgatum *Emissum etiam* servant, nisi quod *Emissum jam* sit in Lovel. 2. et 4. [Veith.] et *Et est missum etiam* in Harlej. 1. unde tamen recepta lectio firmari poteſt. Scrip
enim haec inde orta eſt, q
unam vocem *Emissum* in du
viserit librarius, inde disjun
primam literam, qua verbum
innui putabat. Nam saepe i
manuscriptis unica hac liter
primi solet. Vulgatum ita
invitis libris Mſtis omnibus,
tare non audeo, praesertim q
tela et similia aeque *emitti*,
mitti, dicantur. Infra 24, 3
*In eas, quae procul erant, m
saxa ingenti pondere emittebat*
2, 6. *Subsidunt Hispani adve
emissa tela ab hoste, inde ad
tenda ipsi consurgunt*. 28, 33
*Emissis levibus telis, quae ir
re magis, quam decernere, pu
poterant, gladios nudant*. Ub
gonius et ipse Gronovius em
telis, pro *missis*, ex codd. s
ptis adversus Rhenanum ri
carunt. Ut autem hic *emitte
gnum in hostium aciem*, ita in
signum intra vallum dixit Li
29, 3. *Consulem signum quoq
tra vallum injecisse ferunt*. ub
iam simplex *jecisse* subficere
tuerat. Deinde *in hostium fe
tur* sine sensu praefert Le
feruntur etiam Harlej. 1. et
vel. 4. *Τὸ aciem* autem dee
Lovel. 5.

*Idque ut repeteretur, concitat
tesignanos*] *ut interpeteretur* Fr
Hav. *ut reperetur* Leid. 2. *idqu
irruperat* Lovel. 2. *idque irru
Lovel. 4. Tum *antesignanos* L
2. Lovel. 4. et Gaertn. V. s
ad 4, 47, 2.

stitia, milites, haec, quae insolita cunctatio est? Hostem, an me, an vos ignoratis? Hostis est quid aliud, quam perpetua materia virtutis gloriaeque vestrae? Vos contra, me 4
duce, (ut Falerios Vejosque captos, et in capta patria Gallorum legiones caesas taceam) modo trigeminae vi-

psin omitti solent. V. infra ad 23, 45, 6. Tum *Quae tristia* Leid. 1. aberratione librarii. V. ad 26, 36, 12. Mox *quae tristitia, milites, haec, quae insolita est cunctatio*, trajectis vocibus, Gaertn. *quae tristitia, milites, insolita, quae haec cunctatio est* Lovel. 2.

Hostem, an me, an vos ignoratis] *Hostem anti duos ignoratis* neseio quid cogitans dedit scriba Leid. 1.

Hostis est quid aliud, quam perpetua materia virtutis gloriaeque vestrae] Ordo verborum Cl. Ant. Perizonio displicuit, qui ad oram Livii legendum conjecit *Hostis quid est aliud*. Perionium etiam in concionibus Livianis *Hostis quid aliud est* edidisse, Cl. Hearne observat. Supra 4, 2, 13. *Quid esse aliud, quam minari, se proditurum patriam?* Codices omnes tamen ordinem vulgatum servant. Ceterum *Hostis esse quid aliud* habet Leid. 1. et deinde *materia virtutisque gloriaeque vestrae* Gaertn.

§. 4. *Ut Falerios Vejosque captos, et in capta patria Gallorum legiones caesas taceam*] Palat. pr. ac sec. *etiam capta patria*. Non probo. Tertius *et jam capta patria*. GEBH. *ut Falerios Vejos captos*, sine conjunctione, Harlej. 2. quam tamen reliqui codd. tuentur. Monet etiam Cl. Hearne, Perionium in concion. Liv. *Falscos* edidisse. Sed supra v. ad 5, 27, 4. Codices omnes vulgatum servant, nisi quod *Valerios* sit in Gaertn. Deinde *etiam capta patria* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Portug. et Haverk. *et jam capta patria* Harlej. ambo, Gaertn. et Fragm. Hav. *et etiam capta patria* Hearnii Oxon. B. et N. *et capta patria* ejusdem L. 2. Camillus in semirutae solo urbis primo concursu Gallos fudit, eoque defendi potest vulgatum. Justiore altero deinde proelio ad octavum lapidem Gabina via eosdem vicit. V. Liv. 5, 49. Eo si respexisset, non *et jam capta* vel *etiam capta*, sed *recepta patria* dixisset. *factam*, pro *taceam*, perperam scripsit librarius cod. Klock.

Modo trigeminae victoriae triplicem triumphum] *tergeminae* Lovel. 2. et multae edd. vetustae. Quum autem supra ad Epit. Liv. 1. dictum sit, *trigeminus* pro tribus uno partu editis, *tergeminus* pro triformi, triplici usurpari, ea lectio etiam vera esse videri posset. Codd. tamen reliqui et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. constanter *trigeminae* hic defendunt. Quare eam lectionem, quam primus Aldus in contextum recepit, veriorem judico, ut ita victorias, quas Camillus uno eodemque anno de Volscis et Aequis et ex Etruria reportavit, Livius considerarit tamquam trigeminum virtutis Camilli foetum, uno partu, id est, uno anno editum. Et ita supra c. 43, 1. *triumphans in urbem rediisse, trium simul bellorum victor* dicitur.

Ex his ipsis Volscis, et Aequis, et ex Etruria egistis] *de his ipsis Volscis et Aequis et ex Etruria* priscae edd. ut ita praepositio va-

ctoriae triplicem triumphum ex his ipsis Volscis, et Ae-
5 *quis, et ex Etruria egistis. An me, quod non dicta-*
tor vobis, sed tribunus, signum dedi, non agnoscitis
ducem? neque ego maxima imperia in vos desidero: et
vos in me nihil, praeter me ipsum, intueri decet. ne-
que enim dictatura mihi umquam animos fecit, ut ne
6 *exsilium quidem ademit. Idem igitur omnes sumus: et,*
quum eadem omnia in hoc bellum adferamus, quae in

rietur; quod Livio familiare esse, infra videbimus hoc libro c. 28, 3. Non tamen verum praestare audeo, quum nulli concinant codices, qui omnes priori loco *ex* servant, quemadmodum Aldus restituit. Deinde *et Aequis ex Etruria* Fragm. Hav. *et Aequis Etruria* Gaertn. Male. Non enim Aequi Etruriae, sed Latii novi, populi fuere. Vocula igitur *et* a sequenti *ex* intercepta est. Eodem modo peccavit, errorem insuper alio errore cumulans, librarius Leid. 1. *et Aequis ex Etrurie gestis*. Sed olim unica serie scriptum fuerat *Etruriaegistis*, unde, male divisis vocabulis, inperitior fecit *Etruriae gistis*, quod in *Etrurie gestis* alius commutavit. Et ita in Harlej. 1. *ex Etruriae egistis* haud multum dissimili errore datum est, *ex Etrurie egestis* in Lovel. 1. *ex Etrurie egistis* in Voss. 1. et Leid. 2. Contra *et Aequis et Etruria egistis* habent Voss. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *et Aequis et Etruscis egistis* Lovel. 4. ubi praepositio *ex* excidit ob similitudinem praecedentis *et*. Pariter *et* atque *ex* alteram alteri caussam exstitisse, ut interciderent, supra vidimus ad 5. 32, 4. *Etruscis*, pro *Etruria*, etiam est in Lovel. 2.

§. 5. *An me, quod non dictator vobis, sed tribunus, signum dedi, non agnoscitis*] *sed tribunis* male Harlej. 2. *sed tribus* Leid. 1. et Lovel. 2. Deinde *non cognoscitis* Harlej. 2. Si perpetua foret differentia verborum *agnoscere* et *cognoscere*, quam tradiderunt Grammatici, ut *agnoscamus*, quae antea nota fuere, *cognoscamus*, quae nunc demum noscere incipimus, omnino vulgatum servandum foret. (* v. Serv. ad Virg. 8. Aen. 155.) Nam milites Camillum, quem antea noverant, nunc non *agnoscebant*, quia alio, quam olim, magistratu iis praeerat. Verum, quamvis saepe hanc differentiam scriptores non observarint, quemadmodum docet Bernecc. ad Justin. 2, 6, 20. nihilominus tamen vulgatum servandum est, quoniam pro eo stant reliqui omnes scripti.

Neque ego maxima imperia in vos desidero] *neque eo* Voss. 2. De quo errore supra v. ad 2, 18, 6. Mox *decetur*, pro *decet*, Leid. 1. V. ad 39, 22, 8.

Ut ne exsilium quidem ademit] Ita edidit Ascensius anno 1513. Neque aliter praeferunt scripti, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quas secuti ediderunt *auxilium*, nullo commodo sensu. Alibi etiam haec vocabula commutata sunt. V. ad 2, 53, 4. et infra ad 36, 7, 15. Tum *quid ademit* Lovel. 4. Praeterea vocula *ut* deerat in Flor. a principio, quam a lasci-

priora adtulimus, eumdem eventum belli exspectamus. Simul concurreritis, quod quisque didicit ac consuevit, faciet. Vos vincetis, illi fugient.

VIII. Dato deinde signo, ex equo desilit, et 1
proximum signiferum, manu adreptum, secum in
hostem rapit; *infer, miles*, clamitans, *signum.* quod 2
ubi videre ipsum Camillum, jam ad munera corpo-
ris senecta invalidum, vadentem in hostes, procur-

va manu additam judicabat Salvia. Paullo ante *τὸ enim* exsulabat etiam ab eodem Flor.

§. 6. *Iidem igitur omnes sumus*] *dem igitur omnes* Leid. 1. *Isdem igitur omnes* Harlej. 1. *Idem igitur omnes* Florent. Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 5. Portug. a m. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Similiter etiam typis descripti post edd. Rom. anni 1472. et Parm. usque ad Aldum. V. ad 40, 22, 14. Insuper verbum *sumus* deficit in Harlej. 1.

Quum eadem omnia in hoc bellum adferamus, quae in priora adtulimus] *adfirmamus* Leid. 2. *afferemus* Haverk. Deinde *in priora attulerimus* Leid. 2. *in priore attulimus* Haverk. Mox *eventum eundem belli* alio ordine excusi ante Aldum invitis calamo exaratis, quos Aldus secutus est.

Simul concurreritis, quod quisque didicit ac consuevit] *Simul cum curreritis* Gaertn. V. ad 4, 24, 7. *Simul concurritis* Portug. et Haverk. Quum *concurr' itis* scriptum esset, librarii supini additum signum negleverunt: cujus erroris passim in Mstis exempla obcurrunt. *Simul concurrentis* Lovel. 5. a m. 1. literis *ri* in *u* coalescentibus; de quo dictum ad 3, 30, 3. Male ergo in eodem a manu altera emendatum est *concurretis.* [*concurrentes* Veith.] Deinde *didicit aut consuevit* Gaertn. Quae voculae saepissime in membranis vetustis confunduntur. V. infra ad 21, 53, 3. *didicit ac consuerat* Lovel. 4. a m. 1.

§. 1. *Dato deinde signo, ex equo desilit*] *Dato inde signo* edd. principes, pro quo Aldus *deinde* subposuit, quod etiam superest in omnibus scriptis. Solent hae voces saepe commutari. V. infra ad 36, 24, 10. Postea *ex equo desiliit* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. Eamdem lectionem etiam in Palat. 2. superesse, Andream vero *ex equo consilit* monstrose edidisse, monuit Gebhardus supra ad cap. praec. §. 3. ad quem locum etiam vulgatum, quod in reliquis perstat, servandum dixi.

§. 2. *Vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes, clamore sublato*] *valentem* Leid. 1. Tum, transpositis vocibus, *procurrunt omnes pariter* Gaertn. *percurrunt pariter, clamore omnes sublato* Lovel. 4. At *per iter*, pro *pariter*, Fragm. Hav. Paullo ante *ad vulnera corporis*, pro *ad munera*, Lovel. 5. At pariter, ut hoc loco Livius, locutus est Cic. de Amic. 6. *Ut dolore careas, et muneribus fungare corporis.* Tum *senecta invalida*, pro *invalidum*, editt. principes. Sed alterum recte Aldus recepit,

runt pariter omnes, clamore sublato, *Sequere impe-*
3 *ratorem*, pro se quisque clamantes. Emissum etiam
signum Camilli jussu in hostium aciem ferunt; id-
4 que ut repeteretur, concitatos antesignanos. Ibi
primum pulsum Antiatem, terroremque non in pri-
mam

quod etiam superest in omnibus scriptis. Cohaerent enim *senecta*, sive per senectutem, *invalidum ad munera corporis*. [*jam* omittit Veith.]

Sequere imperatorem] Simile quid de Ptolemaeo Diodorus l. 18. [p. 646.] cujus virtute quoque incitati amici fortius pugnabant: Ἀκολούθως, inquiens, τούτῳ καὶ τῶν φίλων τοῦ Πτολεμαίου διαγωνιζομένων. etc. GEBH.

§. 3. *Emissum etiam signum Camilli jussu in hostium aciem ferunt*] Nec displiceret *Missum etiam*. Vult enim conjectum et rotatum manu. J. FR. GRON. Ita *mittere tela, hastas*, et similia saepe obcurrunt. Liv. 7, 23, 8. *Locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastaeque non, tamquam ex aequo missa, vana caderent*. 10, 29, 8. *Postquam nec clamor hostium, nec impetus, nec tela missa, eámdem vim habere visa*. 38, 29, 6. *Ne fluxa habena volutetur in jactu glans, sed tamquam nervo missa excutiatur*. Similiter *tormento missa tela* infra 24, 34, 14. *Ut non solum missa tormento, sed etiam, quae pondere suo provoluta essent, graviter in hostem inciderent*. ubi v. Gronovium; qui etiam *vox coelo missa*, pro *emissa*, supra emendabat 5, 51, 7. Omnes tamen, quos adhibui, codices vulgatum *Emissum etiam* servant, nisi quod *Emissum jam* sit in Lovel. 2. et 4. [Veith.] et *Et est missum etiam* in Harlej. 1. unde tamen recepta lectio firmari potest. Scriptura enim haec inde orta est, quod unam vocem *Emissum* in duas diviserit librarius, inde disjungens primam literam, qua verbum *Est* innui putabat. Nam saepe id in manuscriptis unica hac litera exprimi solet. Vulgatum itaque, invitis libris Mstis omnibus, mutare non audeo, praesertim quum *tela* et similia aeque *emitti*, ac *mitti*, dicantur. Infra 24, 34, 8. *In eas, quae procul erant, naves saxa ingenti pondere emittebat*. 28, 2, 6. *Subsidunt Hispani adversus emissa tela ab hoste, inde ad mittenda ipsi consurgunt*. 28, 33, 5. *Emissis levibus telis, quae irritare magis, quam decernere, pugnam poterant, gladios nudant*. Ubi Sigonius et ipse Gronovius *emissis telis*, pro *missis*, ex codd. scriptis adversus Rhenanum vindicarunt. Ut autem hic *emittere signum in hostium aciem*, ita *injicere signum intra vallum* dixit Liv. 4, 29, 3. *Consulem signum quoque intra vallum injecisse ferunt*. ubi etiam simplex *jecisse* subficere potuerat. Deinde *in hostium feruntur* sine sensu praefert Leid. 1. *feruntur* etiam Harlej. 1. et Lovel. 4. *Τὸ aciem* autem deest in Lovel. 5.

Idque ut repeteretur, concitatos antesignanos] *ut interpeteretur* Fragm. Hav. *ut reperetur* Leid. 2. *idque jam irruperat* Lovel. 2. *idque irruperat* Lovel. 4. Tum *antesignarios* Leid. 2. Lovel. 4. et Gaertn. V. supra ad 4, 47, 2.

mam tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios per-
latum. nec vis tantum militum movebat, excitata 5
praesentia ducis, sed quod Volscorum animis ni-
hil terribilius erat, quam ipsius Camilli forte ob-
lata species. Ita, quocumque se intulisset, victo- 6
riam secum haud dubiam trahebat. maxime id evi-

§. 4. *Non in primam tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios*] Vox *etiam* deficit in Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Alibi ita Livium et optimos quosque scriptores loqui solitos esse, supra vidimus ad 2, 6, 1. Et ita mox, *nec vis tantum militum movebat, sed quod Volscorum animis nihil terribilius erat, quam ipsius Camilli speciei*. Ubi contrario errore in uno cod. est *sed etiam quod*. Illorum tamen quatuor codicum auctoritas non satis gravis est ad vulgatum mutandum adversus optimorum librorum testimonium, qui receptae lectioni constanter adhaerent. Ceterum *subsidia aris* Leid. 1. An librarius voluit *subsidiaris*, sive *subsidiares*, credens *subsidiaris* aeque dici ac *subsidiarius*, quemadmodum *auxiliaris* et *auxiliarius*, *alaris* et *alarius* in usu sunt? Attamen id vocabuli alibi mihi obvium non fuit; quare librarium delicias suas sibi habere jubeo. Paullo ante *primum Antiatem pulsum* alio ordine habent Portug. Harlej. 2. et Haverk.

§. 5. *Nec vis tantum militum movebat, excitata praesentia ducis, sed quod*] *nec jus tantum militum* Leid. 2. sollemni scribarum lapsu. V. ad 3, 38, 13. *nec vis militum* etc. *sed quod* Haverk. Saepe *non, sed* pro non tantum, sed etiam, vel non tam, quam, poni, infra videbimus ad 30, 28, 5. Contra *nec vis tantum militum* etc. *sed etiam quod* Gaertn. Sed singularibus his testibus adversus aliorum unanimem consensum fidem non habeo. V. modo ad §. praec. *nec vis tantum movebat militum* Lovel. 4. Hinc *excita* Lovel. 1. V. ad 28, 24, 4. Insuper *ducis praesentia* alio ordine Leid. 1. Ad sensum Livii non adtendit vir doctus, quum in margine ed. Curionis scribendum conjiceret *nec vim tantum militum movebat*. quasi *movebat* hic poneretur pro incitabat, et *praesentia* accipienda foret casu primo; quum contra accipi debeat casu sexto, et *movebat*, nempe Antiates, hic notet eos percellebat. ut apud Justin. 11, 9. *Movebat haec multitudo hostium respectu paucitatis suae Alexandrum*.

Ipsius Camilli forte oblata species] *forte oblata* Voss. 2. et Lovel. 3. V. supra ad 1, 4, 4. et infra ad 38, 40, 13. *oblata speciei* aliud cogitans dedit scriba Leid. 1. Paullo ante *armis*, pro *animis*, Lovel. 2. in contextu. V. ad Liv. 22, 5, 8.

§. 6. *Ita quocumque se intulisset*] *Itaque quocumque* Haverk. Infinitis locis ita variant codices scripti. V. infra ad 21, 53, 7. Et quidem hic tanto facilius factum est ob similitudinem primae syllabae vocis sequentis.

Victoriam secum haud dubiam trahebat] Valer. Max. 3, 2, 24. de L. Sicinio Dentato. *Quem centies et vigesies in aciem descendisse tradunt, eo robore animi atque corporis utentem, ut majorem*

dens fuit, quum, in laevum cornu, prope jam pulsum, adrepto repente equo cum scuto pedestri, advectus, conspectu suo proelium restituit, ostentans
7 vincentem ceteram aciem. Jam inclinata res erat, sed turba hostium et fuga inpediebatur, et longa caede conficienda multitudo tanta fesso militi erat: quum repente ingentibus procellis fusus imber cer-

semper victoriae partem traxisse videretur. Manet ergo inconvulsa emendatio mea, quam praestiti loco cuidam Fabii 7, 1. *Quae omnia sunt in materia, et multum juvant; victoriam tamen non trahunt.* 3, 25. Crepundior. GEBH. Eodem Quinctil. loco *trahunt*, pro *tradunt*, etiam Cel. Burmann. in MSto cod. Almelov. reperit.

Quum in laevum cornu prope jam pulsum] Pall. duo pr. ac tert. *cum enim in laevum cornu.* sec. *cum et in laevum cornu.* GEBH. *cum eum in laevum cornu* Voss. 2. Leid. uterque. Lovel. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Et ita praefert Voss. 1. in marg. Videntur autem librarii indicasse, duplicem se lectionem reperisse *cum in laevum cornu*, et *eum in laevum cornu.* Alibi enim *cum* et *eum* commutari solent. V. supra ad 4, 19, 2. Verum pronomen hic sensus non admittit. Hinc ejus loco datum est *quum enim in laevum cornu* in Lovel. 2. 3. 4. [Veith.] *eum* et *enim* etiam commutantur supra hoc lib. c. 5, 3. (* v. ad 27, 17, 11.) Paullo ante *id fuit evidens*, trajectis vocibus, Gaertn.

Adrepto repente equo cum scuto pedestri advectus] *abrepto equo* Voss. 2. quomodo alibi saepe scribae variarunt. V. ad 2, 33, 7. *accepto equo* Gaertn. Quae et ipsa scripturae varietas interdum in codicibus obcurrit. V. supra ad 5, 47, 4. Deinde *cum scuto pedester advectus* Flor. a m. 2. Male. Infra 7, 10, 5. *Pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio.* Tum *advĕtus* Fragm. Hav. *adversus* Harlej. 2. Mox *conspectu* deficit in Lovel. 5. Hinc praefert *restituit*, pro *restituit*, Harlej. 1. *restitui* Haverh.

Ostentans vincentem ceteram aciem] *vincentem cetera aciem* scribendum esse ad marginem ed. Curionis, vir doctus conjecit: cui, *ceterus* numero singulari a Livio usurpari, displicuisse videtur. sed frustra. V. infra ad 34, 34, 2. *certam aciem* legit Lovel. 5. a m. 1. V. ad 34, 36, 4.

§. 7. *Sed turba hostium et fuga inpediebatur*] Scribe *sed turba hostium et fuga impediebat.* RHEN. *impediebat* Rhenanus, et ante illum Andreas in Romana Bechariusque et Moguntina cum Badio. Quid autem *impediebat?* an rem? ut multitudo dicatur et per fugam, inter fugam, morata victoriam esse. Placet magis aut *fugam*, ut Mediolanensis, aut *impediebatur*, quod in Aldino et Junta et scriptis obvium nobis fuit: ut τὸ *turba* sit auferendi casus. 5, [38, 7.] *Terga caesa suomet ipsorum certamine in turba impedientium fugam.* 9, [23, 16.] *Ingens multitudo in unum metu conglobata, ac semet ipsa turba impediens, in medio caesa.* Eodem [c. 31, 16.] *Loca difficilia hosti quaesita, ipsos tum sua fraude impediebant.* J. FR. GRON. Lectionem, quam

tam magis victoriam, quam proelium, diremit. Si- 8
gno deinde receptui dato, nox insecuta, quietis Romanis, perfecit bellum. Latini namque et Hernici, relictis Volscis, domos profecti sunt, malis consiliis pares adepti eventus. Volsci, ubi se desertos 9
ab eis videre, quorum fiducia rebellaverant, relictis castris, moenibus Satrici se includunt. quos

Rhenanus probavit, servant ex meis Florent. Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Eamdem etiam Hearne superfuisse testatur in Oxon. L. 1. B. et N. *sed turba hostium et fugam impediebat* ex editionibus etiam habent Tarvis. utraque, Veneta anni 1495. et Ascensiana anni 1510. *sed turba hostium et fuga impediebatur* Leid. 1. Lovel. 2. 4. et Harlej. 1. quod recte Gronov. aliis locis Livii adductis verum praefitit. Qua cura in Livio versatus sit interpres Delphinicus, docent, quae ad hunc locum notavit: in quibus non modo Gronovio lectionem, de qua numquam, ne per somnium quidem, cogitavit, subposuit, sed et emendationem ejus, codicibus scriptis et editis firmatam, conjecturae suae adscripsit. Postquam enim Gronovio placuisse dixisset *turbâ hostium et fugâ impediebatur*; addit, sibi in mentem venisse, posse non absurde locum hunc ita explicari, ut *turba* quidem ablativi sit casus, *fuga* nominativi. Id autem, non quod Doujatius adfirmavit, ipsum Gronovium voluisse, ex verbis ejus non modo et locis Livii, quibus lectionem adprobare aliis conatus est, patet, verum etiam ex illis, quibus emendationem in prima notarum editione suposuit, unde sequentia huc transtuli. „*Tò turba* accipe auferendi casu. Ne in fugam ver„terentur hostes, ab ipsa turba „et multitudine sua impediebantur: ultimi nempe morabantur „primos. etc. Ex his itaque vel mala hominis fides, vel summa, qua in curando Livio ad usum Principis juventutis Francicae versatus est, neglegentia clarissime adparet.

Et longa caede conficienda multitudo tanta fesso militi erat] *longa caede inficienda* Haverk. *conficere* est interficere, caedere. V. supra ad 3, 70, 6. Insuper vox *tanta* perperam omittitur in Harlej. 2.

§. 8. *Nox insecuta, quietis Romanis, perfecit bellum*] *mox insecuta* male Leid. 1. Deinde *perficit bellum* Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. An id mutarunt librarii et editores, quod *diremit* praecessit? Sed caussam justam non habuerunt. V. ad 3, 46, 9. Mox *namque* deficit in Lovel. 3. et *locis*, pro *Volscis*, legit Klock. Tum alio ordine *adepti pares eventus* Lovel. 1..

§. 9. *Volsci, ubi se relictos ab eis videre, quorum fiducia rebellaverant*] Prima vox abest ab Leid. 2. Deinde *rebellarant* praeferunt Harlej. 2. et Portug.

Moenibus Satricis se includunt] Non contemnendum erratum est. Lege, *moenibus Satrici se includunt*. RHEN. MS. *indudunt*. Quid si *induunt*? KLOCK. *moenibus Sa-*

primo Camillus vallo circumdare, et aggere atque
10 operibus obpugnare eſt adortus. Quae poſtquam nulla eruptione inpediri videt; minus eſſe animi ratus in hoſte, quam ut in eo tam lentae spei victoriam exspectaret, cohortatus milites, ne, tamquam Vejos obpugnantes, in opere longinquo sese

tricis Voſſ. 1. Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. C. Sed litera finalis sibilans in voce *Satricis* male repetita eſt ex initiali sequentis vocis *se*. V. infra ad 28, 25, 2. *moenibus Satricis ei cludunt*, literis, quae olim perpetua serie scriptae erant, inperite in voces divisis, Leid. 1. quod hujus codicis librario sollemne fuit peccatum. Pronomen *se* exsulat a Leid. 2. idem ut et praecedens *Satrici* a Lovel. 1. Perperam vero Klockius *induunt* ex vitiosa codicis sui scriptura legendum existimavit. Verum ubi Livius *induere se moenibus* dixit? Videre debuerat, lectionem *indudunt*, quam in Mſto suo invenit, inde natam esse, quod literae *c* et *t* male in literam *d* coaluerint. V. ad 10, 24, 2. *Includere se moenibus*, ut infra hoc lib. c. 29, 5. *Vix moenia tuta rati oppido se Praeneſte includunt.*

Quos primo Camillus] *quos, quemadmodum Satricum capiatur, primum Camillus* ex meis praeferunt Lovel. 2. et 4. *quos, quemadmodum Satricum capiatur a Camillo, primum Camillus* Leid. 1. et Harlej. 1. Et ita Hearne etiam invenit in Oxon. L. 2. et C. qui recte addit, haec e margine in textum inrepsiſse. Alia exempla, ubi similia lemmata in contextum ex ora codd. recepta sunt, infra v. ad 7, 40, 4.

Vallo circumdare, et aggere atque operibus obpugnare eſt adortus] Vocem *vallo* non agnoscunt Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et apud Hearnium excerpta Pithoei. Sed reliqui recte eam servant. Liv. 7, 34, 13. *Quum jam circumdati vallo potuerimus esse.* 25, 22, 8. *Fossa valloque circumdare urbem parant.* 28, 3, 5. *Fossa duplicique vallo circumdata urbe, in tres partes exercitum dividit.* V. Cl. Cortium ad Salluſt. Jug. 23, 1. *circumdare vallo*, transpositis dictionibus, solus habet Haverk. et cum eo edd. vetuſtiores usque ad Aldinam. una voce *circumvallare* alibi exprimit.

§. 10. *Minus esse animi ratus in hoſte, quam ut in eo*] *iratus* Florent. et Leid. 1. Sed prima litera adhaesit ex ultima vocis praecedentis, sollemni errore scribarum. V. infra ad 37, 29, 8. Deinde *in hoſtem* Lovel. 5. et Haverk. Hinc vocula *ut* deficit in Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quam intercepit praecedentis vocis litera finalis. Paullo ante *Quod poſtquam*, pro *Quae*, Lovel. 3. *Quae et poſtquam* Lovel. 1. Tum *ereptione*, pro *eruptione*, Klock. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. eodem errore, quo *eripere* et *erumpere* confundi supra vidimus ad 4, 33, 6. Tandem *impedire*, pro *impediri*, Harlej. 2.

Ne tamquam Vejos obpugnatur in opere longinquo sese tererent] Non hic mediocris lapsus. Reſtitue, *ne, tamquam Vejos oppugnantes, in opere longinquo sese tererent.* BHEN.

tererent, victoriam in manibus esse; ingenti militum alacritate moenia undique adgressus, scalis oppidum cepit. Volsci abjectis armis sese dediderunt.

IX. Ceterum animus ducis rei majori, Antio, in- 1
minebat. id caput Volscorum, eam fuisse originem
proximi belli. Sed quia nisi magno adparatu, tor- 2

Nescio, quam editionem ob oculos habuerit Rhenanus. Omnes enim, quos Rhenano antiquiores consului, recte praeferunt *oppugnantes*, quod et recentiores servarunt, et etiam in Mstis constanter superest. Praeterea *et opere longinquo* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Tum *se tererent* Leid. 2. et Lovel. 1. *sese tenerent* Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. et vetustae edd. quod eodem modo dictum foret, quo illud supra 4, 35, 5. *Quod, admiratione eorum, quos edisset, stupens, in aeterno se ipsa teneret servitio.* ubi alia dicta sunt. Hic tamen vulgatum *sese tererent* servandum est, quod tuentur omnes reliqui codices, nisi quod manifesta scribarum deerratione *sese terrerent* sit in Florent. Leid. 1. Portug. et Haverk. eodem errore, quem et supra commissum vidimus 2, 30, 10. hoc libro c. 23, 5. c. 34, 6. 7, 26, 1. (* 10, 10, 1.) *Terere* autem et *Tenere* saepe in Mstis commutantur. V. supra ad 3, 7, 3. De verbo *terere* hoc sensu v. ad 6, 27, 7.

Volsci abjectis armis sese dediderunt] Desunt haec omnia in Harlej. 2. In Portug. autem tantum ad marginem adscribuntur. *sese dederunt* habent Lovel. 2. 3. 4. 5. Voss. 2. a m. 1. (in quo *dediderunt* manu altera emendatur) Leid. 1. Portug. a m. 2. (*se dediderunt* manu primigenia scriptum fuerat) Haverk. et Fragm. Hav. *dare et dedere* etiam alibi confundi solent. V. infra ad 39, 50, 9. *sese dedidere* est in Gaertn. Nescio, cur Cl. Clericus *se dediderunt* edere in animum induxerit. Paullo ante vox *moenia* exsulabat a Lovel. 4.

§. 2. *Sed quia nisi magno adparatu, tormentis machinisque* etc.] Mirum hoc videri potest, cum ad finem l. 2, [65, 7.] tam facile capta fuerit. Sed dicet quis, interea temporis coloniam factam, ac ideo firmiorem fuisse. Id vero est effugere objectionem, non solvere nodum. Nam eadem opera dici poterat, et Romanis ab eo tempore multum ditionis ac imperii accessisse. Sed hoc non agimus. GLAR. *tormentis magnisque* Lovel. 5. Difficultati autem, quam sibi Glareanus movit, facile verbis Livii, ut recte Doujatius animadvertit, satisfieri potest, ideo Antium eo tempore tam facile captam fuisse, *quod jam inde ab infelici pugna castrisque amissis ceciderant animi.* V. Liv. 2, 65, 7. Antequam vero Volsci proelio victi et castris exuti erant, *urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimum consul obpugnare non ausus* est, teste Liv. ibid. c. 63, 6. Ceterum §. praec. *rei majoris*, pro *majori*, praefert Lovel. 1. *majore* Lovel. 2. In verbis sequentibus *tam valida urbs capi poterat*, omissa particula negandi, Lovel. 1. Deinde *ad exercitum relicto* alio ordine Lovel. 5.

Ut senatum ad excidendum Antium hortaretur] *ad excidendam*

mentis machinisque, tam valida urbs capi non potcrat; relicto ad exercitum collega, Romam est profectus, ut senatum ad excidendum Antium hortare-
3 tur. Inter sermonem ejus (credo, rem Antiatem diu-

Antium Leid. 2. et Lovel. 1. omnibus reliquis invitis. Illi enim vulgatum defendunt, nisi quod *ad excidium* habeat Haverk.

§. 3. *Credo, rem Antiatem diuturniorem manere, Diis cordi fuisse*] *crederes Antiatem* Lovel. 2. *credere Antiatem* Lovel. 4. *crederem Antiatem* Gaertner. Lovel. 3. et Fragm. Hav. Ita *Antiatem* dixit pro Antiates: quomodo *Romanus* pro Romani supra habuimus 3, 2, 11. Vulgatum tamen, reliquorum codicum fide nixum, verius existimo. *rem Antiatem*, ut *res Clusina* 2, 9, 5. *Adeo valida res tum Clusina erat, magnumque Porsenae nomen*. ubi plura vide. Praeterea *Diis curam fuisse* Lovel. 1. 4. 5. Leid. 2. et Voss. 1. in quo tamen inter versus additum est, legendum esse *cordi fuisse*. Saepius *cordi esse* Diis dicuntur, quae curae sunt. Infra 9, 1, 4. *Quibuscumque Diis cordi fuit, subigi nos ad necessitatem dedendi ves.* c. 8, 8. *Vos, Dii inmortales, precor quaesoque, si vobis non fuit cordi, Sp. Postumium, T. Veturium consules cum Samnitibus prospere bellum gerere.* 10, 42, 7. *Id votum Diis cordi fuit: et auspicia in bonum verterunt.* 23, 31, 13. *Vulgoque Patres ita fama ferebant, quod tum primum duo plebeji consules facti essent, id Deis cordi non esse.* Et ita saepius alibi.

Legati ab Nepete ac Sutrio auxilium adversus Etruscos petentes veniunt] Ita Livius id nominis usurpat, perinde atque tertiae sit declinationis ac neutrius generis. Nam paullo post [in fine hujus cap.] dicturus est, *Nepete exercitus ductus*. Et anno CCCLXXII. [c. 21, 4.] *Et triumviros Nepete coloniae deducendae creaverunt*. At tertiae declinationis neutra in *e* ablativum habent in *i*. Nisi dicamus, neglexisse hoc Livium. Graece est *Νέπετος*. In Strabonis codice *Νέπιτα* l. 5. [p. 226.] et in Plin. [3, 5.] *Nepeta*, ita ut nihil inde certum colligas. GLAR. Reprehendit Livium Glareanus, quod *Nepete* dixerit in casu auferendi, cum *Nepeti* fuerit dicendum, quippe cum in recto casu *Nepete* dicatur. Sed facit injuste. Non enim Livius scripsit ullo in loco *Nepete*, sed *Nepet*, ut est in vetustis libris. Docent aut Grammatici, Charisius [l. 1. p. 78. et 106.] et Priscianus [l. 6. p. 687.] *Git* et *Nepet*, oppidi Italici nomen, *t* litera terminari, eaque flecti non posse. Quamquam ne si *Nepete* quidem in recto casu diceretur, *Nepeti* tamen esset ei in ablativo edendum. Nam propria in *e* desinentia ejusdem terminationis habent nominativum cum ablativo, ut *Praeneste*. Dixit enim Virg. [7. Aen. 682.]

Quique altum Praeneste viri.

Et [l. 8, 561.]

Qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa.

Haec Priscianus [l. 7. p. 760.] Sic etiam infra corrigendum est, *Nepet exercitus ductus est*, pro *Nepete*. †. „Glareanus non reprehendit Livium, sed ad honorem „ejus ait, eum non curasse rancidas grammaticorum leges." †. SIG. Ut verum fatear, habuit initio Palat. sec. *Nepet*. cujus fini ab interpolatoribus *e* additum est.

turniorem manere, Diis cordi fuiſſe) legati ab Nepete ac Sutrio, auxilium adversus Etruscos petentes, veniunt, brevem occasionem eſſe ferendi auxilii memorantes. eo vim Camilli ab Antio fortuna

Pro *veniunt*, Pall. duo agnoscunt *tendunt*. GEBH. *Nepte* Oxon. C. *Nepeti* Glareanus. *Nepet* Sigon. e vett. libb. nec aliter Plin. 3, 4. *Nepe* Patere. 1, 14. et Tabb. Peutingerianae. *Νέπετα* Ptolem. 3, 1. *Νέπετα* Strab. l. 5. p. 156. *Νέπετος* Dion. Halic. teſte Steph. Byzantio. *Νέπα* Procop. l. 4. *Coloniſa Nepis*, *Nepet*, et *Nepensis* Frontin. de Colon. Varie item scribitur in lapidibus antiquis, ut oſtendit P. Merula Cosmogr. p. 916. HEABNE. Addendus eſt Holſtenius ad Stephanum. DUK. Saepius, *Nepet*, pro *Nepete*, Livio reſtituendum eſſe, Sigonius infra monuit; quem v. hoc lib. ad c. 21, 4. 10, 14, 3. 27, 9, 7. et 29, 15, 5. Ei vero ex meis hoc loco favent Harlej. 2. Portug. et Haverk. Reliqui libri, et inter illos etiam optimi, conſtanter vulgatum defendunt, nisi quod *Nepete* sit in Lovel. 3. Varie nomen hujus urbis scriptum fuiſſe in monumentis veterum Graecis et Latinis, docuerunt Merula Cosmogr. part. 2. l. 4, 21. parte altera pag. m. 371. Cluverius 2. Ital. Ant. 3. p. 529. Cellar. 2. Orb. Antiq. 9. p. 462. et Ger. Voſſius ad Vellej. Pat. 1, 14, 2. quorum plerique laudant lapidem, etiam a Grutero editum p. 359. n. 1. in quo memoratur *M. APISTIVS. M. F. PAL. SABINVS. DVVMVIR. VEIOS. IIII. VIR. NEPETE.* V. etiam p. 441. n. 7. Id vero recte Sigonius hoc loco monuit, licet *Nepete* casu primo dicatur, inde tamen casu sexto non *Nepeti*, sed *Nepete*, formandum esse. Nam a recto *Praeneſte* non modo Virgilius aliique, sed Livius etiam, ablativum *Praeneſte* formarunt. Hoc lib. c. 29, 5. *Vix moenia tuta rati oppido se Praeneſte includunt*. Et mox eodem cap. *Triumphansque signum Praeneſte devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit*. 23, 19, 18. *Statua ejus indicio fuit, Praeneſte in foro ſtatuta*. V. etiam Voſſium 4. Gramm. 11. ubi a communi regula, neutra in *e* casum auferendi in *i* formare, omnia nomina propria eximenda docet; illa enim eum in *e* efferre. Praeterea voces *ac Sutrio* exsulant a Leid. 1. Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Verum omnis narratio eas requirit. Quare neglegentia scribarum excidiſſe videntur. Deinde *Sutrio auxilio adversus Etruscos* Haverk. *Sutrio auxilium adversos Etruscos* Harlej. 1. *Sutrio auxilium adversus Etruscus* Portug. Qui omnes errores ex uno illo fonte profluxerunt, quem indicavi supra hoc lib. c. 3, 8. Denique *petentes tendunt* Voſſ. 2. et Lovel. 3.

Brevem occasionem esse ferendi auxilii] *To esse* deficit in Haverk. At contra bis obcurrit in Gaertn. hoc modo: *brevem occasionem esse ferendi esse auxilii*. quasi librarius, in variis codd. duobus locis conlocatum inveniens, incertus haeserit, ubi poni debuerit.

Eo vim Camilli ab Antio fortuna avertit] *evertit* scriptum fuerat in Lovel. 5. et in contextu Voſſ. 1. in quo legitur *avertit* inter versus. *advertit* habet Fragm. Hav. ut millies in Mſtis variatur. V. infra hoc lib. ad c. 23, 8. et mox infra hoc cap. ad §. 9.

4 avertit. Namque quum ea loca obposita Etruriae, et velut clauſtra inde portaeque eſſent; et illis occupandi ea, quum quid novi molirentur, et Roma-
5 nis recuperandi tuendique cura erat. Igitur senatui cum Camillo agi placuit, ut, omiſſo Antio, bellum

§. 4. *Namque quum ea loca obposita Etruriae*] *Nam quum ea* typis descripti usque ad Aldum, qui *Namque* subſtituit, concinentibus omnibus scriptis. *Τὸ que* in codice, quem primi editores secuti sunt, excidiſſe videtur ob similitudinem sequentis *quum*. V. infra ad 38, 40, 7. Contra vero ob praecedens *que* excidit *τὸ quum* in Lovel. 4. Deinde *apposita Etruriae* Lovel. 1. 5. et Leid. 2. errore librariorum. V. supra ad 2, 61, 4. Mox *clauſtra inde portae essent*, pro *portaeque*, nonnullae ex antiquis edd.

Et illis occupandi ea, quum quid novi molirentur, et Romanis recuperandi tuendique cura erat] Prius *et* omittitur in Leid. 2. et Lovel. 1. Sed v. supra ad 2, 44, 3. Facile autem ea vocula hic praeteriri a neglegente librario potuit ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis *essent*, sive *essēt*. V. infra ad 37, 59, 1. Hinc *emoliendi* Lovel. 4. Dein, addita voce, *tuendique cura erat agri* Lovel. 1. *tuendique agri cura erat* Leid. 2. et Voſſ. 1. in margine. Contra verbum *erat* omittitur in Voſſ. 2. et Lovel. 3. *tuendique agri*, omiſſis vocibus *cura erat*. *Igitur* legit Lovel. 2.

§. 5. *Omisso Antio, bellum Etruscum susciperet*] *bellum Etruscorum* Leid. 2. reliquis adversantibus. [*senatui et Camillo* Veith.]

Legiones urbanae, quibus Quinctius praefuerat, ei decernuntur] Superius in exercituum divisione [c. 6, 14.] L. Quintius Cincinnatus caussariis senioribusque praeficitur, quos hic cum Camillo miſſos non est verosimile, sed alterum exercitum paratum inſtructumque in urbe ad omnem eventum, cui Camillus Q. Servilium collegam praeeſſe voluit. Ergo hoc loco *Q. Servilius* legendum, pro quo *Quintius* positus eſt. Et potuit videri a librariis corruptum, si non continuo altero versu sequeretur, *Quintius Horatiusque succeſſores Valerio in Volscos miſſi*. Quare Livium memoria lapsum hoc loco putamus: nisi quis et haec corrupta putet. GLAR. Jussit superius Camillus, Q. Servilium exercitu inſtructo paratoque in urbe caſtra habere, intentum sive Etruria, sive Latini Hernicique se moverent: L. autem Quinctium ex causariis senibusque scribere, qui urbi moenibusque praesidio essent. Hos credibile non est eductos, quum alterius haud dubie ex militari juventute scriptae manus copia foret. Itaque commodius scriberetur: *quibus Q. Servilius praefuerat*. Sed hoc vidit quoque Glareanus. Nam quod mox Quinctius Horatiusque appellentur, licet cogitare, quia periculum minus exspectatione erat, senem Servilium, cum exercitus ejus Camillo datus eſſet, ad urbem retentum praefuiſſe, qui supererant armati, urbanis; Quinctium Horatiumque juniores miſſos in Volscos. J. FR. GRON. Dubitationi, quam hic locus affert, nec penitus videtur injuſta, sic fortaſſe rectius occurretur, ut causarii interea

Etruscum susciperet. Legiones urbanae, quibus Quinctius praefuerat, ei decernuntur. quamquam 6 expertum exercitum adsuetumque imperio, qui in Volscis erat, mallet, nihil recusavit: Valerium tantummodo imperii socium depoposcit. Quinctius Ho-

convaluerint, (ita, si maxima pars causarii fuerunt, jam validae erunt legiones) et seniores cogitemus non illos prorsus decrepitos, sed stipendiis tantum quod confectis, et tales, quibus etiamnum aliquid roboris supereffet, ut loquitur Livius hoc lib. c. 2, 6. JAC. GRON. *quibus Quinctius praefuerat* constanter scripti praeferunt, nisi quod duae priores voces non compareant in Leid. 1. optimae notae codice. Livium in re modo enarrata, eaque non impedita, memoria lapsum esse, verisimile non videtur; neque etiam credibile est, errorem librariorum natum esse ex adfinitate praenominis *Quinti Servilii* et nominis *L. Quintii*. quod utrumque post Glareanum Doujatio in mentem venit. Si enim Livius Servilium hic pro Quinctio memoraverit, ejus tamen praenomen adposuisse non videtur, quemadmodum neque Valerii, Quinctii, Horatiique praenomina repetit. Quum enim Livius in anni initio magistratus omnibus aut certe plerisque nominibus proposuit, postea in reliqua anni parte praenominum raro meminit: quare Cl. Jac. Gronovii sine mutatione ulla locum exponentis non displicet sententia; licet tamen eam veram praestare non audeam. Praeterea *eidem ceruuntur* Leid. 1. *eidem decerauntur* Voss. 2. Lov. 3. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. B. Pronomina *is* et *idem* frequenter commutata sunt in Mstis. V. infra ad 10, 10, 6. Id autem eo tanto facilius fieri potuit, quod vox sequens syllaba *de* incipiat, quae si in fine praecedentis pronominis *ei* repetitur, inde *eidē*, sive *eidem*, exibit. Quin et id hic factum esse, Leid. 1. scriptura argumento est.

§. 6. *Quamquam expertum exercitum* etc. *qui in Volscis erat, mallet, nihil recusavit*] *expertem exercitum* scribae lapsu Haverk. quos similiter ita lapsos esse supra conjeci ad 4, 9, 9. Deinde τὸ *erat* non est in Leid. 1. Tum *nil recusavit* Haverk.

Valerium tantummodo imperii socium depoposcit] *tantummodo imperium depoposcit* male Leid. 2. *deposcit* Lovel. 2. et Haverk. duarum literarum geminatione neglecta.

Quinctius Horatiusque successores Valerio in Volscis missi] Constat sermo, si ceperis, prout ad oram annotavit pater. (Recte: qui erat in Volscis, vel ad gerendas res in Volscis.) Nec video mutare MSS. Si qua fides tamen, potius credam a Livio venisse *in Volscos*. l. 9, 20. *Praefecti Capuam*. Ubi v. paterna. JAC. GRON. Ita et Cl. Ant. Perizonius in ora Livii sibi legendum videri adscripsit. Neque mihi displiceret, si vel in uno alicujus auctoritatis ac fidei codice invenirem. Qui quum omnes in vulgatum conjurent, cum J. Fr. Gronovio potius junctim capio *Valerio in Volscis*, id est, qui erat in Volscis. Praeterea *Quintius et Horatius* priores editi, pro quo *Quintius Horatiusque* Aldus

7 ratiusque successores Valerio in Volscis missi. Profecti ab urbe Sutrium Furius et Valerius partem oppidi jam captam ab Etruscis invenere; ex parte altera, interseptis itineribus, aegre oppidanos vim
8 hostium ab se arcentes. Quum Romani auxilii adventus, tum Camilli nomen celeberrimum apud hostes sociosque, et in praesentia rem inclinatam susti-

restituit. Cum Aldo vero faciunt omnes scripti, nisi quod *quia*, pro *que*, sit in Voss. 2. et Lovel. 3. qui error profluxit ex eo, quod librarii non recte distinxerint notas, quibus utraque illa vocabula conscribi solent. V. supra ad 5, 29, 3.

§. 7. *Profecti ab urbe Sutrium Furius et Valerius*] *Profectique ab urbe Suturium Furius Camillus*, duabus ultimis vocibus omissis, Leid. 2. *Profecti ad urbem Sutrium* Voss. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. *Profecti ad urbes Utrium* Leid. 1. inperite in voces divisa orationis serie, quae olim continua scripta erat. Deinde *Furius Valeriusque* Harlej. 2.

Ex parte altera interceptis itineribus] Emacula locum, scribens, *interseptis itineribus*. Sic *obsepire iter* dixit 9, [34, 5.] *Haec*, inquit, *plebi ad curules magistratus iter obsepsit*. RHEN. Passim hoc verbo Livius usus est. Supra 1, 27, 9. *Id factum magnae parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus intersepsit*. 8, 25, 5. *Interseptis munimentis hostium pars parti abscissa erat*. 24, 23, 4. *Murique ea pars, quae ab cetera urbe nimis firmo munimento intersepiebat Insulam, consensu omnium dejecta est*. 25, 11, 2. *Vallo urbem ab arce intersepire statuit*. 31, 46, 9. *Adversus vallem inter duas jacentem arces, qua et muro intersepta urbs est*. 34, 40, 1. *Territavit eos, nunc proeliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quaedam, ne exitus ad fugam esset*. (* v. Duker. ad 25, 39, 2.) Servant autem lectionem, quam Rhenanus restituit, omnes codd. praeter Leid. 2. et Lovel. 4. in quibus est *interceptis*; et Lovel. 5. atque Haverk. qui exhibent *intersceptis*. Ante Rhenanum vero *interseptis* editum est Mediolani anno 1505. *interseptus* autem et *interceptus* facile commutari potuerunt, praesertim si codex altero verba minus distincte praeeunte conscriptus sit. Idem error etiam infra committitur 8, 25, 5. *interseptis ad id moenibus* praefert Lovel. 2. sed *itineribus* in margine emendatur. Mox *a se arcentes* Gaertn.

§. 8. *Quum Romani auxilii adventus, tum Camilli nomen celeberrimum*] *Tum Romani* Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. quinque, Harlej. 2. Portug. Haverk. Hearnii Oxon. L. 2. et N. omnesque excusi usque ad Gronovium. V. infra hoc lib. c. 23, 3. Praeterea *Romani adventus auxilii* Fragm. Hav. a m. 1. *Romani auxilii eventus* Lovel. 2. Deinde *Camilli nomen celeberrimi* Haverk. Sed ultimam vocem omittunt Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav.

Et in praesentia rem inclinatam sustinuit, et spatium] Prius et

nuit, et spatium ad opem ferendam dedit. Itaque 9
diviso exercitu, Camillus collegam, eam in partem circumductis copiis, quam hostes tenebant, moenia adgredi jubet, non tanta spe scalis capi urbem posse, quam ut, aversis eo hostibus, et oppidanis jam pugnando fessis laxaretur labor, et ipse spatium intrandi sine certamine moenia haberet.

deest in Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] errore scribarum. V. supra ad 2, 44. 3.

§. 9. *Itaque diviso exercitu*] Vet. lib. *Ita diviso exercitu*. SIG. Similiter etiam praeferunt Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Eos tamen non audiendos esse censeo, quod reliqui codd. quorum apud me auctoritas gravior est, vulgatum tueantur. Saepius ita variarunt librarii. V. infra ad 21, 53, 7.

Eam in partem circumductis copiis, quam hostes tenebant] *in eam partem* Lovel. 1. 5. Leid. ambo, et Harlej. 1. Neque aliter fuit in editis ante Aldum, qui primus ordine mutato dedit *eam in partem*. Et ita reliqui codd. V. ad 2, 19, 8. Idem Aldus primus iterum *quam hostes tenebant* vulgari curavit, quum antea *qua hostes* ederetur. Aldo vero concinunt libri scripti, nisi quod *quam hostes tenent* sit in Gaertn.

Moenia egredi jubet] Legendum *adgredi jubet*. RHEN. *egredi* in sola mihi Aldina obvium fuit, quod errantibus operis tribuendum videtur. Certe ipse jam Aldus inter errata *aggredi* scribendum monuit.

Non tanta spe, scalis capi urbem posse, quam ut aversis eo hostibus] *montana spe* dormitans dederit Mauritius Flor. Deinde vox *scalis* deest in Leid. 2. et Lovel. 1. quam reliqui omnes servant. Supra hoc lib. c. 8, 10. *Moenia undique adgressus, scalis oppidum cepit*. et alibi saepe. Praeterea τὸ *ut* deficit in Harlej. 2. Portug. et Haverk. Tum *adversis eo hostibus* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 5. Portug. a m. 1. et Haverk. *adversus* Fragm. Hav. V. supra hoc cap. ad §. 3. *aversis* nempe ab ea, quam Camillus oppugnare proposuerat, parte ad eam, quam Valerius invadebat.

Et oppidanis jam obpugnando fessis laxaretur labor] Vet. lib. *pugnando*. SIG. Ὁ πάνυ Gronovius 4. Obs. 19. p. 304. *propugnando* scribendum conjicit, atque observat, propriam vocem esse de illis, qui urbibus, castris, locis praesidio sunt. Verum neque in prima ed. notarum ad hunc locum, neque in curis secundis ejus emendationis postea meminit; ut ipse eam spreviſſe videatur. Et recte. Non modo enim *pugnando*, quod Sigonius in vet. lib. invenit, superest in omnibus, quibus usus sum, libris scriptis; verum etiam non aliter est in editionibus usque ad Basileenses, qui demum anno 1539. *oppugnando* substituerunt. Deinde *ab oppidanis* etc. *laxaretur labor* Lovel. 1. 5. Leid. 2. et Voss. 1. *laxare tum labor* Lovel. 3. et Voss. 2. *lassaretur labor* Lovel. 4. V.

10 Quod quum simul utrimque factum eſſet, anceps-
que terror Etruscos circumſtaret, et moenia sum-
ma vi obpugnari, et intra moenia eſſe hoſtem vide-
rent; porta se, quae una forte non obsidebatur,
11 trepidi uno agmine ejecere. Magna caedes fugien-
tium et in urbe et per agros eſt facta. plures a Fu-
rianis intra moenia caesi: Valeriani expeditiores ad
persequendos fuere; nec ante noctem, quae con-
12 spectum ademit, finem caedendi fecere. Sutrio re-
cepto reſtitutoque sociis, Nepete exercitus ductus,

ad 10, 5, 6. In verbis sequentibus *intrandi fore certamine* praeſert Leid. 2. pro *intrandi sine certamine.*

§. 10. *Quod quum simul utrimque factum esset*] *utrique factum esset* Leid. 1. et Harlej. 1. Scriptum fuerat *utrīque.* Sed notam suprascriptam librarii omiserunt. V. infra hoc libro ad c. 31, 8. *utrumque factum esset* Lovel. 4. 5. et quaedam ex vetuſtioribus excusis, ut Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et Veneta anni 1495. quo eodem anno Mediolanenses *utrimque* subſtituerunt, eorumque exemplo reliqui servarunt. *utrimque factum est* habet Leid. 2.

Porta se, quae una forte non obsidebatur, trepidi uno agmine ejecere] *quae una fonte non obsidebatur* Leid. 1. pro quo *quae una fronte non obsidebatur* dederunt Lovel. 3. Voſſ. 2. Harlej. 1. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. Deinde vocula *non* exsulat ab Haverk. Tum *trepido uno agmine* Leid. 2. et Lovel. 1. *uno trepidi agmine* Leid. 1. Denique *eicere* Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2.

§. 11. *Per agros est facta. Plures a Furianis intra moenia caesi. Valeriani expeditiores*] *per agros facta est* Gaertn. Tum *a Sutriatis* Lovel. 4. et Harlej. 2. *a furiatis* Lovel. 3. Deinde *inter moenia* Voſſ. 2. et Lovel. 3. sollemni errore. V. supra ad 5, 27, 2. Denique *Valeriani celeriores expeditiores fuere* Voſſ. 2. sed voci *celeriores* subjectis notis indicavit librarius, eam delendam eſſe.

§. 12. *Sutrio recepto, reſtitutoque sociis, Nepete exercitus ductus*] *Sunt utriore caepto reſtitoque socius* depravate Leid. 1. Deinde *Nepet exercitus ductus* Harlej. 2. Haverk. et Portug. a m. 1. V. supra ad §. 3. hujus cap. *Nepete exercitus dictus* Harlej. 1. V. ad 38, 43, 1. Mox in verbis sequentibus *quod deditionem acceptum* Lovel. 1. *quod ditionem acceptum* Harlej. 1. *quod per deditionem exceptum* Haverk. V. supra ad 2, 47, 7.

§. 1. *Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris fore*] *Videbantur* Leid. 1. Vocem autem *urbe*, quae a prioribus editionibus exsularat, primus Aldus addidit, eamque servant omnes scripti. Tum *recipienda fore laboris*, vocabulis transpositis, Gaertn. Sed *fore* male neglegebatur in Fragm. Hav. *recipiendum laboris fore* Lovel. 4.

quod per deditionem acceptum jam totum Etrusci habebant.

X. Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris 1
fore; non in eo solum, quod tota hostium erat, sed etiam quod, parte Nepesinorum prodente civitatem, facta erat deditio. Mitti tamen ad principes eorum 2
placuit, ut secernerent se ab Etruscis, fidemque, quam inploraſſent ab Romanis, ipsi praeſtarent. Unde quum responsum adlatum eſſet, *nihil suae po-* 3
teſtatis eſſe, Etruscos moenia cuſtodiasque portarum te-

Non in eo solum, quod tota hoſtium erat] Videtur abundare τὸ ἐν. J. FR. GRON. Illud *in* conſtanter servant, quibus usus sum, codices. [*nec in eo solum* Veith.] *non in ea solum, quod in tota hoſtium erat* habet Gaertn. (*an forte legendum *non ideo solum?*)

Sed etiam quod, parte Nepesinorum prodente civitatem, facta erat deditio] *sed quod jam parte* Lovel. 2. 4. [Veith.] *sed jam quod parte* Leid. 1. Lovel. 5. Harl. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *Nepetinorum* Lovel. 3. et Voſſ. 2. *Nepeſtinorum* Harlej. 2. et Portug. *Nepessinorum* Haverk. *Nepetesinorum* Gaertn. *Nepesinorum* Leid. 1. Sed vulgatum verum est. Incolae enim urbis Nepetis *Nepesini* vocantur. V. Cluv. Ital. Ant. 2, 3. p. 529. Tum vox *civitatem* a m. 2. expuncta erat in Fragm. Hav.

§. 2. *Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se*] *Mitti tum ad principes* Lovel. 2. V. ad 22, 1-. 5. *Mitti inde ad principes* Haverk. Sed saepius librarii in vocibus *inde* et *tamen* ob similitudinem compendiorum *iñ* et *tñ*. quibus scribi solent, confundendis peccarunt. V. supra ad 5, 18, 8. et mox infra hoc cap. §. 8. Hinc *eorum* non adparet in Lovel. 3. Deinde *ut se cernerent ab Etruscis* idem Lovel. 3. *ut se secederent se* Fragm. Hav. *ut se secernerent, τοῦς se* expuncto, Gaertn. unde *ut secederent* legendum eſſe, videri poſſet. Sed nihil muto. Livius infra 35, 14, 12. *Quod e grege se imperatorum velut inaestimabilem secrevisset.* Cic. Orat. 1. Catilin. 9. *Concita perditos cives, secerne te a bonis.* etc. 13. *Secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod saepe jam dixi, secernantur a nobis.* Ita *secretus ab aliis* infra hoc lib. c. 15, 1. ubi alia vide.

Fidemque, quam inploraſſent ab Romanis, ipsi praeſtarent] *et fidem*, edd. principes: pro quo Aldus *fidemque* substituit. Cum ipso autem stant omnes Mſti, nisi quod *fidem quemquam implorassent* Florent. et Leid. 1. habeant errore librariorum. Deinde *quam plorasset* Klock. Sed primam syllabam *in* absorpsit litera finalis vocis praecedentis. V. ad 5, 2-, 6. *quam inplorasset* Lovel. 2. Tum *a Romanis* Lovel. 4. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. Denique *praeſtaret* Voſſ. 2.

§. 3. *Primo populationibus agri terror est oppidanis admotus*] *pri-*

nere; primo populationibus agri terror est oppidanis
4 admotus: deinde, postquam deditionis, quam so-
cietatis, fides sanctior erat, fascibus sarmentorum
ex agro conlatis, ductus ad moenia exercitus, com-
pletisque fossis scalae admotae, et clamore primo
5 inpetuque oppidum capitur. Nepesinis inde edictum,
ut arma ponant; parcique jussum inermi. Etrusci
pariter armati atque inermes caesi. Nepesinorum
quoque auctores deditionis securi percussi: innoxiae
multitudini redditae res, oppidumque cum praesidio

mo postulationibus est oppidanis admotus, reliquis omissis, Leid. 2. *Tò est* deficit in Fragm. Hav. Paullo ante *responsum adlegatum esset*, pro *adlatum esset*, praefert idem codex. Deinde *potestatis esset*, pro *esse*, Lovel. 1.

§. 4. *Fascibus sarmentorum ex agro collatis*] *falcibus sarmentorum* Klock. V. ad 42, 64, 2. *fascibus armentorum* Leid. 2. Sed literam sibilantem ab initio vocis intercepit postrema praecedentis. V. infra ad 30, 3, 8. Hinc *ex agris collatis* Portug. in quem errorem librarium illud conjecit, quod jam supra notavi hoc lib. c. 3, 8. *ex agro datis* Lovel. 2. qui in verbis praecedentibus *sanior*, pro *sanctior*, scripsit.

Et clamore primo inpetuque oppidum capitur] Vocula *et* deficit a m. 2. in Florent. Deinde *impetu*, sine copula *que*, legunt multae ex vetustis edd. quam recte additam video in Mediol. anni 1495. V. supra hoc lib. ad c. 4, 9.

§. 5. *Nepesinis inde edictum, ut arma ponant*] *Nepetinis* Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. *Nepestinis* Harlej. 2. Gaertn. et Portug. Eadem, quae hic, scriptura mox etiam superest in Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Portug. V. supra ad §. 1. *inde dictum* habet Harlej. 1. Sed prima litera intercepta est ab ultima vocis praecedentis. V. ad 2, 44, 6. Tum *penant* non adparet in Voss. 2. pro quo *deponant* praeferunt Lovel. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. quod ex glossa scholiastae receptum esse videtur. *ponere arma* Livius supra dixit 4, 10, 3. *Dedi imperatorem, arma poni jubet, fatentes victos se esse, et imperio parere.* 35, 36, 4. *Nec movisset se quisquam, si extemplo, positis armis, vocata in concionem multitudo fuisset.* Auctor Epit. Liv. 88. *Soli ex Italicis populis arma nondum posuerant.* ubi alia vide. Mox *partique*, pro *parcique*, Leid. 1. et Haverk. *patique* Fragm. Hav. Deinde *armati et inermes* Voss. 2. Vox *armati* exsulat a Lovel. 5. Denique *innoxiae multitudini redditae res*, pro *multitudini*, Haverk. *reddita res* Hearnii Oxon. L. 1.

§. 6. *Ita, duabus sociis urbibus ex hoste receptis, victorem exercitum*] *In duabus sociis urbibus* Haverk. *Itaque duabus* Fragm. Hav. et edd. vetustiores. Aldus deinde primus *Ita* reposuit, quod

relictum. Ita, duabus sociis urbibus ex hoste re- 6
ceptis, victorem exercitum tribuni cum magna gloria Romam reduxerunt. Eodem anno ab Latinis Hernicisque res repetitae, quaesitumque, cur per eos annos militem ex instituto non dedissent? Re- 7
sponsum frequenti utriusque gentis concilio est, *nec culpam in eo publicam, nec consilium fuisse, quod suae juventutis aliqui apud Volscos militaverint. eos tamen* 8
ipsos pravi consilii poenam habere, nec quemquam ex his reducem esse. Militis autem non dati caussam, terro-

servant scripti reliqui. Voces *ita* et *itaque* saepe in Mstis commutantur. V. infra ad 21, 53, 7. Tum *ex hostibus receptis* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Caussam hujus erroris dedi supra hoc libro ad c. 3, 8. Deinde *Vejorum exercitum* Leid. 1. *vitiorem exercitum* Harlej. 1.

Cur per eos annos militem ex instituto non dedissent] *per eos dies* Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et in contextu Portug. in cujus margine *per eos annos* emendabatur: quod rectum est. nam jam triennio ante *novus terror accesserat defectione Latinorum Hernicorumque*, ut Livius supra narrat hoc lib. c. 2. 3. Ex eo itaque tempore militem ex instituto non dederunt, adeoque *per eos annos*. Paullo ante *ab Latinis Hernicisque res petitae* Hearnii Oxon. L. 2. Sed primam syllabam vocis *repetitae* interceperat vox praecedens.

§. 7. *Responsum frequenti utriusque gentis concilio est*] *Responsumque* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. et Haverk. At contra *utrius gentis* Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 2. qui iidem etiam cum Lovel. 3. *consilio* praeferunt. Sed indicatur conventus legatorum utriusque populi, quod non *consilium*, sed *concilium*, vocandum est. V. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. Tandem vocula *est* deficit in Harlej. 2.

Nec culpam in eo publicam, nec consilium fuisse] *et culpam* Flor. a m. 1. *nec publicam in eo culpam*, in alium ordinem digestis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Mox *militaverunt*, pro *militaverint*, Lovel 4. 5. a m. 1. Portug. et Harlej. 2.

§. 8. *Eos tamen ipsos pravi consilii poenam habere*] *eos inde ipsos* Haverk. Sed supra v. hoc cap. ad §. 2. Deinde transpositis literis *parvi consilii* Florent. Leid. 2. et Portug. quod in hac voce frequenter a librariis commissum est. V. infra ad 29, 37, 16. Insuper *consilii ipsi poenam habere*, male inserta voce, Leid. 1. et Fragm. Hav. *consilii ipsius poenam habere* Lovel. 2. Mox verbis sequentibus *nec quemquam ex his reducendum esse*, pro *reducem esse*, Gaertn. *nec quemquam de his* Lovel. 4.

Militis autem non dati caussam terrorem assiduum a Volscis fuisse]

alieni stimulos esse, qui non egestatem modo atque
niam minentur, sed nervo ac vinculis corpus liberu
9 *tent.* et erat aeris alieni magna vis, re damn
etiam divitibus, aedificando contracta. Bellun
Volscum, grave per se, oneratum Latinoru
Hernicorum defectione, in speciem caussa

bat, vel fidei inter debitores et creditores intercedentis vinculum tollere conari, vel sibi ipsi adstruere, ac machinari, ut tota fides penes unum esset, omniaque negotia civitatis ab ejus nutu penderent. Verum priori, aut certe non multum dissimili sensu locutionem etiam acceperunt Sigonius et Gronovius; posteriorem autem non hujus loci esse, docet addita ratio, cur Manlius fidem moliri coeperit, quod aeris alieni stimuli acriores sint. Ceterum *angariis legibus* inepte est in Lovel. 1. Legum agrariarum frequens apud Livium et alios mentio obcurrit. De illis variis temporibus latis v. Sigon. 2. de antiq. jur. Ital. 2. Tum *tribunis plebi* primum adparuit in Cel. Jac. Gronovii editt. eamque scripturam nupera Amstelaedamensis servavit. Alibi quidem *plebi*, pro *plebis*, vel *plebei*, formatum fuisse, supra vidimus ad 2, 42, 6. hic tamen id errantibus operis typographicis tribuendum esse olim videbatur, non modo quia *plebis* in omnibus prioribus excusis supererat, verum etiam *plebi* in nullo Msto reperiebam. Eorum enim plerique *plebis* praeferunt, alii ambigue *tribunis pleb.* alii *tribunis pl.* alii *tribunis p.* In Leid. autem pr. Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. vox *plebi* deficit. Verum quum his in chartam conjectis nactus plures codd. fuerim, eorumque Florent. et Lovel. 5. a m. 1. *plebi* exhibeant, eam lectionem nunc non potui non probare. Denique *fuisse* a m. 2. et Harlej. 2. ut *quae*, nempe leges agra *sent materia seditionu* infra videbimus ad 32, vium passim pronomen non ad praecedens, se nomen referre solit quo casu, ut hoc loco eodem etiam numero, nomen, jungendum e docet. Servandum igit *teria fuisset*, ut habe scripti, nisi quod *fu* riorum errore sit in Fr

Acriores quippe aeris mulos esse] *acriores q alieni stimulos esse* Lei vel. 1. *acriores quippe a los esse* Portug. *alieni q res stimulos esse* Harlej 44, 9. *Nec in eis quidq quam pecuniae damnum*

Non egestatem modo miniam minentur] Vo sulat a Leid. 2. Deind praeferunt Lovel. 5. *minatur* Harlej. 2. Se verbum deficit in Fra

Nervo ac vinculis cor territent] C. 14, 4. dici ac *vincula*. Haec et al rum veterum loca, in cuniae judicati addicti *vum, vincula, servitute rem*, ducti dicuntur, sententiam illorum, legibus XII. tabularum se creditoribus, corp ris addicti in partes se

T. et L. Quinctiis Capitolinis, L. Papirio Cursore iterum, C. Sergio iterum tribunis consulari poteſtate, grave bellum foris, gravior domi seditio exorta: bellum a Volscis, adjuncta Latinorum atque Hernicorum defectione; seditio, unde minime timeri potuit, a patriciae gentis viro et inclitae famae, 2

Capitolino Fragm. Hav. *Tribunis pl. Quintio Capitolino* Voſſ. 2. *tribunis plebis Quintio Capitolino* Lovel. 3. et Hearnii Oxon. L. 1. *L. Quinctio Capitolino*, prioris praenomine cum vocula *et* neglecto. Lovel. 2. et 4. *Quintio Capitolino*, utroque praenomine omiſſo, Hearnii Oxon. B.

L. Papirio Cursore tribunis consulari poteſtate] Eſt in antiquo volumine *L. Papyrio Cursore II. tribunis consulari poteſtate.* RHEN. Hoc habent boni veteres libri, quod in iis est, *L. Papirio Cursore II. tribunis militum consulari poteſtate.* Quoniam autem non nisi quinque tribunorum nomina edunturur, C. autem Sergius et ante semel, et post tertium tribunus militum fuiſſe a Livio traditur, quo autem anno iterum fuerit, nisi hoc dicamus, ne colligi quidem conjectura potest, propterea videtur esse legendum, *L. Papirio Cursore II. C. Sergio II. tribunis militum consulari poteſtate.* †. „De *C. Sergio* admonuit quo„que ante Glareanus. hic autem, „quasi primum hoc viderit, nar„rat. „ †. SIG. *L. Papirio Cursore II. tribunis* Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 3. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. *L. Papirio Cursore secundo tribunis* Voſſ. 2. *L. Papirio Cursore dubus tribunis* Gaertn. *L. Papirio Cursore hiis tribunis* Leid. 2. Reliqui codd. iterati tribunatus notam in Papirio omittunt. Nullus etiam codd. *C. Sergii iterum tribuni* meminit, cujus tamen nomen hic verisimiliter intercidiſſe, et Papirio iterati honoris numerum addendum esse, etiam Pighius monet in Annal. ad ann. CCCLXIX. p. 233. V. etiam Glareanum non modo supra hoc lib. c. 5, 7. sed etiam infra c. 27, 2. Denique *tribunis militum consulari poteſtate*, ut Sigonius in vet. lib. esse teſtatur, apud me tantum exſtat in Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. apud Hearnium autem in Oxon. B. Sed sufficere arbitror *tribunis consulari poteſtate*, ut optimae notae aliique codices praeferunt. Ita infra hoc lib. c. 19, 4. *Tum tribuni consulari poteſtate tribunique plebei, quid opus facto sit, consultant.* ubi iidem fere, qui hoc loco, codices iterum *tribuni militum consulari poteſtate* praeferunt. Mox *gravius domi seditio exorta*, pro *gravior*, Gaertn.

§. 2. *Bellum a Volscis, adjuncta Latinorum atque Hernicorum defectione*] In antiquo volumine est *bellum ab Volscis* RHEN. *a Volscis* omnes mei. Sed tum *Latinorum Hernicorumque* Leid. 2. et Harlej. 2. *Latinorum et Hernicorum* Portug. et Haverk.

Seditio, unde minime timeri potuit, a patriciae gentis viro et inclitae famae, M. Manlio] *seditionum minime timeri* Fragm. Hav. Deinde *timeri debuit* priscae edd. pro quo Aldus primus reposuit *potuit*, quod habent omnes seri-

quia celeritate ad bellum opus erat, seu
triumphoque dictaturae ipsi vires se additu
tus, delectu habito in agrum Pomptinum,
2 Volscis exercitum indictum audierat, pergi
dubito, praeter satietatem, tot jam libris
bella cum Volscis gesta legentibus illud quo
cursurum, (quod mihi percensenti propio

diturum Leid. 1. quod hujus codicis librario, qui apopraphum unica serie exaratum descripsisse videtur, frequens est: pro eo *vim esse additurum* praefert Lovel. 4. [*dictaturae ipse vim esse additurum* Veith.] Paullo ante *tamen*, *quia seu celeritate*, transpositis vocibus, idem Lovel. 4.

Delectu habito in agrum Pomptinum] *dilectu habito* Florent. Voss. 1. et Leid. 1. V. ad 37, 51, 7. et mox hoc cap. §. 4. Deinde *in agrum Promptinum* Lovel. 2. et Fragm. Hav. *in agrum Pontinum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Portug. et Haverk. V. ad 2, 34, 4.

Quo a Volscis exercitum indictum audierat, pergit] Variat in MSS. codicibus varie hic locus. quippe Pall. duo, *qua Volscis*. Sec. autem, *quo ab Volscis exercitum inductum audierat*. Andreas edidit, *quo a Volscis exercitum indictum induci audierat*. Mox Camp. *quo a Volcis exercitum duci indictum audierat*. GEBH. *qua Volscis* Voss. 2. et Lovel. 3. *quod Volscis* Leid. 1. *quo et Volscis* Fragm. Hav. a m. 1. *quo et ab Volscis* a m. 2. *quo ab Volscis* Portug. et Haverk. Deinde *inductum audierat* Klock. *inductum audierit* Haverk. *indictum induci audierat* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *indu·i indictum audierit* iis proximae Mediol. anni 1480. utraque Tarvis. et aliae. Quamvis autem interim Mediolanenses anno 1 *duci* expunxerint, n runt tamen, qui rect tes sequerentur ante F qui anno 1535. simili cem omisit. Ejus au nis auctores indicare dentur, in aliis se c *ductum*, quod in duol superest, in aliis *in* risse. Solent autem *ductus* et *indictus* c Mstis. V. infra ad 1 locutione *indicere ex* fra ad 40, 41, 7. Deni *git* non comparet in

§. 2. *Praeter satiet libris assidue bella cum legentibus*] Sincerio lectio *assidua bella gesta*. RHEN. Rhen consentiunt ex meis vel. 2. et Leid. 1. n rum ultimus perper *sidua bellatum Volsc* ctio *assidue bella cu* perest in Voss. utr 2. Lovel. 1. 3. 4. 5. tug. Haverk. Hear 2. B. C. et Exc. Pith *assiduae bella cum* Harlej. 2. *assiduae Volscis* Harlej. 1. *ass Volscis* Fragm. Hav *Volscis gesta gentibu* laba ultimae vocis cta, Leid. 2. et Lo terea *praeter sotiet laboris* Haverk. *soc*

citus esse; tantum jam eminere, ut iisdem auspiciis creatos, non pro collegis, sed pro ministris habeat: quum interim, si quis vere aestimare velit, a M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit, nisi a 4

vocem illam servant: ita tamen, ut *eximiis simul honoribus* legant Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. [Veith.] ubi jungendum foret *uni eximiis honoribus*. Quomodo Cic. loquitur 1. ad fam. Epist. 7. *Lentulum nostrum, eximia spe summae virtutis adolescentem, imitatione tui fac erudias.* Reliqui vulgatum tuentur, quod non displicet. Liv. 1, 7, 5. *Aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit.* 7, 10, 7. *Corpus alteri magnitudine eximium.*

Agere ferebat, solum eum in magistratibus, solum apud exercitum esse] *To eum* deest in Fragm. Hav. contra repetunt Leid. 2. et Lovel. 1. *solum eum apud exercitum esse* exhibentes. At uno ambitu *solum eum in magistratibus solitum apud exercitum esse* praeferunt Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Port. Gaertn. Haverk. [Veith.] et Fragm. Hav. nisi quod in eo, ut dictum est, deficiat *τὸ eum*. Sed vulgatum praefero. Manlius aegre ferebat, Camillum tanti a civibus fieri, ut solum eum dignum existimarent, qui honores gereret, ac militibus et exercitui populi Romani praeesset.

§. 4. *Eminere, ut iisdem auspiciis creatos, non pro collegis, sed pro ministris habeat*] *emineret* Leid. 1. et Harlej. 1. *iminere* vel *imminere* Voss. 2. Deinde *non solum pro collegis* Portug. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. Sed recte additam vocem reliqui codices ignorant. Denique *pro ministeriis* Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav.

Si quis vere aestimare velit] *existimare* Lovel. 1. 2. 3. Fragm. Hav. et Gaertn. *existimare* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 4. et Portug. a m. 2. Neque aliter, quas vidi, editiones vetustae praeferunt. Aldus primus illi lectioni *τὸ aestimare* substituit, quod est in reliquis edd. et optimis Mstis. Alibi saepe voces *aestimare* et *existimare* in Mstis commutantur. V. infra ad 34, 2, 5. De locutione autem *vere aestimare* v. ad 34, 27, 1. *aestimari* habet Haverk.

M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit] Scribe *a M. Furio recuperari patria.* RHEN. A Pall. tribus, et editione Andreae abest praepositio *a*. GEBH. Si solos forte Lovel. 2. et Harlej. 1. excipias, quorum priorem sub oculis habeo, ex altero nihil in excerptis adnotatum video, praepositio *a* etiam deficit in omnibus meis manu exaratis, ut et in vetustioribus editis. Mediolanenses demum anno 1495. eorumque exemplum imitati Veneti anno 1498. illam contextui addiderunt, quam reliqui servarunt usque ad Aldum, qui iterum, sine dubio codices suos secutus, ejecit: unde Rhenano eam addendi occasio data est. Quid de Hearnii Oxoniensibus dicam, haereo. Monens enim *τὸ a* omitti in Andreae Romana, de membranis suis nihil addit; unde efficiendum foret, praepositionem in illis superesse. Verisimile tamen non fit, eas omnes tam constanter a plerorumque aliorum codicum scriptura in diversa abire. Satis commode etiam vocula illa abesse potest, sive *M. Furio* accipiamus posi-

5 *se prius Capitolium atque arx servata esset: et ille, inter aurum accipiendum et spem pacis solutis animis, Gallos adgressus sit; ipse armatos capientesque arcem depulerit: illius gloriae pars virilis apud omnes milites sit, qui simul vicerint; suae victoriae neminem om-*

tum casu tertio, sive casu sexto pro per M. Furium. Sic supra 1, 16, 3. *Paucis initio facto.* Ita habet optimus Leid. 1. pro *a paucis.* 2, 6, 9. *Numquamne ergo, inquit, ulla adeo vobis spectata virtus erit.* Ita Gronov. legit, et nonnulli codd. praeferunt, pro *a vobis spectata.* 3, 63, 11. *In eamdem sententiam multa et ceteris senioribus Patrum quum essent dicta.* Ita Rhenanus in suis invenit, meorumque unus et alter exhibent, pro *a ceteris.* c. 69, 8. *Ut signa eo ipso die quaestoribus ex aerario promta.* Ita iterum unus ex melioribus, pro *a quaestoribus.* 4, 17, 10. *Ad delectum consulibus habitum centuriones veteres, belli periti, adjecti.* Ea et hic quorumdam codicum lectio est, pro *a consulibus habitum.* 5, 12, 5. *M. Furio in Faliscis et Cn. Cornelio in Capenate agro hostes nulli extra moenia inventi.* Ita olim editum fuit, omnesque codd. mei servant. Rhenanus scribendum monuit *a M. Furio*, quod ab aliis in contextum receptum est. Infra 6, 14, 4. *Commilitonemque meum, tamquam Gallis victoribus captum, in servitutem ac vincula duci videam.* c. 31, 7. *Volscis incursiones in extrema finium factae erant.* Haec quorumdam codicum lectio est, ubi vulgo editum *a Volscis.* c. 34, 7. *Proximis quisque minime anteiri vult.* Ita optimi codd. Vulgo *a proximis.* 8, 6, 4. *Ita ut populo Patribusque audita vox pariter sit.* c. 15, 2. *Aurunci T. Manlio consule in deditionem accepti.* Ita plerique codd. et primae edd. 9, 31, 16. *Loca difficilia, hosti quaesita, ipsos tum sua fraude impediebant.* c. 36, 1. *Silva erat Ciminia, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita.* 35, 17, 8. *Per similem tentationem Romanis de duabus civitatibus agi.* c. 37, 2. *Oratione habita, qualis habenda Alexameno fuerat.* Ita plures meorum, pro *ab Alexameno.* 36, 8, 2. *Aetolis Amynandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est indictus.* ubi nihil mutandum puto. 40, 26, 8. *Duumviri navales creati C. Matienus et C. Lucretius, navesque iis ornatae sunt.* c. 31, 9. *Quae pars maxime pugnantibus conspici poterat.* ita codd. mei, non, ut vulgo editur, *a pugnantibus.* 41, 10, 12. *Haec collegae obsequenter facta.* 41, 26, 4. *Exaequari cornibus hostibus,* (forte *hostilibus*) *quibus circumibantur, possent.* 42, 12, 5. *Betotorum gentem, captatam Philippo, numquam ad scribendum amicitiae foedus adduci potuisse.* c. 15, 8. *Cum quo institutus regi sermo erat.* 44, 27, 11. *Quum assidue Pantaucho ad lacessendos hostilia facto Romanos stimularetur.* ubi male Sigonius ex conjectura *a Pantaucho* in contextum recepit. c. 42, 7. *Facile conveniebat, Romanis numquam una acie tantum Macedonum interfectum.* qui locus olim male distinguebatur. Alibi eadem locutio in Mssis obcurrit. V. supra ad 2, 43, 1. 5, 33. 2. infra 8, 23, 17. 22, 47, 1. 23, 9. 4. 27, 27, 3. et aliis locis. Adde Cl. Cortium ad Sallust. Jug. c. 21, 3. c. 25, 5. et ad Plinii 4. Ep. 13, 10. Inprimis autem saepissime ita loqui solitus est Sueton. Vide,

nium mortalium socium esse. His opinionibus infla- 6
to animo, ad hoc vitio quoque ingenii vehemens
et inpotens, postquam inter Patres non, quantum
aequum censebat, excellere suas opes animadver-
tit; primum omnium ex Patribus popularis factus, 7

quae notant Torrent. ad Caes. 19. Cel. Burm. ad Caes. 20. et alibi. Hinc forte praeferenda est Torrent. sententia, qui *ara Octavio consecrata* in vita Aug. 1. exponit, ab Octavio: quum Casaub. et Gruterus interpretentur ipsi Octavio ab aliis consecrata. Certe Gujeti emendatio, qui *ab Octavio* invitis libris conjicit, non admittenda est. Ceterum *recuperare* perperam Gaertn. et Haverk.

Nisi a se prius Capitolium] *nisi prius a se* Leid. 1. *ab se* Portug. et Haverk. Tum *Capitolium et ars*, pro *arx*, Lovel. 3. V. ad 4, 56, 3.

§. 5. *Inter aurum accipiendum et spem pacis solutis animis Gallos adgressus sit*] *et specie pace* Leid. 2. *et in spem pacis* Florent. quod probari posset. Ita autem *animi in spem pacis soluti* dicerentur, quemadmodum *resolvi in spectaculum* apud Frontin. 1, 5, 16. et *resolutus in nimiam securitatem* 2, 9, 7. Praeterea tum praecedens *inter aurum accipiendum* dictum foret, pro interea dum aurum accipitur. V. infra hoc lib. ad c. 24, 10. Verum, an uni, licet optimo, codici fides hic habenda sit, vehementer dubito. Alibi enim locutionem *solvi in aliquid* apud Liv. hoc sensu nondum notavi. Deinde *Gallos aggressus est* Lovel. 2. et 4. *aggressus est Gallos* Harlej. 2. Haverk. et Portug. in quo posteriori tamen in margine emendatur *aggressus sit Gallos*. *Τὸ sit* non exstat in Gaertn. *egressus sit* habet Leid. 2.

Armatos capientesque arcem depulerit] *capientes arcem* sine copula Leid. 2. et Lovel. 1. *capientesque urbem* Voss. 1. pro quo in margine emendatur *arcem*. Sollemnis est illa harum vocum permutatio. V. N. Heins. ad Claudian. 1. in Rufin. 175. viros Cel. Burmann. ad Ovid. Epist. 12. Heroïd. 127. Bentlej. ad Horat. 1. od. 7, 5. et Markland. ad Statii 1. sylv. 4, 91. Hic tamen non *urbem*, sed *arcem*, legendum esse, docet historia Gallorum, Capitolium, ubi arx urbis Romae erat, conscendentium, et Manlii cos inde depellentis.

Apud omnes milites sit, qui simul vicerint] Vox *omnes*, quam alii Msti agnoscunt, in solo deficit Harlej. 2. Deinde *vicerunt* habent Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Port. Haverk. [Veith.] et typis descripti Aldo antiquiores. Mox *suae memoriae*, pro *suae victoriae*, Klock.

§. 6. *Ad hoc vitio quoque ingenii vehemens*] *ad haec* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. quae varietas passim in Msts obvia est. V. infra ad 21, 52, 10. Deinde *ingenium vehemens* male scriba Gaertn. Mox *τὰ et inpotens* desunt in Klock. quae alii codd. constanter agnoscunt. Tum *excelsere*, pro *excellere*, Leid. 1. *ex scelere* Leid. 2.

§. 7. *Primum omnium ex Patribus popularis factus*] Necessario legendum *primus*. Infra [c. 20, 3.] *Quod primus a Patribus ad plebem*

cum plebejis magiſtratibus consilia communicare; criminando Patres, adliciendo ad se plebem, jam

defeciſſet. T. FABER. Et perspicue Rottend. *primus*. Si tamen neceſſarium, fatentur verba l. 8, 15. *Q. Publilius Philo praetor primum de plebe est factus*. Ubi tacent, quum tamen l. 10, 8. *L. Sextius primus de plebe consul est factus*, etc. JAC. GRON. *Primum* et *primo* saepe invaserunt locum τοῦ *primus*. V. J. Fr. Gronovium ad Liv. 29, 2. et 1. Obs. 7. et Jac. Gronov. ad Liv. 30, 33. Fabri sententia non eſt rejicienda. DUK. *primus omnium* etiam Portug. et Hearnii Oxon. B. Simili modo J. Fr. Gronovius scribendum conjicit *Roma est ad id potissima visa*, pro *potissimum*, 1, 34, 6. et *duo singularia haec ei viro primo contigerunt*, pro *primum*, 8, 26, 7. V. infra ad 34, 14, 6. Fabri conjecturam probat etiam Cel. Jac. Perizon. in Animadv. Hiſt. c. 8. p. 347. ubi addit, quod Livius hic de M. Manlio praedicat, non omni ex parte vero consentaneum eſſe: Sp. Caſſium enim, virum patricium, triumphalem, et ter consulem, diu antea plebis voluntatem contra Patres lege agraria aliisque largitionibus sibi conciliare nimis populariter ſtuduiſſe, ut refert ipse Livius l. 2, 41. Contra Doüjatius sine mutatione sententiam conſtare putat: *primum omnium* enim eſſe, quasi dicas, *ante omnia*. Ceterum *is primum omnium* praefert Klock.

Cum plebis magiſtratibus consilia communicare] *cum plebejis*, vel *plebeis magistratibus* exhibent omnes codd. scripti, quibus utor; nisi quod *cum plebe hiis magiſtratibus*, eodem tamen ducentibus veſtigiis, sit in Gaertn. *cum plebejis magiſtratibus* etiam Hearne invenit in Oxon. B. N. et C. Neque aliter obferunt typis excusi vetuſtiores aliique usque ad ultimam Gruteri editionem, in qua demum *plebis magiſtratibus* repositum video, quod recentiores servarunt. Ab his diſſentiens priscam lectionem revocavi. Supra 2, 56, 2. *Rogationem tulit ad populum, ut plebeji magiſtratus tributis comitiis fierent*. 4, 25, 11. *Caverint, ne cui patricio plebeji magiſtratus paterent*. Deinde vox *consilia* deficit in Harlej. 1. ut *communicare* absolute ponatur, quemadmodum infra 9, 14, 2. *Ea legatione Papirius audita, perinde ac motus dictis eorum, cum collega se communicaturum respondit*. V. Vorſtium de Latinit. merito suspecta c. 19. Praefero tamen consensum aliorum in voce ea servanda. *Communicare consilia* noſtro frequens. 3, 70, 1. *Facilitati submittentis se comiter respondebat, communicando consilia laudesque*. 8, 25, 9. *Communicato inter se consilio, partes ad rem agendam divisere*. 10, 22, 3. *Cum moribus notis facilius se communicaturum consilia*. 28, 28, 5. *Cum Mandonio et Indibili consilia communicaſtis*. 37, 16, 1. *Rhodum prius jussus adire, et omnia cum iis communicare consilia*.

Adliciendo ad se plebejam auram, non consilio ferri] Adulteratus indubie locus eſt. Habet lectio vetus *alliciendo ad se plebem jam auram*. Lego et diſtinguo sic, *criminando Patres, alliciendo ad se plebem. Jam aura, non consilio, ferri*. Significat *aura* adspirantem vulgi favorem. proinde elegantiſſime dictum eſt, *jam aura, non consilio, ferri*, hoc eſt, ferebatur. RHEN. Reſtituta haec lectio a Rhenano nullo in codice MSS. conspici potuit, quam tamen legitimam credo. Eſt autem

aura, non consilio, ferri, famaeque magnae malle, quam bonae, esse: et, non contentus agrariis le- 8

hic *aura* popularis favor. Seneca Hippolyto 488.

Non aura populi et vulgus infidum bonis.

Liv. 29, 3. aliter: *Mercede*, inquit, *parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida.* GEBH. *alliciendo ad se plebejam auram*, quod Rhenanus damnavit, supereſt in Voſſ. utroque, Lovel. 3. 5. et Haverk. *ad se alliciendo plebejam auram* in Gaertn. *alliciendoque ad se plebejam auram* in Harlej. 2. *alliciendo ad se plebejam auram, non consilia ferri* in Portug. *alliciendo ad se plebem, jam curiam* in Lovel. 2. et 4. *alliciendo ad se plebem jam auriam* in Leid. 1. *alliciendo ad se plebem jam auĩa* in Fragm. Hav. [*allicere ad se plebem* Veith.] Sed recte *alliciendo ad se plebem. Jam aura, non consilio, ferri* habent Florent. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 1. et Klock. *plebejam*, pro *plebē. jam*, sive *plebem. jam*, dederunt librarii, quemadmodum *saevitiam*, pro *saevit jam*, apud Silium Ital. 8, 246. ubi v. N. Heins. *etiam*, pro *et jam*. V. supra ad 1, 47, 9. et ad 39, 10, 6. *Auram* recte Rhenanus exposuit adspirantem populi favorem, metaphora a navigatione translata. *aura favoris popularis* vocatur 22, 26, 4. *Haud parum callide auram favoris popularis ex dictatoria invidia petiit. aura popularis* 3, 33, 7. *Adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente, omnisque auraе popularis captator evaderet.* 29, 37, 17. *Ne poſtea obnoxia populari auraе censura eſſet.* 30, 45, 6. *Africanum cognomen militaris prius favor, an popularis aura celebraverit, parum compertum habeo.* 42, 30, 4. *Perseus magis auraе popularis erat.* Simili metaphora *aura libertatis*, *aura spei* apud Livium obcurrunt. Supra 3, 37, 1. *Circumspectare tum patriciorum vultus plebeji, et inde libertatis captare auram.* 42, 39, 1. *Perseus in interiora regni recipit se, levi aura spei objecta.* Locutionem autem *ferri aura, non consilio* inluſtrant, quae notantur ad Silii Ital. 10, 618.

Famaeque magnae malle, quam bonae, esse] *famae magnae malle* Lovel. 3. et 4. [Veith.] *famaeque malle magnae* Lovel. 1. *famaeque magnae mallet* Florent. a m. 2. Tum *quam bene esse* Lovel. 2.

§. 8. *Et non contentus agrariis legibus, quae materia semper tribunis plebi seditionum fuisset, idem moliri coepit: acriores quippe aeris alieni stimulos esse, qui*] Colon ponendum puto poſt verbum *stimulos*. Quae vero deinde sequuntur, verba sunt Manlii seditiose conquerentis de Patribus, moventisque senatui invidiam. GLAR. Hujus loci obscuritatem cum sentiret Glareanus, ita de eo tradidit. *Colon ponendum puto* etc. Qua in re laudandum Glareani ingenium, quod difficultatem sensit; irridendum, quod portenta dixit, neque, quae verba vitium continerent, intellexit. †. „Glareanus non ait portenta; quare ea „illi affingenda non erant." †. Vitiose autem habent illa *idem moliri*. Neque enim intelligi poteſt, quid velit Livius, cum aït: *Non contentus agrariis legibus idem moliri coepit.* Neque enim Manlius, de quo nunc loquitur, agris dandis, ut Sp. Caſſius, neque frumento, ut Sp. Maelius, sed pecunia condonanda, ut nemo ante, plebem ad se alliciebat. Cum autem eos, qui aes alienum fecerant, quia solvendo non es-

gibus, quae materia semper tribunis plebi seditio-

sent, addictos duci aegre paterretur, atque, id ne fieret, sua se pecunia prohibiturum esse profiteretur, propterea recte dici potest *fidem moliri coepisse*. Ita ut legatur, non *idem moliri*, sed *fidem moliri coepit*. Est autem *fidem moliri* prohibere, ne, qui debent, ea, quae debent, solvant. Sic autem supra accepit *fidem* 2, [30, 1.] *Haud salubrem utique Lartii sententiam putabant, quae fidem tolleret*. Et Cicero pro lege Manilia [7.] *Scimus Romae solutione impedita fidem concidisse*. Et paullo post [eodem cap.] *Haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis: ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefactata motu concidant*. Et Caesar 3. Bell. civ. [1.] *Cum fides tota Italia esset angustior, neque creditae pecuniae solverentur*. Et Livius hoc libro haud ita multo post [c. 15, 5.] *Spem factam a te civitati, fide incolumi ex thesauris Gallicis, quos primores Patrum occultent, creditum solvi posse*. Sic 9, [3, 3.] *Montes sua sede moliri*, pro *demoliri*. Et alio loco, *Fores moliri*. SIG. Faërnus postrema verba ex V. C. sic emendabat: *fidem demoliri coepit. acriores quippe* etc. Nam primam literam verbi *fidem* quum librarius putasset digamma esse Aeolicum, omisit, ut videtur; et fecit *idem*, et, pro *demoliri*, scripsit *moliri*, omissa prima verbi syllaba ob similem praecedentis vocis *fidem*. URSIN. MS. *idem regium mori coepit*, et ad marginem *regñ*. Lego *fidem ream moliri coepit*, vel, *fidem credit? moliri coepit*. Infra [c. 27, 3.] *Quum ab iis elevaretur, quibus fide magis, quam fortuna debentium, laborare creditum videri expediebat*, et [c. 34, 2.] *Fama et corpore judicati atque addicti creditoribus satisfaciebant, poenaque in vicem fidei cesserat*, et 23, [48, 9.] *Itaque nisi fide flaret respublica, opibus non flaturam*. Cicero 11. ad Att. Ep. 1. *Hujus pecuniae permutatione fidem nostram facile tuebere*. Ep. 2. *Si, ut scribis, ista haereditas fidem et famam meam tueri potest*. 1. ad famil. Ep. 7. *Si rex amicis tuis, qui per provinciam imperii tui pecunias ei credidissent, fidem suam praestitisset*. BLOCK. Non secus, quam *idem moliri coepit*, habetur in Palat. sec. veterrimisque editionibus. Faërnus tamen cum sentiret, neque M. Manlium de agris plebi dandis, ut Sp. Cassium, neque frumento dividendo, ut Sp. Maelium agitasse; sed aere alieno obrutos expediendo populum facere suum cogitasse, conjecit legi posse, *fidem demoliri coepit. acriores quippe* etc. Quam emendationem occupans Sigonius, magnidicis nobis interpretationibus Scholia extendit. Sed quis in tanta scriptorum turba umquam dixit, *fidem moliri* esse prohibere, ne obstricti aere alieno id solvant? *Fidem* quidem separatim id, quod innuit Sigonius, significare, non diffiteor; sed cum illo copulatum verbo tali esse notione pernego, nisi locupletibus docear atque convincar auctoritatibus. Palatini duo, *quae materia semper tribunis seditionum fuisset, inde moliri coepit acriores quippe aeris alieni stimulos esse*. De qua judicium ferant doctiores. GEBH. Scripti et editiones antiquae *idem*. Unde magnus vir interponi voluit, *ex aere alieno idem moliri coepit*. Sed recte Sigonius *fidem moliri*. Nam *moliri* est labefactare, ut *moliri fores*, et hoc ipso libro [c. 33, 11.] *moliri obices portarum*. Iterumque [c. 34, 5.] *Parva rem ingentem moliundi caussa intervenit*. Labefactatur autem fides, cum pecuniae creditae condonantur creditori-

num fuiſſet, fidem moliri coepit. *acriores quippe aeris*

bus. Quis enim credere volet, hoc si exspectet fore, ut non recipiat suum? Ad illa, quae attulit Sigonius, addo locum Ciceronis ex 2. de Officiis [24.] *Quamobrem, ne sit aes alienum, quod reipublicae noceat, providendum eſt: quod multis rationibus provideri poteſt: non ſi fuerit, ut locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. nec enim ulla res vehementius rempublicam continet, quam fides: quae nulla esse poteſt, niſi erit necessaria ſolutio rerum creditarum.* Inde et queritur infra Appius (c. 41, 11.) *altera* rogatione Sextii *fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollitur.* Ipsam Livii phrasin, quamquam in alia re, usurpat Ovidius 4. Faſt. [203.]

— — — *Pro magna teſte vetuſtas*
Creditur, acceptam parce movere fidem.

J. FR. GRON. *idem moliri coepit* etiam omnes scripti, quibus usus sum, [Veith.] nisi quod *idem molliri* praeferat Lovel. 1. *inde moliri* Voſſ. 2. et Lovel. 5. quemadmodum etiam in Palat. duobus Gebhardus invenit; de ea autem scriptura, si quid video, aliud judicium ferri nequit, quam librarios ita per errorem, pro *idem moliri*, dediſſe. Saepe enim librarii *idē*, sive *idem*, et *īde*, sive *inde*, in membranis confundere soliti fuerunt. V. supra ad 1, 19, 7. Latinius scribendum censuit *fidem demoliri coepit*, quod et Faërno apud Ursinum in mentem venit, quasi prima syllaba τοῦ *demoliri* intercepta foret ab ultima vocis praecedentis *fid*. Alia similis erroris exempla supra v. ad 5, 19, 4. Puto tamen, melius Sigonium, Gronovium, aliosque reposuiſſe *fidem moliri coepit*. Et ita Gronovius etiam legendum monuit in prima editione notarum ad 24, 46, 5. ubi tamen fruſtra Sigonium *demoliri* maluiſſe scribentis manus aberravit, et animo ejus sine dubio Faërnus obversatus eſt. *Fides*, ut apud Sueton. in Aug. 42. *Populo, promiſſum quidem congiarium reposcenti, bonae se fidei esse respondit.* Juſtin. 22, 1. *Quum Syracusas concessisset, adscitusque in civitatem inter incolas esset, diu sine fide fuit.* Recte etiam Gronovius *moliri* per labefactare exposuit. Infra 24, 46, 5. *Strepitum molientium portam exaudiri prohibuit.* Ubi v. eumdem Gronovium. Aliud exemplum locutionis *moliri fidem* hoc sensu poscenti Gebhardo satisfacere nequeo; proxime tamen accedit, quod, quum *moliri* hic pro labefacere, labefactare ponatur, *fidem labefactam* dixerit Sueton. in Vespas. 4. *Rediit certe nihilo opulentior, ut qui, prope labefacta jam fide, omnia praedia fratri obligarit. labefactare fidem*, ubi tamen *fides* alio sensu accipitur, dixit Livius 24, 20, 15. *Quamquam simulata lenitas nihildum profuerat, tamen spe labefactandae fidei haud absiſtens. idem*, pro *fidem*, male etiam in quibusdam codicibus legitur infra 27, 50, 7. quemadmodum autem, ibi literam initialem τοῦ *fidem* a vocis prioris finali *s* ob ductuum similitudinem interceptam eſſe, verisimile eſt, ita etiam id hoc loco fieri potuit a finali vocis praecedentis *t*. Nam inter *F* et *T*, praesertim in scriptura Romana, magna eſt adfinitas. Ceteroquin, eadem litera vel addita vel omiſſa, *acies* et *facies* non raro in Mſtis confundi solent. V. Ill. N. Heinsium ad Ovid. 4. Met. 461. et Doct. Oudend. ad Frontin. 4, 7, 32. Doujatius, praefatus non id agere Manlium, ne creditoribus satisfieret, quum sua ipse pecunia debitum exsolveret, *moliri fidem* exponendum puta-

alieni stimulos esse, qui non egestatem modo atque ignominiam minentur, sed nervo ac vinculis corpus liberum terri-
9 *tent.* et erat aeris alieni magna vis, re damnosissima etiam divitibus, aedificando contracta. Bellum itaque Volscum, grave per se, oneratum Latinorum atque Hernicorum defectione, in speciem caussae jacta-

bat, vel fidei inter debitores et creditores intercedentis vinculum tollere conari, vel sibi ipsi adstruere, ac machinari, ut tota fides penes unum esset, omniaque negotia civitatis ab ejus nutu penderent. Verum priori, aut certe non multum dissimili sensu locutionem etiam acceperunt Sigonius et Gronovius; posteriorem autem non hujus loci esse, docet addita ratio, cur Manlius fidem moliri coeperit, quod aeris alieni stimuli acriores sint. Ceterum *augariis legibus* inepte est in Lovel. 1. Legum agrariarum frequens apud Livium et alios mentio obcurrit. De illis variis temporibus latis v. Sigon. 2. de antiq. jur. Ital. 2. Tum *tribunis plebi* primum adparuit in Cel. Jac. Gronovii editt. eamque scripturam nupera Amstelaedamensis servavit. Alibi quidem *plebi*, pro *plebis*, vel *plebei*, formatum fuisse, supra vidimus ad 2, 42, 6. hic tamen id errantibus operis typographicis tribuendum esse olim videbatur, non modo quia *plebis* in omnibus prioribus excusis supererat, verum etiam *plebi* in nullo Msto reperiebam. Eorum enim plerique *plebis* praeferunt, alii ambigue *tribunis pleb.* alii *tribunis pl.* alii *tribunis p.* In Leid. autem pr. Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. vox *plebi* deficit. Verum quum his in chartam conjectis nactus plures codd. fuerim, eorumque Florent. et Lovel. 5. a m. 1. *plebi* exhibeant, eam lectionem nunc non potui non probare. Denique *fuissent* Florent. a m. 2. et Harlej. 2. ut voluerint *quae*, nempe leges agrariae, *fuissent materia seditionum.* Verum infra videbimus ad 32, 30, 6. Livium passim pronomen relativum non ad praecedens, sed sequens, nomen referre solitum fuisse; quo casu, ut hoc loco, verbum eodem etiam numero, quo pronomen, jungendum esse, ratio docet. Servandum igitur *quae materia fuisset*, ut habent reliqui scripti, nisi quod *fuisse* librariorum errore sit in Fragm. Hav.

Acriores quippe aeris alieni stimulos esse] *acriores quidem aeris alieni stimulos esse* Leid. 2. et Lovel. 1. *acriores quippe alieni stimulos esse* Portug. *alieni quippe acriores stimulos esse* Harlej. 2. Liv. 30, 44, 9. *Nec in eis quidquam acrius, quam pecuniae damnum, stimulat.*

Non egestatem modo atque ignominiam minentur] Vox *modo* exsulat a Leid. 2. Deinde *minantur* praeferunt Lovel. 5. et Portug. *minatur* Harlej. 2. Sed totum id verbum deficit in Fragm. Hav.

Nervo ac vinculis corpus liberum territent] C. 14, 4. dicit *servitutem* ac *vincula.* Haec et alia scriptorum veterum loca, in quibus pecuniae judicati addictique in *nervum, vincula, servitutem* et *carcerem*, ducti dicuntur, confirmant sententiam illorum, qui putant, legibus XII. tabularum non licuisse creditoribus, corpus debitoris addicti in partes secare. Certe

tum, ut major poteſtas quaereretur. Sed nova con- 10
ſilia Manlii magis compulere senatum ad dictatorem creandum. Creatus A. Cornelius Coſſus magiſtrum equitum dixit T. Quinctium Capitolinum.

XII. Dictator, etsi majorem dimicationem pro- 1
positam domi, quam foris, cernebat; tamen, seu

si hoc licuiſſet, cauſſa dici non poteſt, cur Manlius, cujus intererat, saevitiam et crudelitatem foeneratorum exaggerare, tantum nervum ac vincula memorare voluerit. Hoc observat alicubi, ut puto, Salmasius. DUR. *nervo atque vinculis* Haverk. *nervo ac vinclis* Lovel. 4. V. ad 3, 56, 4.

§. 9. *Et erat aeris alieni magna vis, res damnosissima etiam divitibus, aedificando contracta*] Scribe cum Freinshemio: *vis, re damnosissima etiam divitibus, aedificando.* Notum eſt illud Graecorum:

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν
Ἄτροπος ἐς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

J. FR. GRON. *aeris alieni vis magna* Gaertn. Deinde *res damnosissima* omnes codices mei, [Veith.] praeter solum Portug. qui a m. 1. *re damnosissima* habuit, ut Freinshem. et Gronov. recte scribendum viderunt, et Hearne se in Oxon. L. 1. 2. et B. reperiſſe profitetur. (* v. Burm. ad Suet. Ner. 31.) Dicto Graecorum, cujus Gronov. meminit, similis eſt inprecatio Lacedaemoniorum, variis locis Suidae memorata. Οἰκοδομά σε λάβοι, καὶ ἀμβολά, ὅ, τε ἵππος, καὶ ἁ γυνά τοι μοιχόν ἔλοι. V. Suidam v. Ἀμβολὰς γῆ. v. Δακνόμενος. v. Ἵππους. et v. Οἰκοδομή. Praeterea *et divitibus* Harlej. 2. et Haverk. Tum *aedificando divitibus contracta*, perperam trajectis vocabulis, Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5.

Grave per se, oneratum Latinorum] *honoratum* Lovel. 1. et 5. V. ad 36, 40, 9. *et oneratum* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *qui oneratum* Gaertn. Mox voces *Latinorum atque Hernicorum defectione in speciem caussae jactatum* exsulant a Leid. 2. *defectionem* habet Harlej. 1. Tum *in spem caussae* Gaertn. V. supra ad 3, 9, 13. Deinde *jactatam*, pro *jactatum*, pleraeque edd. vett.

Ut major poteſtas quaereretur. Sed nova consilia Manlii magis compulere senatum] Omnia haec verba perperam omiſſa sunt a librariis codicum Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. *quaeretur*, pro *quaereretur*, eſt in Gaertn. V. ad 2, 56, 7.

§. 10. *A. Cornelius Cossus magiſtrum equitum dixit T. Quinctium Capitolinum*] *A. Coſſus*, media voce neglecta, Portug. Vox vero *equitum* deficit in Haverk. Tum *dixit Quintum Capitolinum* Voſſ. 1. Lovel. 1. et Leid. 2. *Quintus* et *Quintius* saepius in Mſtis commutari, supra vidimus ad 3, 1, 1. Eo errore admiſſo, praenomen *Titus* omitti debuit, ne uni duplex praenomen daretur. Id autem etiam commode intercipi potuit a vocis praecedentis litera finali.

§. 1. *Seu victoria triumphoque dictaturae ipsi vires se additurum*] *triumpho victoriaque* Gaertn. *Tò que* deest in Haverk. Deinde, male divisis vocibus, *vir eſſe ad-*

quia celeritate ad bellum opus erat, seu victoria triumphoque dictaturae ipsi vires se additurum ratus, delectu habito in agrum Pomptinum, quo a
2 Volscis exercitum indictum audierat, pergit. Non dubito, praeter satietatem, tot jam libris assidua bella cum Volscis gesta legentibus illud quoque subcursurum, (quod mihi percensenti propiores tem-

diturum Leid. 1. quod hujus codicis librario, qui apographum unica serie exaratum descripsisse videtur, frequens est: pro eo *vim esse additurum* praefert Lovel. 4. [*dictaturae ipse vim esse additurum* Veith.] Paullo ante *tamen*, *quia seu celeritate*, transpositis vocibus, idem Lovel. 4.

Delectu habito in agrum Pomptinum] *dilectu habito* Florent. Voss. 1. et Leid. 1. V. ad 37, 51, 7. et mox hoc cap. §. 4. Deinde *in agrum Promptinum* Lovel. 2. et Fragm. Hav. *in agrum Pontinum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Portug. et Haverk. V. ad 2, 34, 4.

Quo a Volscis exercitum indictum audierat, pergit] Variat in MSS. codicibus varie hic locus. quippe Pall. duo, *qua Volscis*. Sec. autem, *quo ab Volscis exercitum inductum audierat*. Andreas edidit, *quo a Volscis exercitum indictum induci audierat*. Mox Camp. *quo a Volcis exercitum duci indictum audierat*. GEBH. *qua Volscis* Voss. 2. et Lovel. 3. *quod Volscis* Leid. 1. *quo et Volscis* Fragm. Hav. a m. 1. *quo et ab Volscis* a m. 2. *quo ab Volscis* Portug. et Haverk. Deinde *inductum audierat* Klock. *inductum audierit* Haverk. *indictum induci audierat* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *induci indictum audierit* iis proximae Mediol. anni 1480. utraque Tarvis. et aliae. Quamvis autem interim Mediolanenses anno 1505. *τὸ induci* expunxerint, non invenerunt tamen, qui recte praeeuntes sequerentur ante Frobenium, qui anno 1535. similiter eam vocem omisit. Ejus autem lectionis auctores indicare voluisse videntur, in aliis se codicibus *inductum*, quod in duobus meorum superest, in aliis *indictum* reperisse. Solent autem vocabula *inductus* et *indictus* commutari in Mstis. V. infra ad 10, 38, 4. De locutione *indicere exercitum* v. infra ad 40, 41, 7. Denique vox *pergit* non comparet in Leid. 1.

§. 2. *Praeter satietatem tot jam libris assidue bella cum Volscis gesta legentibus*] Sincerior et antiqua lectio *assidua bella cum Volscis gesta*. RHEN. Rhenani lectioni consentiunt ex meis Florent. Lovel. 2. et Leid. 1. nisi quod eorum ultimus perperam legat *assidua bellatum Volscis*. Prisca lectio *assidue bella cum Volscis* superest in Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. 5. Gaerta. Portug. Haverk. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et Exc. Pithoei. [Veith.] *assiduae bella cum Volscis* habet Harlej. 2. *assiduae bellatum cum Volscis* Harlej. 1. *assidue bellatum Volscis* Fragm. Hav. Deinde *cum Volscis gesta gentibus*, priori syllaba ultimae vocis male neglecta, Leid. 2. et Lovel. 1. Praeterea *praeter sotietatem tot jam laboris* Haverk. *societatem* etiam

poribus harum rerum auctores miraculo fuit) unde toties victis Volscis et Aequis subfecerint milites. quod quum ab antiquis tacitum praetermissumque 3
sit; cujus tandem ego rei praeter opinionem, quae sua cuique conjectanti esse potest, auctor sim? Si- 4
mile veri est, aut intervallis bellorum, sicut nunc in delectibus fit Romanis, alia atque alia subole

Lovel. 5. a m. 1. Mox in verbis sequentibus *succursum*, pro *succursurum*, Harlej. 1. et Portug. a m. 1.

Mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores] *Tō mihi* deficit in Gaertn. Hinc *precensenti* habet Leid. 2. *praecensenti* Harlej. 2. V. ad 9, 10, 7. Tum *propriores temporibus* Florent. et Lovel. 1. V. ad Liv. 4, 17, 5. *prioris temporis* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] *priores temporibus* Voss. 1. pro varia lectione, Leid. 1. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. Saepius ita variant librarii. V. supra ad 5, 15, 4. Hic nihil muto. Livius 25, 11, 20. *Plures propioresque aetate memoriae rerum hoc anno tradunt factum.* 29, 14, 9. *Proditum a proximis memoriae temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem.* Ut autem hic *propior temporibus harum rerum auctor*, ita *aequalis temporibus hujusce belli auctor* 22, 7, 4. *Fabium aequalem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui.*

Unde toties victis Volscis et Aequis suffecerint milites] *victis et Volscis et Aequis* Haverk. *victis Aequis*, reliquis neglectis, Voss. 1. et Leid. 2. quorum posterior etiam [ut Veith.] *suffecerunt. victis et Aequis* Lovel. 1. *victis Aequis et Volscis* Lovel. 2.

§. 3. *Quod quum ab antiquis tacitum praetermissumque sit*] *quod quum ab antiquis praetermissum sit* Harlej. 1. *quod quum ab antiquis tacitum praetermissum sit* Leid. 1. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. quod ferme genuinum puto. Similiter fere Cic. 3. ad famil. Epist. 8. *Prima duo capita epistolae tuae tacita mihi quodammodo relinquenda sunt.* Et, ut hoc loco *tacitum praetermittere*, ita *tacitum ferre* supra 1, 50, 9. *Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt.* ubi v. J. Fr. Gronovium. An alibi inveniri possit *tacitum est ab antiquis*, illis indagandum relinquo, qui vulgatum probant. *taceri* absolute infra est 9, 37, 6. *Interea taceri opus esse.*

Cujus tandem ego rei] *cujus tandem ergo rei* Klock. Has voces saepe in membranis commisceri, infra videbimus ad 37, 53, 11.

Quae sua cuique conjectanti esse potest, auctor sim] *suo cuique* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Male. V. ad 3, 22, 6. Deinde *auctor simus* Leid. 1.

§. 4. *Sicut nunc in delectibus fit Romanis*] *sicut non* Gaertn. Sed compendiorum *nc̄*, sive *nunc*, et *nō*, sive *non*, similitudinem librariis errandi caussam exstitisse verisimile est. V. infra ad 9, 7, 5. Tum *dilectibus* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Klock. et Fragm. Hav. V. ante hoc cap. §. 1. Deinde *in delectibus fit Romanorum* Harlej. 2. et Hearnii Oxon. B.

terrore inpediri cursum, obequitandoque agme
neri, dum adsequi pedes et justa caede conficere
6 stem posset. Fugae sequendique non ante noc
finis fuit: capta quoque ac direpta eodem die
stra Volscorum, praedaque omnis, praeter libera
7 pora, militi concessa est. Pars maxima captivorum
Latinis atque Hernicis fuit: nec hominum de pl
ut credi posset mercede militasse, sed principes
dam juventutis inventi, manifesta fides, publica

ne, editt. antiquiores, sed invitis scriptis, quibus concinentibus Aldus dedit *dato signo*.

§. 5. *Inpediri cursum, obequitandoque agmen teneri*] *inpedire cursum* Gaertn. Tum *abequitandoque* idem Gaertn. et Haverk. V. supra ad 2, 45, 3. *obequitando* Lovel. 5. [Veith.] Deinde *teneri agmen*, vocibus transpositis, Gaertn.

Dum adsequi pedes et justa caede conficere hostem posset] *dum ad te sequi* Leid. 1. *dum apte sequi* Lovel. 2. et Haverk. *dum apte persequi* Hearnii Oxon. C. Male. *adsequi aliquem* est ad eum praegressum sequendo pervenire. Infra 28, 16, 2. *Si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie adsecuturi fuerint.* V. Hadrian. Cardinal. de Serm. Lat. p. 103. Praeterea *justa cedere* decerrans dedit librarius Haverk. Denique *conficere hostes* Lovel. 4. V. ad 5, 50, 2.

§. 6. *Fugae sequendique non ante noctem finis fuit*] *Fugaeque sequendi* Gaertn. Mox *capta ac direpta*, omissa voce *quoque*, Lovel. 2. et Hearnii Oxon. B. In sequentibus verbum substantivum omisit librarius Lovel. 4. [Veith.]

§. 7. *Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit*] *ex Latino Hernicisque fuit* Leid.
Latinisque Hernicis fuit Lov

Ut credi posset, mercede mil
credi posse, τοῦ *ut* omisso, F
Hav. a m. 1. Tum *mercede m*
concessa Voss. 2. a m. 1. Paul
inventa, pro *inventi*, Leid.
vel. 2. et Harlej. 1. Deind
jutos Volscos hostes alio ordin
verk.

§. 8. *Circejensium quoque q*
cogniti, et coloni a Velitri
ciensium Voss. 1. et vetus
excusi. *Cerciensium* Florent.
ambo, Lovel. 1. et Fragm
a m. 1. Ita Mediolanenses
anno 1495. quos quidam
sunt. *Cercientium* Voss. 2. C
tium Lov. 3. *Cercineusium*
Hav. a m. 2. et Gaertn. *C*
sium Harlej. 2. Portug. et
Cereteusium Lovel. 2. *Ce*
sium Lovel. 4. et 5. Sed re
guntini *Circejensium* edi
quod et in Harlej. 1. su
V. supra ad cap. praec. §. 6
vox *quoque* deficit in Leid.
de *cogniti ex colonia Velitr*
lej. 2. Portug. et Haverk.
et colonia a Velitris Voss. 2
Infra hoc lib. c. 17, 7.
Circejensibus et a Velitris
tibus se Volsci crimine bel
v. quae notantur.

Primoribus Patrum eadem

eis fuiſſe locis, quae nunc, vix seminario exiguo militum relicto, servitia Romana ab solitudine vindicant. Ingens certe, (quod inter omnes auctores convenit) quamquam nuper Camilli ductu atque 6

Graeeh. p. 827. Ὡς ταχὺ τὴν Ἰταλίαν ἅπασαν ὀλιγανδρίας ἐλευθέρων ἔσεσθαι, δεσμωτηρίων δὲ βαρβαρικῶν ἐμπεπλήσθαι. *qua nunc* est in Haverk. Deinde *a solitudine* Gaertn. Tum *servitio Romana absolutione vindicantur* sine sensu Lovel. 2. *vendicant* Voſſ. 2. Lovel. 3. et edd. vetuſtae, pro quo Ascensius annis 1513. et 1516. tamquam variam lectionem *vindicant* obſert, a Moguntinis deinde etiam in contextum receptum. Et recte. Ita enim semper scribendum *vindico*, non *vendico*, docuerunt Dausquej. in Orthogr. parte 2. ea voc. et Voſſ. in Etymol. ling. Lat. v. *Vindico*. Miror, Glareanum haerere potuiſſe ad illud *solitudine*, ac non vidiſſe, *vindicant loca a solitudine* idem eſſe, ac si diximſſet, efficiunt ne loca sola, deserta sint, defendunt, liberant a solitudine. Ita quaedam coloniae milites in supplementa et pecuniam in ſtipendium neganda populo Romano censent, *priusquam ad ultimam solitudinem atque egeſtatem perveniant*, apud Liv. 27, 9, 5. Babylon dicitur *rediiſſe ad solitudinem*, *exhauſta vicinitate Seleuciae*, apud Plin. 6. H. N. 26. *arma Romana* dicuntur *non feciſſe solitudinem in Aethiopia* ibid. c. 29. Ut autem *vindicare a solitudine*, ita *vindicare a putrescendo*, id est, liberare, defendere a putredine, dixit idem Plin. 31, 9. *Corpora defuncta etiam a putrescendo vindicans, ut durent per secula.* 34, 15. *Ferrum a rubigine vindicatur ceruſſa. Seminarium* autem *militum* vocat regionem, ex qua novi milites conscribuntur, quemadmodum proprie *seminarium* vocatur, ex quo novae arbores in pomaria transferuntur. Eo sensu ordo equeſter *seminarium senatus* dicitur infra 42, 61, 5. *Equites enim illis principes juventutis, equites seminarium senatus: inde lectos in Patrum numerum consules, inde imperatores creant.* Florus 2, 6. *Bellatricem illam, viris armisque nobilem Hispaniam, illam seminarium hoſtilis exercitus, illam Hannibalis eruditricem, totam recuperavit.* ubi v. viros doctos. Paullo ante voces *in eis* desunt in Leid. 2. et Lovel. 1. *fuse* autem, pro *fuiſſe*, habet Klock. *longis*, pro *locis*, Florent.

§. 6. *Quod inter omnes auctores convenit*] Ita primus edidit J. Fr. Gronovius, et vir doctus ad marginem editionis Curionis emendandum exiſtimavit. Omnes non modo editi, sed et scripti mei, ut et Hearnii Oxon. N. et C. *conveniat* praeferunt, nisi quod in uno Florent. sit *conveniant*. Ita fere supra 5, 34, 6. *Alpes inexsuperabiles visas haud equidem miror, nulladum via (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas.* Ita *quod nolim* inluſtrarunt N. Heinsius, et Cel. Burmann. ad Nason. Epiſt. 20. Her. 100.

Camilli ductu atque auspicio accisae res] *accissae res* Lovel. 1. *actiſſae res* Leid. 2. *abscisſae res* Lovel. 4. 5. et Haverk. *abscisae res* Portug. et Harlej. 2. Sed vulgatum genuinum eſt. V. supra ad 3, 10, 8. In verbis praecedentibus *quam*, pro *quamquam*, perperam neglecta syllabae geminatione, Lovel. 1. V. ad 4, 12, 8.

2 lito magis metuendam auctor faciebat.
jam orationes modo M. Manlii, sed facta
ria in speciem, tumultuosa eadem, qua
3 rent, intuenda erant. Centurionem, nob
taribus factis, judicatum pecuniae quum

ubi apud Columell. editur 8, 9. *Per hiemem, quamvis adhibeatur opera, difficulter gliscit.* codex alioquin optimus Sangerm. praefert *crescit.* Saepius autem verbo *glisccre* Livius utitur. Praeter loca Gebhardo memorata obcurrit supra 2, 19, 2. *Nec ultra bellum Latinum, gliscens jam per aliquot annos, dilatum.* c. 23, 2. *Invidiamque eam, sua sponte gliscentem, insignis unius calamitas accendit.* 42, 2, 2. et alibi. Apud Silium etiam, Livii ubique imitatorem, frequens est. Ita 4, 5.

— — *diros canit inproba motus,*
Et gliscit gressu.

ubi quaedam olim notavi. 10, 598.

Dura inter pavidos alitur fortuna sedendo,
Et gliscunt adversa metu.

l. 12, 402.

— — *dextrae gliscebat caedibus ardor.*

l. 15, 580.

At Roma, adversi tantum mala gliscere belli
Accipiens, trepidare metu.

et alibi. Tacito inprimis hoc verbum in deliciis fuit, qui infinitis locis eo usus est. De eo plura v. apud Barthium 35. Advers. 20. et apud Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. 2, 278. Mox *metuendam faciebat auctor*, transpositis vocibus, Leid. 1.

§. 2. *Non enim jam orationes modo Manlii*] Voces *enim jam* male neglexit librarius Leid. 2. solam vocem *jam* librarius
de *orationes tantumm*
Portug. Haverk. et
B. *orationes modo*
5. quae lectiones it
gine infaustis avib
tum fuerunt recept
hic ponitur pro tan
supra ad 3, 53, 5.
uno cod. Sallust. *tan*
tantum, datum es
Cortius ad Sallust. J
terea *M. Manlii*,
vel *M. Manilii* Voss.
ambo, Lovel. 1. 2.
1. Gaertn. Fragm.
Oxon. L. 2. et C. o
tiones usque ad ulti
quae praenomen *M*
quod et in reliquis
ubi interceptum e
tera vocis sequenti
cis saepe factum.
1. In Grutero auten
typographicarum n
cidisse videtur, q
nemo recentiorum
Quod exciderat, l

Facta popularia
multuosa eadem, qu
intuenda erant] Sic
libri. Sed scribend
tuenti. Manlii non m
sed et actiones eran
populares, sed con
consilio fierent, omni
J.FR.GRON. Etiam
mei in vulgatam le
spirant, nisi quod
praeferant Voss. 2.
in margine Hearni
librariorum menti
obversabatur, quo

cato prodiffet, hoftiaque caesa pacem Deùm adorasset, laetus ad milites, jam arma ad propositum pugnae signum, sicut edictum erat, luce prima capientes, processit: *Nostra victoria est, milites*, inquit, *si quid Dii vatesque eorum in futurum vident.* 8

sus Valesium, qui eo sensu umquam usurpatum fuisse negaverat. Et eo modo forte accipi debet apud Valer. Max. 1, 1, 7. *adorante, quum carbasum, q optimam habebat, foculo inpo set, subito ignis emicuit.* Ita non opus erit, ut invitis cum Cl. Perizonio legamus *q* nempe Vestam, *adoranti.* (* tra *orare* pro *adorare* Senec Morte Claudii.)

Jam arma ad propositum pu signum, sicut edictum erat, prima capientes] *To signum* cit in Gaertn. Deinde *sicut eductum erat* Leid. 1. quomodo saepe scribae peccarunt. V. ad 39, 15, 11. *sicut erat edictum*, mutato ordine dictionum, Lov. 4. Praeterea *cancutes* Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. quod et in Voss. 1. pro varia lectione adscriptum est. *rapientes* Harlej. 2. Quam etiam varietatem lectionis saepe in Mstis obviam esse, infra videbimus hoc lib. ad c. 23, 5. Vulgatum non mutandum puto. *Rapere arma* et *rapta arma* apud scriptores saepe obcurrunt. V. quae notavi ad Silii 5, 97. Verum indicat plerumque locutio, propter necopinatum hostis adventum aut aliam caussam summa festinatione arma induere. Ea enim verbo *rapere* significatio fere ubique inest, ut notet aliquid celeriter fieri. Sed hoc loco milites, quemadmodum antea edictum fuerat, niebant, quod commodo

Supra 3, 66, 3. *Ad ium strepitum, velut , arma cepere Aequi* et *Volsci.* 9, 43, 13. *Arma capere jussis militibus hostium aciem invadit.* 21, 43. 7. *Agite, cum Diis bene juvantibus arma capite.* hoc lib. c. 7, 2. *Turbatas militum mentes esse, segniter arma capta.* Silius 9, 55.

— — *In pugnas Fabius quoscumque sub illis*
Culpatis duxit signis, nunc arma capessunt.

l. 12, 168.

— — — — *Arma, cruentus*
Hostis adest, capite arma, viri, clamatque, capitque.

Ita optimi praeferunt scripti, non, ut olim edebatur, *rapite arma*; quamvis tamen ibi milites celeriter arma induisse locus aperte ostendat.

§. 8. *Nostra victoria est, si qui Dii vatesque eorum in futurum vident*] Scribe, *si quid Dii vatesque eorum in futurum vident.* RHEN. Ita jam editum fuerat Venetiis anno 1498. Mediolani anno 1505. apud Ascensium variis editt. Moguntiae, et in omnibus recentioribus excusis, praeterquam apud Aldum, qui, servans *si qui Dii*, Rhenano *si quid Dii* emendandi occasionem dedit. Rhenano favent omnes scripti, nisi quod voces *si quid* omittantur in Harlej. 1. eorumque loco *sicut* praeferant Florent. et Lovel. 3. praeterea autem *Di*, pro *Dii*, habeant Florent. et Leid. 1. V. supra ad 5, 14, 4. *si quid Dii vident* rectum est. Ultima litera τοῦ *quid* intercepta erat ab initiali vocis sequentis. V. infra ad

itaque, ut decet certae spei plenos, et cum inparibus manus conserturos, pilis ante pedes positis, gladiis tantum dextras armemus: ne procurri quidem ab acie velim,

23, 8, 9. Deinde *Dii auguresque* Fragm. Hav. a m. 1. quod in contextum inrepsit ex margine, ubi a Scholiasta ita expositum fuerat, quia dictatorem *anspicato* prodiffe Livius modo dixerat, et mox addit, Deos Romanum *secundis avibus* in proelium mittere. *Vates* pro augure etiam est apud Florum 1, 7. *Templum erexit, quod quum inauguraretur, cedentibus ceteris Deis, reftitere Juventas et Terminus. Placuit vatibus contumacia.* Livius eamdem rem narrans dicit, *omnium sacellorum exaugurationes admisiffe aves, in Termini fano non addixiffe*, 1, 55, 3. Similiter in hac hiftoria Dion. Hal. 3. Antiq. p. 202. *μάντεις vates* vocat, quos antea *οἰωνοπόλους augures* vocarat. *vatesve* eft in Florent. Praeterea *noftra est victoria*, transpositis dictionibus, legit Harlej. 2.

Ut decet certae spei plenos, et cum inparibus manus conserturos] *conserturo* Voff. 2. et Lovel. 3. *spei cum plebe et cum imparibus manus conserturi* Lovel. 2. *spei pleni, cum plebe et cum imparibus manus conserturi*, utraque lectione juncta, Lovel. 4. *spei pleni et cum inparibus manus conserturis* Harlej. 2. ut dare voluiffe videri possit *certae spei plenis et conserturis.* At nihil muto. V. infra ad 34, 58, 8. *ut decet certae spei plenos effe* Harlej. 2. [*pleni* et *conserturi* Veith.]

Pilis ante pedes positis] Sic, non miffis pilis, ftatim gladiis res gefta eft l. 2, 30. c. 45. c. 65. et l. 9, 13. Quod suos non ab acie procurrere, sed impetum hoftium excipere vult, etiam Virginius jubebat l. 2, 30. et Pompejus apud Caes. 3. belli Civ. 92. Sed non probabat Caesar. DUK.

Gladiis tantum dextram armemus] Vet. lib. *dexteras.* SIG. *dextram* demum adparuit in Frobenii editione anni 1535. quod praeter Sigonianas, *dexteras* praeferentes, servarunt recentiores usque ad Gronovium, qui anno 1665. *dextras* revocavit, quemadmodum excusi ante Frobenium habuerunt, et supereft in omnibus meis Mftis. *armemus dextras*, in alium ordinem digeftis vocabulis, Lovel. 4.

Ne procurri quidem ab acie velim] *nec procurri quidem* Harlej. 2. Portug. et primae edd. Male. V. supra ad 1, 10, 3. *nec ab acie procurri quidem*, insuper ordine vocum mutato, Haverk. *procuratori*, pro *procurri*, dormitans dedit librarius Gaertn. De verbo *procurrere* in hac re proprio vide, quae notantur ad Silium Ital. 7, 566.

Sed obnoxios vos stabili gradu inpetum hoftium excipere] O pudendum lapsum! Repone *sed obnixos vos stabili gradu impetum hoftium excipere.* ab *obnitendo.* Sic 7, [33, 12.] *Stant*, inquit, *obnixi Samnites.* RHEN. *obnixos* praeferunt non modo omnes, quos adhibui, scripti, (unum excipio Lovel. 4. in quo ejus loco *ocius* invenio) sed et pleraeque vetuftiorum editionum. Certe *obnoxios* tantum reperi in Venetis annorum 1495. et 1506. tum tribus prioribus Ascensianis, Aldina, Parisina anni 1529. et Frobeniana priori. Liv. 8, 38, 11. *In suo quisque gradu obnixi, urgentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant.* ubi similiter pec-

sed obnisos vos ſtabili gradu inpetum hoſtium excipere. Ubi illi vana injecerint miſſilia, et effusi ſtantibus vobis se intulerint, tum micent gladii, et veniat in men- 9

cant librarii plerique. Tacit. 2. Hiſt. 5. *Vespasianus nocte diuque consilio, ac, si res posceret, manu hostibus obniti.* Virgil. 10. Aen. 359.

Anceps pugna diu: stant obnisi omnia contra.

12. Aeneïd. 720.

Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Cornuaque obnisi infigunt.

Statius 8. Theb. 400.

Sic obnisa acies pariter suspiria firmant.

Nepos in Chabr. 1. *Reliquam phalangem loco vetuit cedere, obnixoque genu scuto, projectaque hasta, inpetum excipere hostium docuit. Obnixus* et *Obnoxius* saepe in Mſtis confunduntur. V. ad 6, 28, 7. et Gronov. ad Senecae 3. de ira 8. Ita et *Subnixus* et *Subnoxius*. V. ad 4, 42, 5. Insuper pronomen *vos* deletum videbatur in Florent. Tum *hostium inpetum excipere* Lovel. 4. praefert.

§. 9. *Ubi illi vana injecerint missilia*] Recide praepositionem: sufficit enim *vana jecerint*. Tacitus. *Telisque non in vanum jactis.* J. FR. GRON. *jacere missilia, tela* recte dici, nullus dubitat. V. Cl. Cortium ad Salluſt. Jug. 60, 4. Hic tamen *injecerint* servant codd. scripti, nisi quod *inicerint* habeat Haverk. *injecerunt* Harlej. 2. Gaertner. et a m. 1. Portug. ac Fragm. Hav. *ejecerint* autem Leid. 2. *infecerint* itaque, nimirum in vos, in aciem vestram. Tacit. 2. Ann. 17. *Plerosque, tranare Visurgim conantes, injecta tela, aut vis fluminis, postremo moles ruentium, vi incidentes ripas opprimere.* Et ita Livius supra inquit 4, 29, 5. *Consulem signum quoque intra vallum injecisse ferunt.* pro quo, simplici verbo usus, *tela intra muros jacere* dixit Frontin. 3. Strateg. 6, 7. Praeterea *illa vana missilia* Leid. 2. *illi varia missilia* Gaertn. sollemni scribarum aberratione. V. infra ad 22, 7, 4. *vana missilia*, ut *vana tela* apud Tacit. 4. Hiſt. 29. *Ipsorum tela per tenebras vana.* Liv. 10, 29, 2. *Velut alienata mente vana incassum jactare tela.* 21, 8, 9. *Nullo inter arma corporaque vano intercidente telo.* 26, 39, 13. *Ut vix ullum telum in mari vanum intercideret.* 30, 10, 13. *Vana pleraque tela in superiorem locum mittebant.* 31, 39, 13. *Id ut vanum teli genus senserunt esse.* 38, 22, 7. *Quo plures ac densiores erant, eo minus vani quidquam intercideret teli.*

Effusi stantibus vobis se intulerint] *vobis se immiserint* Hearnii Oxon. N. Male. *inferre se alicui*, vel *in aliquem* Livio familiariſſima eſt locutio. Ita 2, 14, 6. *Adeo concitato inpetu se intulerant Etrusci.* c. 30, 13. *Volsci, cursu et clamore fessi, quum se velut stupentibus metu intulissent Romanis.* 3, 5, 7. *Dum se temere magis, quam satis caute, in mediam dimicationem infert.* ubi quaedam vide. hoc lib. c. 8, 5. *Quocumque se intulisset, victoriam secum haud dubiam trahebat.* 24, 16, 1. *Tanta vi se in hostem intulerunt, ut sustineri ultra non possent.* 28, 15, 5. *E cornibus in mediam aciem sese intulerant.* 33, 36, 11. *Quum primus secundusque inpetus retudisset inferentem se ferociter hostem. ingerere se* eodem sensu dixit Juſtin. 11, 14. *Ubi confertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset, eo se*

tem unicuique, Deos esse, qui Romanum adjuvent; Deos,
10 *qui secundis avibus in proelium miserint. Tu, T. Quincti, equitem intentus ad primum initium moti cer-*

semper ingerebat. Obviam itaque passim apud Livium locutionem, ac tot codicum praesidio firmatam, unius cod. auctoritate mutandam non censeo, quamvis *inmittere se* Livium etiam interdum usum fuisse agnoscam. Certe ita loquitur 9, 4, 10. *Vel in medios me inmittere hostes paratus sum.* ubi v. quae notantur. *se nobis intulerint* est in Lovel. 4. [*nobis se* Veith.] *vobis se intulerunt* in Voss. 2. et Lovel. 3.

Micent gladii, et veniat in mentem unicuique, Deos esse, qui Romanum adjuvent] *gladii micent* Lovel. 5. *miscent gladii* Leid. 1. et Klock. Similis locus supra est 2, 30, 13. *Consul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi passus, defixis pilis suos stare jussit: ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere.* Deinde *veniet unicuique in mentem* Portug. et Harlej. 2. *veniat unicuique in mentem* Lovel. 1. 5. et Voss. 1. Voces autem *in mentem* desunt in Leid. 2. Mox etiam male *miserunt*, pro *miserint*, Lovel. 2.

§. 10. *Tu, Quinti*] Vet. lib. *Tu, T. Quinti.* SIG. Praenomen, a Sigonio additum, exsulat a Florent. Voss. 2. Lovel. 2. 3. Haverk. et a Fragm. Hav. a m. 1. Reliqui omnes agnoscunt, aut certe vestigia eorum eo ducunt. In Klock. enim est *Tu T. quietem*, qui dare voluisse videtur *Tu, Tite, quietum equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas.* Sed in similibus potius Livius praenomine et nomine gentili uti solet. Supra 4, 14, 7. *Tum dictator, Macte virtute, inquit, C. Servili, esto.* Ejus moris plura exempla videri possunt in uno c. 6. hujus libri. Infra c. 15, 5. *Contra te, M. Manli, adhorter.* Eodem cap. §. 9. *Obstendit, inquit, te, A. Corneli, circumfusa turba lateri meo.* et alibi saepe. Leid. 1. *Ut Quinti.* Ubi prima litera τοῦ *Tu* intercepta est ab ultima vocis praecedentis. V. supra ad 2, 44, 6. Superstiti autem literae adcrevit illa, qua pronomen *Titus* indicatur. In similem codicem incidit librarius Harlej. 1. sed locum ulterius corrupit. Scriptum enim esse credens *ut', Quinti*, dedit *uter, Quinti.* Alibi saepe *ut* et *ut'*, sive *uter*, in Mstis commutari solent. V. ad 2, 47, 2. et infra ad 26, 48, 8.

Equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas] *equidem*, pro *equitem*, Gaertn. et Haverk. quem errorem ex inperita verba praeeuntis pronunciatione natum puto. V. ad 7, 16, 3. Eaedem voces et infra commutantur 9, 19, 16. Deinde *intentum ad primum initium* editiones vetustae. Supra 2, 64, 11. *Volscos species armatorum peditum intentos velut ad inpetum hostium tenuit.* 36, 24, 2. *Ti. Sempronium tenere intentos milites signumque exspectantes jussit.* Primus Aldus *intentus* substituit, quem secuti sunt Colonienses anno 1525. Frobenius 1531. et inde reliqui recentiores. Neque aliter est in omnibus scriptis. Frustra itaque etiam est vir doctus, qui ad marginem edit. Mediol. anni 1480. emendabat *intentius*, licet ita etiam praeferat Florent. Infra 9, 24, 8. *Ego jam terrore omnia inplebo: vos arcem intenti tenete.* 26, 43, 1. *Quum monuisset praefectos navium, ut vigilias nocturnas intenti servarent.* T. Quinctius ad primum initium moti certaminis intentus debebat

taminis teneas: ubi haerere jam aciem conlato pede videris, tum terrorem equestrem occupatis alio pavore infer: invectusque ordines pugnantium dissipa. Sic eques, 11

equites tenere, sive continere, ne in obpositam hostium aciem procurrerent. Praeterea *ad primum nuncium moti certaminis* Hearnii Oxon. L. 1. Male. *primum initium* ut supra 3, 54, 4. *Ubi prima initia inchoastis libertatis vestrae.* 7, 3, 1. *Nec tamen ludorum primum initium aut religione animos, aut corpora morbis levavit.* 25, 40, 2. *Ceterum inde primum initium mirandi Graecarum artium opera factum est.* Varro 2. de re rust. 4. *Ab suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumtum videtur. prima origo* Liv. 7, 2, 13. *Ludorum quoque prima origo ponenda visa est.* Ita contra *finis extremus* 37, 53, 8. *In amicitiam vestram venit, eamque perpetua et constanti fide ad extremum finem vitae perduxit.* ubi v. quae notantur. [*ad primum Tite initium* Veith.] *tene, quin huc hre*, pro *teneas; ubi haerere*, Lovel. 2. *teneas; quando huc haerere* Lovel. 4. et Fragm. Hav. [Veith.] *teneas; huc haerere* Leid. 1. Ceterum post verbum *teneas* in Lovel. 4. Portug. et Hearnii Oxon. B. et C. subjunguntur haec verba. *Haec aestutia pugnantis est.* in Lovel. 5. *Haec aestutia pugnantis.* in Harlej. 2. *Hac aestutia pugnatum est.* in Haverk. *Hac aestutia pugnatus est.* Verum illa olim pro lemmate margini codicum adscripta fuerunt, sed postea ab indoctis librariis in contextum recepta sunt, ut saepe alibi factum est. V. infra ad 7, 40, 4.

Ubi haerere jam aciem collato pede videris] Virgilius 10. Aen. 361.

— — *Haeret pede pes, densusque viro vir.*

DUK. *videbis* Lovel. 4.

Tum terrorem equestrem occupatis alio labore infer] Pro *labore*, scribe *pavore*. Sensus est: territos adhuc terre. RHEN. Si ita Rhenanus ex cod. suo emendavit, non intercedo, quin haec lectio recipiatur. Eam enim et Florent. probasse videtur. Ita fere supra 1, 14, 9. *Subito exorti Romani transversam invadunt hostium aciem. Addunt pavorem mota e castris signa eorum, qui in praesidio relicti erant. ita multiplici terrore perculsi Fidenates.* Interim tamen *alio labore* servant Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. quinque, Harlej. uterque, Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et apud Hearnium Ox. L. 1. N. C. atque excerpta Pithoei; et ita primus Aldus ediderat, quum superiores excusi *alio pavore* exhiberent. [*tu terrorem equestrem alio labore infer.* Veith.] Deinde *infert* Leid. 1. In verbis sequentibus *innectusque*, pro *invectusque*, Haverk. *invectus*, sine conjunctione *que*, vetustae editt. usque ad Aldum, qui primus addidit, concinentibus scriptis. Denique *dissipat*, pro *dissipa*, Leid. 2.

§. 11. *Sic eques, sic pedes, ut praeceperat, pugnant*] *Sic pedes, sic eques* edd. principes. Aldus eo ordine vulgavit, quo nunc exstat: ei autem favent omnes calamo exarati. Varie nunc equites peditibus, nunc pedites equitibus praeponuntur apud Livium, ne quid hic dignitati ordinis equestris tributum credatur. V. infra ad 27, 13, 9. et 34, 26, 2. Codices itaque praeeuntes sequi oportet. Tum *ut praeceperant, pugnant* Florent. Leid. 1. Lovel. 5. et Portug. *ut praeceperat, pugnat* Fragm. Hav. et editi usque ad Aldum. Adparet, librarios existimasse,

sic pedes, ut praeceperat, pugnant: nec dux legiones, nec fortuna fefellit ducem.

1 XIII. Multitudo hoftium, nulli rei, praeterquam numero, freta, et oculis utramque metiens aciem,
2 temere proelium iniit: temere omisit: clamore tan-

eodem numero utrumque verbum ponendum. Verum *pedes* et *eques*, ad quos refertur τὸ *pugnant*, recte admittunt verbum plurale. Quin et quodque eorum vocabulorum, tamquam conlectivum consideratum, verbo plurali conftrui poteft. V. infra ad 35, 26, 9.

Nec dux legiones, nec fortuna fefellit ducem] *dux legionis* male Fragm. Hav. a m. 1. Tum *ne fortuna* Leid. 2. *nec fefellit fortuna ducem* edd. antiquiores. Aldus vocabula trajecit, ut nunc editur. Eum vero ordinem probant codd. scripti.

§. 1. *Nulli rei, praeterquam numero, freta*] Scribe *nulla re*. Ut 9, [35, 3.] *Etrusci omnium, praeterquam multitudinis suae, qua sola freti erant, immemores*. J. FR. GRON. 4, 37, 6. *C. Sempronius, cui ea provincia sorte evenit, tamquam conftantissima re, fortuna fretus*. Ita et ibi Gronovius scribendum conjecit. quum antea ederetur *conftantiffimae rei fortuna*, et Rhenanus emendandum censuiffet *conftantissimae rei, fortunae fretus*. V. quae ibi plura notantur. *nulla re* hoc loco praeferunt Lovel. 2. et 4. [Veith.] Sed *nulli rei* conftanter servant reliqui omnes codices, nisi quod pejus adhuc *nullius rei* sit in Haverk. et Harlej. 2. *nulla re* jam Ascensius annis 1513. et 1516. in contextum recepit, altera lectione in marginem rejecta. Sed neminem habuit, qui imitatus eft, praeterquam Parisinos anno 1529. Deinde *praeter numero* Leid. 2. et Lovel. 1. V. supra ad 5, 52, 13.

Et oculis utramque metiens aciem] Copula *et* deficit in Harlej. 1. et editis prioribus. Aldus eam addidit, quam etiam scripti reliqui servant. Deinde *utcumque metiens* Portug. V. ad 8, 24, 15. Praeterea *metiens arcem* Leid. 2. V. ad 7, 11, 7. Mox *proelium temere iniit* alio ordine Lovel. 4.

§. 2. *Clamore tantum missilibusque telis*] *missilibusque et telis* Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 2. At longe melius τὸ *et* deficit in aliis omnibus libris. Proprie quidem *tela* fuerunt, quibus eminus pugnabatur, quae emitti in hoftem solebant, secundum vulgarem opinionem ita dicta, quod τηλόθι sive τηλόθεν mittantur; usu tamen obtinuit, ut latius accipiantur, atque usurpentur etiam pro illis, quibus cominus pugnatur. V. Voffium in Etymol. ling. Lat. v. *Telum*. Et hinc telum pro hafta, pro sica, pro cornu uri, pro lapide, pro venabulo, pro funda boni, docuit Cel. Graevius ad Juftin. 2, 5. Et ita pro securi Livius supra utitur 1, 40, 7. *Alter elatam securim in caput dejecit: relictoque in vulnere telo ambo se foras ejiciunt*. Cultrum etiam, quo Virginius miseram filiam a libidine Appii decemviri vindicaturus interfecerat, *telum* vocat 3, 50, 3. *Strictum etiam telum respersusque ipse cruore tota in se caftra convertit*. Hinc factum, ut diftinctionis cauffa dicere coeperint *missilia tela* de illis, quibus eminus pugnatur; quod apud Livium frequenter obcurrit. 2, 65, 4. *Volscus, effusis ad primum im-*

tum missilibusque telis et primo pugnae inpetu ferox, gladios et conlatum pedem et vultum hostis, ardore animi micantem, ferre non potuit. Inpulsa 3
frons prima, et trepidatio subsidiis inlata, et suum terrorem intulit eques: rupti inde multis locis or-

petum missilibus telis, saxa obiacentia pedibus ingerit in subeuntes. 9, 24, 5. *Pluribus, quam pro numero virorum, missilibus telis eo conlatis.* ubi etiam male unus codex *telisque.* 22, 37, 8. *Aptam manum adversus Baliares ac Mauros, pugnacesque alias missili telo gentes.* 27, 15, 5. *Tormentis et saxis omnique missilium telorum genere instruit,* ubi etiam male edd. principes *missilium telorumque.* 38, 19, 6. *Minima adparatus missilium telorum cura fuit.* c. 22, 8. *In multitudinem, compulsam in castra, vis ingens missilium telorum conficiebatur.* 42, 53, 4. *Vehicula tantum imperata, ut tormenta telorumque missilium ingentem vim praeparatam, bellicumque aliud instrumentum vekerent.* 44, 35, 21. *Romani omni genere missilium telorum ac saxis maxime vulnerabantur.* Virgil. 10. Aen. 773.

Dextra mihi Deus, et telum, quod missile libro,
Nunc adsint.

tela arcu missilia memorat Ovid. Epist. 16. Her. 39.

Nec tamen est mirum, si, sicut oporteat, arcu
Missilibus telis eminus ictus, amo.

Si quis tamen omnino *missilibusque et telis* malit, per *missilia* alia quaevis manu mitti solita, ut lapides ac similia, intelligere debebit, quomodo *tela missiliaque saxa* memorantur supra 5, 47, 5. *Iamque et alii congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes.* Mihi tamen nihilominus recepta lectio praeffare videtur.

Et primo pugnae inpetu ferox] Vocem *primo*, quae hic in primis necessaria est, non agnoscit Leid. 1. Infra 10, 28, 3. *Ita persuasum erat duci, Samnites et Gallos primo inpetu feroces esse.* Insuper vox *pugnae* deficit in vetustioribus excusis. Eam primi addiderunt Mediol. anno 1505. mox Ascensius annis 1513. et 1516. tum Aldus, et alii. Eamdem vocem servant constanter libri scripti.

Gladios et conlatum pedem et vultum hostis, ardore animi micantem] *gladius* librarii errore Leid. 1. et Lovel. 4. Quum autem in similem lectionem praeferentes membranas librarius Portug. incidisset, eamque aperte mendosam vidisset, non consulto integriore codice, suo Marte *gladium* dedit. Sed reliqui recte vulgatum retinent. Deinde *multum hostis ardore animi* Lovel. 5. et Gaertn. Voces *multus* et *vultus* etiam a librariis Silii confusas fuisse, conjecit Inl. N. Heins. ad 14, 530. ubi tamen, vulgatum defendi posse, olim monui. *multum hostis ardorem animi* Harlej. 2. et Portug. *vultum hostis ardorem animi* Harlej. 1. Lov. 3. et Voss. 2. *vultum hostis ardorem animis* Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *vultum hostis ardoremque animi* Lovel. 4. [Veith.] *vultum hostis ardoreque animi* Lov. 2. Vulgatum unice verum est. Ut Romanis hoc loco *vultus ardore animi micans*, ita *oculi ardentes* tribuuntur in pugna infra 7, 33, 17. *Oculos sibi Romanorum ardere visos, ajebant, vesanosque vultus et furentia ora: inde plus, quam ex alia ulla re, terroris ortum.*

§. 3. *Rupti inde multis locis or-*

dines, motaque omnia, et fluctuanti similis acies erat. deinde, poſtquam, cadentibus primis, jam ad se quisque perventurum caedem cernebat, terga
4 vertunt. Inſtare Romanus; et, donec armati confertique abibant, peditum labor in persequendo

dines] *vieti inde* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] reliquis codd. invitis. *rupti ordines*, ut *rumpere aciem* apud Juſtin. 1, 6. *Proinde videant, fugientibus haec, an illa pugnantibus acies rumpenda sit.* (* v. ad Liv. 26, 5, 13.) *interrumpere aciem* Liv. dixit 44, 41, 1. *Intervallum inplevit legio, atque aciem hoſtium interrupit.* Et mox eodem cap. §. 8. *Interrupta multifariam acie obviam ire cogebantur.* Paullo ante τὸ *inlata* deerat in Leid. 1. Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1.

Motaque omnia et fluctuanti similis acies erat] Non absurda manuscripti codicis lectio, quae habet, *et fluctuantis similis acies erat.* Nam cum genitivo conſtructum *similis* ad mores refertur, auctore Donato. RHEN. Vet. lib. *fluctuanti similis.* SIG. Quod ex Donato docet Rhenanus, multi paſſim Grammatici tradiderunt. Ita Diomedes l. 1. p. 293. *Similis sum tui moribus;* pag. autem seq. *similis sum tibi figura* dici monet. Similiter Caper de Orthogr. p. 2242. *Illius similis ad mores refertur, Illi similis ad vultum.* Beda de Orthogr. p. 2345. *Similis sum tui, moribus; similis tibi, facie.* Secundum hanc diſtinctionem Livius recte supra dixiſſet 1, 20, 2. *In civitate bellicosa plures Romuli, quam Numae, similes reges fore putabat.* 2, 31, 9. *Optabitis, me Dius fidius, propediem, ut mei similes Romana plebes patronos habeat.* 3, 9, 8. *Si quem similem ejus priore anno* etc. *irati Dii tribunum dediſſent.* 7, 34, 14. *Tum vero nos similes iſtorum simus, si diutius hic moremur.* 22, 39, 1. *Si collegam tui similem, L. Aemili, haberes.* 26, 2, 16. *Milites, qui nihil aliud peccaverint, quam quod imperatoris similes fuerint, relegatos.* c. 50, 8. *Scias, multos noſtri similes in civitate Romana eſſe.* 38, 51, 10. *Orate Deos, ut mei similes principes habeatis.* 45, 38, 9. *Quis enim aut Africani aut Paulli similis eſſe in ingrata et inimica bonis civitate velit?* Et alibi saepe. Nihilominus Voſſio potius credo, qui 7. Gramm. 11. nullo habito discrimine, voci *similis* modo secundum, modo tertium casum jungi docet. Quamvis tamen ipse Voſſius ibi erroris absolvi nequeat, reprehendens illos, qui adjectiva similitudinis genitivum regere volunt, quum ad formam; dativum, quum ad mores referuntur. Id enim quis palam dixerit, nondum inveni. Ratio, cur Voſſii sententiam veriorem putem, illa est, quod quum optimos alios scriptores, tum etiam Livium, multis locis discrimen non observaſſe videam. Ita 1, 22, 2. *Hic non solum proximo regi diſſimilis, sed ferocior etiam Romulo fuit.* 3, 65, 9. *Jamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet.* 4, 9, 8. *Pulsa plebs, nihil Romanae plebi similis, armata ex urbe profecta.* ubi tamen pauci, et quidem suspectae fidei, codd. *Romanae plebis similes* praeferunt. 26, 50, 13. *Venisse Diis simillimum juvenem, vincentem omnia quum armis, tum benignitate ac beneficiis.* 44, 4, 9. *Si hoſtem similem antiquis Macedonum regibus habuiſſet consul.*

fuit. postquam jactari arma passim, fugaque per agros spargi aciem hostium animadversum est; tum equitum turmae emissae, dato signo, ne, in singulorum morando caede, spatium ad evadendum interim multitudini darent. satis esse, missilibus ac 5

Et ita, nunc *simile veri*, nunc *simile veris* dici, supra vidimus ad 5, 21, 9. In his itaque codicum fidei adhaerere debemus: qui quum omnes, quotquot usus sum, vulgatum tueantur; (unum excipio Florent. Rhenano consentientem) illud quin praeferendum sit, vix dubitare audeo. Lectio autem, quam Rhenanus in Msto suo, et ego in Flor. invenimus, inde nata esse videtur, quod librarii literam initialem vocis sequentis perperam etiam in fine vocis praecedentis repetierint. Id autem infinitis locis, praesertim in litera *s*, factum esse, infra videbimus ad Liv. 28, 25, 2. Quamvis alibi passim in regimine vocis *similis* ac *dissimilis* variare librarii soliti fuerint. V. ad 5, 21, 9. 8, 12, 10. 9, 13, 7. 26, 49, 6. et aliis locis. Insuper licet distinctio, quam memorat Rhenanus, religiose a scriptoribus observata fuisset, tamen ne sic quidem vulgatum mutandum putarem. Nam *fluctuanti similis* non tam ad mores, quam ad formam, referendum est. Ceterum *nota omnia*, omisso τῷ *que*, est in Leid. 1. Post *confluctuanti*, pro *et fluctuanti*, in Lovel. 4. et 5. [Veith.] Tum vox *similis* deest in Fragm. Hav. a m. 1. Denique *similis erat acies*, dictionibus trajectis, praeferunt Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Gaertn. et Portug.

Deinde, postquam, cadentibus primis] *dein* Harlej. 1. V. supra ad 3, 3, 6. Tum *cedentibus primis* tacuisse principes usque ad Aldum, qui primus *cadentibus* dedit. Et ita uno ore omnes scripti. *Cadere* et *Cedere* saepius in libris scriptis commutari solent. V. Cel. Burmann. ad Gratii Cyneg. 9. (*ad Liv. 21, 7, 9.)

Jam ad se quisque perventuram caedem cernebat] Video diversam lectionem in veteri volumine fuisse, nempe *credebat*; et additum, *Alibi cernebat*. RHEN. Omnes mei constanter *cernebat*. Sed *quisquam* habet Leid. 1. quemadmodum et supra librarius hujus codicis errarat hoc lib. c. 4, 5. [*vertuntur* Veith.]

§. 4. *Inflare Romanus*] Ita recte Frobenius anno 1531. edidit. Omnes priores dederant *Stare Romanus* contra mentem Livii. Idem tamen eror pertinaciter etiam in omnibus scriptis, praeterquam in uno Flor. superesi. Idem testatur quoque Hearnius de Oxon. B. N. et Exc. Pithoei. [Veith.] Sed omnino prima syllaba vocis *Inflare* ob ductuum similitudinem intercepta est ab ultimis literis vocis praecedentis. Insuper *Stare Romanos* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Donec armati confertique abibant, peditum labor in persequendo fuit] *convertique* Leid. 1. *confertique* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *convectique*, aucto ex prava verba praeeuntis pronunciatione errore, Lovel. 4. Tum *adhibant* Voss. 2. a m. 1. *adibant* a m. 2. ut et Lov. 3. V. ad 40, 55, 5. Denique *labor in sequendo fuit* Fragm. Hav. a m. 1. Paullo post verbis sequentibus *jactare arma*, pro *jactari*, Harlej. 2. et Portug. a m. 2. Inferius adhuc *signo dato*, alio vocabulorum ordi-

terrore inpediri cursum, obequitandoque agmen teneri, dum adsequi pedes et justa caede conficere ho-
6 stem posset. Fugae sequendique non ante noctem finis fuit: capta quoque ac direpta eodem die castra Volscorum, praedaque omnis, praeter libera cor-
7 pora, militi concessa est. Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit: nec hominum de plebe, ut credi posset mercede militasse, sed principes quidam juventutis inventi, manifesta fides, publica ope

ne, editt. antiquiores, sed invitis scriptis, quibus concinentibus Aldus dedit *dato signo*.

§. 5. *Inpediri cursum, obequitandoque agmen teneri*] *inpedire cursum* Gaertn. Tum *abequitandoque* idem Gaertn. et Haverk. V. supra ad 2, 45, 3. *obequitando* Lovel. 5. [Veith.] Deinde *teneri agmen*, vocibus transpositis, Gaertn.

Dum adsequi pedes et justa caede conficere hostem posset] *dum ad te sequi* Leid. 1. *dum apte sequi* Lovel. 2. et Haverk. *dum apte persequi* Hearnii Oxon. C. Male. *adsequi aliquem* est ad eum praegressum sequendo pervenire. Infra 28, 16, 2. *Si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie adsecuturi fuerint.* V. Hadrian. Cardinal. de Serm. Lat. p. 103. Praeterea *justa cedere* deerrans dedit librarius Haverk. Denique *conficere hostes* Lovel. 4. V. ad 5, 50, 2.

§. 6. *Fugae sequendique non ante noctem finis fuit*] *Fugaeque sequendi* Gaertn. Mox *capta ac direpta*, omissa voce *quoque*, Lovel. 2. et Hearnii Oxon. B. In sequentibus verbum substantivum omisit librarius Lovel. 4. [Veith.]

§. 7. *Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit*] *ex Latino Hernicisque fuit* Leid. 2. *ex Latinisque Hernicis fuit* Lovel. 1.

Ut credi posset, mercede militasse] *credi posse*, τοῦ *ut* omisso, Fragm. Hav. a m. 1. Tum *mercede militum concessa* Voss. 2. a m. 1. Paullo post *inventa*, pro *inventi*, Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. Deinde *adjutos Volscos hostes* alio ordine Haverk.

§. 8. *Circejensium quoque quidam cogniti, et coloni a Velitris*] *Circiensium* Voss. 1. et vetustissimi excusi. *Cerciensium* Florent. Leid. ambo, Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Ita Mediolanenses etiam anno 1495. quos quidam secuti sunt. *Cercientium* Voss. 2. *Certientium* Lov. 3. *Cercinensium* Fragm. Hav. a m. 2. et Gaertn. *Cetrinensium* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Cereteusium* Lovel. 2. *Ceretinensium* Lovel. 4. et 5. Sed recte Moguntini *Circejensium* ediderunt, quod et in Harlej. 1. superest. V. supra ad cap. praec. §. 6. Tum vox *quoque* deficit in Leid. 2. Deinde *cogniti ex colonia Velitris* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Cogniti et colonia a Velitris* Voss. 2. Male. Infra hoc lib. c. 17, 7. *Colonis Circejensibus et a Velitris purgantibus se Volsci crimine belli.* ubi v. quae notantur.

Primoribus Patrum eadem, quae

Volscos hostes adjutos. Circejensium quoque qui- 8
dam cogniti, et coloni a Velitris: Romamque omnes missi percunctantibus primoribus Patrum eadem, quae dictatori, defectionem sui quisque populi, haud perplexe indicavere.

XIV. Dictator exercitum in stativis tenebat, mi- 1
nime dubius, bellum cum his populis Patres jussuros; quum major domi exorta moles coëgit adciri Romam eum, gliscente in dies seditione, quam so-

dictatori] *prioribus Patrum* Fragm. Hav. a m. 1. et Gaertn. Quae varietas scripturae in Mstis errore librariorum frequens est. Plura exempla infra v. ad 37, 43, 10. Tum *eandemque dictatori defectionem* Leid. 2. Lovel. 4. Gaertn. Portug. et Haverk. *eandem quae dictatori* Voss. 2. Lovel. 1. 5. et Fragm. Hav. Verum ita scribendum fuisset *eamdem*, *quam dictatori*, *defectionem*, quomodo praefert Lovel. 2. At optimae notae codices aliique multi nihil mutant. Et recte. Nam *eadem*, *defectionem* per adpositionem dicuntur, quales locutiones in Livio saepe obcurrunt. V. infra ad 25, 34, 10. Mox *sui quisque populi* Lovel. 3. Sed male. Missi indicavere defectionem, quisque sui populi. Infra 8, 38, 11. *In suo quisque gradu, theiri, urguentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant.* Supra hoc libro c. 8, 2. *Sequere imperatorem, pro se quisque clamantes.* c. 4, 5. *Ex ferocientibus universis singulos, metu suo quemque, obedientes fecit.* Hinc *judicaveri*, pro *judicavere*, Portug. quomodo saepe peccatur in codd. manu exaratis ob ductuum adfinitatem. V. infra ad Epit. Liv. 63. Denique *Romamque populi haud perplexe indicavere*, reliquis omissis talpa scribae, Harlej. 1.

§. 1. *Minime dubius bellum cum his populis Patres jussuros*] *minime dubiis* Haverk. Deinde vox *populis* deest in Leid. 2. Paullo ante *exercitum instavis tenebat*, pro *in stativis*, Klock.

Quum major domi exorta moles coëgit adciri] *cur major* Voss. 2. et Lovel. 3. *tum major* Lovel. 5. *dum major* Gaertner. Deinde *cogit* Fragm. Hav. a m. 1.

Gliscente in dies seditione] Pessimum haeret in quibusdam libris glossema *crescente*. Sic ante triennium restitui Fabium 6, 1. *Item in theatro, in templo, in concione gliscit invidia.* De qua re v. mihi Crepundiorum 3, 5. Infra quoque c. 34. puto excidisse: *Tanto in urbe vis Patrum in dies miseriosque plebis crescebant.* lege *gliscebant.* 27, 3. *Novum in occulto gliscens per indicium protractum est facinus.* 29, 2. *Ne glisceret prima neglegendo bellum.* Utitur et 38, 42. *In Liguribus magni belli et gliscentis in dies magis fama erat.* GEBH. *crescente* etiam Voss. 2. Klock. Lovel. 3. Hearnii Oxon. C. atque margo codicis N. At recte id glossema esse Gebhardus existimavit, quod, olim a Scholiasta orae codicis adscriptum, postea ab indoctis librariis in contextum receptum est. Similiter

cultaretur; differenteque, et tempore suo se in
caturum dicente, ceteris omissis, eo versae er
omnium curae: adparebatque, nec veri indicii
tiam mediam, nec falsi obsensionem fore.

bantur quaerendo, id est, dictis Manlii postremis adhaerentes ac fidem habentes sciscitabantur. Non equidem invideo ipsi delicias, quas sibi fingit; modo mihi liceat id, quod vulgo circumfertur, et, si Klockian. excipias, omnium codicum testimonio confirmatur, probare. *exsequebatur* est in Lovel. 4.

Ubi tantae rei furtum occultaretur] Iterum iidem, *peroccultaretur*. GEBH. Duo meliores Pall. et alter Voss. *peroccultaretur*. Forte fuit *ubi tantae rei furtum, per quos occultaretur?* J. FR. GRON. *peroccultaretur* etiam Hearne in Oxon. C. se invenisse professus est. Praeter a Gronovio laudatum Voss. 2. eique plerumque consentientem Lovel. 3. nulli meorum eam lectionem firmant. *ubi tantae rei furta occultarentur* est in Lovel. 2. cui favere videtur Leid. 1. *futura*, pro *furtum*, exhibens. Reliqui singulare probant. Deinde *occuparetur* est in Leid. 1. a m. 1. quod recte manu altera in *occultaretur* mutatum est. Interdum scribas ita errasse, infra videbimus ad 27, 3, 8. *ibi* etiam, pro *ubi*, habet Portug. a m. 1. V. ad 27, 5, 2.

Differenteque et tempore suo se indicaturum dicente] *differentaque et tempore suo se indicaturum dicente* Flor. a m. 1. pro quo *differenti itaque et tempore suo* a m. 2. emendatum est. At *differentique* et mox *dicenti* reliqui omnes codices mei, et apud Hearnium etiam Exc. Pithoei. Hisne igitur an eximio Bentlejo fidem habebimus, ad Horatii 1. od. 25, 17. id agenti, ut evincat, claros scriptores, qui amicitia Augusti floruerunt, latívum singularem partic rum praesentis temporis non in *i*, direxisse? Verum modo tot codicibus adversa merarium est, sed et pluri Livio passim obcurrunt ex ubi eorum nominum casus secundum consensum fere nium codicum et editionu formatur, quibus invitis i tare audax nimis et calidu ret. Ita *anno sequenti*, vel *quenti*, multis locis apud L obcurrere, ubi nihil varian pti vel editi, infra videbim lib. ad c. 21, 1. *discrepanti ne* 4, 23, 2. ubi tamen nunc ex Mssis *discrepante. inmine le* obcurrit 6, 19, 1. *conflant* c. 25, 11. ubi nuper etian *flante* editum erat. *continenti ne* plerique codd. 8, 8, 13. *campo* 21, 8, 7. *consule pos* 42, 33, 2. *vigenti motu* 7, 2, rum et hic *vigente* ex codd. e edd. consensu revocavi. et plura alia adferri possent, que is, quem Cel. Bentle didit, optimorum scriptor culo Augusteo mos fuerit, a Livio non tanta superst observatum fuisse dicendu quin subinde ab illo in d abiret. Ceterum τὸ *et* ex Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej vocula illa intercidit ob tudinem partim literae fin cis praecedentis, partim lis vocis sequentis. V. ad 2. Tandem *judicaturum*, *dicaturum*, Haverk. V. in Epit. Liv. 63.

Eo versae erant omnium adparebatque] *eversae erant*

diffet, medio foro cum caterva sua adcurrit, et manum injecit: vociferatusque de superbia Patrum, ac crudelitate foeneratorum, et miseriis plebis, virtutibus ejus viri fortunaque; *Tum vero ego*, inquit, 4 *nequidquam hac dextra Capitolium arcemque servaverim,*

cesserat. Gronovio *intuenti* substituenti obloquitur interpres Delphinicus, existimans Livii mentem esse, dictatori non jam orationes modo Manlii, sed facta inspicienda fuisse, ut nempe obviam iret seditioni, si quae moveretur. Non tamen efficit, ut a viro subactissimi judicii hic diversus abeam. Nisi enim conjectura ejus recipiatur, vix apte verba Livii cohaerent. Non adtendit Doujatius ad particulam *enim*, qua Liv. rationem reddit, cur solito magis seditionem metuendam Manlius faciebat. Ea enim non est, quia dictatori inspicienda erant ejus facta; si enim inde motus seditionis deducendus esset, is evitari potuisset non inspiciendo: sed ideo seditionis metus in dies gliscebat, quia, quicumque orationes ejus et facta in speciem popularia inspiceret, et adtenderet, qua mente quaelibet ab eo fierent, facile deprehendebat, eadem tumultuosa esse. Ceterum obponit hic Livius *speciem rerum* sive praetextum, sub quo vera rerum facies occultatur, atque ipsam rem sive *mentem*, *qua res fiebat*. Ita alibi saepe *species rei* et *res ipsa* obponi solent. Infra 39, 35, 4. *Per speciem auxilii Byzantiis ferendi, re ipsa ad terrorem regulis Thracum injiciendum profectus*. ubi alia exempla vide. Praeterea *in specie tumultuosa eadem* Lovel. 2. Male. V. ad 3, 40, 7. *in speciem tumultuosam eadem* Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Atque ita etiam Mediol. anno 1505. ediderunt, quos Ascensius anno 1513. et anno 1516. ac Parisini anno 1529. imitati sunt.

§. 3. *Vociferatusque de superbia Patrum, ac crudelitate foeneratorum*] *vociferatus de superbia* Leid. ambo. *vociferansque de superbia* Harlej. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. Tum *et crudelitate* Haverk. *ac credulitate*, literis trajectis, Leid. 1. et Lov. 5. V. Freinshem. ad Curtii 6, 10, 15. Paullo post *et virtutibus ejus viri*, addita conjunctione, Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et edit. Mediol. anni 1505. quum in omnibus prioribus edd. etiam vox *viri* defuisset, eoque *τὰ virtutibus ejus fortunaque* ad proximum *plebis* referenda viderentur. Ascensius deinde et post eum reliqui vocem quidem *viri*, in omnibus Mstis exstantem, receperunt, non tamen copulam *et*. Ceterum in verbis praecedentibus, pro *judicatum pecuniae*, Klock. praefert *nexum ob aes alienum*, quae lectio alterius glossema esse videtur. *judicatum addictumque* mox vocat §. 10. quod hoc loco *judicatum pecuniae duci*, ubi vide. Praeterea *occurrit*, pro *accurrit*, est in Lovel. 4. V. ad 23, 24, 3.

§. 4. *Nequidquam hac dextra Capitolium arcemque servaverim*] *nequoquam* Leid. 1. *nequaquam* Voss. 2. et Lovel. 3. lapsu scribarum, qui saepe has voces commutare solent. V. supra ad 2, 58, 8. et infra ad 27, 26, 2. Deinde *ac dextra* Lovel. 3. et ed. Rom. anni 1472. V. ad 35, 26, 7. *hac dextera* Lovel. 1. 5. Port. Haverk. et Fragm. Hav. Reliqui, et inter eos inte-

si civem commilitonemque meum, tamquam Gallis victoribus captum, in servitutem ac vincula duci videam.
5 Inde rem creditori palam populo solvit, libraque et aere liberatum emittit, Deos atque homines obtestantem, *ut M. Manlio, liberatori suo, parenti plebis*

gerrimi, vulgatum defendunt. Mox *si cui est*, pro *si civem*, Gaertn. Per compendium scriptum fuerat *si ciuē*, error itaque profluxit ex adfinitate ductuum *iu* et *ui*. V. ad 9. 1, 8. *si civem commilitonemmeum*, pro *commilitonemque meum*, Lovel. 2. [*Tum vero inquit* Veith.]

Tamquam Gallis victoribus captum] *tamquam a Gallis victoribus captum* Lovel. 2. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] At nihil mutari necesse est, invitis reliquis, quibus utor, codicibus. *captus Gallis* et *captus a Gallis* eodem sensu dici, ostendunt, quae supra notavi hoc lib. ad c. 11, 4. Pessime etiam *Gallis virtutibus* praefert Haverk. Neque melioris notae est, quod Hearnius se Oxonii in cod. C. reperisse testatur in verbis sequentibus *in servitutem ac vincula duci videam, ac reum caedi*. Ultimae tres voces in uno tantum Lovel. 4. mihi obviam fuerunt. *et in servitutem*, addita priori vocula, habet Lovel. 2.

§. 5. *Ideo rem creditori palam populo solvit*] Pall. MSS. tres, et binae vetustae editiones *Inde rem*. GEBH. *Inde* etiam omnes non modo scripti, sed et typis excusi usque ad ed. Francofurtanam anni 1578. quae *Ideo*, errore, ut puto, operarum, dedit, quem Modius, Gruterus, et Heinsius servarunt, sed recte jam Gronovius in prima Livii editione emendavit. In uno tantum Leid. 2. est *In rem*. Sed librarius notam τοῦ *In* addere neglexit. Hinc autem factum esse, ut saepissime *in* et *iñ*, sive *inde*, commutentur in membranis vetustis, infra videbimus ad 10, 20, 6. *Inde reum cedi palam populo solvit* sine commodo sensu ostentat Lovel. 2. Praeterea male *credit*, pro *solvit*, Leid. 1.

Solvit, libraque et aere liberatum emittit] Palat. sec. *aere eum liberatum emittit*. Superscriptum tamen *liberavit, liberatumque dimisit*. Pejus, credo, Andreas, *liberumque ex aere liberatum emittit*. GEBH. De manumissione addictorum etiam locus est Quintiliani 5. Inst. Orat. 10. p. 414. ed. Burm. *Qui servus est, si manumittatur, fit libertinus, non item addictus*. et Calpurnii Flacci Declam. 14. ubi filius abdicatus, qui patrem addictum redemerat, dicit: *Et redemi patrem, et manumisi*. Salmas. de modo usur. p. 826. scribit, pecuniae judicatos et addictos, si ipsi solvissent, aut pro illis alius, non tamen liberos habitos, sed, quoniam in servitutem redacti erant, per aes et libram liberandos fuisse, ut illi, qui emancipabantur. Et in Observ. ad jus Attic. et Rom. c. 11. p. 410. et seqq. nullum discrimen inter addictos et servos aere emtos statuit: quia addicti legibus XII. tabularum et venumdari, et occidi poterant. Quintilianus tamen 7. Inst. Orat. 3. auctor est, addictum recepta libertate ingenuum esse, et Declam. 311. tam ingenuum esse, quam ante fuerat. Et conditionem addictorum meliorem fuisse, quam eorum, qui jure servi erant, ipse Salmas.

Romanae, gratiam referant. Acceptus extemplo in 6
tumultuosam turbam et ipse tumultum augebat, cicatrices acceptas Vejenti, Gallico, aliisque deinceps bellis oftentans. *Se militantem, se reftituentem ever-* 7
sos penates, multiplici jam sorte exsoluta, mergentibus

tradit de modo usur. p. 877. et alii dudum oftenderunt e dd. ll. Quintiliani. De sententia leg. XII. Tabularum autem, quod ad jus occidendi addictos attinet, non idem sentiunt eruditi. Quod porro Salmasius dicit, addictos ab his, qui pro iis creditum solverant, manumiffos fuiffe, id verum effe conftat ex Livii et aliorum scriptorum locis. An autem, si ipsi pro se solviffent, tamen per aes et libram liberari debuerint, quod idem scribit, mihi non liquet. Nec scio, quid juris alii, a quibus liberati et manumiffi erant, hac re in illos consequuti fuerint. DUK. *liberaque et aere liberatum* Haverk. *liberatque et aere liberatum* Hearnii Oxon. N. *libraque ut aere liberatum* Portug. *liberaque ut aere liberatum* Lovel. 5. *liberaque et ea re liberatum* Lovel. 4. *liberumque et ea re liberatum* Lovel. 2. *libraque et ea re liberatum*, literis transpositis, Leid. 1. *libraque et aere libratum* Gaertn. Vulgatum rectum. De locutione *libra et aere* v. Briffon. de Verbor. quae ad jus pertinent, significe. v. *Aeris*. Insuper *mittit* Lovel. 4. Mox *Deosque atque homines*, pro *Deos*, edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Parenti plebis Romanae gratiam referant] Vox *Romanae* deeft in Voff. 1. et Harlej. 1. Sed in eorum priori adparet tamen margini adscripta. *gratiam ferant* eft in Lovel. 2.

§. 6. *Acceptus extemplo in tumultuosam turbam*] *inter tumultuosam turbam* Harlej. 2. solito errore, de quo infra v. ad 38, 57, 6. *et tumultuosam turbam* Portug. a m. 1. *et in tumultuosam turbam* a m. 2. *in tumultuosam plebem* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] Forte exponendi cauffa in ora cod. ad vocem *turbam* adpositum erat *plebis*, ut turba plebis intelligeretur: eaque vox deinde altera ejecta in contextum recepta est. Mox *tumulum agebat*, pro *tumultum augebat*, praefert Fragm. Hav. a m. 1. *agere* et *augere* aliis etiam locis a librariis commutantur. V. quae infra notantur ad 27, 9, 11. Similiter etiam *tumulus* et *tumultus*. V. infra ad 7, 34, 9.

Vejenti, Gallico, aliisque deinceps bellis] Primam vocem, quam omnes alii servant, perperam omisit Hearnii Oxon. B. Ejus loco *Volscenti* est in Lovel. 4. *Vejenti, Gallicoque, aliis deinceps bellis* eft in Haverk. trajecta in alium locum particula *que*. *aliisque deinceps bellis*, id eft *deinde*, Gaertn. Sed v. supra ad 5, 17, 4.

§. 7. *Multiplici jam sorte soluta, mergentibus se per sortem usuris, obrutum foenore effe*] Quidam, pro *se per* legunt *semper*, ut intelligamus, usuras ita multiplicatas, ac ab ipso solutas, sortem jam aliquoties aequaffe: ut sit sensus, toties suppullulascentes mersiffe sortem, atque ita se foenore obrutum. Quamquam, ut usurae mergant sortem, dubitabit aliquis. GLAR. A Palatinis binis exsulat τὸ *semper*. Andreas vero edidit *se per sortem*. Plane inepte. Mergunt enim sortem usurae, dum sors suppri-

quia vanum indicium est, in vincula te duci jubebo, diutius patiar, a te multitudinem fallaci spe concit

7 Ad ea Manlius, *nec se fefellisse*, ait, *non adver Volscos toties hostes, quoties Patribus expediat, nec ad sus Latinos Hernicosque, quos falsis criminibus in a*

etc. *pati non debuimus.* 38, 25, 7. *Frustratio Gallorum eo spectabat, primo ut tererent tempus:* etc. *deinde quod ipsi consuli* etc. *insidiabantur.* V. etiam locum ex 39, 41, 2. mox laudandum. Verum Aldus deinde huic lectioni substituit *sive quod et ipse.* Cui consentiunt non modo Gebhardi Pall. sed et reliqui mei, atque Hearnii Oxon. codices. Parum interesse videtur primo intuitu, utro modo legas; si tamen diligentius adtendatur, discrimen adparebit in sensu inter hanc et illam lectionem. qui facit, *ut sit in parte*, nondum particeps est, sed faciendo spem habet, se participem fore. Sed qui facit, *quod sit in parte*, jam in partem receptus est. Jam autem dictator dicebat, se existimaturum, ideo Manlium publicis thesauris incubantes ex praeda evolvere nolle, non ne spem amitteret, se in parte praedae fore, sed ne partem praedae, in quam ipse, tamquam unus ex primoribus Patrum, receptus erat, reddere cogeretur. Ob hanc itaque caussam, et ob codicum plerorumque auctoritatem legendum puto *sive quod et ipse.* Neque me revocat, quod vocula *quod* modo praecesserit. Primo enim diverso sensu utroque loco adhibetur. Nam priori est pronomen, posteriori conjunctio caussalis. Eodem modo particula *ut* alia atque alia significatione repetitur supra 5, 20, 6. *Quum ita ferme eveniat, ut segnior sit praedator, ut quisque laboris periculique praecipuam petere partem soleat.* ubi videndus est Gronov. Deinde, saepius Livium eam vocem repetere solitum fu supra vidimus ad 1, 3, 9. Cl. Perizon. in margine cod. *quod* quidem probavit, se culam *et* tamen expunxit, le *sive quod ipse in parte pada* Eam tamen non ejiciendam Superest enim quum in om codd. scriptis, solo Bloc excepto, tum in editis libris. terea *sive quod vanum*, ut nius ex vet. lib. in contextu cepit, apud me superest t in Lov. 2. Harlej. 2. Portug. verk. apud Hearnium vero i Oxoniensibus. [Veith.] Vere vulgatum malo. Non displic dem *quod* modo subjunctivo do indicativo jungi; id enim bi a Livio factum esse novi. 21, 16. *Exercitus Romanus i partim quod cum imperato devectus ex provincia esset tim quod in oppidis hiberna titi erant, segni fungebant litia.* Verum sequor codic digniores, qui omnes serv *ve quia vanum.* Ne quem obfendat, voculam *quia* in secundo membro, quu in priori praecesserit, ads locum, ubi in primo mem surpatur *ut*, in secundo in tertio *quod*, qui exstat 2. *Non solum ut ipsi pot piscerentur, nec quia indig tur, novum hominem censo dere, sed etiam quod trist suram exspectabant.* ad qu exempla videbimus. Dein *cuum indicium* Lovel. 2. V 30, 6. *Vanum* hic est fals ad 1, 51, 6. *vanum judicium*

vitaeque ac sanguinis quod supersit. quodcumque sibi cum patria, penatibus publicis ac privatis juris fuerit, id cum uno homine esse. His vocibus instincta plebes 9
quum jam unius hominis esset, addita alia commotio-

23, 5. *Se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo carnerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, aes alienum fecisse.*

§. 8. *Omnia parentum beneficia ab illo se habere*] Gebhardus supra ad 2, 14, 9. in duobus codd. Pall. *parentium* legi testis est, quae eadem scriptura apud me superest in Leid. 1. V. supra ad 1, 9, 15. Insuper *eique parentium beneficio* est in Lovel. 3. Unde legendum esse conjici posset *omniaque parentum officia*. Sed reliqui scripti et editi stant pro vulgato, nisi quod *omnia patent ubi beneficia* sit in Gaertn. Male etiam *aberunt*, pro *habere*, praefert Leid. 1. Paullo ante *cum hora*, pro *civium ora*, dormitans dedit librarius Klock. V. ad 5, 37, 2.

Illi se devovere corporis vitaeque ac sanguinis quod supersit] Pronomen *se* expungi debet. nam mox praecedit, *ab illo se habere*. quod hic subauditur. RHEN. Vet. lib. *illi se devovere*. SIG. *illi se devovere* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. [?] et apud Hearnium Oxon. B. N. et L. 2. [Veith.] Contra vero pronomen ignorant Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. quibus potius credo. Recte itaque a Rhenano deletum, et perperam a Sigonio revocatum est: cui tamen posteriori nulli recentiorum dicto audientes fuerunt. Tum *devovere corpus* Flor. a m. 2. Hinc *vitaeque et sanguinis* Fragm. Hav.

Quodcumque sibi cum patria, penatibus publicis ac privatis juris fuerit] *quodcumque sibi cum parentela* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. manifesto scribarum errore. Non modo enim, quod illi voce *parentela* indicare voluerunt, Livius mox exprimit per voces *penatibus privatis*, verum ipsum etiam vocabulum *parentela* non hujus aevi est; sed ad exemplum vocis *clientela* formatum apud Capitolinum demum observatur, inde vero temporibus barbaris saepe usurpatum fuit, et in legibus Salicis, Burgundicis, Longobardicis, scriptoribusque aequalibus ac posterioribus, frequenter obcurrit; ut docuit Vossius 3. de Vitiis Sermon. 32. Solitos autem fuisse librarios voces barbaras, sed suo tempore usitatas, passim optimis scriptoribus obtrudere, infra videbimus ad 7, 21, 2. Tum *publicis atque privatis* Portug. et Haverk. In verbis sequentibus *cum bono omine esse*, pro *cum uno homine*, Lovel. 4. *esset* Lovel. 4.

§. 9. *His vocibus instincta plebes, quum jam unius hominis esset*] Omnia haec verba perperam deficiebant in Leid. 2. et Lovel. 1. Sed pro *instincta* est *instructa* in Hearnii Oxon. L. 1. quomodo saepe ab indoctis scribis ob literarum et ductuum similitudinem peccatum est in codicibus manu exaratis. V. infra ad 9, 40, 7. Tum *plebs* Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. Port. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 1, 20, 6. *plebs est* Voss. 2. Praeterea vocula *jam* exsulat a Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4.

10 ris ad omnia turbanda consilii res. Fundum in Vejenti, caput patrimonii, subjecit praeconi: *Ne*

5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. [Veith.] Sed ea videtur excidisse ob ultimarum literarum vocis praecedentis similitudinem. Certe, *jam* a praecedenti *quam* interceptum esse, infra videbimus ad 38, 4, 7. (* v. ad 36, 12, 9.)

Addita alia commodioris ad omnia turbanda consilii res] Foede vitiatus locus est. Scribe, *addita alia commotioris ad omnia turbanda consilii res*. Et convenit hoc vocabulum seditionem molienti. RHEN. *commotioris* servant omnes scripti, nisi quod in uno Haverk. sit *commodioris*, et sine sensu *comitioris* in Harlej. 2. *commotioris* etiam habent primae edd. pro quo demum Aldus *commodioris* substituit, quem praeeuntem secuti sunt Colon. anno 1525. Cervic. Ascensius anno 1530. et Frobenius anno 1531. qui postea anno 1535. Rhenani emendationem *commotioris* recepit, quam recentiores omnes probarunt. Facile voces *commotior* et *commodior* ob soni adfinitatem commutari potuerunt. V. ad Liv. 7, 16, 3. Praeterea vox *alia* deest in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Tum *ad turbanda omnia* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. *atque turbanda omnia* Haverk. cujus scriba forte dare voluit *adque turbanda omnia*. Quod non displiceret, si codd. auctoritate firmaretur. Quid enim est *consilium commotius ad omnia turbanda?* Quod quum non intelligeret Aldus, ejus loco *commodioris* substituisse videtur. Denique vox *res* a manu interpolatrice erasa est in Florent. ut *addita alia* numero plurali intelligantur. At numerum singularem una, quae subjungitur, res exigit.

§. 10. *Fundum in Vejenti, caput patrimonii, subjecit praeconi*] *Fundi venerunt caputque* Lovel. 2. *Fundum invejerit ex caput* Leid. 1. *Fundum in Vejenti ex caput* Harlej. 1. *Fundum inventi caput* Leid. 2. et Lovel. 1. *Fundum inveniet caput* Voss. 2. et Lovel. 3. *Fundum inveniunt et caput* Lovel. 4. et 5. *Fundum invecti caput* Klock. *Fundum caput*, reliquis omissis, Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. et B. Sed recte Florent. Voss. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. servant *in Vejenti*, id est, in agro Vejentano. V. infra ad 22, 1, 10. Fundum hoc vocat *caput patrimonii*, id est, praecipuam partem patrimonii, unde praecipuos reditus, quibus vitam aleret, percipere solebat; quo sensu, quod in quaque re primarium est, *caput* vocatur. Supra 5, 8, 4. *Nec Vejis melius gesta res, quod tum caput omnium curarum publicarum erat.* Cic. de Amic. 13. *Caput enim esse ad beate vivendum securitatem.* 3. ad famil. Epist. 7. *An ego obviam tibi non prodirem? primum Ap. Claudio? deinde imperatori? deinde more majorum? deinde, quod caput est, amico?* Eodem sensu *capita rerum* vocantur, quibus praecipua rerum administratio commissa est. Liv. 5, 27, 4. *Quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum sint, in potestatem dediderit.* 26. 40, 13. *Laevinus, qui capita rerum Agrigenti erant, virgis caesos securi percussit.* 23, 35, 12. *Quum caput rerum in omni hostium equitatu Masinissam fuisse sciret.* V. Hadrianum Cardin. de serm. Lat. p. 95. Ceterum Doujatius, qui hic auctionem, seu publicam posita hasta venditionem, somniat, a vero aberravit. Venditio enim privata erat, ideoque *praeconis* quidem mentio

quem vestrum, inquit, *Quirites, donec quidquam in re mea supererit, judicatum addictumve duci patiar.*

sit, sed non *publici*, ut apud Cic. pro Sextio 26. *Est rogatum, ut sedens, cum purpura et sceptro et illis insignibus regiis, praeconi publico subjiceretur.* Non memoratur etiam posita hasta, quemadmodum in loco Cic. ex orat. 2. (non ex orat. 1. ut inquit) Philipp. 26. quem laudavit, et 2. de Offic. 23. ex quo alterutro publicam venditionem esse patuisset. Praecones autem venditionibus privata auctoritate factis adhibitos fuisse, indicat Cicero 3. de Offic. 13. *Quid autem tam absurdum, quam si domini jussu ita praeco praedicat: Domum pestilentem vendo.* Et ita Apulej. se in asinum conversum a dominis ad mercatum productum, et adhibito praecone pretium nunciante venditum fuisse refert 8. Metam. p. 212. ed. Elmenh.

Neminem vestrum, inquit, Quirites, donec quidquam in re mea supererit] Et hunc locum iidem mutarunt, *Ne quem* legentes, pro *Neminem*. Sed imperfectior est sermo, et qui desideret aliquid. quasi dicat, ideo fundum meum praeconi subjeci, ne quem. Manlii sunt verba, ut illa superius posita [c. 11, 8.] *Esse qui non egestatem modo atque ignominiam minentur, sed nervo ac vinculis corpus liberum territent.* GLAR. Clara haec sunt, licet reticentia quadam truncata. Glareanus Loritus, cujus et judicium et totum ingenium colore noctis inductum erat, caliginem et imperfectam clamitat orationem esse; ideo melius legi *Neminem vestrum inquit.* Contra MSS. codices et vetustissimas editiones. GEBH. Accipio, quod dat Gebhardus, Glareanum imperfectam orationem agnovisse; verum inde non patet, ipsum praetulisse lectionem *Neminem vestrum.* Eam enim si meliorem judicasset, locutionem imperfectam esse dicere non potuisset. Neque etiam video, ubi ita *melius legi* dixerit. Ceterum *Ne quem vestrum* vera est scriptura. Nam ita praeferunt omnes scripti mei, nisi quod manifesto lapsu librarius Leid. 1. dederit *Ne quieni vestrum.* Primae etiam editiones *Ne quem vestrum* praeferunt, pro eo Mediol. anno 1495. *Neminem vestrum* substituerunt, quod Veneti anno 1498. tum Ascensius anno 1513. receperunt, et praeter Aldum reliqui editores servarunt usque ad Frobenium, qui anno 1531. priscam lectionem revocavit. Deinde *Quirites, inquit*, alio ordine, Lovel. 4. Praeterea vocula *in* non invenitur in Leid. 1. Sed etiam elisit ultima litera praecedentis vocis *quidquam.* V. infra ad 10, 13, 3. Ceterum reticentiam, quae in his verbis est, inlustrant, quae notavit magnus Gronov. 2. Obs. 25. p. 426. et seq.

Judicatum addictumve duci patiar] Non enim *adjudicatum.* Infra [c. 34, 2.] *Fama et corpore judicati atque addicti creditoribus satisfaciebant.* Diximus alibi. J. FR. GRON. Refellit hic vir magnus Joh. Freinshemium, qui in Indice Flori, v. *Addicere*, legendum conjicit *adjudicatum*, quamvis tamen Nonium *Judicatum* in ea voce per adjudicatum atque addictum exposuisse fateatur. Et quidem recte eum refellit. Omnes enim scripti et editi *judicatum* servant. *Judicatum* autem, ut supra hoc cap. §. 3. *Centurionem, nobilem militaribus factis, judicatum pecuniae quum duci vidisset.* Infra cap. seq. §. 9. *Quin*

Id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac
11 nefas secuturi vindicem libertatis viderentur. Ad
hoc domi, concionantis in modum, sermones pleni
criminum in Patres: inter quos, quum omisso dis-

eam diducitis a me singuli vestris beneficiis, intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo judicatos addictosque duci. Ita *pecuniae judicatus* infra 23, 14, 3. ad quem locum videndus est Gronovius, qui et veram Livio scripturam contra Freinshem. vindicavit 2. Obs. 11. p. 302. Praeterea *adjectumve* Fragm. Hav. *Addicere* et *Adjicere* saepius in Mstis commutari, supra vidimus ad 1, 30, 3. *additumve* Lovel. 4. et 5. V. ad cap. seq. §. 9. *addictum ve* Haverk. *ne* et *ve* confundi, dictum est ad 5, 28, 5. utramque varietatem recepit librarius Gaertner. *adjectumne* exhibens. *additumque* scribendum conjicit vir doctus in margine ed. Curionis. Et ita habent vetustiores excusi, pro quo Aldus *addictumve* substituit, adstipulantibus reliquis Mstis. Nihilominus alterum verius videtur. Ita loco ex cap. seq. laudato, *prohibendo judicatos addictosque duci.* V. et loca, quae Gronov. ex Cic. in Obs. l. l. adduxit. Nam ut quis duci posset, non sufficiebat, eum judicatum esse, sed debebat etiam addici; ita ut inter utrumque triginta dies intercedere debuerint, ut constitutum erat legibus XII. tabularum, quarum hoc refert fragmentum Gellius 20. N. A. 1. *Aeris confessi rebusque jure judicatis triginta dies justi sunto: post deinde manus injectio esto, in jus ducito, ni judicatum facit, aut quis eado em jure vindicit, secum ducito, vincito.* Quae verba ita Gellius, sive Sex. Caecilius jurisconsultus inlustris apud eum, exposuit. *Confessi aeris ac debiti judicatis triginta dies sunt dati conquirendae pecuniae caussa, quam dissolverent; eosque dies decemviri justos adpellaverunt.* etc. *Post deinde, nisi dissolverent, ad praetorem vocabantur, et ab eo, quibus erant judicati, addicebantur, nervo quoque aut compedibus vinciebantur.* Non ergo *judicatum addictumve*, ita enim alterutrum subficere indicaretur, sed *judicatum addictumque.* Solent autem *ve* et *que* saepe confundi. V. ad 24, 10, 2. Singularis, sed vitiosa, lectio est in Lovel. 2. *nec judicatum quemquam addictumve*, vocibus prima et tertia perperam additis.

Ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi] *ira accendit animos* Fragm. Hav. a m. 1. qui error in libris scriptis frequens est. V. infra ad 24, 16, 2. Praeterea voces *ac nefas* omittuntur in Gaertn. quod oscitantiae librarii adscribendum esse, satis patet.

§. 11. *Ad hoc domi concionantis in modum sermones pleni criminum in Patres*] *ad haec* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Male. V. infra ad 21, 52, 10. Consentiunt etiam in vulgatum *ad hoc* scripti reliqui, et inter eos omnes optimae notae, atque vetustissimi typis descripti libri. Quod autem hic *concionantis in modum*, supra *prope concionis in modum* dixit 2, 23, 5. *Quum circumfusa turba esset prope concionis in modum.* V. Gronovium supra ad 4, 13, 9. *crimen* autem hic pro criminatione accipitur, de qua significatione ejus vocis v. Cl. Cor-

crimine, vera an vana jaceret, *thesauros Gallici auri occultari a Patribus* jecit: *nec jam possidendis publicis agris contentos esse, nisi pecuniam quoque publicam avertant: ea res si palam fiat, exsolvi plebem aere*

tium ad Sallust. Catil. 34, 2. et quos ibi laudavit. Deinde *impalitres*, pro *in Patres*, Leid. 1.

Inter quos, cum omisso discrimine vera an falsa jaceret, thesauros Gallici auri occultari a Patribus jecit] Vox ultima mihi suspecta esse incipit: nam et insuavis est auribus ob praecedens *jaceret*, et absque illa constat oratio, si cogites, *τὰ inter quos* dici per intellectum verbi *erat*. Ovidius 13. [Metam. 164.]

— — — *et decipcrat omnes,*
In quibus Ajacem, sumtae fallacia vestis.

Corn. Nepos [in Miltiade 4.] *Creati decem praetores, qui exercitui praeessent: in his Miltiades.* Qui sic saepius. Ut et noster. Hoc libro c. 20. J. FR. GRON. Simili modo Livium ex conjectura emendat Gronov. infra 37, 23, 5. *Regia classis septem et triginta majoris formae navium erat, in quibus tres hepteres et quatuor hexeres habebat.* ubi vocem *habebat* deleri jubet, et *in quibus* eodem modo accipit, ut hic *inter quos*. Neutra tamen caussa, ob quam hoc loco vocem *jecit* expungendam Gronovius judicavit, satis justa videtur. Non prior, quia infinitis locis Livius voces, quae modo praecesserunt, paucis interjectis iterum adhibere solitus fuit. V. ad 1, 3, 9. Non altera, quoniam, si omnia, sine quibus sensus constat, inducenda forent, infinita praesertim in Livio, cujus laeteam ubertatem omnes praedicant, expungenda essent. Servandum itaque censeo verbum *jecit*, quod in omnibus superest codicibus, nisi quod *jacit* praeferant Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Si quid in his verbis superest, potius delendam putarem particulam *quum*, quae non modo abesse potest, verum addita sensum turbat, ut unicuique singula accuratius exigenti patebit. Unus etiam Lovel. 5. eam non agnoscit. Ceterum *intra quos* est in Voss. 2. et Lovel. 3. de quo errore v. supra ad 5, 27, 2. Tum *amisso discrimine* Portug. sollemni scribarum lapsu, qui *amittere* et *omittere* saepe confuderunt. V. ad 3, 38, 11. Hinc *vera ac falsa* Leid. 2. *vera ad falsa* Lovel. 2. [*vera ac vana* Veith.] Praeterea *jaceretur* Klock. V. ad 39, 22, 8. Hinc *thensauros Gallici auri* Florent. a m. 1. hic et cap. seq. §. 5. V. ad 5, 54, 5. (* 39, 50, 3.) *thesauros Gallici agri* Lovel. 4. et 5. Denique *occultari ab Patribus* Portug.

Nec jam possidendis publicis agris contentos esse, nisi pecuniam quoque publicam avertant] *nec cum possidendis* Harlej. 2. Tum *contēptos esse* Fragm. Hav. Saepissime voces *contentus* et *contemptus*, sive *contemtus*, errore librariorum commutantur. V. infra ad 25, 38, 20. Deinde I *pecuniam* Haverk. Forte voluit scriba *ni pecuniam*. *Ni* autem saepe in *nisi* abiit. V. ad 23, 1, 8. Hic tamen *nisi pecuniam* est in ceteris omnibus codicibus. Verbum autem *avertere* interdum proprium esse de rebus illis, quas ex aliena in nostram potestatem et ditionem, ut plurimum fraude et malis artibus, redigimus, recte docet

12 *alieno posse.* Quae ubi objecta spes est, enimvero indignum facinus videri, quum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit, tribu-

Gronov. 4. Obs. 5. V. etiam Passerat. ad Cic. Orat. pro Caecin. 6. et Lindenbr. ad Amm. Marcell. 14, 2.

Ea res si palam fiat, exsolvi plebem aere alieno posse] *Et res* Haverk. quomodo librarii frequenter errarunt. V. infra ad 42, 5, 7. Tum *exsolvis* idem Haverk. Deinde vero *possis* Leid. 2. *exsolvi plebem ex alieno posse aere* Lovel. 4. a m. 1. in quo a manu altera additae sunt notae, quae docent, praepositionem inducendam esse.

§. 12. *Quae ubi objecta spes est*] Pall. duo *adjecta*. Malo vulgatum. Supra 4, 51, 5. *Delinimentum animis Volani agri divisionem obici.* Andreas edidit, *Quae ubi objecta res est.* GEBH. *Quem ubi objecta spes est* Leid. 1. errore scribae, qui *quē*, pro *quae*, perperam scripsit. *Quis ubi objecta spes est* Lovel. 1. *Quae adjecta spes esset* Lovel. 4. [*ubi adjecta spes esset* Veith.] *Quae ubi adjecta spes est* etiam Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. quod recte displicet Gebhardo; neque melius *Quae ubi objecta* praefert Gaertn. Solent hae voces commutari a scribis indoctis. Exempla obcurrunt supra 4, 51, 5. hoc lib. c. 1, 12. infra 7, 7, 9. 8, 23, 4. (* 34, 14, 8.) et alibi. Et ita verba cum praepositionibus *ab* et *ob* composita ubique in codicibus scriptis confunduntur. V. ad 2, 37, 9. Praeterea *species* Portug. V. supra ad 3, 9, 13. *res*, quod in Andreae ed. Rom. esse Gebhardus notat, exstat etiam in aliis excusis principibus usque ad Aldum. Sed illud ex modo praecedentibus verbis hic admissum videtur, licet et alibi *spes* et *res* culpa librariorum permutentur. V. supra ad 5, 12, 4. Denique verbum *est* a manu altera in Fragm. Hav. inductum erat.

Quum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit, tributo conlationem factam] *cum ferendum* Leid. 1. et Lovel. 2. sed primam syllabam τοῦ *conferendum* absorpsit vocula praecedens *cum*; quemadmodum ab eadem etiam vocem *con.* vel *cons.* sive *consul* absorberi vidimus ad 2, 59, 9. Deinde *ac redimendum* Harlej. 1. V. ad 21, 32, 2. Tum *a Gallis fuerit aurum* Harlej. 2. Tandem *tributo et collatione facta* Lovel. 4. [Veith.] *tributo collatione facta* Harlej. 2. et Haverk. Et ita Mediolanenses anno 1505. ediderunt, quos Ascensius annis 1513. et 1516. ac Parisini anno 1529. secuti sunt. Ita, mutata distinctione, hoc modo interpungendum foret: *quum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit tributo; collatione facta, idem aurum.* At vulgatum, aliorum omnium codd. et editionum auctoritate firmatum, praestare videtur.

Idem aurum ex hostibus captum in paucorum praedam cessisse] Pal. duo. pr. ac tert. *in paucorum praedam secessisse*, ut innuat arcanam auri istius divisionem. GEBH. *id aurum* Lovel. 4. atque Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] V. ad 10, 10, 6. *id est aurum* Florent. et Harlej. 1. V. supra ad 5, 4, 5. *idem aurum et ex hostibus captum* Lovel. 2. et Fragm. Hav. quasi indicare voluisset librarius, intelligendum aurum, tum quod Romani ad redimendam civitatem a Gallis contulerint, tum quod

to conlationem factam: idem aurum, ex hostibus captum, in paucorum praedam cessisse. Itaque ex- 13
sequebantur quaerendo, ubi tantae rei furtum oc-

devictis Gallis insuper Romani eripuerint. Verum quum alii omnes in receptam scripturam conspirent, eam etiam veriorem esse nullas dubito. Fortè librarius *et* pro *ex* scripserat, quemadmodum saepe ea vocabula confundi infra videbimus ad 26, 45, 1. Animadverso deinde errore, non deleto eo alterum adjecit, ut saepissime facere consueverunt, ne lituris codicum emtores deterrerent. Praeterea *secessisse*, quod Gebhardo in duobus Palatinis obviam fuit, apud me tantum in solis Voss. 2. et Lovel. 3. superest. Sed et hoc ex simili scribarum errore natum puto, qui quum *sedisse* pro *cessisse* scribere incepissent, prioribus jam literis exaratis, deprehenso peccato substitere, et, iis non inductis vel erasis, veram lectionem addidere. *Cedere in praedam alicujus*, ut apud Curtium 7, 6. *Signoque, ut puberes interficerentur, dato, reliqui in praedam cessere victoris.* quam lectionem prae *victoribus*, ut est in uno Voss. 2. firmat vicissim hic Livii locus. Tacit. 15. Ann. 45. *Isque eam praedam etiam Dii cessere, spoliatis in urbe templis.* Livius *praedae cedere* dixit 43, 19, 12. *Puberes omnes interfecti sunt; conjuges liberosque eorum in custodiam dedit: praedae alia militum cessere.* qui iterum locus vulgatam in loco Curtii scripturam adstruere videtur. Ceterum *praedam quasi dictatoris regressus ad comprimendas seditiones cessisset* habent Lovel. 2. et 4. [Veith. nisi quod *quam* pro *quasi*] *praedam quos si dictatoris regressus ad comprimendas seditiones cessisse* Leid. 1. *praedam qui dictatoris regressus ad comprimendas seditiones cessisse* Hearnii Oxon. L. 2. et C. Sed, illa ex margine inrepsisse, non male judicat ipse Hearnius. Pro lemmate enim olim ad haec vel sequentia verba in ora libri notatum fuisse videtur *dictatoris regressus ad comprimendas seditiones*, quod mox cap. seq. refertur. Alia exempla lemmatum, quae in contextum errore librariorum admissa sunt, infra videbimus ad 7, 40, 4.

§. 13. *Itaque exsequebantur quaerende*] MSS. *credendo*. Lege *cerendo*. KLOCK. Mentem Klockii non adsequor, neque video, quid notabit vox *cerendo*. Novi veteres *cereo*, pro *creo*, dixisse. V. Scalig. ad Varr. 5. de Ling. Lat. p. 60. et Vossium in Etymol. v. *Creo*. Verum ea significatio huic loco convenire non potuit. An ergo, quemadmodum *cocus* pro *coquus*, et similia bene multa antiqui dixerunt: ita et hic a Livio *cerendo* pro *quaerendo* scriptum existimavit? Verum ita *cacrendo* dicere debuisset. Nisi si *quaerere*, ut quibusdam placet, a Graeco χηρεύειν deducendum opinatus, antique etiam sine diphthongo scriptum fuisse putarit. At quis tam ineptus esse poterit, ut Livium ita scripsisse in animum inducat? Familiaris adeo haec locutio Livio est, ut in scriptis ejus hospes esse debeat, qui de veritate ejus lectionis ac genuino sensu dubitare potest: utique postquam illam optime inlustravit ὁ πάνυ Gronovius ad Liv. 9, 3, 11. Miror itaque, interpretem Delphinicum, qui dicto loco emendationem Gronovii calculo suo probavit, hic tamen, quum antea vulgatam lectionem exponere conatus esset, subjecisse, Livium forte scripsisse, *Itaque haec sequo-*

cultaretur; differenteque, et tempore suo se indicaturum dicente, ceteris omissis, eo versae erant omnium curae: adparebatque, nec veri indicii gratiam mediam, nec falsi obsensionem fore.

bantur quaerendo, id est, dictis Manlii postremis adhaerentes ac fidem habentes sciscitabantur. Non equidem invideo ipsi delicias, quas sibi fingit; modo mihi liceat id, quod vulgo circumfertur, et, si Klockian. excipias, omnium codicum testimonio confirmatur, probare. *exsequebatur* est in Lovel. 4.

Ubi tantae rei furtum occultaretur] Iterum iidem, *peroccultaretur*. GEBH. Duo meliores Pall. et alter Voss. *peroccultaretur*. Forte fuit *ubi tantae rei furtum, per quos occultaretur?* J. FR. GRON. *peroccultaretur* etiam Hearne in Oxon. C. se invenisse professus est. Praeter a Gronovio laudatum Voss. 2. eique plerumque consentientem Lovel. 3. nulli meorum eam lectionem firmant. *ubi tantae rei furta occultarentur* est in Lovel. 2. cui favere videtur Leid. 1. *futura*, pro *furtum*, exhibens. Reliqui singulare probant. Deinde *occuparetur* est in Leid. 1. a m. 1. quod recte manu altera in *occultaretur* mutatum est. Interdum scribas ita erraffe, infra videbimus ad 27, 3, 8. *ibi* etiam, pro *ubi*, habet Portug. a m. 1. V. ad 27, 5, 2.

Differenteque et tempore suo se indicaturum dicente] *differentaque et tempore suo se indicaturum dicente* Flor. a m. 1. pro quo *differenti itaque et tempore suo* a m. 2. emendatum est. At *differentique* et mox *dicenti* reliqui omnes codices mei, et apud Hearnium etiam Exc. Pithoei. Hisne igitur an eximio Bentlejo fidem habebimus, ad Horatii 1. od. 25, 17. id agenti, ut evincat, claros scriptores, qui amicitia Augusti floruerunt, ablativum singularem participiorum praesentis temporis in *e*, non in *i*, direxisse? Verum non modo tot codicibus adversari temerarium est, sed et plurima in Livio passim obcurrunt exempla, ubi eorum nominum casus sextus secundum consensum fere omnium codicum et editionum in *i* formatur, quibus invitis id mutare audax nimis et calidum foret. Ita *anno sequenti*, vel *insequenti*, multis locis apud Livium obcurrere, ubi nihil variant scripti vel editi, infra videbimus hoc lib. ad c. 21, 1. *discrepanti editione* 4, 23, 2. ubi tamen nunc edidi ex Mstis *discrepante*. *inminenti mole* obcurrit 6, 19, 1. *constanti pace* c. 25, 11. ubi nuper etiam *constante* editum erat. *continenti agmine* plerique codd. 8, 8, 13. *patenti campo* 21, 8, 7. *consule postulanti* 42, 33, 2. *vigenti motu* 7, 2, 9. Verum et hic *vigente* ex codd. et vett. edd. consensu revocavi. et quae plura alia adferri possent. Si itaque is, quem Cel. Bentlej. credidit, optimorum scriptorum seculo Augusteo mos fuerit, eum a Livio non tanta superstitione observatum fuisse dicendum erit, quin subinde ab illo in diversa abiret. Ceterum τὸ *et* exsulat a Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. At vocula illa intercidit ob similitudinem partim literae finalis vocis praecedentis, partim initialis vocis sequentis. V. ad 39. 6, 2. Tandem *judicaturum*, pro *indicaturum*, Haverk. V. infra ad Epit. Liv. 63.

Eo versae erant omnium curae, adparebatque] *eversae erant* Leid. 1.

XV. Ita suspensis rebus dictator, adcitus ab exercitu, in urbem venit. postero die senatu habito, quum, satis periclitatus voluntates hominum, discedere senatum ab se vetuisset, stipatus ea multitu- 1

eo versa erant omnium cura Harlej. 1. Tum particula *que* non erat in Fragm. Hav. a m. 1.

Nec veri indicii gratiam mediam, nec falsi offensionem fore] *veri indicis* Voss. 1. in margine. *veri judicii* Lovel. 1. 3. 5. Gaertn. Portug. Haverk. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. supra ad 5, 26, 6. Deinde *jam nec falsi* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed vocula *jam* male repetita est ex ultimis literis vocabuli praecedentis *mediam*. Similiter etiam supra peccabatur 2, 41, 5. (*21, 63, 15.) Contra non raro etiam intercepta est, quod vox praecedens iisdem literis finiretur. V. infra ad 37, 25, 1. Denique *opinionem* Lovel. 4. et Harlej. 2. Non media futura erat gratia veri indicii scilicet apud plebejos, nec falsi offensio apud patricios. *Medius* autem hic ponitur pro mediocris. V. supra ad 5, 37, 3.

§. 1. *Ita suspensis rebus dictator, adcitus ab exercitu, in urbem venit*] *accitus dictator ab exercitu* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *dictator ab exercitu accitus* Voss. 2. *dictator accitus Velitris ab exercitu* Voss. 1. voci tamen *Velitris* librarius notas addidit, quibus eam delendam indicat. Et abest etiam a reliquis omnibus. Praeterea *in urbem rediit* Haverk. invitis aliis Mstis: quare *rediit* ex interpretis glossa natum puto. V. infra ad 37, 50, 6. Insuper *Itaque suspensis rebus* habent vetustiores excusi, quemadmodum saepissime in libris antiquis variari solet. V. infra ad 21, 53, 7. Primus Aldus *Ita* substituit. Et recte. Eamdem enim lectionem tuentur omnes codd. nisi quod librarii aberratione sit *Ista suspensis rebus* in Leid. 1.

Satis periclitatus voluntates hominum] *satis pericuntatus* Voss. 1. ita tamen, ut posterioris vocis literae quartae notam addiderit, qua eam delendam, et *percuntatus* scribendum innuere voluit, ut est in Lovel. 4. Neque multum discedunt codices, qui ostentant *percunctatus*, qualis lectio superest in Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 5. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Veith.] Verum sine dubio praeferenda est recepta scriptura, quam certiores ac melioris notae codices tenent. Supra 1, 42, 3. *Haud dubius rex, seu Patrum, seu plebis animos periclitaretur, Romam rediit.* Plaut. in Amphitr. 3, 2, 33. *Periclitatus animum suum tuum.* Praeterea *voluntatis hominum* Haverk.

Discedere senatum ab se vetuisset] *discere*, aliquot literis omissis, Voss. 2. Tum *a se* Gaertn. *ab eo* Leid. 2. *discedere senatum absuetus, sed stipatus* Leid. 1. una vel altera litera omissa, et, quod in hoc cod. frequens esse notavimus, inperite variis vocibus, quae olim una ac continenti serie scriptae erant, divisis.

§. 2. *Sella in comitio posita, viatorem ad M. Manlium misit*] *sella*, id est, tribunali. V. Raevard. lib. singul. pro tribun. c. 7. KLOCK. *in concione posita* ediderunt Mediol. anno 1505. eamdemque lectionem in margine ostentat A-

2 dinc, sella in comitio posita, viatorem ad M. Manlium misit: qui, dictatoris jussu vocatus, quum signum suis dediffet, adeffe certamen, agmine ingenti
3 ad tribunal venit. Hinc senatus, hinc plebs, suum quisque intuentes ducem, velut in acie conftiterant.
4 Tum dictator, silentio facto, *Utinam*, inquit, *mihi Patribusque Romanis ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quemadmodum, quod ad te adtinet eamque rem,*

scensius annis 1513. et 1516. Sed nulli codices favent. Deinde *lictorem*, pro *viatorem*, Voff. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] Sed alterum recte servant ceteri omnes codices, nisi quod exigua aberratione *vitatorem* sit in Harlej. 1. Liv. 22, 11, 5. *Viatorem misit, qui consuli nunciaret, ut sine lictoribus ad dictatorem veniret.* Cic. pro Fontejo 13. *Quem quum in concionem Gracchus vocari jubere, et viator quaereret, quem Pisonem, quod erant plures, cogis me, inquit, inimicum meum dicere Frugi.*

Dictatoris jussu vocatus, quum signum suis dediffet, adeffe certamen] *dictores jussu vocatos* Harlej. 1. Vox *vocatus* deficit in Leid. 2. Deinde *suis signum dediffet* Lovel. 4. Praeterea *id effe certamen* Voff. 2. V. ad 10, 7, 5. Mox verbis sequentibus *agmine* non adparet in Harlej. 1.

§. 3. *Hinc senatus, hinc plebs* etc. *velut in acie conftiterant*] *hinc plebes* Voff. 2. et Lovel. 3. V. ad 1, 20, 6. Tum particula *velut* male deeft in Leid. 1. Deinde *conftiterunt* Leid. 2. et Lovel. 3.

§. 4. *Tum dictator, silentio facto, Utinam, inquit, mihi*] *Tunc dictator* Haverk. et vetuftiores typis inpreffi. *Tum* primus dedit Aldus. Et ita alii omnes codd. V. supra ad 2, 12, 15. Deinde *Utinam, inquit, Malli, mihi* Voff. 2. et Lovel. 3. reliquis invitis. Et sane, si Manlium nomine adpellare voluiffet, dixiffet potius *M. Manli*, ut mox facit §. seq. et *A. Corneli*, §. 9. Et ita saepe supra hoc lib. c. 6. Mox *de certis rebus*, pro *ceteris*, Harlej. 1. Ita alibi non raro librarii lapsi sunt. V. ad Liv. 34, 36, 4. Vox etiam *rem* deficit in Lovel. 2. quasi ex praecedentibus verbis *de ceteris rebus* repetenda foret.

§. 5. *Cui ego rei tantum abest, ut inpedimento sim*] *Cui rei ego tantum abest*, trajecta una voce, Leid. 1. *Cui ego tantum rei abest* quaedam vetuftae edd. pro quo jam Ascensius annis 1513. et 1516. *Cui ego rei tantum* dedit. Nec aliter reliqui scripti, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Cui ergo rei* Lovel. 2. 4. et Gaertn. solito lapsu scribarum. V. infra ad 37, 53, 11. Deinde *ut inpedimento sit* male dederunt librarii Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. at vocula *ut* deficit in Lovel. 4. Paullo ante *priores Patrum*, pro *primores*, Lovel. 2. V. ad lib. 37, 43, 10.

Ut contra te, M. Manli, adhorter, liberes foenore plebem Romanam] *To ut* deeft in Fragm. Hav. am. 1. *te* in Leid. 2. *Manli* in Har-

quam de te sum quaesiturus, conventurum s
Spem factam a te civitati video, fide incolumi,
sauris Gallicis, quos primores Patrum occu
ditum solvi posse. Cui ego rei tantum abest ut
mento sim, ut contra te, M. Manli, adhorte
res foenore plebem Romanam: et istos, incubant
blicis thesauris, ex praeda clandestina evolvas.
nisi facis, sive quod et se in parte praedae si

lej. 1. desiderantur. Tum *arbit* pro *adhorter*, habet Gaertn. D de *liberes plebem Romanam foe* Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. E *liberes foenore plebem Romanam* *nore*, eadem voce bis posita, verk.

Et istos incubantes publicis thesauris ex praeda clandestina evolvas] Quid in mentem venerit librariis, ut scripserint in Palatt. duobus *insultantes publicis thesauris*, nondum excogitavi. Ceterum *evolvere* verbo ita quoque usus est Petronius [c. 11.] *Opertum me amiculo evolvit*. Apulej. l. 1. [p. 107. ed. Elmenh.] *Me quoque evolutum et excussum humi in universum cooperit ac tegit*. GEBH. *insultantes* perperam etiam dant Voss. 2. et Lovel. 3. *incurantes* Leid. 1. *incursantes* Lovel. 2. *incumbentes* editt. principes, quas vidi; pro quo jam Veneti anno 1495. tum Mediol. anno 1505. et plerique reliqui editores *incubantes* recte admiserunt. Verbum enim *incubare* cum emphasi dicitur de eo, qui tam pertinaciter inhaeret, ut vix ulla vi abstrahi vel avelli possit; vel etiam de eo, qui per vim et injuriam res alienas possidet. V. Cl. Duker. ad Flori 2, 6, 57. ubi id etiam cum verbo *incumbere* frequenter permutari monuit. Deinde *thesauris publicis* edd. vett. invitis omnibus scriptis. Quare recte Aldus traj cibus dedit *publicis thesau sauris* iterum est in Flo 1. V. ad c. praec. §. 11. *ex praeda clandestina vo* 1. Lovel. 2. Harlej. 1. Hav. a m. 1. Sed *evolver* Livianum ft. Livium his cum praepositione tis eamdem praepositi regimine addere solitum fuisse, supra vidimus ad praefat. §. 11.

§. 6. *Quod nisi facis, sive quod et ipse in parte praedae sis, sive quia*] Recte habet volumen Borbetomagense, *sive ut et ipse in parte praedae sis*. Nec erat opus mutare. Porro et ipse M. Manlius e Patribus unus erat. RHEN. Vet. lib. *sive quod et ipse in parte praedae sis, sive quod vanum indicium est*. SIG. *sive ut et ipse* est ab Rhenano, cui non abludit Andreas. Campan. *cui et ut ipse*. Alioquin Pall. tres *sive quod et ipse in parte praedae sis*. GEBH. *Quod non facis* Haverk. Deinde *sive ut ipse in parte praedae sis* Block. *sive ut et ipse in parte praedae sis*, quemadmodum Rhenanus malebat, habent Florent. et edd. vett. quas vidi. Secundum eam lectionem τοῦ *ut* subjungitur *quia*, quemadmodum *quod* infra 29, 17, 4. *Duarum rerum gratia; unius ut coram P. Scipione* etc. *agatur; alterius, quod, qualescumque sumus, tamen haec*

quia vanum indicium est, in vincula te duci jubebo, nec diutius patiar, a te multitudinem fallaci spe concitari.
7 Ad ea Manlius, *nec se fefellisse*, ait, *non adversus Volscos toties hostes, quoties Patribus expediat, nec adversus Latinos Hernicosque, quos falsis criminibus in arma*

etc. *pati non debuimus.* 38, 25, 7. *Frustratio Gallorum eo spectabat, primo ut tererent tempus:* etc. *deinde quod ipsi consuli* etc. *insidiabantur.* V. etiam locum ex 39, 41, 2. mox laudandum. Verum Aldus deinde huic lectioni substituit *sive quod et ipse.* Cui consentiunt non modo Gebhardi Pall. sed et reliqui mei, atque Hearnii Oxon. codices. Parum interesse videtur primo intuitu, utro modo legas; si tamen diligentius adtendatur, discrimen adparebit in sensu inter hanc et illam lectionem. qui facit, *ut sit in parte*, nondum particeps est, sed faciendo spem habet, se participem fore. Sed qui facit, *quod sit in parte*, jam in partem receptus est. Jam autem dictator dicebat, se existimaturum, ideo Manlium publicis thesauris incubantes ex praeda evolvere nolle, non ne spem amitteret, se in parte praedae fore, sed ne partem praedae, in quam ipse, tamquam unus ex primoribus Patrum, receptus erat, reddere cogeretur. Ob hanc itaque caussam, et ob codicum plerorumque auctoritatem legendum puto *sive quod et ipse.* Neque me revocat, quod vocula *quod* modo praecesserit. Primo enim diverso sensu utroque loco adhibetur. Nam priori est pronomen, posteriori conjunctio caussalis. Eodem modo particula *ut* alia atque alia significatione repetitur supra 5, 20, 6. *Quum ita ferme eveniat, ut segnior sit praedator, ut quisque laboris periculique praecipuam petere partem soleat.* ubi videndus est Gronov. Deinde, saepius Livium eamdem vocem repetere solitum fuisse, supra vidimus ad 1, 3, 9. Cl. Ant. Perizon. in margine cod. sui τὸ *quod* quidem probavit, sed voculam *et* tamen expunxit, legens, *sive quod ipse in parte paedae sis.* Eam tamen non ejiciendam puto. Superest enim quum in omnibus codd. scriptis, solo Blockiano excepto, tum in editis libris. Praeterea *sive quod vanum*, ut Sigonius ex vet. lib. in contextum recepit, apud me superest tantum in Lov. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. apud Hearnium vero in Mstis Oxoniensibus. [Veith.] Verum hic vulgatum malo. Non displicet quidem *quod* modo subjunctivo, modo indicativo jungi; id enim et alibi a Livio factum esse novi. Ut 26, 21, 16. *Exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia.* Verum sequor codices fide digniores, qui omnes servant *sive quia vanum.* Ne quem autem obsendat, voculam *quia* inferri in secundo membro, quum *quod* in priori praecesserit, adscribam locum, ubi in primo membro usurpatur *ut*, in secundo *quia*, in tertio *quod*, qui exstat 39, 41, 2. *Non solum ut ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur, novum hominem censorem videre, sed etiam quod triflem censuram exspectabant.* ad quem alia exempla videbimus. Deinde *vacuum indicium* Lovel. 2. V. ad 3, 30, 6. *Vanum* hic est falsum. V. ad 1, 51, 6. *vanum judicium*, pro

agant, sed adversus se ac plebem Romanam, dictatorem creatum esse. Jam, omisso bello, quod simulatum 8
sit, in se inpetum fieri: jam dictatorem profiteri patrocinium foeneratorum adversus plebem: jam sibi ex favore multitudinis crimen et perniciem quaeri. Obfendit, 9

indicium, Portug. et Haverk. sollemni scribarum errore ob literarum similitudinem. V. infra ad 7, 39, 5.

In vincula te duci jubebo, nec diutius patiar] *in vincla* Leid. 1. Lovel. 1. 4. et vetustae editt. pro quo Veneti et Mediol. anno 1495. *in vincula* dederunt; quod et recentiores excusi retinuerunt, et superest in reliquis Mstis. Et recte. Potius enim contractio illa *vincla* poëtas, quam reliquos scriptores, decere videtur. Deinde *jubeo* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. 2. Haverk. Port. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Convenire quidem videtur, *ni facis, jubeo*, at reliqui tamen, et inter eos integerrimi, codices vulgatum tuentur. Contra *ni dices, jubeo* praeferendum visum est supra ad 3, 56, 4. Deinde *jubebo, ne diutius patiar* Leid. 1. Utraque lectio ferri potest; quae caussa est, ut nihil mutandum censeam. Denique *fallaci concitari spe*, trajectis vocabulis, Gaertn.

§. 7. *Ad ea Manlius, nec se fefellisse*] *am deam al lius* Leid. 1. Ex quo monstro lectionis, si literam *m* priori loco deleas, et literas alio modo in suas voces distribuas, exit *Ad ea Manilius*, ut etiamnum praeferunt Harlej. 1. et Lovel. 4. *Adeo Manlius* Leid. 2. De quo scribarum errore supra v. ad 4, 54, 4. *Videre Manlius* Lovel. 2. *Ad ea Mallium* Lovel. 3. Tum *ne se fefellisse* Leid. 1. V. supra ad 3, 47, 7.

Quos falsis criminibus in arma agant, sed adversus se ac plebem Romanam] *fusis criminibus* Klock. *Crimen* autem hic est criminatio. Supra 1, 47, 7. *Tum de se ingentia pollicendo, tum regis criminibus omnibus locis crescere.* 3, 19, 4. *Non ut in republica populi Romani, sed ut in perdita domo, lingua criminibusque regnarent.* hoc libro c. 14, 11. *Ad hoc domi concionantis in modum sermones pleni criminum in Patres.* 30, 14, 2. *Fidem criminibus raptae prope inter arma nuptiae faciebant.* (*38, 10, 3. 43, 17, 5.) 40, 15, 3. *Haec regnum tuum criminibus et suspicionibus replent.* c. 23, 9. *Hae literae fidem Persei criminibus fecerunt.* et alibi saepe. Deinde *se et plebem* Haverk. et editt. quas vidi, vetustiores usque ad Aldum, qui *ac plebem* substituit, concinentibus aliis omnibus scriptis.

§. 8. *Jam sibi ex favore multitudinis crimen et perniciem quaeri*] *jam olbo ex favore multitudinis crimen et perniciem fieri* Gaertn. qui etiam paullo ante *quod* omisit, et *patricinium foenerarum*, pro *patrocinium foeneratorum*, exhibet.

§. 9. *Offendit, inquit, te, A. Corneli, vosque, Patres conscripti*] *Offendit, inquit, te, ait, Corneli, vosque, Patres* Voss. 2. et Lovel. 3. *Offendit, inquit, te, aitque Patres* Leid. 1. *Ostendit, inquis, te, A. Corneli, Patresque* Lovel. 2. *perniciem quaeri ostendit. Non est, inquit, A. Corneli, vosque, Patres* Lovel. 4. *Tò inquit* omittitur in Lovel. 5. Mox *lateri modo*, pro *meo*, Lovel. 2.

inquit, *te, A. Corneli, vosque, Patres conscripti, circumfusa turba lateri meo? Quin eam diducitis a me singuli vestris beneficiis, intercedendo, eximendo de ner-*

Quin eam deducitis a me singuli vestris beneficiis] Est in volumine Borbetomagensi *Quin eam diducitis*. Est autem *diducere* in diversas partes ducere, quod verbi hic locum habet. RHEN. Sic quoque, *Quin eam diducitis*, voluit Rhenanus. Interim pertinaciter Pall. MSS. tres et vetustissimae edd. *deducitis*. *Deducere* enim est abalienare. Sic Juvenalis [Sat. 3, 136.]

Et dubitas alta Chionem deducere sella.

ubi *deducere* est loco dimovere. GEBH. Non tantum omnes excusi ante Rhenanum et ed. Froben. anni 1535. sed et omnes scripti mei constanter servant *deducitis*. nisi quod *deductus* a dormitante librario datum sit in Leid. 2. Licet autem voces *deducere* et *diducere* in Mstis commutentur, v. infra ad 21, 55, 5. non tamen cum Gebhardo *deducitis* probandum puto. Locus enim Juvenalis alio, quam is credidit, sensu intelligendus est, ut jam dudum interpretes ibi docuerunt. Verisimile etiam non puto, omnes libros in voce notissima *diducitis* expellenda tanta pertinacia conspirasse, ut ne in uno quidem aut Gebhardi, aut meo superesse potuerit. Quid igitur? Vocem indoctis librariis, certe eo sensu, minus notam a notissima interceptam, et olim scriptum fuisse arbitror, *Quin eam seducite a me*. Nam *seducere* est separare. V. Gronov. ad Senec. Consolat. ad Helviam 16. Ovidius 4. Met. 371.

— — ita Di jubeatis, et istum
Nulla dies a me, nec me seducat ab isto.

ubi tamen Cel. Burmanno lectio, quae ante Ciofanum vulgo exstabat, *diducat* magis placebat. Ciofanus vero *seducat* in uno, *deducat* in reliquis invenit, quod posterius ipse, prius N. Heinsius probarunt. 4. Trist. Eleg. 10, 119. Inl. Heinsius scribendum conjicit,

Tu dux, tu comes es; tu nos seducis ab Istro;
In medioque mihi das Helicona locum.

ubi vulgo edebatur *abducis*, sed codices plures eodem, quo hic, errore adflati *deducis* praeferunt. Si *seducitis* displicet, vide num scriptorum lectio *deducitis* probari possit eo sensu, quo *deducere exercitum, praesidia* dicimus, pro revocare ab loco, in quo consederant. V. Broekhus. ad Propert. 2. Eleg. 19, 45. His jam scriptis demum excerpta cod. Florent. nactus sum, quae Rhenani lectionem probant; quare ei diutius adversari nolo. Praeterea *Qui*, pro *Quin*, Leid. 2. et Lovel. 1. Male. De vocula *quin* supra vide ad 1, 57, 7. Tum pronomen *eam* deest in Portug. Deinde *singulis nostris beneficiis* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 5. *singulis vestris beneficiis* Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Non sequor. Erroris hujus originem supra v. ad 6, 3, 8.

Eximendo de nervo cives vestros] *de nervo cives vestros eximendo*, transpositis vocabulis, Harlej. 2. Portug. et Lovel. 5. a m. 2. qui a m. 1. vocem *eximendo* omiserat. Non modo autem eadem transpositio est in Haverk. verum insuper *exhibendo* legit, pro *eximendo*.

vo cives vestros, prohibendo judicatos addictosque duci, ex eo, quod adfluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum? Sed quid ego vos, de vestro inpendatis, 10

Prohibendo judicatos addictosque duci] *prohibendoque* Harlej. 2. Gaertn. et Portug. Tum *adjectosque* Lovel. 4. V. ad c. 20, 6. *additosque* Leid. 1. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Alibi haec vocabula librariorum culpa commutari solent. Tale exemplum supra habuimus 4, 60, 1. hoc lib. c. 14, 10. alia infra obcurrunt hoc lib. c. 20, 6. c. 27, 8. c. 34, 2. 7, 22, 11. c. 41, 4. Pari modo confundi *indictus* et *inditus*, *edictus* et *editus* supra vidimus ad 3, 65, 4. *Addicti* quinam sint, v. Cel. Burmann. ac Turneb. ad Quinctil. 3. Inst. Orat. 6. p. 244. *in servitutem addicere* dixit Livius 3, 56, 8. *Liberum corpus in servitutem addixisset.*

Ex eo, quod adfluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum] *ex eoq; affluit opibus* Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8. *ex eo, quod adfluit operibus* Gaertn. V. ad 8, 16, 4. *ex eo, quod affuit operibus veseris* Lovel. 4. V. ad 35, 29, 9. et mox ad §. 12. *ex eo, quod affluit opibus* Florent. V. Cel. Burmann. ad Suet. Claud. 44. Praeterea *vestris* deficit in Gaertn. Tum *sustinentes necessitates* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. Insuper *necessitates eorum* Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Gaertn. Port. Haverk. et Hearnii Oxon. N. Sed vulgatum, quod meliores codd. tuentur, servo.

§. 10. *Sed quid ego vos, de vestro inpendatis, hortor*] *Sed ego quid vos* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Deinde *de vestris* Leid. 2. quasi referendum esset ad praecedens *opibus*. Sed male. *de vestro*, quemadmodum *de meo* apud Terent. in Adelph. 1, 2, 37.

Obsonat, potat, olet unguenta? de meo.

Praeterea *ostendam* praefert Voss. 1. pro quo manu altera in margine emendatum est *ortor*. Utramque lectionem *ostendam hortor* servant Lovel. 4. et 5. [Veith.]

Sortem aliam ferte] MSS. et veteres editiones *sortem aliquam ferte*. An est sorte tandem aliqua contenti estote, nec eam renovate semper anatocismis? J. FR. GRON. *sortem aliquam ferte* etiam Florent. Voss. 2. Leid. uterque, Lovel. quinque, Harlej. uterque, Gaertn. Portug. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses. [Veith.] Ex editionibus autem *sortem aliam* prima habuit Frobeniana anni 1531. *alius* et *aliquis* saepe in Mstis confunduntur. V. infra ad 25, 38, 3. Monuit autem Hearnius, Budaeum alibi legisse *sortem aliquando ferte*. Admodum hic fluctuat Doujatius. Postquam enim professus esset, sententiam, quam Gronovius ex verbis Livii elicuit, satis commodam videri; addit, locum sic etiam accipi posse, ut esset, aliquam calamitatis publicae partem a patriciis creditoribus subeundam, ut usuras ex credito deducendo sublevarent plebejos debitores. Licere etiam ita interpretari, summam principalem sive caput debiti inmutate, ut alia et minor, detractis ex ea usuris, fiat. Vel, offerte novam vel aliam summam ab ea, quam usuris adjectis multiplicastis. Vel certam aliquam, quae semper eadem sit, nec per accessionem usurarum in dies crescat. Sed nondum satisfacit. Si vulgatum *sortem aliam ferte* servare liceret, *sortem* hic poni

hortor? Sortem aliam ferte. de capite deducite, quod usuris pernumeratum est: jam nihilo mea turba, quam
11 *ullius, conspectior erit. At enim, quid ita solus ego civium curam ago? nihilo magis, quod respondeam, habeo, quam si quaeras, quid ita solus Capitolium arcemque*

putarem pro conditione, quemadmodum infra 42, 13, 5. *Videbam, quam inpar esset sors, quum ille vobis bellum, vos ei securam pacem praestaretis. ferte* autem exponerem accipite. ut supra 2, 47, 11. *Quum concedendo illi suas laudes, ipse maximam partem earum ferret.* Scribon. Larg. in Praefat. *Multosque ex eadem caussa non mediocrem gloriam tulisse memini.* Silius Ital. 16, 448.

Primus equum volucrem, Massyli munera regis
Haud spernenda, tulit: tulit huic virtute secundus
E Tyria, quae multa jacet, duo pocula praeda.

vers. 524.

— — Galeae fert donum insigne coruscae.

vers. 527.

Bina tulit patrio quatiens hastilia ferro.

vers. 583.

Et frater thoraca tulit multiplicis auri.

Phaedrus 4. fab. 4, 16.

— — quae tulerint nihil,
Qua ratione conferant pecuniam.

ubi plura notavit Cel. Burmann. *Ferre munus* hoc sensu inluſtravit etiam Elegantiſſ. Broekhus. ad Tibulli 1. Eleg. 1, 24. Sensus itaque huc redibit: nimia a vobis exigo, hortatus ut miseris obaeratis subveniendo aliquid de veſtro inpendatis. Aliam itaque non tam gravem conditionem accipite. De capite deducite etc. Et ita jam mutanda nonnihil erit diſtinctio, ut nempe major interpunctio ponatur poſt *ferte*, ubi antea minima exſtabat.

De capite deducite, quod usuris pernumeratum est: jam nihilo mea turba] *quod de usuris* Leid. 2. Deinde transpositis literis *pernumeratum* Gaertn. alibi in iisdem his vocibus commutandis errarunt librarii. V. supra ad 2, 41, 2. hoc lib. ad c. 6, 16. (*v. Viros doct. ad Suet. Vesp. 6. Dom. 10.) Denique *nam nihilo* idem Gaertn. et Lovel. 5. Sed hic etiam error in Mſtis frequens eſt. V. quae infra notantur ad 9, 17, 5. Ceterum quod Manlius volebat, ut foeneratores sponte facerent, id poſtea, promulgata lege, invitis extorquere tribuni conantur infra 6, 35, 4. *Promulgavere leges omnes adversus opes patriciorum, et pro commodis plebis: unum de aere alieno, ut, deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id, quod supereſſet, triennio aequis portionibus persolveretur.* Idem etiam Caesar conſtituit, confecto bello civili, apud Suet. in ejus vita 42.

§. 11. *At enim, quid ita solus*] *Ait enim* Klock. *Ac enim* Portug. Peſſime. Non modo enim Livius particula *ac* ante vocem a vocali incipientem non utitur, v. infra ad 10, 36, 17. verum etiam ele-

que servaverim. Et tum universis, quam potui, opem tuli, et nunc singulis feram. Nam quod ad thesauros 12
Gallicos adtinet, rem, suapte natura facilem, difficilem interrogatio facit. cur enim quaeritis, quod scitis? cur, quod in sinu vestro est, excuti jubetis potius, quam ponatis, nisi aliqua fraus subest? Quo magis argui prae- 13

gans est particularum illarum *At enim* conjunctio in proponendis objectionibus, saepe apud Livium obvia. Supra 3, 19, 11. *At enim divinis humanisque obruti sceleribus legem vos hoc anno perlaturos dictitatis.* c. 68, 3. *At enim communis res per haec loco est pejore.* 4, 4, 1. *At enim nemo post reges exactos de plebe consul fuit.* 37, 53, 28. *At enim magnificum est liberare civitates servas.* c. 54, 26. *At enim quaedam civitates cum Antiocho tenserunt.* 39, 37, 1. *At enim illa certe vestra sunt.* (*34, 31, 6. ubi vide. 42, 41, 12.) Et ita saepe alibi. Adde, quae notavit Cl. Cortius ad Sallust. Catil. 52, 25. Solent autem *At* et *Ac* in Mstis confundi. V. supra ad 3, 61, 4. Tum *qui ita solus* Flor. Mox *ego* deest in Lovel. 3. *nihil magis*, pro *nihilo magis*, habet Haverk.

Quid ita solus Capitolium arcemque servarim] MSS. omnes *servaverim.* Et hi potius audiendi. J. FR. GRON. Ita etiam praferunt omnes codices, quibus utur. Neque aliter est in vett. excusis. *servarim* vero demum obvium fuit in editionibus Mediol. annorum 1495. et 1505. et hinc in Aldina ac recentioribus. Praeterea *quidem ita solus* Gaertn. Tum *solus ego Capitolium* Fragm. Hav.

§. 12. *Nam quod ad thesauros Gallicos adtinet, rem suapte natura facilem*] Voculam *quod* non agnoscit Vuff. 2. socordia scribae. *ad thesauros adtinet Gallicos* praefert Gaertn. Deinde *sua natura facilem* Voff. 1. et Lovel. 1. ac 5. invitis reliquis scriptis, qui receptam lectionem servant; nisi quod Leid. 1. habeat *sua per se natura.* Librarius, quum una adhuc serie omnia scriberentur, exaratum crediderat *suapte.* Hinc divisis vocibus dedit *sua per te.* V. de eo errore ad Liv. 39, 31, 4. *suapte natura* probum est. Supra 4, 22, 4. *Ab aversa parte urbis maxime neglecta, quia suapte natura tutissima erat, agere in arcem cuniculum instituit.* 28, 35, 7. *Suapte natura multa majestas inerat.* 30, 9, 11. *Locus quum operibus, tum suapte natura, tutus.* 31, 39, 9. *Viam, suapte natura difficilem, inexpugnabilem fecit.* Ita *suopte ingenio.* V. Rob. Titium ad Liv. 2, 30, 4. Liv. 1, 25, 1. *Feroces et suopte ingenio es pleni adhortantium vocibus.* 29, 6, 2. *Suopte ingenio congruentibus in eum morem. suapte fortuna* ibid. c. 26, 5. *Suapte fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriae celebratus converterat animos.* Mox *cur enim Quirites*, pro *cur enim quaeritis*, literis transpositis, habet Haverk. Deinde *quae scitis*, pro *quod*, Lovel. 2.

Cur, quod in sinu vestro est, excuti jubetis potius, quam ponatis? nisi aliqua fraus subest] V. Lipsium ad Taciti 2. Hist. [92.] et Brisson. in Lexico, vocibus *in Sinu meo habeo.* KLOCK. Locutionem *in sinu est* exponunt Guil. Budaeus et Dionys. Gothofr. ad l. 27. ff. de Probat. et Praesumt.

stigias jubetis vestras, eo plus vereor, ne abstuleritis observantibus etiam oculos. Itaque non ego, vobis ut indicem praedas vestras, sed vos id cogendi estis, ut in medium proferatis.

eurque in sinu Lovel. 3. V. modo hoc cap. §. 9. Vox *vestro* autem deest in Harlej. 2. Deinde *velitis potius* Lovel. 2. at voces tres *potius, quam ponatis* exsulant a Leid. 2. Ceterum Freinshem. ad Curtii 9, 9, 27. locum ita emendabat, et interpungebat, *excuti jubetis potius, quam ponitis; nisi aliqua fraus subest?* Interpunctionem recepi. Sed, et emendationem admitti posse, Cel. Duckerus existimabat.

§. 13. *Vereor, ne abstuleritis observantibus etiam oculos*] Si *observantibus oculis* legamus, ut habent plerique libri, simplicior erit enunciatio. Sin *oculos*, ut quidam, speciosa erit hyperbole. GLAR. Vet. lib. *oculis*. SIG. Est proverbii species. videnti et custodienti rem surripere. Ideo male alii legebant *oculos*. GEBH. Glareanus notat, si *oculis* legamus, ut habent plerique libri, simpliciorem fore enunciationem, si *oculos*, ut quidam, speciosam hyperbolen. Haud scio, unde acceperit *oculis*: nam id ego in solo reperio Sigoniano; sensum autem ejus nullum exputare possum. Itaque Freinshemius conjecit *occulti*. Sed MSS. et editiones apud me omnes ab Andrea usque ad Frobenium *oculos*. Dicuntur autem fures *abstulisse oculos etiam observantibus*, qui arte tanta egerunt in furando, ut etiam Argus aliquis in illis perderet usum luminum, et utcumque intentus, quid ageretur, non animadverteret. Quinctilianus 12, 1. *Verum et illud, quod prima propositione durum videtur, potest afferre ratio, ut vir bonus in defensione causae velit auferre aliquando judici veritatem.* Manetque in coepta translatione: nam praestigiatorum proprie est *auferre oculos spectantibus*, hoc est, fallere oculos spectantium. Sex. Empiricus l. 2. adversus Mathematicos [p. 71.] *Καθάπερ οἱ ψηφόπαικται τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι' ὀξυχειρίαν κλέπτουσι.* Gregorius Nazianzenus in Athanasium: *Ἀλλὰ ταυτὸν ἦν ψήφοις τε παίζειν τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως.* Idem secunda in Julianum: *Πολλοὺς τῶν αὐτῷ συνηθῶν καὶ γνωρίμων ἐκάλει, ὡς ὁράσων θαυμάσια οἷα. ἐπεὶ δὲ παρεῖεν, τοῦτο ἐκεῖνο αἱ τῶν ψήφων κλοπαὶ καὶ τῶν ὄψεων ἀπάται.* Suidas in *Ψηφολόγοι. Ὥσπερ οἱ ψηφολόγοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως τῶν ψήφων ἀπατῶντες συναρπάζουσι. Ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον* Lysias apud Pollucem 7, 33. [sect. 200.] De hoc monuerunt me eodem fere tempore et in eandem sententiam coram alter, alter per literas, Rabodus Hermannus Schelius et Albertus Rubenius, ambo pectora amicitiae, ambo summa literarum decora, ambo fato breves, et in medio honorum cursu cum luctu omnium bonorum defuncti. J. FR. GRON. *oculis* ex calamo exaratis praeferunt apud me Voss. 2. Leid. 2. Gaertn. Port. Haverk. et Fragm. Hav. à m. 2. ex Oxoniensibus apud Hearnium L. 2. N. et C. et ex editis ante Frobenium, Medio'. anni 1505. Ascensianae annorum 1513. et 1516. et Parisina anni 1529. quarum tres posteriores simul *oculos* in margine servant, unde patet, quos libros intelle-

XVI. Quum mittere ambages dictator juberet, 1
et aut peragere verum indicium cogeret, aut fateri facinus insimulati falso crimine senatus, oblataeque vani furti invidiae; negantem, arbitrio in-

xerit Glareanus, qui semper ita priores editt. indigitat; sed simul etiam verum non esse constat, plerosque libros *oculis* habere: quum in paucissimis tantum eorum supersit. Optime Gronovius *oculos* adstruxit. V. etiam Casaubon. ad Athen. 1, 15. Et ea lectio etiam in reliquis scriptis supersit. Locus, ubi Freinshemius *occulti*, pro *oculos*, scribendum monuit, exstat in notis ejus ad Curtium 9, 9, 27. Paullo ante *Quos magis*, pro *Quo magis*, erat in Harlej. 2. In verbis sequentibus autem *judicem praedas*, pro *indicem*, perperam legunt Lovel. 4. 5. et Haverk. sollemni errore ob ductuum similitudinem. V. ad Epit. Liv. 63. *indiem praedas* habet Voss. 2. Vox *vestras* deficit in Lovel. 5.

§. 1. *Quum mittere ambages dictator juberet*] Prima vox deficit in Lovel. 4. et 5. qui etiam legunt *omittere ambages*. Neque aliter habent Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] quod ex glossatoris interpretatione receptum puto. Nam *mittere ambages* hic est omittere. Liv. 34. 59, 1. *Quin mittimus ambages, inquit P. Sulpicius, qui maximus natu ex decem legatis erat*. Ita Virgil. 1. Aen. 202.

— — *revocate animos, moestumque timorem*
Mittite.

Ubi Servius notat. *Mittite*] *pro omittite. Et bene, quia praemiserat revocate, addit mittite. Est autem tropus Aphaeresis, quomodo temnere pro contemnere. remittere ambages* dixit Ovid. Epist. ex. Her. 149.

Hos potius populos in dotem, ambage remissa,
Accipe, et advectas Pygmalionis opes.

Ubi v. N. Heinsium. Tum *jubet* Lovel. 4. et 5. [Veith.] V. ad 40, 14, 3.

Peragere verum indicium cogeret] Dele istud *verum*. T. FABER. Suspectum mihi *τὸ cogeret*. Sufficit enim ad omnia, quod praecessit, *juberet*. J. FR. GRON. Utraque conjectura Doujatio displicuit. Priorem etiam sibi displicere, Cel. Jac. Perizonius in margine codicis sui professus est, qui vulgato tuendo adscripsit locum Liv. 6, 14, 13. *Adparebat, nec veri indicii gratiam mediam, nec falsi obsensionem fore*. Sane, ut ibi *verum* et *falsum indicium* obponuntur, ita etiam hic *verum indictum*, et *falso crimine insimulatus*. Codices autem et *verum* et *cogeret* constanter servant. At *judicium* obferunt Lovel. 4. et Haverk. sollemni scribarum errore. V. infra ad 7, 39, 5.

Fateri facinus insimulati falso crimine senatus, oblataeque vani furti invidiae] Sic hic dicit *oblatam invidiam*, quemadmodum Terentius *vitium oblatum, fluprum oblatum*, et *incendium oblatum*; ac *oblatam mortem* Cicero, quae omnia per vim et invitis facta intelliguntur. Elegantissima locutio est. RHEN. Liv. 1, 51, 2. *Quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falso crimine insontem obpressit*. Cic. de Amic. 18. *Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis*. in Vatinium 10. *In*

2 imicorum se locuturum, in vincula duci jussit. Adreptus a viatore, *Jupiter*, inquit, *optime maxime, Junoque Regina, ac Minerva, ceterique Dii Deaeque, qui Capitolium arcemque incolitis, siccine vestrum militem ac praesidem sinitis vexari ab inimicis? Haec dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinculis*
3 *et catenis erit?* Nullius nec oculi nec aures indigni-

senatu confessus esset, se cum telo fuisse, Cn. Pompejo, summo et clarissimo civi, suis manibus necem obferre voluisse. Ubi v. Cel. Graevium, ut et ad 4. ad famil. epist. 12. Tacit. 4. Ann. 59. *Ac forte illis diebus oblatum Caesari anceps periculum auxit vana rumoris.* Ceterum quaedam hic variant in scriptis. *fateri et facinus* habent Haverk. et Lovel. 2. Tum *senatusque, oblataeque* Leid. 2. et denique *novi furti* Portug. *novus* et *vanus* alibi etiam neglegentia scribarum commutari solent. V. infra ad 37, 42, 1. *varii furti* Lovel. 2. V. ad 22, 7, 4.

Negantem, arbitrio inimicorum se locuturum, in vincula duci jussit] *arbitrio amicorum* Voss. 2. aperto scribae errore. Tum *in vincla duci* Flor. Lovel. 3. 4. Voss. 2. et Leid. uterque. Et ita se quoque in Mstis suis invenisse Gebhardus monuit supra ad 2, 39, 7. V. mox ad §. seq. *ire in vincula jussit* Lovel. 2.

§. 2. *Arreptus a viatore*] *Acceptus a viatore* Haverk. solemni librariorum errore. V. supra ad 5, 47, 4. In verbis sequentibus *Junoque Regina, et Minerva*, pro *ac Minerva*, Haverk. *Junoque Regina, aut Minerva* Kloek. V. ad 21, 53, 3. *Junoque Minerva ac Regina*, perperam transpositis vocibus, Leid. 1.

Ceterique Dii Deaeque, qui Capitolium arcemque incolitis] *Dii Deaeque Capitolium* Lovel. 2. *Dii Capitolium* Lovel. 3. *Dii Deae, qui Capitolium* Lovel. 5. Omnes hae discrepantes a vulgato lectiones culpa scribarum natae sunt; *qui* enim propter praecedens *que*, *Deae* propter praecedens *Dii*, *que* propter sequens *qui* exciderunt.

Siccine vestrum militem ac praesidem sinitis vexari] *sicine* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. V. infra ad 7, 15, 2. iidem codd. etiam *hocine*, pro *hoccine*, scribunt infra cap. seq. §. 3. *sic me vestrum militem* Lovel. 4. 5. et Harlej. 2. [Veith.] Sed pronomen *me* ex glossa interpretis receptum est; nisi potius natum sit ex ultimis litris τοῦ *sicine*. *sic me p vestrum* Portug. *sic me civem vestrum* Haverk. Ubi similiter ex ultimis literis vocis *sicine* pronomen *me*, ex ultimis autem τοῦ *siccine* vox *civē*, sive *civem*, profluxit, quam utramque lectionem superstitiosa religione codicis ejus librarius conjunxit. nam *siccine civem vestrum* est etiam in Lovel. 2. Praeterea *militem praesidemque* Fragm. Hav. *praesidium et militem* Gaertn. *militem praesidem* Lovel. 2. Nota vero Manlium hic Deorum, qui Capitolium arcemque incolunt, *praesidem* vocari, id est, defensorem. (*28, 42, 16.) V. Vallam 5. Elegant. 65. Eo sensu Cic. Orat. 2. Agrar. 6. *Est indignissimum, per tribunum plebis, quem*

tatem ferebant: sed invicta sibi quaedam patientissima justi imperii civitas fecerat. nec adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipsa plebs, adtollere oculos aut hiscere audebant. Conjecto in 4
carcerem Manlio, satis constat, magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse, obversatamque vestibulo carce-

majores praesidem libertatis custodemque esse voluerunt, reges in civitate constitui. ubi v. Turneb.

Haec dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinculis ac catenis erit] *Nec dixerunt*, pro *Haec dextra*, corruptissime Voss. 2. et Lovel. 3. *Haec dextera* Lovel. 1. 4. 5. Praeterea *fidi* Klock. Tum *in vinclis* Voss. uterque, Leid. 1. Lovel. 1. 3. 5. et ed. Rom. anni 1472. quomodo se etiam in Mstis suis invenisse Gebhardus supra testatus est 2, 39, 7. V. ad §. praec. tum ad c. 17, 3. 6. c. 18, 8. c. 19, 2. c. 20, 3. et alibi saepe; etiam quae supra notata sunt ad 3, 56, 4.

§. 3. *Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant; sed invicta* etc.] *Nullus* male est in Gaertn. Tum *ferebant indignitatem* Lovel. 1. 5. et Leid. 2. Deinde *sed injuncta* Gaertn. qua ratione etiam *nictus* et *iūctus* saepe in Mstis confundi, infra videbimus ad Epit. Liv. 68.

Adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipsa plebs adtollere oculos aut hiscere] *adversus dictatoriam videlicet* Haverk. Tum *aut ipsa plebs* exsulat a Gaertn. Deinde *adtollere oculos ut hiscere* Leid. 2. Frequenter *aut* et *ut* a librariis in codicibus scriptis confunduntur. V. supra ad 4, 12, 8.

§. 4. *Conjecto in carcerem Manlio, satis constat, magnam partem plebis vestem mutasse*] *Conjecto in carcere* editiones, quas vidi, vetustiores. Ascensius deinde ter annis 1510. 1513. et 1516. primus *in carcerem* edidit, quem Parisini anno 1529. hinc Frobenius anno 1535. et tum reliqui recentiores secuti sunt. V. infra ad 39, 41, 7. Deinde *M. Manlio* Fragm. Hav. a m. 2. Verum praenomen hic non videtur necessario requiri, quum jam saepius additum fuerit c. 14. et c. 15. atque hoc et seqq. capp. saepius adhuc addetur. Natum id itaque existimari potest vel ex praecedentis vocis ultima, vel ex sequentis prima litera, praesertim quum in reliquis codd. non reperiatur. (v. ad Epit. Liv. 138.) Contrario errore praenomen id excidit propter praecedentem vocem, eadem litera finientem, infra 39, 5, 11. propter eadem incipientem sequentem 40, 34, 1. quibus locis videnda, quae notantur. Hinc *τὸ satis* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. quod rectius reliqui servant. V. infra ad 36, 35, 8. Tum *magnam in partem* Gaertn. Sed praepositio male repetita est ex praecedentis vocis litera finali. V. ad Liv. 37, 11, 4. *magnam plebis partem* Voss. sec. Denique *vestem mutasse* inepte aberrans librarius codicis Gaertn.

Multos mortales capillum ac barbam promisisse] De reorum more vestem mutandi et capillum promittendi v. Raevard. 3. Varior. 6.

5 ris moeſtam turbam. Dictator de Volscis triumpha-
vit: invidiaeque magis triumphus, quam gloriae,
fuit. Quippe domi, non militiae, partum eum;
actumque de cive, non de hoſte, fremebant: unum
defuiſſe tantum superbiae, quod non M. Manlius
6 ante currum sit ductus. Jamque haud procul sedi-

Quando primum barba radi coeperit, v. Lipsium ad Taciti 14. Ann. [15.] Adde Gruterum 5. Suspic. 7. V. Dion. in Trajano [l. 68. p. 777.] KLOCK. Omnia haec verba deerant culpa librarii in Leid. 2. Ceterum Romanos nondum hoc tempore barbam rasiſſe; ideoque, ex ritu sui superiorisque aevi aberraſſe Livii mentem et manum, non ambigit Lipsius ad l. l. Taciti. Livium tamen hujus culpae absolvi poſſe exiſtimo ex iis, quae dicta sunt ad 2, 23, 4. ubi nexo ob aes alienum *promissa barba et capilli* efferaſſe dicuntur speciem oris. Neque ibi etiam Livius ejusdem erroris accusari poteſt, nisi similiter quoque Dionys. Halic. erraſſe dicamus, qui non aliter eumdem ob aes alienum nexum describit, ῥάκος ἠμφιεσμένος, πώγων αβαϑὺν καϑεικὼς καὶ κόμην. Certe Livius ipse notavit, omnes hoc tempore Romae barbam promiſſam aluiſſe 5, 41, 9. *M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti, scipione eburneo in caput incusso, iram movisse.* Moris hujus, quem Livius adnotatione dignum exiſtimavit, eum et ante et poſtea plane oblitum fuiſſe, et contraria scripsiſſe, vix mihi verisimile videri poteſt.

Obversatamque veſtibulo carceris moeſtam turbam] *observatamque veſtibulo* Lovel. 4. V. ad cap. seq. §. 4. *obversatam quā veſtibulo* Harlej. 1. non raro in Mſtis obvio errore. V. supra ad 5, 22, 4. *obversatamque conſtat veſtibulo* Leid. 2. et Lovel. 1. Sed τὸ *conſtat* semel supra conspici subficit. *obversatamque in veſtibulo* Haverk. Liv. 23, 27, 1. *Neque elicere Poenum ad certamen obversati caſtris poterant.* 29, 24, 4. *Vagati enim in urbe, obversatique praetorio erant.* 35, 11, 3. *Caudinaeque cladis memoria non animis modo, sed prope oculis, obversabatur.* Si tamen plures et certiores codices praepositionem agnoscerent, recipi poſſet. Liv. 33, 47, 10. *Obversatus eo die in foro avertendae suspicionis caussa, primis tenebris ad portam eſt egressus.* 38, 1, 8. *Ita inter omnes convenit, ut primo quieti* etc. *in foro obversarentur.* Juſtin. 31, 2. *Quum tota die in oculis principum legatique Romani in foro Karthaginiensium obversatus in supremum fuisset.* Tacit. 3. Ann. 37. *Ab eo, in urbe inter coetus hominum et sermones obversante, secreta patris mitigari.*

§. 5. *Unum defuisse tantum superbiae, quod non M. Manlius*] *unum tantum defuisse superbiae, quod non* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *unum defuisse tantum superbiaeque non* Lovel. 3. At vocula *non* male omittitur in Haverk. Paullo ante vero *invidiae magis triumphus*, pro *invidiaeque*, Lovel. 3. *invidiaeque magis triumphum* Klock. *invidiaeque magis triumphis* Leid. 1.

§. 6. *Jamque haud procul seditione res erat*] *Itaque haud procul*

tione res erat: cujus leniendae cauſſa, poſtulante nullo, largitor voluntarius repente senatus factus, Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci juſſit. bina jugera et semiſſes agri adsignati. Quod quum et parvum et paucis datum, et mer- 7
cedem eſſe prodendi M. Manlii interpretarentur;

seditione Lovel. 4. [Veith.] *Jamque haud procul a seditione* Voſſ. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 2. Sed plures et integriores codices sequor. V. ad 24, 28, 1. *haud procul seditione res aberat* Leid. 2. Infra 8, 32, 13. *Nec procul seditione aberant*. 28, 15, 11. *Nec procul vallo Romanus aberat*. Verum neque hic unico codici auscultandum arbitror adversus reliquos vulgatum servantes. Infra 7, 14, 5. *Jamque haud procul juſto proelio res erant*. 24, 28, 1. *Quum omnes alii alio tenderent, nec procul seditione res esset*. 25, 3, 19. *Nec procul dimicatione res erat*.

Cujus leniendae caussa, poſtulante nullo] Vox media deficit in Leid. 2. Eam saepe a Livio aliisque per ellipsin omiſſam, a librariis vero invitis scriptoribus obtrusam eſſe, infra videbimus ad 31, 12, 4. Uni tamen teſti, eique interdum non optimae fidei, credere periculosum exiſtimo. Mox *largita*, pro *largitor*, Harlej. 1. *largitior* Lovel. 3.

Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci juſſit] Non dubito, quin apud Vellejum 1, [14.] ubi aït: *Sutrium poſt annos septem, quam capta Roma eſt, deductam eſſe coloniam*, legendum sit ex hujus loci auctoritate *Satricum*. *Satrici* enim *coloniae* meminit Livius l. 9, [16.] Nam *coloniae Sutrii* meminit Diodorus [l. 14. p. 456.] anno poſt Romam captam. SIG. Si sequimur Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. ut et Hearnii Oxon. B. et C. qui *Sutrium* praeferunt, non Vellej. Paterc. ex hoc Livii loco, sed Livius ex Vellejo Paterc. emendandus erit. Potius tamen eſt, ut *Satricum* hic servandum putemus. Nam *Satricum colonia* memoratur infra hoc lib. c. 22, 4. *Anno insequente Satricum coloniam populi Romani, pertinaciter a colonis defensam, vi expugnarunt*. Utrum vero ex Livio Vellejus corrigendus sit, alia quaeſtio eſt. Id quidem Sigonius ad h. l. multique alii ſtatuunt: ipse tamen Sigonius in alia fuiſſe sententia videtur 2. de Ant. Jur. Ital. 5. Sed v. quae supra dicta sunt hoc lib. ad c. 3, 2. Ceterum vocem *Romanorum* non admittit Hearnii Oxon. C. Praeterea *ducere jussit* legit Harlej. 2. At ambae eae voces omittuntur in Lovel. 4. Deinde *semiſſaes*, pro *semiſſes*, Leid. 1. *semiſſos* Lovel. 5. a m. 1. *semissis* a m. 2. *sex* Lovel. 4.

§. 7. *Quod quum et parvum et paucis datum, et mercedem esse prodendi M. Manlii interpretarentur*] Particulam *et* primo loco expungunt Lovel. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. et quaedam priorum editionum. Primum adparuit in Mediol. ann. 1495. et 1505. Veneta anni 1498. Ascensiana anni 1510. tum Mogunt. Aldina et reliquis fere omnibus recentioribus. V. mox ad §. 8. Eadem transposita *Quod et quum parvum* praefert Lovel. 1. Deinde *prodendi*

8 remedio irritatur seditio. et jam magis insignis et sordibus et facie reorum turba Manliana erat, amotusque post triumphum abdicatione dictatu-

M. Manlium Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. ad 40, 49, 1. *prodendi M.* omissa voce sequenti, Lovel. 1. *interpretaretur* Voss. 2. et Lovel. 3. quasi adhibitum foret passiva significatione. Sed potius librarius erravit. *irritarentur* similiter errans Lovel. 1.

§. 8. *Et jam magis insignis et sordibus et facie reorum turba Manliana erat*] Prius *et* in exemplari veteri dispunctum est. ut sit sensus, *insignis sordibus et*, id est, *facie reorum*. RHEN. *etiam magis*, junctis duabus vocibus, Lovel. 2. 3. et Gaertn. V. ad 39, 10, 6. Ex ea scriptura natum est, quod, media voce omissa, *et magis* datum sit in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. et editis ante Aldum. Scriptum enim per compendium primo fuisse videtur *et magis insignis*, pro *etiam magis*; posteriores autem voci *et* additam lineam omiserunt: qua ratione saepe librarios peccasse, videndum erit infra ad 22, 47, 9. Deinde Rhenano, expuncta copula *et*, *insignis sordibus* legenti, dicto audientes fuerunt Frobenius anno 1535. et omnes reliqui editores. Quid in codicibus suis Hearne invenerit, silet, notasse satis habens, *insignis et sordibus* praeferre ed. Aleriens. Romanam. At mei, solo excepto Lovel. 2. reliqui omnes uno ore *insignis et sordibus*, ut ante Rhenanum legebatur, servandum clamant. Rhenanum, ut codicem praeeuntem sequeretur, id praesertim movisse videtur, quod *sordes* et *facies reorum* non differre sibi persuaderet; ideoque, priori *et* expuncto, posterius *et* non pro particula conjunctiva, sed exegetica, acciperet, ut supra 3, 46, 7. *Manus tollere undique multitudo, et se quisque paratum ad spondendum Icilio ostendere.* quasi diceret, manus tollere, id est, ostendere, manus tollendo ostendere. apud Virgil. 1. Aen. 258.

— — cernes urbem et promissa Lavini
Moenia.

Eodem modo particula *que* adhibetur supra 2, 42, 7. *Largitiones temeritatisque invitamenta horrebant.* quo loco v. quae notavi. Etiam infra 7, 15, 7. *A fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt.* intellige, a fallaci equitum specie, id est, ab agasonibus. Et ita hic *facies* non vultum, os, sed in genere externam totius corporis formam, speciem notabit: quo sensu *faciem civitatis* inlustrat Zinzerl. promuls. Critic. c. 32. et eo sensu *vultus* adhibetur apud Ovid. 1. Met. 6.

Unus erat toto Naturae vultus orbe.

Quod ita exprimit 2. Art. Am. 467.

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles,
Unaque erant facies sidera, terra, fretum.

Si quis *sordes* et *faciem reorum* non differre recte Rhenanum credidisse existimet, ceteris omissis, legere posset *et jam magis insignis sordibus reorum turba.* Voces enim *et facie* deerant in Gaertn. una vox *facie* in Leid. 2. et Lovel. 1. Reliquorum tamen codicum consensus efficit, ut *et sordibus et facie* servandum censeam. *Sordes* enim respiciunt vestem mutatam, *facies* autem capillum ac barbam promissam. Saepe autem libra-

rae terror et linguam et animos liberaverat hominum.

XVII. Audiebantur itaque propalam voces ex- 1

rii in hac orationis ſtructura prius *et* negligere soliti fuerunt; quo etiam referenda est scriptura, quam sibi in exemplari veteri obviam fuiſſe Rhenanus hoc loco teſtatus est. V. supra ad 2, 44, 3. Neque obſtat, quod ita ter paucis vocibus particula *et* repetatur. Cur enim idem non displicuit §. praec. *Quod quum et parvum et paucis datum, et mercedem esse prodendi M. Manlii interpretarentur.* Voculam igitur *et* loco suo reſtitui. Praeterea *et facie rerum* Voſſ. 2. V. supra ad 5, 47, 10. Denique *turbam aliena erat* est in Leid. 1. Verum, quod in codice illo frequens est, inperite divisis vocibus, quae una ac continua serie olim exarabantur, prima litera τοῦ *Manliana* adjuncta est voci praecedenti. Ex reliquo autem *anliana*, sive *ăliana*, parva mutatione factum est *aliena*. Sed quum ita peccaretur in rationem loquendi, *turba aliena erat* id emendatum deinde est in Lovel. 2. et Harlej. 1. *Manliana turba*, ut *Manliana imperia* supra 4, 29, 6. *Argumento est, quod Manliana imperia, non Postumiana, adpellata sint* 8, 7, 22. *Manlianaque imperia non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam triſtis in poſterum essent. Manliana seditio* hoc lib. c. 18, 1. *Recrudescente Manliana seditione, sub exitu anni comitia habita. saltus Manlianus* 40, 39, 2. *Clam comparatis copiis saltum Manlianum obsederunt.*

Amotusque post triumphum abdicatione dictaturae terror] *admotusque* Fragm. Hav. frequenti scribarum aberratione. V. infra ad 40, 55, 5. Ad hoc copula *que*, quae tamen sensui neceſſaria est, deeſt in Harlej. 2. Port. Haverk. Hearnii Oxon. B. et quibusdam ex vetuſtioribus editionibus, sed eam receperunt jam Parm. Mediol. annis 1495. et 1505. Veneti anno 1498. Ascensius annis 1513. et 1516. atque inde reliqui recentiores. Deinde τὸ *dictaturae* deficit in contextu Fragm. Hav. quod deinceps prima manus ad marginem cod. adscripsit. Eadem voce transposita *dictaturae abdicatione* praefert Lovel. 2.

Et linguam et animos liberaverat hominum] *et linguam et hominum liberaverat animos* Leid. 2. et Lovel. 1. *et linguam et animos itaque liberaverat hominum* Leid. 1. Sed vocula addita est a mala manu; quod et alibi accidit. V. infra ad 27, 23, 7. Nihilominus, pro *itaque*, scriptum est *irāque*, sive *iramque*, in Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] quod et sibi in Palatino sec. obvium fuiſſe, infra teſtatur Gebhardus hoc lib. ad c. 18, 4. Sed *ita* et *ira* saepiſſime commutantur. V. ad 24, 16, 1. *et linguam et animos iramque* non sapit compositionem Livianam, qui prius *et* in simili ſtructura orationis omittit, vel dicere solitus est *linguam animosque et iram*. V. supra ad 2, 31, 1.

§. 1. *Audiebantur itaque propalam voces*] Vocem *itaque* expungunt Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Contra male audiebatur cap. praec. §. ult.

Defensores suos in praecipitem semper locum favore tollat, deinde in ipso discrimine] *semper in praecipitem locum* alio ordine Florent. Voſſ. 2. Leid. ambo, Lov. quin-

probrantium multitudini, *quod defensores suos semper in praecipitem locum favore tollat, deinde in ipso dis-*
2 *crimine periculi destituat. Sic Sp. Cassium, in agros plebem vocantem, sic Sp. Maelium, ab ore civium famem suis inpensis propulsantem, obpressos; sic M. Manlium, mersam et obrutam foenore partem civitatis in*

que, Harlej. ambo, Gaertn. Portug. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Praeterea *deinde ipso discrimine* Port. Forte *deiñ*, pro *deinde*, scriptum fuerat. Et hinc jam ultima ejus vocis syllaba praepositionem absorbere potuit. V. infra ad 37, 31, 4. Petron. in Satyr. 80. *Paullo ante carissimum sibi commilitonem, fortunaeque etiam similitudine parem, in loco peregrino destituit abjectum. in primo discrimine* praefert Gaertn.

§. 2. *Sic Sp. Cassium in agros plebem vocantem*] Omnia haec verba desunt in Voss. 2. et Lovel. 3. Cui neglegentiae librariorum occasionem dedit particula *Sic*, qua et haec et sequentia verba incipiunt. Unde factum est, ut semel omiserint. V. infra 9, 11, 11. Deinde pro Cassii praenomine *Sp.* Leid. 1. praefert *sunt*, Voss. 1. et Lovel. 1. *spe*. Insuper *vocantem* male deficit in Leid. 1.

Sic Sp. Maelium, ab ore civium famem suis inpensis propulsantem, obpressos] *Sp. Manlium* Leid. 2. *Sp. Mellium* Lovel. 4. Harlej. 2. Fragm. Hav. et Portug. V. supra ad 4, 13, 1. et paullo inferius ad c. 18, 4. et 9. Deinde *propulsante* Harlej. 1. *propulsantes* Gaertn. Denique *oppressus* Portug. a m. 1. *oppressum* a m. 2. quomodo etiam praeferunt Harlej. 2. et Lovel. 3.

Mersam et obrutam foenore partem civitatis] *obruptam* Harlej. 2. Lovel. 3. et Voss. 2. eodem error, quo saepe etiam confuderunt librarii *dirutus* et *diruptus*, ac similia alia. V. infra ad 9, 45, 17. *obrutus foenore*, ut supra c. 14, 7. *Se, mergentibus semper sortem usuris, obrutum foenore esse.* 35, 7, 2. *Libero foenore obruebant debitores.* Cic. 2. ad Attic. Ep. 1. *Me, illum ipsum vindicem aeris alieni, aere, non Corinthio, sed hoc circumforaneo, obruerunt.* Ita *obrutus sceleribus, malis.* Supra 3, 19, 11. *At enim, divinis humanisque obruti sceleribus, legem vox hoc anno perlaturos dictitatis.* 5, 42, 7. *Nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animum.* Praeterea *mersam foenore*, ut *demersam aere alieno* 2, 29, 8. *Totam plebem aere alieno demersam esse.* V. etiam infra hoc lib. c. 27, 6.

§. 3. *Saginare plebem populares suos*] Paullo ante dixit *defensores suos.* Hic tamen suspectum est *suos*, quod nusquam alibi pronomen *suus* voci *popularis* ea significatione, qua hic, positae additum inveni. Populares cives recte dici possunt, ut c. 20, 3. *popularem virum.* DUK.

Hoccine patiendum fuisse] *Haec ut patiendum* Portug. *Hocne patiendum* Voss. 2. Lovel. 3. 4. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] *Hocine patiendum* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. V. supra ad 1, 3, 2. et 4, 19, 3. Simili modo *sicine*, pro *siccine*, iidem codices dederunt cap. praec. §. 2. Tum *fuisset* Lovel. 4. [Veith.] Paullo ante *et*

libertatem ac lucem extrahentem, proditum inimicis. Saginare plebem populares suos, ut jugulentur. Hoccine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderit vir consularis? Fingerent mentitum ante, atque ideo non habuisse, quod tum responderet: cui servo unquam mendacii poenam vincula fuisse? Non obversatam 3 4

jugulentur, pro *ut jugulentur*, praefert Gaertn. passim obvio errore. V. infra ad 21, 28, 8.

Si ad nutum dictatoris non responderet vir consularis? Fingerent mentitum] *et si ad nutum*, addita prima voce, Gaertn. *ut si ad nutum* Voss. 1. Lovel. 1. 5. a m. 1. Harlej. 2. Portug. Haverk. et apud Hearnium Excerpta Pith. *ut si ad unum* Leid. 2. Sed ita mutanda foret interpunctio hoc modo: *Hoccine patiendum fuisse, ut, si ad nutum dictatoris non responderet vir consularis, fingerent mentitum ante, atque ideo non habuisse, quod tum responderet?* Verum optimi codd. τὸ *ut* non agnoscunt, et sine eo sensus optime constat. Deinde *non responderit* Florent. Voss. ambo, Lovel. quinque, Portug. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. Excerpta Pith. et editiones omnes usque ad Modii Francofurtanam. Et id dare voluisse puto librarium Gaertn. cujus tamen manus aberrans dedit *respondent*, literis *r* et *i* in *n* coalescentibus, ut alibi saepe ob ductuum similitudinem factum est. V. ad 3, 30, 3. Priorem lectionem revocavi. Modianum enim ex sequenti natum videtur; quemadmodum contra ibi *responderit* perperam, pro *responderet*, datum est in Lovel. 1.

Fingerent mentitum ante, atque ideo non habuisse, quod tum responderet] Leg. *mentitum autem*. Plautus et Terentius ita transponunt τὸ *autem* ἐν πεύσει καὶ ἀποκρίσει. T. FABER. Saepe quidem *ante* et *autē*, sive *autem*, commutantur. V. ad 27, 35, 7. hic tamen id factum fuisse, Fabro non credo. Non sufficit enim monuisse, ita Plautum et Terentium τὸ *autem* transposuisse; sed, id Livio quoque in usu fuisse, demonstratum oportuerat, quod me notare non memini. (* v. ad 28, 24, 6.) Insuper non modo omnes libri vocem *ante* tuentur, sed nec video, cur displicere potuerit. *Ante* enim, id est, quum, nondum adcito ab exercitu dictatore, thesauros Gallici auri occultari a Patribus jaceret. Praeterea *Fingeret* editiones, quas inspexi, priores; pro quo Aldus *Fingerent* substituit, consentientibus omnibus Mstis. Deinde *habuisset, quod tum responderet* Florent. *habuisse, quod tum responderetur* Lovel. 5. *habuisse, quantum responderet* Voss. 2. et Lovel. 3. V. supra ad 4, 49, 8. Mox *vincla fuisse*, pro *vincula*, Lovel. 1. et Leid. 2. V. ad cap. praec. §. 2.

§. 4. *Non obversatam esse memoriam noctis illius*] Vox initialis male omittitur in Voss. 2. Tum *observatam*, literis perperam trajectis, Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. quinque, Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Saepius ita librarii in Mstis lapsi sunt. V. supra ad 1, 25, 3. 2, 36, 6. c. 59, 5. 3. 5, 14. hoc lib. cap. praec. §. 4. 29, 24, 4. 38, 1, 8. (*31, 11, 7. 34, 36, 6.

esse memoriam noctis illius, quae pene ultima atque aeterna nomini Romano fuerit? non speciem agminis Gallorum, per Tarpejam rupem scandentis? non ipsius M. Manlii, qualem eum armatum, plenum sudoris ac sanguinis, ipso pene Jove erepto ex hostium manibus, vi-
5 *dissent? Selibrisne farris gratiam servatori patriae re-*

c. 61, 4. 35, 15, 6.) V. etiam Doct. Torren. ad Valer. Max. 1, 7, 7. et Cl. Corte ad Porcii Latron. Declam. c. 32. etiam ad Plinii 5. ep. 21, 2. Adde Cel. Burm. ad Suet. Aug. 94. *animo*, *oculis*, vel *in animo*, *in oculis*, et *ante animum*, *ante oculos obversari* apud Livium aliosque saepissime obcurrunt. V. ad Liv. 3, 5, 14. Sed et, simpliciter *obversari* ei frequens fuisse, docet Gronov. ad Liv. 24, 23, 6. Et ita Plinius 2. epist. 11. *Obversabatur praeter illa, quae supra dixi, caussae difficultas.* ubi similem errorem in optimo Mediceo commissum esse Cl. Cortius observavit. Praeterea *rem*, pro *esse*, est in Haverk.

Non speciem agminis Gallorum, per Tarpejam rupem scandentis? non ipsius] *agimus*, pro *agminis*, erat in contextu Portug. pro quo *agminis* in margine recte emendatur. Tum *per Carpejam rupem* Leid. 1. Deinde *scandentem* Florent. quasi ad praecedens *speciem* referendum sit. *scandentē. Is non ipsius* Harlej. 1. Ex quo jam intelligo, quod in Leid. 1. inveni, *scandente. Is non ipsius.* Nimirum *scandente* perperam ibi scriptum est pro *scandentē*, sive *scandentem.* Huic autem additur *is*, ut indicarent librarii, se alteram etiam lectionem *scandentis* in Mstis reperisse. V. ad 3, 44, 4. [*scandentium* Veith.] Sed *scandentis*, quod reliqui servant, magis placet, ne tres voces litera *m* finitae, *Tarpejam rupem scandentem*, jungerentur, ob quam eamdem caussam Livius etiam *scandentis* potius, quam *scandentium*, dedisse videtur.

Qualem eum armatum, plenum sudoris ac sanguinis] *qualem armatum eum* Lovel. 2. *qualem cum armatum* Lovel. 3. Gaertn. Portug. et Haverk. infinitis locis obvio errore ob similitudinem literarum *c* et *e*, praesertim in scriptura Longobardica. V. supra ad 4, 19, 2. Tum *et plenum sudoris ac sanguinis* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] *plenum sudoris et sanguinis* Leid. 2. Mox *ex hostium manibus*, *venissent vidissent*, addita penultima voce, Lovel. 4. cujus librarius duplicem lectionem junxisse videtur.

§. 5. *Selibrisne farris gratiam servatori patriae relatam*] *Selibrisne ferri* Lovel. 2. *Sed libris farris* Lovel. 5. *Sed libris ferratis* Lovel. 4. *Selibris farris* Haverk. *Sex libris farris* Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. a m. 2. *Sex libris nec farris* Voss. 2. et Lovel. 2. *Sex librisne farris* Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. Sed vulgatum optime servant praeter omnes edd. etiam Florent. Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. V. supra ad 5, 47, 8.

Quem prope coelestem, cognomine certe Capitolino Jovi parem, fecerint] *pro* loco τοῦ *prope*, praefert Harl. 1. [*certe* omittit Veith.] Deinde *fecerunt* Voss. 2. et Lovel. 3. *fecerit* Lovel. 2.

latam? et quem prope coelestem, cognomine certe Capitolino Jovi parem, fecerint, eum pati vinctum in carcere, in tenebris, obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? Adeo in uno omnibus satis auxilii fuisse, nullam opem in tam multis uni esse? Jam ne nocte qui- 6
dem turba ex eo loco dilabebatur, refracturosque

Pati vinctum in carcere, in tenebris, obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam] *pacti vinctum* Leid. 1. Tum *in carcerem* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Praeterea *obnoxia* Voss. 2. et Lovel. 3. *inoxiam* Lovel. 4. et 5. In verbis sequentibus *nullam partem*, pro *nullam opem* praeferunt Lovel. 5. et Voss. 2. in contextu, in cujus posterioris margine recte *nullam opem* emendatur.

§. 6. *Turba ex eo loco dilabebatur, refracturosque carcerem minabantur*] *turba eo loco*, omissa praepositione, vett. edd. pro quo Aldus substituit *ex eo loco*, quod etiam praeferunt omnes scripti. Et recte. Supra 4, 53, 9. *Praedatores ex praesidio per neglegentiam dilapsi*. Illud *ex* interceptum videtur a sequenti *eo*. (* v. ad 34, 20, 5.) Deinde *dilabatur* Gaertn. *dilabebantur* Lovel. 3. quomodo librarius dedisse videtur, quia *turba* collective accipiebat, et mox sequebatur *refracturosque minabantur*. V. ad 35, 26, 9. Sed nihil mutandum. Reliqui enim codd. in vulgatam lectionem consentiunt. Praeterea *refracturosque* Harlej. 1. et Leid. 1. qui error frequens est in codd. manu exaratis, ubi passim librarii *factus* et *fractus* commutare soliti sunt. V. Gul. Canterum 5. Novar. Lect. 16. Viros doctos ad Valer. Flacc. 7, 583. N. Heinsium ad Claudian. 2. de Laud. Stilic. 121. Silii Ital. 2, 619. Broekhus. ad Propert. 1. El. 25, 34. et Cel. Burm. ad Sueton. Aug. 65. (*Ner. 41.) etiam quae infra notantur ad 9, 18, 7. et 10, 10, 4. (* 6, 38, 11.) *refractosque* Portug. Tum *carceres* Lovel. 2.

Quum remisso, id quod erepturi erant, ex senatusconsulto Manlius vinculis liberatur] Doujatius voculam *id* delendam existimat, ita enim faciliorem fore constructionem. *Remisso* autem, *quod erepturi erant* exponit, remissa et condonata sive concessa ea re, quam per vim ablaturi videbantur plebeji. Addit nihil vetare, *remisso* referri ad praecedens nomen *carcere*, et quod sequitur, *id quod erepturi erant*, per parenthesin dici. Si quid mutandum foret, legerem *remisso eo*, *quod* ut praeferunt Voss. 2. Lovel. 3. 4. Portug. Haverk. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. C. Verum quum optimi codd. stent a vulgata lectione, illis adversantibus eam mutatam nolim. *remisso* hic eadem forma dictum erit, qua *palam facto* supra 1, 41, 6. In his subintelligitur vox *negotio*, ut docuit Cel. Jac. Perizonius ad Sanctii Minerv. 3, 9. Deinde *id quod* Livio familiarissima est locutio pro simplici *quod*. Supra 1, 14, 7. *Cum omni equitatu profectus, id quod quaerebat, hostem excivit*. 2, 3, 1. *Ceterum, id quod non timebant, per dolum ac proditionem prope libertas amissa est*. 3, 26, 9. *Operi certe, id quod constat, agresti intentus*. 4, 8, 6. *Tribuni, id quod tunc erat, magis necessariam, quam speciosi ministerii pro-*

carcerem minabantur: quum remiſſo, id quod erepturi erant, ex senatusconsulto Manlius vinculis liberatur. quo facto non seditio finita, sed dux sedi-
7 tioni datus est. Per eosdem dies Latinis et Hernicis, simul colonis Circejensibus et a Velitris, purgantibus se Volsci crimine belli, captivosque repe-

curationem intuentes. 7, 2, 8. *Idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor.* 9, 18, 7. *Id quod ex monumentis orationum patet.* 21, 57, 4. *Id quod unum maxime in praesentia desiderabatur.* Ubi non opus est, ut cum Gronovio *et quod unum* ex conjectura legamus. 23, 5, 9. *Ad extremum, id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit, civitatem noſtram magnae parti veſtrum dedimus.* Ubi nescio an unus codex, *τὸ quod* expungens, adversus aliorum testimonium id servantium, audiendus sit. Plura alia ad eum locum videri poſſunt. *quum remiſſo eo, quem erepturi erant* Lovel. 2. *tum remiſſo* Voſſ. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. et Haverk. qui error in codd. scriptis frequentiſſimus est. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Hinc *quod erant erepturi* alio ordine Gaertn. *quod erempturi erant* Lov. 3. *quod subiturus erat* Lovel. 4. Denique *vinclis liberatur* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 5. et Fragm. Hav. V. supra hoc lib. ad cap. praec. §. 2.

Dux seditioni datus est] *dux seditionis* Lovel. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Sed recte reliqui ſtant pro recepta scriptura. Infra 26, 35, 4. *Ut magis dux, quam materia, seditioni deeſſet. Τὸ est* deficit in Lovel. 4. Paullo ante *seditio non finita*, trajectis vocibus, ediderunt Francofurtenses anno 1578. quod omnes recentiores servarunt usque ad Cel. Jac. Gronovium, qui revocavit *non seditio finita*. Id etiam recepit nupera ed. Amſtelaed. neque aliter est in omnibus scriptis.

§. 7. *Latinis et Hernicis, simul colonis Circejensibus et a Velitris*] *a Velitris* dixit, ut primo lib. [c. 50, 3.] *Turnus ab Aricia.* et Virgilius in Georgicis [3, 2.] *Paſtor ab Amphryso.* SIG. Supra hoc lib. c. 12, 6. *Ad hoc Latini Hernicique accesserant, et Circejensium quidam, et coloni etiam a Velitris.* c. 13, 8. *Circejensium quoque quidam cogniti et coloni a Velitris.* 43, 19, 13. *Ad Gentium legatos Pleuratum Illyrium exsulantem apud se, et Aputeum Macedonem a Beroea mittit.* ubi vide. Ejusdem generis est *legati ab Ardea*, de quo supra v. ad 4, 7, 4. Ex his patet, male, omiſſa praepositione, *et Velitris* datum eſſe in Lovel. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. Praeterea *simul Latinis et Hernicis* Lovel. 4. a m. 1. *Latinis, Hernicis* Lovel. 5. *Latinis Hernicisque* Leid. 2. Deinde vox *colonis* deeſt in Ox. L. 1. apud Hearnium. Tum *Circensibus* Voſſ. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Circiensibus* Florent. Voſſ. 1. Leid. uterque, Lovel. 4. 5. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et multae vett. edd. *Ceretensibus* Lovel. 2. *Circinensibus* edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. supra hoc lib. ad c. 12, 6. Mox *vellit*, pro *belli*, Leid. 1. *velli* Harlej. 1. V. supra ad 5, 24, 5.

tentibus, ut suis legibus in eos animadverterent, triſtia responsa reddita; triſtiora colonis, quod cives Romani patriae obpugnandae nefanda consilia iniſſent. Non negatum itaque tantum de captivis; 8
sed, in quo ab sociis tamen temperaverant, denunciatum senatus verbis, faceſſerent propere ex urbe,

Ut suis legibus in eos animadverterent, triſtia responsa reddita] *in suos animadverterent* Lovel. 4. *animadverterem, triſtia* Haverk. *animadverteret, triſtia* Leid. 1. *animadverterent, et triſtia* Gaertn. et Lovel. 1. Tum *triſtitia responsa* Florent. et Lovel. 2. V. ad 4, 52, 5.

Patriae obpugnandae nefanda consilia iniiſſent] *nefaria consilia* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. N. ex scholiaſtae interpretatione. Eadem varietas etiam supra erat 4, 17, 6. Deinde *iniiſſent* primum obvium fuit in ed. Curionis, quod recentiores omnes, Sigonianis exceptis, servarunt: eademque scriptura superest in Lov. 4. Gaertn. et Haverk. Sed reliqui codd. cum vetuſtioribus excusis *iuissent* dederunt, quod quidem Sigonius revocavit, sed a nemine auditus est. Denuo igitur reſtitui. V. infra ad 27, 19, 10.

§. 8. *In quo ab sociis tamen temperaverant*] *a sociis* Lovel. 1. 2. Gaertn. et Leid. 2. Praeterea *tam*, pro *tamen*, Lovel. 4. 5. V. ad 22, 59, 13. Ejus loco *tum* dederunt Lovel. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *tũ* Portug. et ita edidit Ascensius annis 1513. et 1516. altera lectione in marginem rejecta. Saepius compendia illa *tũ*, sive *tum*, et *tã*, sive *tamen*, confundi in Mſtis, videbimus ad 22, 17, 5. In verbis praecedentibus *ita*, pro *itaque*, exhibet Harlej. 2. V. infra ad 21, 53, 7.

Denunciatum senatus verbis, faceſſerent propere ex urbe] *denunciatum senatum verbis* Haverk. De caussa erroris v. ad 6, 3, 8. Corruptius *denunciatum senatum urbis* Leid. 2. *urbis*, pro *verbis*, etiam Lovel. 1. 2. 3. et Voſſ. ambo. V. infra hoc lib. ad c. 19, 3. *quaerere verbis senatus* supra 3, 50, 15. *Quaererent senatus verbis, cujus jussu caſtra deseruissent*. ubi pari errore unus codex etiam *senatum urbis*. 7, 31, 10. *Denunciarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis*. ubi etiam in uno Mſto idem est error. 9, 36, 7. *Consulis verbis egisse de societate*. Poſt eodem cap. §. 14. *Denunciatum Fabio senatus verbis, ne saltum Ciminium transiret*. (* 22, 58, 9.) Quid sit *verbis alicujus nunciare*, vel *denunciare*, v. Cl. Cortium ad Salluſt. Jug. 21, 4. Deinde *fatiscerent* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *facesserant* Leid. 1. et Lovel. 2. Tum *propere* exsulat a Portug. Sed pro eo *prope* praefert Leid. 2, sollemni scribarum errore. V. infra ad 39, 31, 4.

Ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis jus etc. *tegeret*] *ab ere atque oculis* Gaertn. *arbore atque oculis* Harlej. 1. Tum voces *populi Romani* deficiunt in Voſſ. 2. Leid. 1. Gaertner. Lov. 2. 3. et contextu Fragm. Hav. cujus margini tamen eaedem illae a prima manu adscriptae leguntur. Sed transponuntur in Harlej. 1. hoc modo, *ne nihil eos populi Romani legatio-*

ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis jus, externo non civi comparatum, tegeret.

1 XVIII. Recrudescente Manliana seditione, sub exitu anni comitia habita, creatique tribuni militum consulari poteſtate ex Patribus Ser. Cornelius Malu-

nis. Deinde τὸ *ne* deest in Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Denique *tegerent* Leid. uterque, Lovel. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *tegere* Harlej. 2.

§. 1. *Recrudescente Manliana seditione*] *seditione Manliana* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Creatique tribuni militum consulari poteſtate Sergius Cornelius Maluginensis secundum] Antiqui libri ita: *creatique tribuni militum consulari poteſtate ex Patribus Servius Cornelius Maluginensis II. Ex Patribus* autem idcirco dictum eſt, quia aliquando per haec tempora fiebant etiam ex plebe. Caeterum non *Maluginensis II*, sed *III*, scribe. Nam proxime infra *IIII* fuiſſe dicitur, et jam bis ante fuiſſe eundem docuimus. SIG. *creati tribuni* sine copula vetuſtiores excusi, quos consului. Eam primus recepit Aldus, et servant omnes scripti. Deinde voces *ex Patribus*, quas addidit Sigonius, deerant in Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Fragm. Hav. Gaertn. et apud Hearnium in Excerptis Pith. Deinde *Sergius*, ut ante Sigonium exſtabat, omnes mei. Sed frequentiſſime ita peccarunt scribae. V. supra ad 5, 29, 2. *Cornelius Sergius*, vocibus transpositis, Lovel. 3. Denique *Maluginensis II*. Florent. Voſſ. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. uterque, et Fragm. Hav. *Maluginensis secundo* Voſſ. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. *Maluginensis iterum* in Mſtis eſſe, auctor est Hearnius. Vox *secundum* deficit in Lovel. 4. Sed recte *Maluginensis III.* vel *tertium*, Sigonium subſtituiſſe, conſtat ex illis, quae supra notat ad 5, 36, 12. cui ita emendanti adsentitur Pighius in Annal. ad ann. CCCLXX. p. 234. Mox *Putitus*, pro *Potitus*, Flor.

M. Furius Camillus quintum, Ser. Sulpicius Rufus iterum] Legendum *M. Furius Camillus VI.* et *Ser. Sulpitius Rufus tertium*, ut facile patet ab initio libri 5. [c. 1, 2.] (nam illic primum Camillus creatur tribunus militum consulari poteſtate) omnia magiſtratuum nomina recensenti. Idem erroris, de Camillo quidem, accidit anno CCCLXXIV. [hoc lib. c. 22, 5.] in plerisque codicibus, ubi VII. fit tribunus militum. De Sulpitio anno sequenti CCCLXXII. [c. 21, 1.] ubi fit *quartum*, etiamsi codices reclament. Caeterum quod hic duo verba *iterum* ac *secundum* indifferenter leguntur, videtur ex numeri notis *II.* acciduiſſe. Haec ut pusilla ridebit fortaſſis quispiam, ut haud quaquam notatu digna. At non piguit A. Gellium libro 10. ea de re longum texere caput, ut non dicam anxie, quod nos levi brachio. GLAR. *M. Furius Camillus Quintus Servius Sulpicius* Lovel. 3. *M. Furius Camillus, Q. Ser. Sulpicius*, vel *Q. Servius Sulpicius*, Voſſ. 2. Leid.

Maluginensis tertium, P. Valerius Potitus iterum, M. Fur. Camillus, Ser. Sulpicius Rufus iterum, C. Papirius Craſſus, T. Quinctius Cincinnatus secundum. Cujus principio anni et Patribus et plebi per- 2
opportune externa pax data: plebi, quod non avocata delectu spem cepit, dum tam potentem ha-

1. Lovel. 4. 5. Harlej. 1. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *M. Furius Camillus*, *Ser. Sulpicius* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Gaertn. Ex sententia autem Cel. Jac. Perizonii, quae proponitur supra 5, 1, 2. patet, legendum eſſe *M. Furius Camillus VI.* vel *sextum*, quemadmodum etiam Glareanus voluit. Quod si temerarium nimis videatur, dicam, ſide quinque modo memoratorum codicum vocem *quintum* delendam eſſe. Similiter enim quarto Camilli tribunatui 5, 26, 1. et quinto 6, 6, 3. nulla iterati tribunatus nota additur. V. ad 2, 16, 7. Ceterum Doujatius admodum feſtinanter ac neglegenter Sigonium inspexiſſe debuit, quem *Camillum sextum* legendum docuiſſe monet, quum ex illis, quae ad 5. 1, 2. notaverit, pateat, eum hic *quintum* servandum eſſe exiſtimaſſe. Quod autem Glareanus conjiciat, *Rufus tertium*, pro *iterum*, legendum eſſe, ex eo factum eſt, quod *Ser. Sulpicium*, qui 5, 32, 2. tribunus militum consulari poteſtate fuiſſe memoratur, censuerit eſſe hunc eumdem Ser. Sulpicium Rufum, quem Pighius in Annal. ad ann. CCCLXII. p. 221. Ser. Sulpicium Camerinum fuiſſe opinatur, qui biennio ante consul fuerat, Livio memoratus 5, 29, 2. Pighii autem opinio longe verior eſt. Glareanus enim, ut probare poſſit, quod intendit, supra hoc lib. c. 4. 7. pro *Ser. Sulpicius Rufus*, addit *Rufus iterum*; hoc loco, pro *Ser. Sulpicius Rufus iterum*, emendat *Rufus tertium*; et c. 21, 1. pro *Ser. Sulpicio tertium*, rescribit *Ser. Sulpitio Rufo IIII.* quibus omnibus locis nullus codex mutanti consentit: neque mutatione opus erit, si Pighii sententiam probemus. Aliam sententiam proposuit Sigonius commentario in Faſtos et Triumph. Rom. qui ad annum CCCLXII. Ser. Sulpicium tribunum militum consularem ejus anni illum putat, qui poſt in tertio et quarto tribunatu Capitolino *Praetextatus* dicitur, et quem Zonaras *Rufum* adpellat: alias enim primi ejus tribunatus locum non reperiri. V. quae infra notantur ad 6, 22, 1. Porro duorum horum tribunorum nomina omittuntur in Hearnii Oxon. B. At poſt duos sequentes inseruntur in Harlej. 2. Portug. et Haverk.

T. Quinctius Cincinnatus secundum] *et T. Quintius* Lovel. 4. Hinc *T. Q. Cincinnatus* Gaertn. quasi praenomen *Quintus*, non nomen gentile *Quinctius*, exprimere voluiſſet. V. ad 3, 1, 1. Deinde *Tintinatus secundo* Portug. *Cincinnatus secundo* Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. *Cincinnatus secundus* Gaertn. *Cincinnatus II.* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 3. 5. et Fragm. Hav. ambigue. V. supra ad 5, 16, 1. Vox *secundum* aberat ab uno Lovel. 4.

§. 2. *Peropportune externa pax data*] *peropportuna* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 3. et Gaertn. Male. Su-

beret ducem, foenoris expugnandi; Patribus, ne quo externo terrore avocarentur animi ab sanandis
3 domesticis malis. Igitur, quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset, in propinquum certamen

pra 2, 35, 2. *Ni peropportune tribuni diem dixissent.* 29. 34, 9. *Peropportune circa viae flexus obpositi erant.* ubi plura vide. Deinde vox *externa* deest in Leid. 2. vox *data* in Leid 1.

Plebi, quod non advocata delectu spem cepit] *plebisque non advocari* Voss. 2. et Lovel. 3. *plebi quod nec avocata* Gaertn *avocato delectu* Lovel. 2. Erroris originem v. supra hoc lib. c. 3, 8. *advocata* Lovel. 4. 5. Port. Haverk. et Fragm. Hav. Et ita erat etiam in ed. Mediol. anni 1480. sed errore librariorum, quos ita saepe peccasse vidimus supra ad 1, 6, 1. et ita mox hoc ipso §. Deinde *dilectu* Florent. Voss. 1. Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 37, 51, 7.

Dum tam potentem haberet ducem, foenoris expugnandi] *tum tam potentem habere ducem* Lovel. 2. Singularis est lectio, quam obfert Klockian. *datam potestatem habere ducem foenoris expugnandi. habere* etiam, pro *haberet*, est in Fragm. Hav. Sed nihil muto. Scriptum fuerat *dũ tam*, sive, non distinctis vocibus, unica serie *dũtam*, quod, evanescente scripta linea, minima mutatione in *datam* mutari potuit. *tam potentem* est admodum potentem. V. infra ad 33. 45, 4. Posset legi *spem cepit, potestatem habere ducem foenoris expugnandi.* Sed cui bono? Vulgatum, ut dixi, praeferendum censeo, in quod reliqui codices conspirant.

Avocarentur animi ab sanandis domesticis malis] *advocarentur* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. a m. 1. Haverk. et Fragm. Hav. V. modo ad hunc ipsum §. Praeterea *a servandis domesticis malis* Gaertn. aberratione manifesta librarii. *sanare domestica mala*, ut *sanare discordiam* 2, 34, 1. *Quum et foris quieta omnia a bello essent, et domi sanata discordia.* Ita *sanare curas, sanare animos*, de quibus locutionibus v. Passer. et Broekhus. ad Propert. 1. Eleg. 10, 17.

§. 3. *Quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset*] *tum pars utraque acrior aliquanto coortatione in propinquum certamen aderat* Lovel. 2. *quum pacis utraque aliquanto acriora exorta esset* vitiose Leid. 2. *exorta* etiam Voss. 1. et Lovel. 1. Quae voces passim solent commutari. V. supra ad 5, 29, 3. Ex illa deinde lectione factum ab aliis *erecti*, quod apud Hearnium erat in Oxon. L. 2. Sed *coorta* est simul exorta. Et pro hac lectione stant reliqui codices, nisi quod prava orthographia *cohorta* legat Leid. 1. V. ad 2, 17, 2. *acrior coorta*, ut *infestior coorta* 4, 9, 8. ubi vide. *aliquanto acrior coorta esset* Lovel. 1. *acior coorta esset aliquanto* Lovel. 4.

Jam in propinquum certamen aderat] Quidam editi veteres *in propinquo.* Rectius delebitur praepositio. Sic 7, [29, 7.] *Quum, robore juventutis suae acciso, nulla propinqua spes esset.* 21, [53, 11.] *Quum ob haec taliaque speraret propinquum certamen.* Tacitus 2. Ann. [12.] *Igitur propinquo summae rei discrimine.* Th. Helm. duo Voss. Rott. *esset in propinquum*, sine τῷ *jam.* Nec secus Romae An-

aderat et Manlius. advocata domum plebe, cum principibus novandarum rerum interdiu noctuque consilia agitat, plenior aliquanto animorum irarumque, quam antea fuerat. Iram accenderat ignomi- 4

dreas. Venio in suspicionem, non hanc modo vocem inculcatam esse Livio, sed et τὸ *aderat et*, quum scripsisset, *Igitur quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset in propinquum certamen, Manlius, advocata domum plebe.* J. FR. GRON. Vocula *jam* exsulat ab omnibus, quos consului, codicibus scriptis; nisi quod ex solo Florent. nihil adferatur. Eamdem se in Oxon. B. C. et Excerptis Pith. non invenisse, Hearne auctor est. Unus Klock. *et* pro *jam* exhibet. Sed copula haec nata est ex repetitis male ultimis literis praecedentis *esset*. Deinde *in propinquo* omnes excusi Aldo priores, qui *in propinquum* substituit, quod servant scripti, quos vidi, codices. Ita saepe *propinquus* ratione temporis idem est, quod instans, inminens. Caesar 4. B. Gall. 36. *Propinqua die aequinoctii, infirmis navibus hiemi navigationem subjiciendam non existimabat.* Cic. 9. ad Attic. Ep. 15. *Erat enim spes propinqui reditus: erat hominum querela.* Insuper *certamen adhereat* Haverk. Doujatius, ne non sui similis sit, et Gronovio ubique obloquatur, primo non codicum quorumdam, ut ait, sed editionum, lectionem *in propinquo* probat, neque esse pronunciat, cur id quisquam reprehendat; quum tamen, si vera audire velit, quarumdam editionum lectio tot codicum auctoritate firmatae scripturae praeferenda non sit; praesertim quum, ut hoc loco, utraque commodum sensum praebeat. Deinde, nihil mutandum censens, vulgatum ita accipit, quasi sensus Livii foret *certamen aderat in propinquum*, scilicet *tempus*, quod inlustrat locutionibus *provolant in primum*, *in primum successisset*, quae occurrunt 2, 20, 10. et 10, 14, 17. quas tamen dissimillimas esse, nemo non videt. Denique si particula *et* ante vocem *Manlius*, ut Gronovio visum est, tollenda sit, nihil obesse putat, quo minus et legatur et intelligatur a quovis, *jam in propinquum certamen aderat Manlius. Advocata* etc. Sed vellem, docuisset, si *Manlius* ad verba priora referendum censet, cur voculam *et* hic ferre non potuerit, quum recte dicatur *in propinquum certamen aderat et Manlius*, id est, etiam Manlius. Deleto ex fide Mstorum τῷ *jam*, distinctionem, praeeunte Doujatio ipso, hoc modo mutavi: *Igitur, quum pars utraque acrior aliquanto coorta esset, in propinquum certamen aderat et Manlius. Advocata* etc. Quanta cura Doujatius Gronovii conjecturam examinarit, inde constat, quod eum praepositionem *in* aliaque verba sublata voluisse scribat, quum tamen, eum inducto τῷ *in* nullum praeterea verbum sustulisse, vel sublatis vocibus *aderat et* non ejecisse praepositionem *in*, ex ipsa ejus ad hunc locum nota patere cuivis possit.

Plenior aliquanto animorum irarumque, quam antea fuerat] Vox *aliquanto* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. qui iidem etiam praeferunt *quam ante fuerat.*

§. 4. *Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto*] Alia structura Palat. sec. *Iram accenderat in animo recens ignominia ad contumeliam inexper-*

nia recens in animo ad contumeliam in experto: spiritus dabat, quod nec ausus esset idem in se dictator, quod in Sp. Maelio Cincinnatus Quinctius fecisset; et vinculorum suorum invidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugisset, sed ne se-

to. Reliqui duo Msti abdicant τὸ *in. Iram accenderat ignominia recens animo.* Porro paullo ante conjunxit *plenior aliquanto animorum irarumque.* quod mox explicat *simul inflatus exacerbatusque.* Unde supra Palat. sec. exhibet c. 16. in fin. *Amotusque post triumphum abdicatione dictaturae terror et linguam et animos iramque liberaverat hominum;* cui ex parte assentitur Camp. GEBH. *Iram accenderet* Voss. 2. *Iram accendit* vetustae, quas consului, editt. ante Aldum, qui primus dedit *accenderat,* concinentibus reliquis scriptis. Deinde *accenderat in animo recens ignominia* Voss. 1. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *accenderat et animo recens ignominia* Leid. 2. *ignominia recens animo*, neglecta praepositione *in*, Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Ea lectio recipi posset, ita tamen, ut jungatur *accenderat animo*, ut 2, 47, 6. *Ea desperatio Tuscis rabiem magis, quam audaciam, accendit.* Optimis tamen meorum vulgatum servantibus, illud probare malui. Praeterea *at contumeliam inexperto* Voss. 1. Lovel. 1. 4. 5. et Portug. in marg. Et ita distinguendum foret, *Iram accenderat in animo recens ignominia. at contumeliam inexperto spiritus dabat* etc. Verum receptum malo. *at* et *ad* passim commutantur. V. supra ad 3. 17, 3. et infra hoc lib. ad c. 24, 8. *inexpertus ad contumeliam*, eodem modo dicitur, quo etiam τοῦ *rudis* additur accusativus cum praepositione *ad.* Liv. 10, 22, 6. *Esse praeterea viros natos militiae, factis magnos, ad verborum linguaeque certamina rudes.* 21, 25, 6. *Gens ad obpugnandarum urbium artes rudis.* 24, 48, 5. *Rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse.* 28, 25, 8. *Scipionem bellis adsuetum, ad seditionum procellas rudem, sollicitum habebat res.* 45, 32, 10. *Ut non magnificentiam tantum, sed prudentiam in dandis spectaculis, ad quae rudes tum Romani erant, admirarentur.* V. Cel. Burmann. ad Ovid. Epist. 7. Her. 122. et 3. Trist. Eleg. 3, 58. Neque multum differt *invictus ad devincenda regna* apud Justin. 25, 4. *invictum ad vulnera corpus* apud Ovid. 12. Met. 167. ubi v. N. Heinsium. *fortes ad proelia turmae* apud Propert. 2. Eleg. 8, 7. ubi v. Passerat. sed inprimis elegantiss. Broekhus.

Spiritus dabat, quod nec ausus esset idem in se] *spem dabat* Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. *spes dabat* Haverk. Sed, ex scribendi compendio errorem hunc natum esse, supra dictum est ad 4, 54, 8. Deinde *nec au'sus esset*, id est *aversus*, Gaertn. Contrario errore *ausus*, pro *au'sus* supra datum esse, jam vidimus ad 2, 8, 8.

Quod in Sp. Maelio Cincinnatus Quinctius etc. *non dictator*] Omnia haec deerant in Harlej. 1. errore librarii; cui peccandi occasionem praebuit repetita vox *dictator*; unde minus adtentus scriba eam simul cum omnibus mediis transiluit. V. infra ad 9, 11, 11. Praeterea *in Sp. Mellio* Lovel. 4. Gaertn. et Haverk. *in Sp. Maelio* Leid. 2. V. ad 6, 17, 2.

natus quidem suſtinere potuiſſet. His simul inflatus 5
exacerbatusque jam per se accensos incitabat plebis animos: *Quousque tandem ignorabitis vires veſtras, quas natura ne belluas quidem ignorare voluit? numerate saltem, quot ipsi sitis, quot adversarios habeatis.*

Tum *Cincinatus* Leid. 2. Lovel. 5. et Haverk. V. supra ad 3, 12, 8.

Abdicando dictaturam fugisset, sed ne senatus quidem suſtinere potuisset] *abdicando dictatura* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *abdicando se dictatura* Voſſ. 2. Utraque locutio proba eſt, et apud Livium obcurrit, *abdicare se dictatura* et *abdicare dictaturam*. Priori utitur Livius supra 2, 2, 10. *Abdicavit se consulatu*. c. 31, 10. *Dictatura se abdicavit*. 23, 23, 7. *Extemplo se magiſtratu abdicavit*. et saepe alibi. De altera v. ad 2, 28, 9. Receptam igitur scripturam, plurium et optimorum codicum auctoritate nisam, servo. Deinde *sed senatus quidem sustinere non potuisset* Lovel. 2. *sed nec senatus quidem sustinere* Harlej. 2. Haverk. et Portug. a m. 1. Male. V. supra ad 1, 10, 3. Similiter et quidam codd. mox errant hoc cap. §. 5. *sed ne senatus suſtinere*, una voce deficiente, Leid. 2. Ut *ne* pro ne quidem ponatur. V. infra ad 44, 36, 9. Sed praeſtat potius, ut et pluribus et melioribus libris, nihil mutantibus, dicto audientes simus.

§. 5. *Per se accensos incitabat plebis animos*] *per se accensus* Haverk. et Portug. a m. 1.

Quousque tandem ignorabitis vires veſtras] Vox *tandem* deficiebat in contextu Fragm. Hav. sed ab eadem manu in margine addita conspicitur. Et recte. Supereſt enim non modo in reliquis omnibus, sed singularis etiam eſt elegantiae. V. supra ad 3, 9, 9. Mox *non belluas quidem*, pro *ne belluas*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. [*nec belluas quidem* Veith.]

Numerate saltem, quot ipsi sitis, quot adversarios habeatis etc.] Livius ut manifeſto multis locis expreſſit sententias quasdam Homericas, ita hic videtur locum ejus poëtae adumbraſſe. A multitudine numeroque, quo illi valde nobiles superabant, Quirites excitare voluit, certamque ipsis spem victoriae polliceri. Usus autem fuit Manlius argumento valde utili consilio suo peragendo, et animis pauperum contra nobiles commovendis. Nam Ariſtoteles in iis, quae sunt causa seditionis, augentque animos popularium ad insidiandum, hoc quoque posuit, quod vocavit διὰ καταφρόνησιν, cum scilicet, spectatis viribus suis et adversariorum, incipiunt ipsos contemnere, intelligentes, se facile poſſe illos superare. Ut autem facilius eos persuaderet, atque id, quod ajebat, verum eſſe declararet, vincere scilicet ipsos magnopere numero, in memoriam ipsis redegit, quod saepe antea animadvertere potuerant, quum ipsos illos nobiles colebant, ut ipsorum praesidio in rebus suis uterentur, domique diligenter salutabant. Hoc enim ipsis rem patefacere, et quasi ante oculos ponere poterat. Homerus igitur simili quadam ratione utitur. Cum enim in 2. libro Iliadis Agamemnonem fecit exercitum, quem imperio suo regebat, alloquentem, et quod dedecus subiiſſent,

6 *Si singuli singulos adgressuri essetis, tamen acrius crederem vos pro libertate, quam illos pro dominatione, certaturos. Quot enim clientes circa singulos fuistis pa-*
7 *tronos, tot nunc adversus unum hostem eritis. Ostendite modo bellum; pacem habebitis. Videant vos para-*

quia Trojanos diuturno bello profligare non potuissent, ostendentem, ait. *Si namque nos Graeci ac Trojani, induciis factis, velimus numerum utriusque gentis recensere, Trojanosque deligere sine sociis; nos vero in decurias dividamur, sumamusque ex eorum numero singulos, qui singulis centuriis vinum ministrent, multae centuriae egerent ministro. Ex quo intelligere licet, quanto plures Achivi Trojanis sint.* Versus ipsius poëtae hi sunt [vers. 123.]

Εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν Ἀχαιοί τε Τρῶές τε,
Ὅρκια πιστὰ ταμόντες, ἀριθμηθήμεναι ἄμφω,
Τρῶας μὲν λέξασθαι, ἐφέσιοι ὅσσοι ἔασιν,
Ἡμεῖς δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθείμεν Ἀχαιοί,
Τρώων δ' ἄνδρα ἕκαστον ἑλοίμεθα οἰνοχοεύειν,
Πολλαί κεν δεκάδες δεοίατο οἰνοχόοιο.

Valuit autem hoc quoque multum ad rem patefaciendam inflammandosque animos Graecorum militum. Animadvertendum vero, Homerum similitudinem duxisse a re, cujus valde studiosa gens illa erat, quamque saepius frequentabant, ut nullo negotio sibi ante oculos illam ponere, indeque facilius veritatem ipsius, quod suadebat, intelligere potuerint. VICTORIUS 14. Var. Lect. 4. *quod ipsi scitis* Leid. 1. *quod ipsi sitis* Portug. *quot ipsi scitis* Klock. *quot ppli' sitis* Gaertner. Tum *quos adversarios* Voss. 1. a m. 1. *quod adversarios* Leid. 1. Infinitis locis commutantur in Mstis *quot* et *quod*. V. infra ad 44, 1, 1.

§. 6. *Si singuli singulos adgressuri essetis*] Omnia haec verba desiderantur in Leid. 1. et Harlej. 1. Sed vox *singuli* in Harlej. 2. *Si singulis singulos* dedit scriba Haverk. Sed fini vocis *singulis* perperam adhaesit prima litera dictionis sequentis. V. infra ad 28, 25, 2.

Tamen acrius crederem] *hec tamen acrius* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *his tamen acrius* Leid. 1. *h'tam n acrius* Lovel. 2. *hoc tamen acrius* Lovel. 4. et 5. [Veith.]

Tot nunc adversus unum hostes eritis] Scribendum *adversus unum hostem eritis*. In *tot* subauditur *client s*, vel simile quippiam, puta *milites*, vel *viri*. RHEN. Quemadmodum Rhenanus emendavit, praeferunt etiam codices mei. Eadem lectio etiam in Oxon. Mstis fuisse videtur, ex quibus nihil hic notat Hearnius, licet ipse *hostem* edens monuerit, *hostes* esse in Aleriensis Rom. aliisque editt. At in Rom. anni 1472. et Parm. *hostem* quoque reperi. Paullo ante *contra singulos*, pro *circa*, Lovel. 4. [Veith.]

§. 7. *Videant vos paratos ad vim; jus ipsi remittent*] *Videâ vos paratos* Fragm. Hav. Hinc *vim*, pro *jus*, Lovel. 1. *vis* Lovel. 2. Haverk. Harlej. 2. et Gaertn. saepius obvia in Mstis aberratione. V. ad 3, 38, 13. *us* Harlej. 1. nullo sensu. Deinde *ipsi rem vertent* Leid. 2.

tos ad vim; jus ipsi remittent. Audendum est aliquid universis, aut omnia singulis patienda. Quousque me circumspectabitis? Ego quidem nulli vestrûm deero. ne 8 *fortuna mea desit, videte. Ipse vindex vester, ubi visum inimicis est, nullus repente fui: et vidistis in vin-*

ipsa remitteret Harlej. 2. et Portug. qui error inde ortus est, quod librarius confuderit *remitt'et* et *remittēt*. V. infra ad 7, 29, 1. *ipsa remittetur* Lovel. 2. et Haverk. *ipsis remittetur* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. quod accipi posset pro remittetur ab ipsis. V. ad c. 11, 4. Verum et nunc meliores sequi praestat. Nam hic quoque error inde profluxisse videtur, quod non distinxerint librarii *remittēt* et *remittet̄*. V. infra ad 38, 40, 1. In verbis praecedentibus *Ostendite modo bello*, pro *bellum*, Florent.

Audendum est aliquid universis, aut omnia singulis patienda] *Audiendum* male Gaertn. Ita et alibi peccatur. V. supra ad 3, 45, 4. Deinde *aut omnis singulis* Leid. 1. Mox *circumexspectabitis*, pro *circumspectabitis*, Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 2. eodem errore, quo saepe *exspectare*, pro *spectare*, scriptum in codicibus manu exaratis obvium est. V. infra hoc lib. ad c. 33, 1.

§. 8. *Ne fortuna mea desit, videte*] Satis obscurus sermo: nescitur enim mihine an vobis intelligendum. animus ipsius plane jam ruinam praesagiebat. Sed multa hujusmodi dissimulamus. GLAR. Nullam in his verbis obscuritatem agnosco. Nam omnis ratiocinatio Manlii exigit, ut intelligamus, ne fortuna mea vobis desit. Non enim sollicitus erat, ne fortuna sibi, sed ne sua fortuna populo deesset, et, quamvis summopere vellet, populo opem ferre non posset. In verbis praecedentibus *Ego quippe*, pro *Ego quidem*, erat in Lovel. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. V. infra ad 7, 25, 7.

Ipse vindex vester, ubi visum inimicis est, nullus repente fui] Donat. ad Terent. Andr. 3, 4, 20. *Plus est* nullum esse, *quam* periisse. Nam *qui perit, vel corpus habet reliquum: qui vero nullus est, ita non est, ac si natus non sit.* ad Hecyr. 4, 4, 41. *Hoc ulterius est, quam* perii: *quia quum aliquis perit, reliquum vel cadaver est.* KLOCK. Ovidius 9. Met. 734. *Vellem, nulla forem.* Obcurrit etiam apud Plaut. in Asin. 5, 2, 72. et in Mostell. 2, 1, 41. atque alibi. Ceterum *nullo repente fui* praeferunt Lovel. 3. Voss. 2. et Leid. 1. Tum *Ipse index vester* Lovel. 3. V. infra ad Epit. Liv. 63. *Ipse vindex vestri* Lovel. 4.

Vidistis in vincula duci universi eum, qui a singulis vobis vincula depuleram] *vincla* utroque loco Leid. 2. V. supra ad c. 16, 2. Deinde *universi* deficit in Lovel. 4. et 5. Male. Obponuntur enim *universi* et *singuli*. *qui ab singulis vobis* Portug. et Haverk. *quia singulis vobis* Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. coalescentibus perperam duabus voculis, quae erant disjungendae. (* v. ad 37, 31, 1.) Insuper *depulerant* Harlej. 1. *depulerat* Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. Male. Indocti librarii non intellexerunt elegans et optimis scriptoribus usitatum loquendi genus, *eum, qui depuleram*, de quo v. ad 32, 21, 16.

cula duci universi eum, qui a singulis vobis vincula de-
9 *puleram. Quid sperem, si plus in me audeant inimici? an exitum Cassii Maeliique exspectem? Bene facitis, quod abominamini: Dii prohibebunt haec: sed numquam propter me de coelo descendent. Vobis dent mentem, oportet, ut prohibeatis: sicut mihi dederunt armato togatoque, ut vos a barbaris hostibus, a superbis defende-*

§. 9. *Si plus in me audeant inimici*] *si plus audeant in me* Portug. Sed utrumque exstat in Leid. 2. qui exhibet *si plus in me audeant in me.*

Bene facitis, quod abominamini] Donatus ad Terent. Eun. 1, 2, 106. *In consuetudinem venit* Bene facis, *et* Bene fecisti, *non judicantis esse, sed gratias agentis.* KLOCK. *abominabimini* Leid. 2. et Lovel. 1. *abomini* Leid. 1. *ominamini* Lovel. 2. Paullo ante *Melii*, pro *Maelii*, Lov. 4. et Gaertn. V. supra ad c. 17. hujus lib. §. 2.

Dii prohibebunt haec: sed numquam propter me] *Dii prohibebunt hoc* Lovel. 5. Harlej. 2. et Portug. *Dii prohibebunt hee* Gaertn. *Dii haec prohibebunt* Fragm. Hav. *Dii hoc prohibebunt* Lovel. 4. *Τὸ haec* deest in Voss. 2. et Lovel. 3. sequens vox *sed* in Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *praeter me* Klock. V. ad 4, 61, 10.

Armato togatoque, ut vos a barbaris hostibus, a superbis defenderem civibus] *armato togato*, sine copula, Haverk. Tum *ab barbaris hostibus* Portug. a m. 1. et Haverk. Deinde *ac superbis defenderem civibus* Voss. 1. ac Leid. 2. Mule. V. infra ad 38, 18, 12.

§. 10. *Ut semper vobis auxilium adversus inimicos satis sit*] *auxilium adversus inimicos sit* Lovel. 3, *auxilium adversus inimicos satis*, omissa voce *sit*, Lovel. 5. *auxilii adversus inimicos satis sit* Portug. a m. 2. *auxilio adversus inimicos opus sit* Klock. Reliqui constanter vulgatum servant, quod etiam verius puto. Manlius exprobrat plebi, auxilium adversus inimicos suos illi semper satis esse, sufficere, et de hoc tantum cum Patribus contendere, quousque eorum imperium paterentur: eo contentam esse, ut aliorum auxilio ab injuriis patriciorum defendantur. *auxilium satis est*, ut *senatusconsultum satis est* supra 4, 30, 15. *Controversia inde fuit, utrum populi jussu indiceretur bellum, an satis esset senatusconsultum.* ubi plura vide.

Nec ullum, nisi quatenus imperari vobis sinatis, certamen adversus Patres noveritis] Hoc loco MSS. o. *noritis*, quod sequimur. J. FR. GRON. *noveritis* demum obcurrit in Dan. Heinsii Elzeviriana. Omnes priores excusi praeferunt *noritis*, neque aliter praeferunt omnes scripti mei, nisi quod *moritis* sit in Leid. 1. Cl. etiam Ant. Perizonius in margine Livii *moveritis* scribendum conjecit. Voces *novi* et *movi* saepissime in Mstis commutari, supra dictum est ad 5. 6. 8. Utraque locutio proba est. *noritis certamina*, ut supra apud Liv. dicto loco. *Nec finem ullum alium belli, quam victoriam, noverit.* Silius Ital. 14, 141.

rem civibus. Tam parvus animus tanti populi est, ut 10
semper vobis auxilium adversus inimicos satis sit? nec ullum, nisi quatenus imperari vobis sinatis, certamen adversus Patres noritis? Nec hoc natura insitum vobis est, sed usu possidemini. Cur enim adversus externos 11
tantum animorum geritis, ut imperare illis aequum censeatis? quia consuestis cum eis pro imperio certare,

Solaque, quod superest, secum certamina norunt;
Quis dextra antistet, spoliisque excellat opimis.

Ubi ex mente Inl. N. Heinsii *certamina norunt* contra Mstos omnes in contextum recepi, et *movere certamina* pluribus exemplis ex ipso Silio adstruere conatus sum; quum tamen, vulgatum non mutandum esse, nunc agnoscam. Idem Silius 1, 227.

Iupatiens aevi spernit novisse senectam.

lib. 13, 257.

Hinc sopor inpavidus, qualem victoria novit.

Ita etiam eo loco olim edebatur, verum ibi, volente Heinsio, ex optimo cod. Coloniensi *novit* substitui. Apud Livium itaque unius codicis, licet melioris notae, fide a vulgato discedere non audeo. Utrum tamen placeat, (* placet *noritis*, nam *noritis* alibi apud Livium non obcurrit. v. ad 37, 23, 6.) neque cum Dan. Heinsio *noveritis*, neque cum Perizonio patre *moveritis* legendum puto. Saepissime enim Livius in hoc aliisque similibus verbis tempora perfecta et inde formata reliqua per contractionem proferre amavit, quod passim mutarunt indocti librarii, ac viri docti ex Mstis iterum vindicarunt. Hujus generis sunt *cognosse*, v. ad 22, 3, 2. *cognorit*, v. ad 27, 17, 14. *scisse* et *consciſſe*, v. ad 45, 5, 12. *descisset*, v. ad 24, 45, 2. *sisse*, v. ad 3, 18, 6. *desisse*, v. ad 9, 4, 36. *quiesse*, v. ad 37, 11, 5. *adsuerat*, v. ad 4, 45, 4. *decresset*, v. ad 2, 27, 8. *nequissent*, v. ad 5, 10, 10. *conquisierunt*, v. ad 27, 11, 15. *isse*, *exisse*, *adisse*, *inisse*, *perisse*, *transisse*, v. ad 27, 19, 10. *emostis*, v. ad 37, 53, 25. *admosse*, v. ad 38, 45, 3. *obtrisset*, v. ad 3, 56, 8. *communisse*, v. ad 8, 15, 4. In his itaque adtendendum ad genium ac morem cujusque scriptoris; ita tamen, ut etiam fide dignis codicibus locus relinquatur, ubi ex eorum testimonio constat, interdum etiam aliud placuisse. Ceterum *nec nullum* est in Block. Tum *nisi sed quatenus* in Gaertn. unde in mentem venire posset, Livium scripsisse *nisi si quatenus*, de quo infra v. hoc lib. ad c. 26, 5. Et ita praefert Lovel. 3. Verum reliqui codices vulgatum tuentur praeter Leid. 2. in quo deficit τὸ *nisi*. Insuper *quatinus* Leid. 1. Sed v. supra ad 2, 56, 9. Denique *imperari nobis* Voss. 1. Verum ita saepe librarii deerrare in scriptis soliti sunt. V. infra ad 34, 2, 2. *imperari non vobis* Lovel. 5. a m. 2.

Nec hoc natura insitum vobis est] *vobis insitum est* Voss. 2. Haverk. et edd. Aldina priores. *insitum est vobis* Fragm. Hav.

§. 11. *Ut imperare illis aequum*

adversus hos tentare magis, quam tueri, libertatem.
12 *Tamen, qualescumque duces habuistis, qualescumque ipsi fuistis, omnia adhuc, quantacumque petistis, obtinuistis seu vi, seu fortuna vestra. tempus est, etiam majora co-*
13 *nari. Experimini modo et vestram felicitatem, et me (ut spero) feliciter expertum: minore negotio, qui imperet Patribus, inponetis, quam, qui resisterent impe-*

censeatis] *imperari illi* male Leid. 1. Tum *censeatis aequum* Gaertn.

Quia consuestis cum eis pro imperio certare] *qua consuestis* Voss. 2. V. ad 40, 29, 8. *quod consuestis* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 38, 36, 4. *quia consuluistis* Gaertn. cujus librarius dare voluisse videtur *quia consuevistis*, ut exstat in editt. vett. Pro eo autem *consuestis* primus Aldus admisit, quod tuentur reliqui scripti. V. ad 4, 45, 4. Similes autem contractiones Livio frequentissimas esse, modo ad §. praec. dictum est.

Adversus hos tentare magis, quam tueri, libertatem] *adversos hos tentare* Voss. 2. *adversus hoc tentare* Lovel. 3. *adversus hos tentari* Haverk. *adversus hostem stare* Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 2. *adversus hostem temptare* Leid. 1. *temptare*, pro *tentare*, passim in codicibus scriptum reperitur, sed recte id a viris doctis rejectum, et inter priorum temporum corruptam orthographiam relatum est. V. Pierium ad Virgil. 8. Aen. 143. Voss. in Etym. ling. Lat. v. *Teneo*, et Dausquej. in Orthogr. part. 2. v. *Tempto*. Ejus autem vocis prima syllaba perperam in fine praecedentis repetita, atque ita pro *hos* datum est *hostem*. V. infra ad 9, 11, 9.

§. 12. *Tamen qualescumque duces habuistis, qualescumque ipsi fuistis*] *Tū*, pro *Tñ*, sive *Tamen*, praefert Gaertn. V. infra ad 22, 17, 5. Voces *qualescumque duces habuistis* desunt in Harlej. 1. et Haverk. *qualescumque ipsi fuistis, duces habuistis qualescumque* praeferunt Voss. 2. et Lovel. 3. *dies*, pro *duces*, est in Leid. 2.

Tempus est, etiam majora conari] Vet. lib. *unde tempus est, etiam majora conari*. SIG. Ignorant τὸ *unde* meliores libri calamo picti, vetusque editio, ejusque filia Camp. Quare delendum censui: eo magis, quod in recentissimo tantummodo pareat secundo. GEBH. Locum leviter corruptum Sigonii cura longe corruptiorem reddidit, adjecto τῷ *unde*: quod et sensum magis impedit, nec in aliis scriptis alicujus pretii aut vetustis edd. reperitur. Illo ergo ejecto et resecta copula, quae ex proximo verbo substantivo redundabat, scribe *Tempus est jam majora conari*. 21, [43, 9.] *Tempus est jam, opulenta vos et ditia stipendia facere*. 25, [32, 3.] *Tempus esse id jam agi, ut bellum in Hispania finiretur*. J. FR. GRON. Lectio, quam Gronovius probavit, et simul in contextum recepit, *tempus est jam majora*, in nullo apud me, neque apud Hearnium cod. adparet. Nam, ut Sigonius in Vet. lib. reperit *unde tempus est, etiam majora* praeferunt meorum Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Oxon. L. 1.

rantibus, inposuistis. Solo aequandae sunt dictaturae 14
consulatusque, ut caput adtollere Romana plebes possit.
Proinde adeste, prohibete jus de pecuniis dici. ego me pa-
tronum profiteor plebis, quod mihi cura mea et fides no-
men induit. Vos si quo insigni magis imperii honorisve 15
nomine vestrum adpellabitis ducem, eo utemini potentiore
ad obtinenda ea, quae vultis. Inde de regno agendi 16

B. et N. [Veith.] *tempus est majora* Voss. 2. *tempus est, etiam majora*, ut olim edebatur, Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Fragm. Hav. et Oxon. L. 1. et C. Neque video, cur omnibus scriptis invitis haec lectio repudianda sit. Eam igitur revocavi. Non opus enim, ut post *tempus est* semper addatur particula *jam*. Infra 30, 4, 5. *Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum naviter geri.*

§. 13. *Experimini modo et vestram felicitatem, et me*] *Experiamini* Haverk. Praeterea primum *et* non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad Liv. 2, 44, 3. Ceterum in multis antiquis edd. ita interpungitur: *Experimini modo et vestram felicitatem; et me, ut spero, feliciter expertum minore negotio qui imperet Patribus, inponetis*, etc. quasi jungenda forent *me feliciter expertum inponetis*. Quod a prioribus mutatum Sigonius, et postea Hearne revocarunt. Sed commodior est distinctio, ac verior etiam, quam secutus sum, et reliqui recentiores receperunt.

Quam qui resisterent imperantibus] *queq; qui resisterent* Gaertn. *quam qui resisterent* Harlej. 2. Deinde *resisterent imperatoribus* Leid. 2. et Lovel. 1. Sed, vulgatum probum esse, nemo non videt.

§. 14. *Solo aequandae sunt dictaturae consulatusque, ut caput adtollere Romana plebes possit*] *Solo aequando dictatura consulatusque* Leid. 2. *Solo aequandae dictatura consulatusque* Voss. 1. *S. solo aequandae sunt dictatura consulatusque* Lovel. 1. cujus librarius prima illa litera indicare voluisse videtur *scilicet*. Sed nullus aliorum codicum consentit. Tum *Romana urbs* Leid. 2. et Lovel. 1. *Romana plebs* Harlej. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et editiones antiquae usque ad Aldum, qui *plebes* primus substituit. Et ita reliqui codd. V. supra ad 1, 20, 6. Mox *adest, prohibet ejus de pecuniis dici*, pro *adeste, prohibete jus*, Fragm. Hav.

Ego me patronum profiteor plebis] *confiteor* Lovel. 5. et Block. quos non audiendos censeo. Male etiam vox *plebis* exsulat a Lovel. 4. [Veith.] In verbis sequentibus *mea cura* alio ordine Haverk.

§. 15. *Insigni magis imperii honorisve nomine vestrum adpellabitis ducem*] *honorisve nomine vestro* librarii errore Gaertn. V. hoc libro ad c. 3. 8. Sed *vestrum* deest in Harlej. 2. et Portug. Ad haec *adpellatis* Leid. 2. et Lovel. 1.

Eo utemini potentiore ad obtinenda ea, quae vultis] *me utemini* Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] Deinde *potentiore obtinenda ea* Lovel. 5. a m. 1. et Fragm. Hav. *potentiorem ad opinionem dea* Leid. 1. *potentiore ad opinionem de ea* Harlej. 1.

loco, fuerit. Illud notandum videtur, ut scian-
mines, quae et quanta decora foeda cupiditas regni
non ingrata solum, sed invisa etiam, reddi erit.
6 Homines prope quadringentos produxisse dicuntur,
quibus sine foenore expensas pecunias tulisset, quo-
rum bona venire, quos duci addictos prohibuisset.
7 Ad haec, decora quoque belli non commemorasse

bi non in caussa] *secum damnandi* Leid. 1. *eum damnandi* Haverk. quae varietas ob literarum similitudinem in scriptura Longobardica frequentissima est. V. ad 4, 19, 2. Mox *etiam* deficit in Lovel. 2. *sed* saepe pro *sed etiam* poni, vidimus ad 2, 6, 1. Hic tamen reliqui omnes codices vulgatum tuentur.

§. 6. *Sine foenore expensas pecunias tulisset*] De hoc loco agunt Salmasius de usuris c. 2. p. 32. et Gronovius in Mantissa Pecun. Vet. c. 1. DUK. *etulisset* Harlej. 1. Mox *duci additos*, pro *addictos*, Fragm. Hav. a m. 1. V. supra hoc lib. ad c. 15, 9. *duci aditos* Harlej. 2. *duci adjectos* Lovel. 4. V. hoc libro ad c. 14, 10. et c. 15, 9. Paullo ante *venire* deficit in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 7. *Dona imperatorum ad quadraginta: in quibus insignes duas murales coronas, civicas octo*] De eodem Manlio Capitolino Plinius 7, 28. *Primus omnium eques coronam muralem acceperat, sex civicas, triginta septem dona, triginta tres cicatrices adverso pectore exceperat.* et Aurel. Vict. de Vir. Inl. 24. *Triginta septem militaribus donis a suis ducibus ornatus, triginta tres cicatrices in pectore habuit.* Alium numerum coronarum Livius edit, alium Plinius; alium etiam donorum militarium, quam memorant idem Plinius et Aurelius Vict. Verum quod attinet ad dona, in his Livius more historicorum, qui non semper omnia subtiliter exsequi solent, numero rotundo usus est; idque ut indicaret, adhibuit etiam voculam *ad*, quae circiter, plus minus, notat, ut Gronov. infra monet ad Liv. 10, 46, 5. et Graevius ad Sueton. Caesar. 20. Saepissime autem ea vocula hoc sensu tum apud alios, tum etiam apud Livium sumi solet. Et ita accipienda in locutione illa *ad duo millia et trecenti occisi*, similibusque pluribus, de quibus infra v. ad 10, 17, 8. Ejusdem generis est *tigni ad tricenos pedes longi* infra 44, 5, 4. De coronarum tamen numero inter Livium et Plinium non convenit, aliosque hic, alios ille auctores secuti videntur. Ceterum vox *dona* male deerat in Gaertn. [*vel ad quadraginta* Veith.] Tum *at*, pro *ad*, et hic et in verbis praecedentibus praeferunt Voss. 2. et Lovel. 3. sollemni errore. V. supra ad Liv. 3, 17, 3. Eorum prior codex praeterea *dona imperatorum at x. insignes duas* male praefert, alter *at x* etiam, pro *ad quadraginta*. Neque melius *mirabiles coronas* Voss. 1. et Lovel. 1. 4. ac 5. *mertales coronas* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Harlej. 1. Insuper in praecedentibus *decora quoque bello*, pro *belli*, est in Voss. 2. Deinde *non commemorasset tantum, sed protulisset etiam conspicienda* Lo-

m, sed protuliſſe etiam conspicienda; spolia
m caesorum ad triginta, dona imperatorum ad
aginta: in quibus insignes duas murales coro-
iricas octo. Ad haec servatos ex hoſtibus ci- 8
oduxiſſe; inter quos C. Servilium magiſtrum
n absentem nominatum. et quum ea quoque,
ello geſta eſſent, pro faſtigio rerum oratione

commemoraſſe tantum, ſſet etiam inspicienda Lo-

hoc servatos] Vet. lib. IG. Ita et quidam ex ue verius videri pos- similiter §. praec. *Ad* eſſerit. Alteram tamen servant Flor. Voſſ. 1. ue, Lovel. 1. 4. Harlej. Fragm. Hav. et Hear- C. V. infra ad 21, 52,

ex hoſtibus cives produ- icor verbum *produxit* ente poſtea additum. en subaudiri poteſt a- m verbum *protuliſſet*, imatis rebus convenit. elius legatur *produxiſſe* oratione. Quod vero *recatumque eſſe*, aut sub- aliud verbum, puta *a- ferunt*, aut scribendum . RHEN. Omnes om- us utor, codd. servant etiam Veith.] nisi quod cerptis meis de lectio- otatum videam, unde t, recte exhibuiſſe *pro- ntra produxit* supereſſe usibus suis L. 1. 2. B. erpt. Pithoei teſtatur . Verior itaque eſt al- ani conjectura, *produ- dum*, quam totam vo- dam eſſe. Erroris caus- idetur, quod librariis displicuerit oratio diutius suspensa, qui eam in partes dividendi occasionem, quamcumque poterant, quaesiverunt, neque adtenderunt, ita etiam sequentia mutanda fuiſſe.

Inter quos C. Servilium magiſtrum equitum] *Tò inter* abeſt ab Voſſ. 2. *in quos* praefert Leid. 2. Sed, saepiſſime ita librarios erraſſe, infra videbimus ad 38, 57, 6. Deinde *Servilii* praenomen deficit in Harlej. utroque. *P. Servilium* vocat Plinius 7, 28. Ad quem locum Harduinus, hoc discrimen notans, nos remittit ad alium locum, quasi ibi ea de re acturus, ubi tamen nihil simile obcurrit. Sed unum tantum circa haec tempora Servilium magiſtrum equitum invenio, memoratum supra hoc lib. c. 2, 6. Ubi plerique librarii partim ejus praenomen omiserunt, partim ita corruptum exhibuerunt, ut illud non *Publiùs*, sed *Cajus* fuiſſe adpareat.

Quum ea quoque, quae bello geſta eſſent] Pronomen *quae* exsulat a Voſſ. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertner. Verum id interceptum eſt a praecedenti vocula *que*. V. infra ad 29, 6, 8.

Oratione etiam magnifica, facta dictis aequando, memoraſſet] Salluſt. Catil. 3. *Quod facta dictis sunt exaequanda.* V. ibi Rivium et Waſſium, et Cerdam ad Vir-

etiam magnifica, facta dictis aequando, meme
set, nudaſſe pectus insigne cicatricibus bello a
9 ptis; et idemtidem, Capitolium spectans, J
Deosque alios devocaſſe ad auxilium fortun
suarum: precatusque eſſe, ut, quam mentem
Capitolinam arcem protegenti ad salutem p
Romani dediſſent, eam populo Romano in suc

gil. 2. Aen. 362. DUK. *oratione magnifica*, omiſſa media voce, Leid. 1. *oratione et magnificentia* Haverk. Deinde *memor eſſet* Leid. 1. Similes errores in Mſtis admodum frequentes sunt. De iis infra v. ad 23, 29, 16. Paullo ante *faſtidio*, pro *faſtigio*, Lovel. 5.

Nudaſſe pectus insigne cicatricibus bello triginta tribus acceptis] Ita plerique habent codices. Alii numerum suſtulerunt, tamquam ex Plinio subdititium, quod ego non credo: quamquam neutrum, cur vel negem, vel affirmem, sat habeo. Caeterum nec cum Plinio nec cum Cicerone in Manlii donis Livius probe convenit; sed non in hoc solum, de Dentato ac aliis idem accidit. GLAR. Voces *triginta tribus*, licet Glareanus id non credat, omnino subposititias eſſe, evincunt codices, quibus usus sum; in quorum nullo eas inveni. Neque exſtant etiam in excusis, nisi in Ascensianis annorum 1513. 1516. et Parisina anni 1529. quos plerorumque codicum nomine indicare debuit Glareanus, quum tamen longe plures exſtarent, quo tempore is adnotationes in Livium ederet, in quibus non invenirentur. Ceterum Ascensius, sive quicumque *triginta tribus* contextui Liviano addidit, secutus eſt vulgatam Plinii lectionem, in quo recte Harduinus 7, 28. ex omnibus Mſtis *XXIII. cicatrices adverso corpore exceperat*, pro *XXXIII. c ces*, reſtituit. Eodem en mero servato olim semper rel. Vict. de Vir. Inl. 24. eſt, *Viginti tres cicatrices ctore habuit*, usque dum S ex Plinio *triginta tres* subſti Praeterea *cicatricibus in b ceptis* Haverk. Sed fruſtra. hoc lib. c. 14, 6. *Et ipse tu augebat, cicatrices accepta ti, Gallico, aliisque deinc lis oſtentans.* Infra 45, 39. *daſſe deinde se dicitur, et, q que bello vulnera accepta e tuliſſe.*

§. 9. *Precatumque eſſe*] Ita runt Florent. Leid. uterq vel. quinque, Harlej. u Portug. Gaertn. Haverk. Hav. Hearnii Oxon. L. Excerpta Pith. et Neapol. [Veith.] Ex Voſſ. autem nihil in excerptis adnota venio, ut *precatusque* hab deantur, quemadmodum editione, cum qua comm Et ita legendum eſſe Rhe §. praec. visum fuerat; *p que* enim ex eo, quod pr *dicitur* pendere non poſ debat insuper, forte, si v servandum sit, aliud v *ajunt*, *ferunt*, vel simile subintelligendum eſſe. nus enim *dicitur precatu* dem modo accipi poſſit, milia alia, de quibus e ad 1, 31, 8. illud obſta

omnium, finem cernebant, Patrum auctoritati se dediderant) hi tum omnes, quid opus facto sit, consultant. Quum praeter vim et caedem nihil cuiquam obcurreret, eam autem ingentis dimicationis fore 5

vel denique, post voces *nam et* distinguens, hunc verborum sensum et ordinem esse existimat: *nam et* tribuni plebis *dediderant se auctoritati Patrum, quia cernebant, eumdem finem et suae potestatis fore, quem libertatis omnium.* quae ultima sententia reliquis praeferenda, atque ita nihil mutandum est. Aliam adhuc lectionem obfert Voss. 2. *namque et, quia eumdem et suae potestatis libertatisque omnium finem cernebant.* quem si recipimus, evanescit duritia, quam in compositione deprehendisse sibi Glareanus videbatur. Nihil aliud enim in ea ipsi displicuisse existimo, quam quod in eadem periodo τὸ *et* bis pro etiam poneretur. Deinde *auctoritati se dederant* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *auctoritatis edide aut* Leid. 1. et Lovel. 2. ac 4. *auctoritates ediderant* Harlej. 1. *auctoritate se dediderant* edd. vett. nonnullae, pro quo jam Tarvisini receperunt *auctoritati:* quod etiam supererat in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Hi tum omnes, quid facto opus sit, consultant] Cl. Ant. Perizonius ad marginem cod. sui adscripsit, voces *hi tum* abesse posse. Fateor equidem, sine dispendio sensus eas deleri posse: sed insuper addo, qui invitis codicibus deleverit, non intellexisse, aut certe non adtendisse ad Livii aliorumque scriptorum morem, qui hoc similiaque pronomina, tamquam repetitiones nominum, quae praecesserant, ad memoriam lectorum juvandam interponere consueverunt, quum post inceptam orationem multa inter nomen et verbum media interposuissent, ut ita manifestum fieret, quemadmodum ultima primis cohaererent. Infra 25, 27. *Qui Hippocratis milites fuerant, in haud magna oppida, ceterum et situ et munimentis tuta (tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest) eo et commeatus e civitatibus suis comportabant, et auxilia arcessebant.* ad quem locum plura dicentur. Eidem rei aliquando inservire particulas *itaque, igitur,* similesque, supra monuit Gronovius ad Liv. 2, 12, 2. Ceterum *hii tam̃ omnes* habent Lovel. 1. et Fragm. Hav. *hi tamen omnes* Lovel. 4. *hii tñ omnes* Gaertn. *tam* aut *tñ*, id est *tamen*, et *tñ*, sive *tum*, saepius in Mstis confundi, infra videbimus ad 22, 17, 5. *tum* hoc loco servandum. Est enim repetitio ejusdem vocis, quae in initio periodi praecessit. Deinde *facto quid opus sit* Lovel. 5. *quod opus facto sit* Haverk. V. infra ad 38, 10, 1.

§. 5. *Eam autem ingentis dimicationis fore adpereret*] *ingentis dimicatoris* Gaertn. *dimicationis ingentis* Haverk. Paullo ante τὸ *vim* deerat in Gaertn. spatio tamen vacuo omissae voci scribendae relicto.

M. Menenius et Q. Publius tribuni plebis] Legendum *Q. Publilius*, non *Q. Publius*. Nemo enim duo habuit praenomina. CLAR. Lege *M. Maenius et Q. Publilius. Maenius*, quia *Menenii* patricii, et saepe in hoc nomine erratum est. *Publilius*, ne duo praenomina coëant. Quod in hac gente fit

adpareret; tum M. Maenius et Q. Publilius tribuni
6 plebis, *Quid Patrum et plebis certamen facimus, quod civitatis esse adversus unum pestiferum civem debet? Quid cum*

ubique, ut ante etiam monui. SIG. *M. Menenius* servant Florent. Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Et sane quum Agr. Menenius, qui plebem in Sacrum montem secedentem in urbem reduxit, *ex plebe oriundus* fuisse dicatur supra 2, 32, 8. necesse non est, ut, nisi alia ejus rei caussa sit, hoc nomen mutetur. Quo tempore enim vel ipse ille Menenius, vel aliquis majorum ejus inter patricios adlegebatur, reliqui ejus gentis inter plebejos substitisse potuerunt, ex quorum posteris nunc aliquis tribunatum plebis gereret. Non quidem reliqui codd. quibus usus sum, in eam lectionem consentiunt, sed nec in illam, quam ei substituit Sigonius. Scriptura autem, quae in illis superest, aeque suspicionem praebere potest, illam ex *Menenius*, quam ex *Maenius*, corruptam esse. Nam *Mennius* est in Leid. 1. ex quo, inserta litera *e* fit *Menenius*, erasa altera *n* *Menius* vel *Maenius*. Sed *Meneius* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ubi linea suprascripta, hoc modo *Menēius*, omitti potuit. Quum tamen ex hac gente alius tribunus, aut alterius nominis magistratus plebejus non obcurrat, et voces *Maenius* ac *Menenius* saepe in Mstis confundi soleant, ut infra videbimus ad 8, 13, 1. scripturam, quae ante Sigonium exstitit, revocare non sustinui. Praeterea *et Q. Publius* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] *et Q. Pliblius* Portug. *c. t. q*; *Publius* Voss. 1. Leid 2. et Lovel. 1. *et Quintius Publius* Haverk. Verum hic recte viri docti *et Q. Publilius* restituerunt, quod et in Voss. 2. et Harlej. utroque superfuit, si codicum eorum excerptis, quae penes me sunt, fidere possim. Saepius haec nomina in scriptis confunduntur. V. supra ad 2, 55, 4. et infra ad 8, 12, 4.

§. 6. *Quid cum plebe adgredimur eum*] Videtur legendum *Quin cum plebe*. SIG. Male conjicit Sigonius *Quin*, idque recepit in contextum. Nam quaerunt, cur aggredimur Manlium, et una etiam plebem ab ipso pendulam? GRUT. Male Sigonius legendum ariolatur *Quin*. Nam eo modo contrarius sensus auctoris menti infertur. GEBH. Facilis et aperta est sententia, cum per se, tum ex his, quae mox dicunt tribuni: *Simul multitudo illa non secum certari viderint, et ex advocatis judices erunt*. *Quin* non habet idoneum sensum. DUK. Praeter solum Florent. *Qui cum plebe* obferentem, vulgatum servant omnes codices, idque etiam Sigonii conjecturae praeferendum docuit Gronovius in prima editione notarum Livianarum. Godelevaeum etiam eo nomine Sigonium reprehendisse, auctor est Doujatius. In cujus farragine quum nihil horum inveniam, perperam Godelevaei, loco Gruteri, ab eo mentionem factam esse existimo. Paullo ante *quod civitatis est*, pro *esse*, male est in Portug. Deinde *civem pestiferum* alio ordine Gaertn.

Quem per ipsam plebem tutius aggredi est, ut suis ipse oneratus viribus ruat] *tutius aggrediemur* Leid. 1. a m. 1. quod recte in *ag-*

cum plebe adgredimur eum, quem per ipsam plebem tutius adgredi est, ut suis ipse oneratus viribus ruat? Diem 7
dicere ei nobis in animo est. nihil minus populare quam regnum est. Simul multitudo illa non secum certari vi-

gredi est deinceps mutatum est. Ita infra 42, 41, 2. *Quae verbo objecta verbo negare sit.* 44, 39, 7. *Quanto enim facilius abire fuit, quum procul abessimus.* V. Vechneri Hellenol. 1. part. 2, 31. et Inlustr. N. Heinsium ad Nason. 2. Art. Amat. 28. Deinde *ut ipse suis oneratus viribus* Lovel. 2. *Τὸ ipse* abest ab Exc. Pithoei apud Hearnium, abest etiam apud me a Leid. 2. et Lov. 1. quorum prior insuper male ostentat *ut suis oneratis viribus ruat.* Nihil mutandum. 30, 44, 8. *Ut praevalida corpora ab externis caussis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur.*

§. 7. *Diem dicere ei, nobis in animo est*] *Diem dicere, vel nobis* Leid. ambo, Lovel. 1. 2. Harlej. ambo, Portug. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. C. atque Excerpta Pith. unde non abeunt Voss. 1. et Lovel. 4. ac 5. nisi quod *vobis*, pro *nobis*, obferant. utramque lectionem jungens *Diem dicere ei, vel nobis* habet Haverk. *Diem dicere, et vobis* Gaertn. *Diem dicere et nobis* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Diem dicere velle, nobis* Voss. 2. et Lovel. 3. In verbis sequentibus *nihil minus quam populare, quam regnum est* perperam praefert Lovel. 1.

Simul multitudo illa non secum certari viderint] *Si multitudo illa* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. Verum vel librarii iterum non adsecuti sunt significationem τοῦ *simul* pro simulac, de quo v. supra hoc lib. ad c. 1, 6. vel prima syllaba vocis sequentis ultimam τοῦ *simul* absorpsit, quomodo *eques terror*, pro *equester*, infra in optimis Mstis erat 27, 42, 2. Deinde *nec secum certare* Fragm. Hav. Tandem *viderit* Harlej. 2. Portug. et Hearnii Oxon. B. et C. At recte reliqui *viderint* tuentur, nisi quod *videri* sit in Haverk. *multitudo* cum verbo plurali saepius apud Livium jungi solet. Supra 3, 21, 1. *Multitudo clamore ingenti nunc consulum nunc Patrum fidem implorant.* c. 50, 10. *Haec Virginio vociferanti succlamabant multitudo.* ita duo ibi praeferunt codd. pro *succlamabat.* 7, 30, 22. *Stare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem prospectantes, certum habeo.* (* v. ad 21, 53, 10.) 22, 10, 8. *Supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestis etiam.* ubi etiam librarii, quibus genus loquendi displicebat, varie turbarunt. 24, 3, 15. *Locros omnis multitudo abeunt.* (* c. 25, 8. 29, 6, 17.) 31, 42, 5. *Jam enim et quae per agros multitudo sparsa fuerat, recepèrant se in castra.* Ita et eo loco plerique scripti et vetustae editt. 32, 12, 9. *Cetera omnis multitudo frequenti agmine petunt Thessaliam.* 35, 27, 3. *Multitudo alia casas ex arundinibus textas fronde texissent.* (* c. 33, 1.) 39, 50, 5. *Possero die multitudo quidem integra parcendum, ac per eum remedia quaerenda esse praesentium malorum censebant.* Ita eo loco ex scriptis et editt. vetustis restitui. Ita et Sallust. in Catil. 43. *Cetera multitudo conjurationis suum quisque negotium exsequerentur.* Similiter etiam D. Lucas in Evang. 8, 37. *Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν.* Eodem mo-

derint, et ex advocatis judices facti erunt, et accusatores de plebe, patricium reum intuebuntur, et regni crimen in medio; nulli magis, quam libertati, favebunt, suae.

1 XX. Adprobantibus cunctis, diem Manlio dicunt. quod ubi est factum, primo commota plebs est, utique postquam sordidatum reum viderunt;
2 nec cum eo non modo Patrum quemquam, sed ne cognatos quidem aut adfines, postremo ne fratres quidem A. et T. Manlios: quod ad eum diem numquam usu venisset, ut in tanto discrimine non et

do construitur et vox *turba* supra hoc lib. c. 17, 6. *Jam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur, refracturosque carceremque minabantur.* Alia v. ad 35, 29, 9. Mox *ex avocatis*, pro *ex advocatis*, perperam Fragm. Hav.

Patricium reum intuebuntur, et regni crimen in medio] Non scio, cur ante haec verba potissimum omittatur copula, quae hic non minus emphasios habere poterat, quam ante cetera. Maxime, quod, qui non bene attendat, omnia contra mentem Livii ita conjungere possit, *et accusatores de plebe intuebuntur patricium reum.* Nam quod ita quater repetitur *et*, id non insolens est. DUK. *intuebimur* Gaertn. Deinde *in medium* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 1. *Primo commota plebs est*] *plebis est* se in Palat. pr. invenisse, atque eam ob caussam *plebes est* legere, monet Gebhardus supra ad 2, 24, 2. Nostri nihil mutant. Paullo ante *factum est* alio ordine verborum Lovel. 2. 4. Harlej. 1. Portug. et Haverk.

Utique postquam sordidatum reum viderunt] *sordidatum viderunt reum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 2. *Nec cum eo non modo Patrum quemquam*] *necumenoq; modo* Leid. 1. Vocula *non* deficit etiam in Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] *motum*, pro *modo*, est in Haverk. Deinde τὸ *Patrum* omittit Voss. 2.

Sed ne cognatos quidem aut adfines, postremo ne fratres quidem] *sed non cognatos quidem* Leid. 2. et Lovel. 1. *sed nec cognatos quidem* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. supra ad 1, 10, 3. Tum *postero* Voss. 2. et Lovel. 3. *postremum* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. Mox *A. et T. Manlicos* Leid. 1. et Harlej. 1.

Quod ad eum diem numquam usu venisset] Vox *diem* exsulat ab Harlej. 1. *numquam* ab Fragm. Hav. a m. 1. et Lovel. 3. *venissent* legit Florent. a m. 2.

Ut in tanto discrimine non et proximi vestem mutarent] *intento discrimine* Gaertn. Deinde *non etiam proximi* Lovel. 4. 5. Port. Gaertn. et Haverk. [Veith.] V. infra ad 22, 47, 9.

§. 3. *C. Claudium inimicum Claudiamque omnem gentem sordidatam fuisse*] *cum Claudium* Voss. 1. *Gn. Claudium* Fragm. Hav. Malc. *C. Claudius* enim supra vocatur 3, 58, 1. et apud alios. Deinde *Clau-*

proximi veſtem mutarent. Ap. Claudio in vincula 3
ducto, C. Claudium inimicum Claudiamque omnem gentem sordidatam fuiſſe. consensu opprimi popularem virum, quod primus a Patribus ad plebem defeciſſet. Quum dies venit, quae, praeter coetus 4
multitudinis seditiosasque voces, et largitionem et fallax indicium, pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus objecta sint reo, apud neminem auctorem invenio. nec dubito haud parva fuiſſe, 5
quum damnandi mora plebi non in cauſſa, sed in

dinamque omnem gentem eſt in Lovel. 2. *omnemque Claudiam gentem* in Lovel. 4. Sed vocem *omnem* expungit Haverk. *sordidam* autem legit Portug. In verbis praecedentibus *M. Manlio*, pro *Ap. Claudio*, praeferunt Lovel. 2. 4. et 5. a m. 1. Tum *in vincla ducto* Portug. V. supra hoc lib. ad c. 16, 2.

Obprimi popularem virum, quod primus a Patribus ad plebem defecisset] *consularem virum* Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] Et quidem Manlium, qui olim Capitolium servavit, et nunc adfectati regni accusatur, antea consulatum geſſiſſe, Livius supra dixit 5, 47, 4. *Namque clangore eorum, alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat.* Verior tamen eſt vulgata lectio. Hoc enim Manlio invidiam concitaſſe, plebs praetexebat, quod popularis factus ad plebem a Patribus desciviſſet. Supra 6, 11, 7. *Primum omnium ex Patribus popularis factus, cum plebis magiſtratibus consilia communicare.* Praeterea *quod primũ a Patribus* Leid. 1. V. supra ad 6, 11, 7. Voces *ad plebem* praetermiserunt scribae Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 4. *Praeter coetus multitudinis, seditiosasque voces, et largitionem, et fallax indicium*] Omnia haec verba, quae in reliquis Mſtis supersunt, non comparent in Harlej. 1. *multitudini* eſt in Haverk. Sed literam sibilantem finalem intercepit prima vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5. Tum *et largitiones* Leid. 2. reliquis adversantibus. Denique *fallax iudicium* Lovel. 4. 5. Gaertn. Portug. et Haverk. V. infra ad 7, 39, 5. Paullo ante *Tum dies venit*, pro *Cum*, Lovel. 5. a m. 1. et Gaertn. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem.

Pertinentia proprie ad crimen regni ab accusatoribus objecta sunt reo] Scribe *objecta sint reo.* RHEN. Quid si *sint* legas? ut sit ordo. Quae pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus objecta sint reo, apud neminem authorem invenio. GLAR. *objecta sint reo* etiam omnes mei uno consensu; nisi quod voces *ab accusatoribus objecta sint reo* non adpareant in Portug. et *sunt res* habeatur in uno Lovel. 4. Praeterea *pertinentia propria ad crimen regni* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Voces sequentes *apud neminem* omittuntur etiam in contextu Portug. adscriptae sunt tamen in margine.

§. 5. *Quum damnandi mora ple-*

loco, fuerit. Illud notandum videtur, ut sciant homines, quae et quanta decora foeda cupiditas regni non ingrata solum, sed invisa etiam, reddiderit.
6 Homines prope quadringentos produxisse dicitur, quibus sine foenore expensas pecunias tulisset, quorum bona venire, quos duci addictos prohibuisset.
7 Ad haec, decora quoque belli non commemorasse

bi non in caussa] *secum damnandi* Leid. 1. *eum damnandi* Haverk. quae varietas ob literarum similitudinem in scriptura Longobardica frequentissima est. V. ad 4, 19, 2. Mox *etiam* deficit in Lovel. 2. *sed* saepe pro *sed etiam* poni, vidimus ad 2, 6, 1. Hic tamen reliqui omnes codices vulgatum tuentur.

§. 6. *Sine foenore expensas pecunias tulisset*] De hoc loco agunt Salmasius de usuris c. 2. p. 32. et Gronovius in Mantissa Pecun. Vet. c. 1. DUK. *etulisset* Harlej. 1. Mox *duci additos*, pro *addictos*, Fragm. Hav. a m. 1. V. supra hoc lib. ad c. 15, 9. *duci aditos* Harlej. 2. *duci adjectos* Lovel. 4. V. hoc libro ad c. 14, 10. et c. 15, 9. Paullo ante *venire* deficit in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 7. *Dona imperatorum ad quadraginta: in quibus insignes duas murales coronas, civicas octo*] De eodem Manlio Capitolino Plinius 7, 28. *Primus omnium eques coronam muralem acceperat, sex civicas, triginta septem dona, triginta tres cicatrices adverso pectore exceperat.* et Aurel. Vict. de Vir. Inl. 24. *Triginta septem militaribus donis a suis ducibus ornatus, triginta tres cicatrices in pectore habuit.* Alium numerum coronarum Livius edit, alium Plinius; alium etiam donorum militarium, quam memorant idem Plinius et Aurelius Vict. Verum quod adtinet ad dona, in his Livius more historicorum, qui non semper omnia subtiliter exsequi solent, numero rotundo usus est; idque ut indicaret, adhibuit etiam voculam *ad*, quae circiter, plus minus, notat, ut Gronov. infra monet ad Liv. 10, 46, 5. et Graevius ad Sueton. Caesar. 20. Saepissime autem ea vocula hoc sensu tum apud alios, tum etiam apud Livium sumi solet. Et ita accipienda in locutione illa *ad duo millia et trecenti occisi*, similibusque pluribus, de quibus infra v. ad 10, 17, 8. Ejusdem generis est *tigni ad tricenos pedes longi* infra 44, 5, 4. De coronarum tamen numero inter Livium et Plinium non convenit, aliosque hic, alios ille auctores secuti videntur. Ceterum vox *dona* male deerat in Gaertn. [*vel ad quadraginta* Veith.] Tum *at*, pro *ad*, et hic et in verbis praecedentibus praeferunt Voss. 2. et Lovel. 3. sollemni errore. V. supra ad Liv. 3, 17, 3. Eorum prior codex praeterea *dona imperatorum at x. insignes duas* male praefert. alter *at x* etiam, pro *ad quadraginta*. Neque melius *mirabiles coronas* Voss. 1. et Lovel. 1. 4. ac 5. *mortales coronas* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Harlej. 1. Insuper in praecedentibus *decora quoque bello*, pro *belli*, est in Voss. 2. Deinde *non commemorasset tantum, sed protulisset etiam conspicienda* Lo-

tantum, sed protuliſſe etiam conspicienda; spolia hoſtium caesorum ad triginta, dona imperatorum ad quadraginta: in quibus insignes duas murales coronas, civicas octo. Ad haec servatos ex hoſtibus ci- 8
ves produxiſſe; inter quos C. Servilium magiſtrum equitum absentem nominatum. et quum ea quoque, quae bello geſta eſſent, pro faſtigio rerum oratione

vel. 5. *non commemoraſſe tantum, sed protuliſſet etiam inspicienda* Lovel. 4.

§. 8. *Ad hoc servatos*] Vet. lib. *Ad haec*. SIG. Ita et quidam ex meis: idque verius videri posset, quod similiter §. praec. *Ad haec* praeceſſerit. Alteram tamen lectionem servant Flor. Voſſ. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 4. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. V. infra ad 21, 52, 10.

Servatos ex hoſtibus cives produxit] Suspicor verbum *produxit* ab exponente poſtea additum. Quod tamen subaudiri poteſt aptius, quam verbum *protuliſſet*, quod inanimatis rebus convenit. Alioqui melius legatur *produxiſſe* cohaerente oratione. Quod vero sequitur *precatumque eſſe*, aut subaudiendum aliud verbum, puta *ajunt*, sive *ferunt*, aut scribendum *precatusque*. RHEN. Omnes omnino, quibus utor, codd. servant *produxit*, [etiam Veith.] nisi quod nihil in excerptis meis de lectione Flor. notatum videam, unde suspicio fit, recte exhibuiſſe *produxiſſe*. Contra *produxit* supereſſe in Oxoniensibus suis L. 1. 2. B. C. et Excerpt. Pithoei teſtatur Cl. Hearne. Verior itaque eſt altera Rhenani conjectura, *produxiſſe* legendum, quam totam voeem delendam eſſe. Erroris caussa fuiſſe videtur, quod librariis displicuerit oratio diutius suspensa, qui eam in partes dividendi occasionem, quamcumque poterant, quaesiverunt, neque adtenderunt, ita etiam sequentia mutanda fuiſſe.

Inter quos C. Servilium magiſtrum equitum] *Tò inter* abeſt ab Voſſ. 2. *in quos* praefert Leid. 2. Sed, saepiſſime ita librarios erraſſe, infra videbimus ad 38, 57, 6. Deinde *Servilii* praenomen deficit in Harlej. utroque. *P. Servilium* vocat Plinius 7, 28. Ad quem locum Harduinus, hoc discrimen notans, nos remittit ad alium locum, quasi ibi ea de re acturus, ubi tamen nihil simile obcurrit. Sed unum tantum circa haec tempora Servilium magiſtrum equitum invenio, memoratum supra hoc lib. c. 2, 6. Ubi plerique librarii partim ejus praenomen omiserunt, partim ita corruptum exhibuerunt, ut illud non *Publiùs*, sed *Cajus* fuiſſe adpareat.

Quum ea quoque, quae bello geſta eſſent] Pronomen *quae* exsulat a Voſſ. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertner. Verum id interceptum eſt a praecedenti vocula *que*. V. infra ad 29, 6, 8.

Oratione etiam magnifica, facta dictis aequando, memoraſſet] Salluſt. Catil. 3. *Quod facta dictis sunt exaequanda*. V. ibi Rivium et Waſſium, et Cerdam ad Vir-

etiam magnifica, facta dictis aequando, memorasset, nudaſſe pectus insigne cicatricibus bello acce-
9 ptis; et idemtidem, Capitolium spectans, Jovem Deosque alios devocaſſe ad auxilium fortunarum suarum: precatusque eſſe, ut, quam mentem sibi Capitolinam arcem protegenti ad salutem populi Romani dediſſent, eam populo Romano in suo dis-

gil. 2. Aen. 362. DUK. *oratione magnifica*, omiſſa media voce, Leid. 1. *oratione et magnificentia* Haverk. Deinde *memor eſſet* Leid. 1. Similes errores in Mſtis admodum frequentes sunt. De iis infra v. ad 23, 29, 16. Paullo ante *faſtidio*, pro *faſtigio*, Lovel. 5.

Nudaſſe pectus insigne cicatricibus bello triginta tribus acceptis] Ita plerique habent codices. Alii numerum suſtulerunt, tamquam ex Plinio subdititium, quod ego non credo: quamquam neutrum, cur vel negem, vel affirmem, sat habeo. Caeterum nec cum Plinio nec cum Cicerone in Manlii donis Livius probe convenit; sed non in hoc solum, de Dentato ac aliis idem accidit. GLAR. Voces *triginta tribus*, licet Glareanus id non credat, omnino subposititias eſſe, evincunt codices, quibus usus sum; in quorum nullo eas inveni. Neque exſtant etiam in excusis, nisi in Ascensianis annorum 1513. 1516. et Parisina anni 1529. quos plerorumque codicum nomine indicare debuit Glareanus, quum tamen longe plures exſtarent, quo tempore is adnotationes in Livium ederet, in quibus non invenirentur. Ceterum Ascensius, sive quicumque *triginta tribus* contextui Liviano addidit, secutus eſt vulgatam Plinii lectionem, in quo recte Harduinus 7, 28. ex omnibus Mſtis *XXIII. cicatrices adverso corpore exceperat*, pro *XXXIII. cicatrices*, reſtituit. Eodem enim numero servato olim semper in Aurel. Vict. de Vir. Inl. 24. editum eſt, *Viginti tres cicatrices in pectore habuit*, usque dum Schottus ex Plinio *triginta tres* subſtitueret. Praeterea *cicatricibus in bello acceptis* Haverk. Sed fruſtra. Supra hoc lib. c. 14, 6. *Et ipse tumultum augebat, cicatrices acceptas Veienti, Gallico, aliisque deinceps bellis oſtentans.* Infra 45, 39, 17. *Nudaſſe deinde se dicitur, et, quo quaeque bello vulnera accepta eſſent, retuliſſe.*

§. 9. *Precatumque eſſe*] Ita praeferunt Florent. Leid. uterque, Lovel. quinque, Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. Excerpta Pith. et Neapol. Latinii. [Veith.] Ex Voſſ. autem utroque nihil in excerptis adnotatum invenio, ut *precatusque* habuiſſe videantur, quemadmodum erat in editione, cum qua commiſſi sunt. Et ita legendum eſſe Rhenano ad §. praec. visum fuerat; *precatumque* enim ex eo, quod praeceſſit, *dicitur* pendere non poſſe. Addebat insuper, forte, si vulgatum servandum sit, aliud verbum, *ajunt*, *ferunt*, vel simile ad illud subintelligendum eſſe. Quo minus enim *dicitur precatum eſſe* eodem modo accipi poſſit, quo similia alia, de quibus egi supra ad 1, 31, 8. illud obſtat, quod

crimine darent: et oraſſe singulos universosque, ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad Deos inmortales versi, de se judicarent. In Campo Mar- 10
tio quum centuriatim populus citaretur, et reus, ad Capitolium manus tendens, ab hominibus ad Deos preces avertiſſet; adparuit tribunis, nisi oculos quoque hominum liberaſſent ab tanti memo-

praeceſſerit *spectans*; ita enim etiam *spectantem* dici oportuiſſet. Paullo ante *Jovem Deosque alio devocaſſe*, pro *alios*, erat in Voſſ. 2.

Quam mentem sibi Capitolinam arcem protegenti] *protegentem* Port. et Haverk. ut referatur ad praecedens *mentem*. Nisi forte librarius, *protegentem* scribens, eumdem errorem commiserit, quem jam supra notavi hoc libro ad c. 3, 8. sed *protegendi* est in Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Verum, ex minus diſtincte verba praecuntis pronunciatione hanc lectionis varietatem natam eſſe, exiſtimo. Ejusdem erroris alia exempla v. infra ad 7, 16, 3. Hic nihil mutandum puto.

Eam populo Romano in suo discrimine darent] *eam populo PR. in suo* Leid. 1. Id vitiosum videntes nasutiores, qui in similes codices inciderant, dederunt *eam populo Romano praesenti in suo discrimine*, quomodo praeferunt Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] vel *eam populo Romano in praesenti suo discrimine*, ut habent Hearnii Oxon. N. et Neap. Latinii. Sed, vocem *praesenti* a mala manu eſſe, nullus dubito.

Universosque, ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad Deos inmortales versi] *universosque, ad Capitolium* Harlej. 1. Portug. et Haverk. *universosque Capitolium* Lovel. 4. Sed ita sensus Livii pervertitur, qui, ea lectione recepta, hic foret, Manlium oraſſe singulos universosque, qui jam tum Capitolium atque arcem intuebantur; quum potius oraverit, ut ea loca intueri vellent. Displicuit indoctis hominibus particulae *ut* repetitio, quae tamen elegans est, et saepe apud Livium obcurrit. V. infra ad 40, 39, 8. Deinde *ad Deos immortales vm* Gaertn.

De se judicarent] *de se vindicarent* Leid. 2. lapsu librariorum, qui in scriptis frequens est. V. infra ad 39, 47, 2.

§. 10. *Quum centuriatim populus citaretur, et reus ad Capitolium manus tendens*] *centuriatum* Leid. 2. quod foret, citaretur, ut in centurias divideretur; quod ab hoc loco alienum est, ubi *centuriatim*, est in comitiis centuriatis. Ita *tributim*, pro in comitiis tributis, supra est 3, 55, 3. *Legem centuriatis comitiis tulere, ut, quod tributim plebes jussisset, populum teneret.* ubi videndus est Sigonius. Deinde *reus id Capitolium* Haverk.

Ab hominibus ad Deos preces avertisset] *ad Deos inmortales preces* Lovel. 1. Voſſ. 1. et Leid. 2. Sed vocem *inmortales* librarii ex praecedenti §. male etiam hic repetierunt. Deinde *advertisset* iidem codd. cum Lovel. 5. [Veith.] V. infra hoc lib. ad c. 23, 8. Praeterea *ab omnibus* habet Haverk.

ria decoris, numquam fore in praeoccupatis bene-
11 ficio animis vero crimini locum. Ita prodicta die,

sollemni aberratione scribarum. V. supra ad 3, 54, 6.

Adparuit tribunis, nisi oculos quoque hominum liberassent ab tanti memoria decoris] *aperuit tribunis* Leid. 1. quas voces saepe librarios commutasse, infra videbimus ad 44, 28, 10. Tum *oculis quoque hominum* Haverk. *hominum quoque oculos*, inverso vocabulorum ordine, edd. vett. usque ad Aldum, qui primus ita edidit, ut nunc exstat; quod reliqui etiam codd. probant. Deinde *liberasset* Haverk. *liberassent tanti memoria decoris* sine praepositione edd. vett. cum codd. Flor. Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Supra 3, 19, 1. *Instare Claudio, ut collegae Deos manes fraude liberaret.* (*v. ad 23, 37, 10. et ad 38, 47, 11.) *a tanti memoria decoris* Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Fragm. Hav. a m. 2. et Gaertn. atque ita Aldus eumque secuti recentiores usque ad Gronov. ediderunt, qui substituit *ab tanti memoria*, quod in reliquis codd. obtinet. Infra 36, 17, 13. *Quamquam is quoque egregius titulus esset, liberatam a Philippo ante, nunc ab Aetolis et Antiocho liberare.* ubi plura vide.

Numquam fore in praeoccupatis beneficio animis vero crimini locum] Praepositionem *in* non agnoscunt Leid. 2. et Lovel. 1. ut ita absolute *praeoccupatis beneficio animis* ponatur. At reliqui eam constanter servant. In uno etiam Portug. a manu interpolatrice deficit τὸ *vero.* cujus loco *non* recepit Lovel. 4.

§. 11. *Ita prodicta die*] *Ita praedicto die* Neapol. Latinii, et Florent. a m. 2. qui antea exhibuerat *prodicto die.* Verum in his potius Livius genus sequius adhibere amavit, quod etiam reliqui codices servant. V. infra ad 27, 16, 16. *praedicta die* Fragm. Hav. *producta die* Leid. 2. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. N. C. atque omnes, quas vidi, editiones usque ad Gronovium, qui anno 1665. ei substituit *prodicta die.* Id autem superest in Voss. utroque, Leid. 1. Lovel. 1. Harlej. 1. et Klock. Idem tamen Doujatio displicuit, qui *producta die* legendum contendit, quia sensus Livii est, judicium in aliam diem dilatum fuisse, et *prodicta dies* idem valet, ac praedicta, quod hic non convenit. At v. quae supra notantur ad 3, 57, 6. quo loco non modo, ut et alibi, *diem prodicere* patienter tulit, sed et recte exposuit, caussae dicendae tempus ad certam diem prorogare sive differre. Voces *Ita prodicta die in Petelinum lucum* desunt in Lovel. 3. cui neglegentiae occasionem dedit similitudo vocum *locum* et *lucum.*

In Petelinum lucum extra portam Frumentariam] Sincera ac vetus lectio *extra portam Flumentanam.* RHEN. Ex hoc loco omnes colligunt, lucum Poetilinum extra portam Flumentanam in campo Martio fuisse, vel in pratis Flaminiis. Attamen Rufus, Varro, et Victor in regione illum quinta Esquilina collocant. Huic difficultati a Rufo obviam itur, qui in octava Circi Flaminii regione alium recenset lucum Poetilinum. *Lucus Poetilinus*, inquit, *major:* ad quem commodius, quam per Flumentanam portam, exiri non potuit. Verum ego, licet eo contentus esse potuerim, ex ejusdem auctoris additamentis adulterinis

in Poetelinum lucum extra portam Nomentanam, unde conspectus in Capitolium non esset, conci-

efficacius adhuc indicium expiscatus sum. Quod si enim duo fuere luci Poetilini, major autem antiquior, et a tempore usque Manlii, quid, quaeso, Livium, Varronem, Victoremque movit, ut de altero ex his, velut unico, absque ulla *Majoris*, qua distingueretur, additione locuti sint? Cur nec Rufus ipse alteri *minoris* titulum addidit? Quod si cui de solo *Majore* vulgata loquendi consuetudo distinctionem hanc usurpasse videatur, absque designatione alterius per cognomentum *Minoris*, Livium hic ego simpliciter de *Minore*, non autem de *Majore* loqui responderim, adeoque nec per Flumentanam portam ad id concilium exiri potuisse. Ad haec catalogus, quaeso, lucorum apud Victorem observetur, quem in fine subjiciat: unum enim tantum illic nominatum videbimus lucum Poetilinum. Quare alter ille *Major* merum illius hominis somnium est, qui, quum in Livio legisset, ad Poetilinum lucum porta iri solitum Flumentana, alium sibi ea parte lucum talem imaginatus, liberaliter illum nobis sub *Majeris Poetilini* nomine, quo major ei fides haberetur, largitus est. Sed quid interim Livio faciemus? errorisne illum arguemus, quod *Flumentana* illuc itum dicat? In meo codice scriptum invenio, *extra portam Frumentariam*: quae ubi fuerit, ignorare me fateor: at *Flumentanam* male vulgo legi, dubium mihi nullum est. Nam quum Livius portam illam nominet, velut singularem ad Poetilinum lucum exitum praebentem, aperte satis remotiorem eam a Capitolio fuisse demonstrat, duxisseque ad locum, unde nequaquam conspici Capitolium possit. Contra vero Flumentana sub ipso sita Capitolio, ac praesertim sub ipsissima illa Capitolii parte, quam Manlius tutatus fuerat, non aliorsum, quam in pratorum Flaminiorum ducebat campique Martii late patentem planitiem; quae ad pontem usque Milvium Capitolio subjecta semper illud in conspectu habebat, qui paucissimis, aut forte nullis, tum temporis aedificiis impediebatur. Nec in omni urbis ambitu locus ullus erat, ubi collis ille melius conspici posset. Sed quid verbis opus? res ipsa luce meridiana clarius ex ipsius Livii, quae praecedunt, verbis liquet: *In campo Martio cum centuriatim populus citaretur, et reus ad Capitolium manus tendens* etc. Prius concilium in campo Martio fuit, in conspectu Capitolii: alterum longe inde remotum extra portam, unde conspectus ille non esset, *in luco Poetilino*. Ergo nec in campo Martio, ubi major ille lucus fuisse fingitur, neque extra *portam Flumentanam*, quae in campum Martium ducebat, et ad loca conspectui Capitolii quam maxime opportuna. Verum, inquiet aliquis, lucus ipse conspectum Capitolii oculis adimebat, objectis arboribus. Sed leve hoc. Neque enim tam grandis ille lucus fuit, ut universum populum continere potuerit: nec inter arborum impedimenta haberi concilium, exercerive judicium potuit: et, ut id concedatur, cur Livius addidit *extra portam Flumentanam*, qua jam pridem exitum fuerat? Verba sane illius Historici necessario indicant, sequenti die alia egressum ex urbe porta, quam priore; adeoque diversa a *Flumentana* ad *lucum* itum *Poetilinum*, quo concilium indictum fuerat.

ptino agro dividendo, et triumviros Nepete co
5 niae deducendae creaverunt. Tum, ut bellum j
berent, latum ad populum eſt: et, nequidquam d
suadentibus tribunis plebis, omnes tribus bell
6 juſſerunt. Adparatum eo anno bellum eſt; exer
tus propter peſtilentiam non eductus. eaque cunct
tio colonis spatium dederat deprecandi senatu

plebs Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 1, 20, 6. Insuper vox *eſſet* deficit in Leid. 2.

Quinqueviros Pomptino agro dividendo] *agro Pontino* Voſſ. 1. et Lovel. 5. *agro Pontiano* Leid. 2. *Pontino agro* Lovel. 1. 4. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *Promptino agro* Lovel. 2. *Promtinio agro* Gaertn. V. ad 2, 34, 4. *Pomptino agrum dividendo* Leid. 1. *Pomptino acrom dividendo* Harlej. 1.

Triumviros Nepete coloniae deducendae creaverunt] Vet. lib. et ratio, quam ante attuli, docent, *Nepet* legendum eſſe. SIG. Ex meis Sigonio adsentiuntur tantum minoris auctoritatis codices Harlej. 2. Portug. a m. 1. et Haverk. Reliqui *Nepete* servant, nisi quod *Nepte* sit in Gaertn. et *Nepetat* in Leid. 1. et Harlej. 1. V. supra hoc lib. ad c. 9, 3. Tum *creaverant* eſt in Haverk.

§. 5. *Latum ad populum est: et nequidquam dissuadentibus tribunis*] *latum est ad populum* Lovel. 1. 5. Voſſ. 1. et Leid. 2. *legatum ad populum eſt* errore librarii Florent. Tum *ut nequicquam dissuadentibus* Harlej. 2. *et nec quicquam dissuadentibus* Portug. *et nequaquam dissuadentibus* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. saepius obvio errore. V. infra ad 27, 26, 2. Paullo ante *bellum ut juberent* alio ordine Lovel. 5. Ceterum Ant. Auguſtinus sive Octav. Pantagathus apud U num supra ad 1, 43, 12. exiſtim Livium, non habita temporis tione, dixiſſe *omnes tribus bell jusserunt*. pro *omnes centuriat* voce *tribus* omiſſa, *omnes bell jusserunt*. Cujus censuram ve eſſe puto. De bello enim Veli nis indicendo actum fuit in c tiis centuriatis, ut ex eo p quod senatus decreverit, u ea re *ad populum* ferretur; d de quod non alii, quam tri consulares, ferre potuerint gem dissuadentibus tribunis bis. Ut autem tribuum in c tiis centuriatis mentio fieret, dum hujus temporis eſſe, Pa gathus ibidem docuit.

§. 6. *Et magna hominum eo, ut legatio supplex Roman teretur, inclinabat*] Duo pri voces deficiunt in Harlej. 1. tamen retinent alii libri. *Ta* exsulat a Leid. 2. pro quo p in Leid. 1. Deinde *quod legati* bet Gaertn. *Roma mitteretur* verk. Sed ultima litera *ro mam* intercepta eſt a prima cis sequentis. V. infra ad 2 9. Tunc *inclamabat* Lovel. 5. P lo ante *Adparatum eo bellum eſt* transpositis vocibus hab Portug. Deinde *ea cunctatio, eaque*, edd. vett. Alterum pri subſtituit Aldus, cum quo fac omnes Mſti.

§. 7. *Ni privato (ut fit) per publicum implicitum esset*] *nisi*

judicibus, factum. Sunt qui per duumviros, qui 12
de perduellione anquirerent, creatos, auctores sint

1. et Lovel. 1. Male. Indicantur enim comitia centuriata, quae non *consilium*, sed *concilium*, vocari debent. V. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. Tum *inditum*, pro *indictum*, Voss. 1. quae verba saepe librarii in Mstis commutarunt. V. supra ad 3, 65, 4.

Ibi crimen valuit, et obstinatis animis triste judicium invisumque] *ubi crimen valuit* Lov. 2. et Fragm. Hav. quae varietas in scriptis passim obvia est. V. infra ad 27, 5, 2. *ibi crimen maluit* Haverk. V. infra ad 37, 54, 2. [*invaluit* Veith.] Deinde *triste judicium jussum est, trium judicibus factum* Voss. 2. et Lovel. 3. *iussus* et *iuisus*, sive *invisus*, parum differunt, et facile commutari potuerunt. Eadem ratione *iusserit* et *iusserit*, id est *iussserit*, commutari, infra videbimus ad 9, 3, 13.

§. 12. *Sunt, qui duumviros*] Ex voluminibus Mstis antiquius habet et emendatius, *Sunt qui per duumviros*. Quare sic lego et distinguo: *Sunt, qui per duumviros, qui de perduellione anquirerent creatos, auctores sint damnatum. Tribuni de saxo Tarpejo dejecerunt.* Sensus est Livii: quidam dicunt, damnatum ab ipso populo, quidam a duumviris. Hoc vero constat, quod tribuni illum de saxo Tarpejo dejecerint. RHEN. Faërnus ita totum hunc locum legebat, interpungebatque: *Sunt qui per duumviros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores sint, damnatum tribuni* etc. URSIN. Faërnus, referente Fulvio Ursino, totum hunc locum ita legebat, interpungebatque: *Sunt qui per duumviros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores sint damnatum tribuni.* Verum obscurius multo intricatiusque vulgata lectione. Palat. pr. aeque mendose habet: *Sunt, qui per divini viros, qui de perduellione inquirerent, creatos auctores sint.* sec. *Sunt qui duumviros, qui perduellionem inquirerent, creatos auctores sint.* Quid Rhenanus conatus sit, in propatulo est. GEBH. Duo Pall. Th. duo Voss. Helm. *Sunt qui per duumviros.* Ex quo apparet, recte Rhenanum τὸ *damnatum* a sequenti periodo ad hanc retraxisse. Nisi intelligas, per duumviros *judicium factum*. J. FR. GRON. *Sunt qui duumviros* apud me tantum superest in Lovel. 2. Harl. 2. Port. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Reliqui, et inter eos etiam integerrimi, *Sunt qui per duumviros* praeferunt, nisi quod τὸ *viros* desit in Leid. 1. Etiam Cl. Hearne, qui praeter excerpta Pithoei quinque codicibus Oxoniensibus usus est, unum tantum cod. B. memoravit, qui praepositionem *per* non agnoscebat, ut reliquos eam exhibuisse verisimile sit, quemadmodum etiam exhibet Neapol. Latinii. Utrum vero cum Gronovio ex praecedenti *judicium factum* intelligas, an potius ex sequenti periodo *damnatum* huic jungas, ut Rhenano visum fuit, haud multum interesse existimo; quum Doujatius putet, si posterius placeat, sensum Livii clariorem fore, ac melius intelligi. Ceterum, quis sensus ex Faërni interpunctione emersurus sit, non intelligo; nisi forte operae in notis Ursini excudendis errarint, et eodem modo Faërnus legendum atque interpungendum censuerit, quo Rhenanus.

Qui de perduellione anquirerent, creatos] Vocula initialis *qui* defi-

plebis incitata, ut praedatum in agrum Rom
exirent. haec nova injuria exturbavit omnem
9 pacis. De Praeneſtinorum quoque defection
anno primum fama exorta: arguentibusque eo
sculanis, et Gabinis, et Lavicanis, quorum in

§. 8. *Neque in senatu solum per eos legatio inpedita eſt*] Gebhardus supra ad 2, 14, 4. ex Mſtis vel vett. edd. probare videtur *in senatum*, certe ita in iis inveniſſe. Eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Voſſ. utroque, Leid. utroque, Lovel. quinque, Harlej. 2. Gaertn. Haverk. omnibusque, quas vidi, editionibus usque ad Frobenium, qui anno 1531. *in senatu* dedit. Et recte. Quamvis enim *esse in poteſtatem* ac similia optimis scriptoribus in usu fuiſſe ad d. l. Liv. dictum sit, hic tamen *in senatum solum* ex errore scribarum profectum puto, et quidem ex eodem fonte, ex quo eorum quosdam in verbis praecedentibus *crimini subjecti piaculi* dediſſe monuimus. Insuper *in senatum neque solum* Lovel. 1.

Pars plebis incitata, ut praedatum in agrum Romanum exirent] *plebis pars incitata* Lovel. 1. *pars plebis incitati, ut praedati* Gaertn. Ex his *incitati* ferri poſſet, si plurium codicum teſtimonio, Livium ita scripsiſſe, verisimile fieret, quum saepe ita locutus sit. V. ad 27, 1, 12. At *praedati* certiſſimus scribarum lapsus eſt, et ultima pars τοῦ *praedatum* intercepta eſt a vocula proxima. V. infra ad 37, 29, 5. Insuper *in agrum Romanorum* Leid. 2. Sed vulgatum, reliquorum codd. consensu firmatum, verius eſt. Supra 1, 22, 3. *Forte evenit, ut agreſtes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano praedas in vicem agerent.* 3, 6, 7. *Pergit inde infeſtus in agros Romanos.* c. 30, 4. *Sabinum exercitum praedatum descendis gros Romanos.* c. 38, 3. *Sai gna manu incursionem in Romanum fecere.* 4, 27, 11. *ex agro Romano trans Aniem movere.* 6, 31, 3. *Popularis sim Romanum agrum adtul* 42, 10. *Si in Romano vag agro.* Similiter *ager Karth sis* 29, 30, 10. *Regulus ex et exigua Masaesylorum u Karthaginiensem agrum p* ubi alia vide. Denique *exi* tug. ubi iterum vulgatum ro. Supra 5, 38, 5. *Ut mult pars Vejos in hoſtium urbe quam recto itinere Romam juges ac liberos fugerent.* a locum plura notantur.

Haec nova injuria exturb nem spem pacis] *perturbav* 2. et Lovel. 1. *deturbavit* L et Hearnii Oxon. C. Se muto. Hac nova injuria cis non tantum perturba turbata, sive diſturbata, ne exturbata eſt. Valer. 3, 5. *Ipse ad exturbanda la quibus provincia vaſtabatur telum haberet, edixerat.* Ju 3. *Omni ex animo hoj memoria exturbata.* quo loco viri docti *exstirpa* τοῦ *exturbare* reponere sunt. Sed v. quae Gro Scheffer. ad Juſtin. notar

§. 9. *Eo anno primum f orta*] *fama orta* Lovel. 4. 2. Portug. et Hearnii O [Veith.] Saepius ita var dices scripti. V. supra a 7. Hic vero et pluribu

eſt, latum ad populum eſt, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret: gentilicia altera; quod 14
gentis Manliae decreto cautum eſt, ne quis deinde M. Manlius vocaretur. Hunc exitum habuit vir, niſi in libera civitate natus eſſet, memorabilis. Populum 15

Deinde *in arce aut in Capitolio* Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] Ita quidem Livius saepe loqui amavit. V. hoc lib. ad c. 28, 6. Hic tamen vulgatum tuentur codices meliores. Idem autem, quod Livius, etiam refert Plut. in Camillo p. 148. *Τὸ λοιπὸν ἐψηφίσαντο, μηδένα τῶν πατρικίων ἐπὶ τῆς ἄκρας κατοικεῖν.*

§. 14. *Quod gentis Manliae decreto cautum est, ne quis deinde*] *quidem gentis* Haverk. Tum *gentis Manliae decreto quoque cautum est*, addita una voce, Leid. 2. Deinde *catum est* Harlej. 1. *captum est* Lovel. 1. Denique *ne quis inde* Voſſ. 2. et Harlej. 2. V. infra ad 36, 24, 10. Sed voculam *deinde* ignorant, quas consului, edd. usque ad Aldum, qui primus adjecit.

Marcus Manlius vocaretur] Alii tollunt nomen *Manlius*. Ego tantum transponendum putarim levi emendatiuncula *Marcus Manliis vocaretur*. GRUT. Nihil mutantibus libris vulgatum servari posse puto. Et ita Cic. etiam locutus est Philipp. 1, 13. *Propter unius M. Manlii scelus, decreto gentis Manliae, neminem patricium M. Manlium vocari licet.* Ubi, teſte Ferrario, in scriptis erat *patricium Manlium vocari*, unde ipse *patricium Marcum vocari* emendabat, Guilielmius vocibus transpositis *patricium Manlium Marcum vocari* apud Gruterum legebat. Quum autem Gruterus hic levi emendatiuncula transponendum dicat, similiter et in Livio legendum censuiſſe videtur, sed perperam deinde *Marcus Manliis* addidiſſe, pro *Manlius Marcus*. Verum neque in Cic. aliquid innovandum puto. Nam in Mſtis illis, quos Ferrarius vidit, praenomen Manlii *Marcus*, quod unica litera *M.* notari solet, excidit neglegentia librariorum, quoniam vox sequens similiter a litera *M.* incipiebat. Alia ejusdem erroris exempla infra videbimus ad Liv. 40, 34, 1. Mox *vir ubi in libera civitate*, pro *vir niſi in libera civitate*, perperam praefert Gaertn.

§. 15. *Populum brevi, postquam periculum ab eo nullum erat, per se ipsas recordantem virtutes, desiderium ejus tenuit*] Similia plane narrat Curtius l. 7. initio de Philota. Elegantiſſimus locus eſt apud Diodorum l. 17. *Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολὴν χαλεπῶς μὲν ἤνεγκεν ἐπὶ τῇ τ' ἀνδρὸς τελευτῇ, καὶ πολλάκις ἐπεζήτησε τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ παρόντι μὲν οὐ χρησάμενος, ἀπόντα δὲ ποθήσας, ὅτε, οὐδὲν ὄφελος ἔγνω τὴν καλοκαγαθίαν ἀνδρὸς ἐκ τῆς τῶν διαβαλόντων κακίας.* GEBH. Vir doctus ad marginem ed. Curionis legebat *per seipsum*. Sed vulgatum, quod firmat omnium codicum consensus, verius est. ordo enim eſt, *per se recordantem ipsas virtutes*. Ceterum *periculum ab eo missum erat* legit Lovel. 2. in contextu, altera lectione in marginem rejecta. *periculum a M. Manlio erat* Lovel. 4. qui etiam *recordantes* praefert.

nes duxere; quatuor collegis Ser. Cornelio Malugi-

cum enim et Aldum medii vocem *duo* servarunt) sed etiam *Papirius* in *Papirii* mutavit: qua forma loquendi Livius saepissime usus est. Supra 4, 58, 6. *Insequenti anno P. et Cn. Corneliis Cossis, Num. Fabio Ambusto, L. Valerio Potito tribunis militum consulari potestate.* hoc libro c. 19, 2. *Postremo ne fratres quidem A. et T. Manlios.* infra hoc cap. *Additi collegae A. et L. Postumii Regillenses.* c. 27, 2. *Creatis tribunis militaribus in insequentem annum P. et L. Valeriis, L. quintum, P. tertium.* c. 30, 2. *Ex Patribus creati P. et C. Manlii cum L. Julio.* c. 32, 3. *Tribunos etiam militares patricios omnes coacta principum opibus fecit L. Aemilium*, etc. *L. et C. Quinctios Cincinnatos.* c. 36, 3. *Creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, P. et C. Valerii.* Ibidem: *Ante novi creati sunt tribuni militum Q. Servilius, C. Veturius iterum, A. et M. Cornelii, Q. Quinctius, M. Fabius.* c. 42, 3. *Creati A. et M. Cornelii iterum, M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius sextum.* 37, 47, 8. *Praetores exinde facti duo Q. Fabii, Labeo et Pictor.* et saepius aliis locis. Glareano, existimanti in illo *us duo* vel *Crassi* vel *Cursores* cognomen latere, consentire nequeo. Potius credo, primos Livii editores, qui *Sp. et L. Papirius duo novi tribuni* vulgarunt, in codicibus suis *II*, pro *duo*, invenisse; eos autem illud *II* male pro notis numeralibus habuisse. Similiter fere infra frequenter errarunt. V. ad 36, 43, 11. Ita autem scribendo librarios indicasse puto, se duplicem lectionem *Papirius* et *Papirii* in codd. suis invenisse. Passim enim librarios lectiones, quae et in contextu et in margine exstabant, simul recepisse, verum ita, ut non semper utramque vocem integram scriberent, sed alterutrius vel priorem vel posteriorem partem, in qua hujus et illius lectionis discrimen consisteret, supra vidimus ad 3, 44, 4. Praeterea *novi tribuni pl. militum* Leid. 1. Sed et hujus codicis librarium duplicem lectionem male conjunxisse arbitror: licet et alia hujus peccati ratio dari possit, *novi tribuni consulari potestate* media voce omissa Lovel. 4. invitis reliquis, quos sequor; licet et Livius eos simpliciter *tribunos consulari potestate* adpellaverit. V. hoc lib. ad c. 11, 1.

Velitras legiones duxere] *eduxere Velitras legiones*, inmutato vocabulorum ordine, Harlej. 2. Verum prima litera τοῦ *eduxere* perperam adsumta est ex fine vocis praecedentis *potestate*. V. infra ad 37, 29, 8. Tum *Vellitras* Fragm. Hav.

Servio Cornelio Malugineusi III] Quidam pro *tertium* legunt *quartum*. Sed iidem tertium hinc antea anno legunt *iterum*. Hic igitur *tertium* legendum, quippe qui proximo anno non fuit in magistratu. Nisi quis anno CCCLVIII. pro *Publius*, *Servius* legendum existimet, quod ego non puto. GLAR. Hac voces cum sequentis tribuni praenomine *Q.* deficiunt in Lovel. 4. *C.* et *Cn. Cornelio* praefert Hearnii Oxon. N. *Servilio Cornelio* Portug. et Haverk. V. infra ad Epit. Liv. 72. *Sergio Cornelio* Leid. 2. et vetustiores excusi, pro quo Cervic. Ascensius anno 1530. et reliqui recentiores *Ser. Cornelio* recte ediderunt. V. supra ad 5, 29, 2. Deinde *Malugineusi* est in Florent. Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. utroque, Portug. Haverk. et Gaertn. Neque aliter praeferunt edd. vett. usque ad Frobenium, qui anno

nam ejus oblatam prope oculis suis, a quo sua templa erepta e manibus hostium essent.

XXI. Pestilentiam inopia frugum, et vulgatam 1
utriusque mali famam anno insequente multiplex bellum excepit, L. Valerio quartum, A. Manlio tertium, Ser. Sulpicio tertium, L. Lucretio, L.

et vulgatam. Nam et prorsus ita 4, [52, 4.] *Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerumque fit, excepit.* Notavimus olim: nunc video confirmatam ab utraque membrana Vossiana et Rottend. J. FR. GRON. *inopia frugum*, praeter Voss. utrumque, ex meis codd. quoque praeferunt Lovel. 1. 3. 4. 5. Leid. 1. Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quomodo etiam Hearne in Oxoniensibus sibi obvium fuisse testis est. *inopiam* autem non tantum inveni in Portug. sed insuper in Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. ut pateat, optimos codices interdum vitiatos, ac malam manum passos esse illis locis, ubi reliqui, bonitate longe inferiores, erroris inmunes sunt. Insuper *Pestilentia*, *inopia frugum*, praeferunt male Gaertn. et Lovel. 5. Tum *et volgatum* Florent. a m. 1. et Leid. 1. V. infra ad 39, 53, 2. Vocula *et* deerat in Lovel. 2. Denique *utrũque mali* Gaertn. *utrisque mali* Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *in utriusque mali famam* Lov. 5. In verbis sequentibus *anno insequenti*, pro *anno insequente*, habent Harl. 2. Port. et Haverk. Quemadmodum, Livium ablativum singularem participiorum temporis praesentis non modo in *e*, sed etiam in *i*, formasse, supra vidimus hoc lib. c. 14, 13. ita etiam sine discrimine modo *sequenti* et *insequenti*, modo *sequente* et *insequente* dixit. *insequenti* et *sequenti* habes 3, 2, 1. c. 10, 5. 4, 23, 1. c. 58, 6. c. 61, 3. 6, 11, 1. c. 22, 1. 4. et alibi, quibus omnibus scripti nihil mutant. Contra *insequente* editur 4, 49, 7. ubi tantum levioris fidei codd. *insequenti* substituunt. at *insequenti* circumfertur vulgo 4, 12, 1. c. 47, 8. (*21, 56, 8.) 38, 24, 5. quibus tamen omnibus meliores libri *insequente* praeferunt. pro qua scriptura quum etiam hoc loco sint optimae membranae, eam servandam puto.

L. Valerio quartum, A. Manlio tertium, Ser. Sulpicio tertium, L. Lucretio] Hic locus satis convincit, anno CCCLXVI. initio hujus libri [c. 1, 8.] *A. Manlium* legendum esse, non *Manilium*, quod ibidem etiam adnotavimus. Fuit autem M. Manlii frater, ut Titus, quemadmodum paullo ante [c. 20, 2.] habetur. Legendum etiam hoc loco *Ser. Sulpitio Rufo IIII.* quippe qui ter antea fuit, et *L. Lucretio Tricipitino tertium*, qui antea bis fuit. GLAR. *L. Valerio quarto* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. *L. Valerio M.* Voss. 2. et Lovel. 3. sed litera *M.* inde nata est, quod scriptum fuerit per notas numerales *L. Valerio IIII*, ut praefert Leid. 1. *L. Valerio IIII°* habet Fragm. Hav. Sed iterati honoris numerum omisit Hearnii Oxon. L. 1. Tum *Aulo M.* Voss. 2. *Aulo III°* Fragm. Hav. a m. 1. *Aulo Manlio III°* a m. 2. et Lovel. 2. *A. Manlio tertio* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk.

Aemilio tertium, M. Trebonio, tribunis militum con-
2 sulari poteſtate. Hoſtes novi, praeter Volscos vel-
ut sorte quadam prope in aeternum exercendo Ro-
mano militi datos, Circejosque et Velitras colonias
jamdiu molientes defectionem, et suspectum Latium,
Lanu-

A. Manlio M. Lovel. 3. Deinde *Ser. Sulpicio tertium* non agnoscunt Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et apud Hearnium Oxon. B. Quin et Leid. 2. ac Lovel. 2. non ejus tantum, sed et insuper trium sequentium tribunorum nomina omittunt. Pro eo *Servilio Sulpicio M.* habet Lovel. 3. *Servilio Sulpicio tertio* Voſſ. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. jam saepius notato errore. V. infra ad Epit. Liv. 72. Glareanus non tantum interponit cognomen Servilii *Rufo*, sed et *tertium* mutat in *IIII.* utrumque male. Nam nullius tribunorum ex collegio hujus anni cognomen Livius retulit, neque etiam illud *Rufo* ullus codex admittit. *tertium* etiam, vel *tertio*, vel *III.* conſtanter servant scripti. Unde vero factum fuerit, ut *IIII*, pro *tertium*, scribendum eſſe Glareanus exiſtimarit, supra dictum est ad c. 18, 1. Denique *L. Tito Lucretio* Hearnii Oxon. C. invitis ceteris membranis, quae nihil mutant. Quare neque hic audiendus est idem Glareanus, qui non modo Lucretii praenomen *Tricipitino* adjecit, sed et repetiti honoris nomen *tertium*. Exiſtimat autem eumdem hunc eſſe *Lucretium Tricipitinum*, qui tribunatum consularem adeptus narratur supra 5, 32, 1. et 6, 4, 7. A Glareano diſſentit Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXI. p. 236. qui Lucretium hoc anno tantum iterum tribunum fuisse exiſtimat, eumque, qui 5, 32, 1. memoratur, *L. Lucretium Flavum* nominat, et biennio ante consulem referri apud Liv. 5, 29, 2. conjicit. Verum, utra etiam sententia verior sit, repetiti honoris notam non addendam eſſe arbitror, quod Livius eam saepius omittat, etiam ubi collegis addit. V. supra ad 2, 16, 7.

L. Aemilio tertium] *Lucinio Aemilio* Voſſ. 2. et Fragm. Hav. *Licinio Aemilio* Gaertn. V. ad Liv. 6, 27, 2. At praenomen omittit Leid. 1. Deinde *tertium* deficit in Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1.

§. 2. *Hoſtes novi, praeter Volscos*] Primam vocem non agnoscit Haverk. *Hoſtes novos praeter Volscos* perperam dedit Portug. Mox haud melius *datus*, pro *datos*, Leid. 1. et Harlej. 1. *datas* Lovel. 3. Sed vox illa deest in Lovel. 2. qui etiam *in aeternum prope* alio ordine exhibet.

Circejosque et Velitras colonias jam diu molientes defectionem] *Cercejosque et Velitras colonias* Florent. Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. *Circeusque et Velitras coloniae* Leid. 1. *Cereusque et Velitras coloniae* Harlej. 1. *Cercesque et Vellitras colonias* Fragm. Hav. in quo *Cercejosque* a m. 2. emendatur. *Cereosque et Velitras colonias* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *Ceretreique et Velitres coloniae* Lovel. 2. *Ceretes et Velitres coloniae* Gaertn. *Cercei et Velitres colonias* Harlej. 2. et Portug. *Circejos et Velitres coloniae* Lovel. 4. *Circejos*

Lanuvini etiam, quae fidelissima urbs fuerat, subito exorti. Id Patres rati contemtu accidere, quod 3
Veliternis civibus suis tamdiu inpunita defectio esset, decreverunt, ut primo quoque tempore ad populum ferretur de bello eis indicendo. ad quam militiam quo paratior plebes esset, quinqueviros Pom- 4

et Velitras colonias Lovel. 5. V. supra ad c. 12. hujus libri §. 6. Deinde *tam diu molientes* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Sed error hic in scriptis saepe obcurrit. V. ad 21, 11, 12.

Lanuvini etiam, quae fidelissima urbs fuerat, subito exorti] *Lavinii etiam* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. *Lavinum etiam* Lovel. 2. *Lavinium etiam* Haverk. *Lavinii et Lameī fidelissima* Fragm. Hav. a m. 1. *Lavinii et quae fidelissima* a m. 2. *lavi nūq etiam quae fidelissima* Gaertn. Vulgata scriptura proba est. *Lanuvini* sunt incolae urbis Lanuvii: at Lavinii incolae *Laurentes* Livio dicuntur 1, 1, 4. c. 14, 1. 8, 11, 15. 37, 3. 4. et alibi. quamvis alii tamen Laurentum et Lavinium distinguant, ac duo diversa oppida fuisse tradant. V. Pighii Annal. ad ann. CDXV. p. 315. et Cluver. 3. Ital. Ant. 3. qui p. 882. *Laurentum*, et p. 889. *Lavinium* describit. aliis *Laurentes Lavinates* adpellantur. V. ad Liv. 1, 14, 1. notata. Displicuit librariis quibusdam compositio *Lanuvini fidelissima urbs*, et hinc *Lavinium* dederunt. Sed quomodo tum convenire poterit, quod sequitur *subito exorti?* De genere loquendi v. quae notantur infra ad 38, 29, 9. *Lavinium* autem et *Lanuvium* passim in Mstis commutari solent. V. supra ad 3, 29, 6. et infra ad 8, 13, 5. Praeterea *quae fedissima urbs fuerat* Voss. 2. Sed librarii manus aberrans dare voluisse videtur *fidissima*. Alibi hae voces commutari solent. V. infra ad 37, 7, 9. Quia tamen alii omnes codices receptam lectionem tuentur, alteram ex glossemate natam puto. Denique *urbs fidelissima* transpositis vocibus Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 3. *Contemtu accidere, quod Veliternis civibus suis*] *contemtu accipere* male Leid. 1. *accidereq; Veliternis* Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8. Deinde *Voliternis* Voss. 2. *Velliternis* Fragm. Hav. *Velitrinis* Leid. 2. Lovel. 2. et Gaertn. V. infra hoc lib. ad c. 36, 1. Vox *suis* deficit in Lovel. 5.

Decreverunt, ut primo quoque tempore ad populum ferretur] *decrevere* Gaertn. *decreverit* Lovel. 3. Tum *ferretur ad populum* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *afferretur ad populum* Leid. 2. et Lovel. 1. *deferretur ad populum* quaedam priorum edd. Sed vulgo notum est, sollemnem in hac re locutionem esse *ferre ad populum*. V. Brisson. de Formul. l. 2. p. 220. Infinita ex Livio exempla dari possent. Ita supra cap. praec. §. 13. *Latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret.* Mox hoc cap. *Ut bellum juberent, latum ad populum est.* Plura adscribere abstineo. Mox in verbis sequentibus *de bello indicendo*, exsulante media voce, Leid. 2. *de bello ejus indicendo* Haverk. *ut de bello eis indicendo* Lovel. 2.

§. 4. *Quo paratior plebes esset*]

ptino agro dividendo, et triumviros Nepete colo-
5 niae deducendae creaverunt. Tum, ut bellum ju-
berent, latum ad populum eſt: et, nequidquam dis-
suadentibus tribunis plebis, omnes tribus bellum
6 juſſerunt. Adparatum eo anno bellum eſt; exerci-
tus propter peſtilentiam non eductus. eaque cunctatio colonis spatium dederat deprecandi senatum;

plebs Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 1, 20, 6. Insuper vox *eſſet* deficit in Leid. 2.

Quinqueviros Pomptino agro dividendo] *agro Pontino* Voſſ. 1. et Lovel. 5. *agro Pontiano* Leid. 2. *Pontino agro* Lovel. 1. 4. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *Promptino agro* Lovel. 2. *Promtinio agro* Gaertn. V. ad 2, 34, 4. *Pomptino agrum dividendo* Leid. 1. *Pomptino acrom dividendo* Harlej. 1.

Triumviros Nepete coloniae deducendae creaverunt] Vet. lib. et ratio, quam ante attuli, docent, *Nepet* legendum eſſe. SIG. Ex meis Sigonio adsentiuntur tantum minoris auctoritatis codices Harlej. 2. Portug. a m. 1. et Haverk. Reliqui *Nepete* servant, nisi quod *Nepte* sit in Gaertn. et *Nepetat* in Leid. 1. et Harlej. 1. V. supra hoc lib. ad c. 9, 3. Tum *creaverant* eſt in Haverk.

§. 5. *Latum ad populum est: et nequidquam dissuadentibus tribunis*] *latum est ad populum* Lovel. 1. 5. Voſſ. 1. et Leid. 2. *legatum ad populum eſt* errore librarii Florent. Tum *ut nequicquam dissuadentibus* Harlej. 2. *et nec quicquam dissuadentibus* Portug. *et nequaquam dissuadentibus* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. saepius obvio errore. V. infra ad 27, 26, 2. Paullo ante *bellum ut juberent* alio ordine Lovel. 5. Ceterum Ant. Auguſtinus sive Octav. Pantagathus apud Urſinum supra ad 1, 43, 12. exiſtimat, Livium, non habita temporis ratione, diximſſe *omnes tribus bellum jusserunt*: pro *omnes centuriae*, vel, voce *tribus* omiſſa, *omnes bellum jusserunt*. Cujus censuram veram eſſe puto. De bello enim Veliternis indicendo actum fuit in comitiis centuriatis, ut ex eo patet, quod senatus decreverit, ut de ea re *ad populum* ferretur; deinde quod non alii, quam tribuni consulares, ferre potuerint, legem dissuadentibus tribunis plebis. Ut autem tribuum in comitiis centuriatis mentio fieret, nondum hujus temporis eſſe, Pantagathus ibidem docuit.

§. 6. *Et magna hominum pars eo, ut legatio supplex Romam mitteretur, inclinabat*] Duo priores voces deficiunt in Harlej. 1. quas tamen retinent alii libri. *Τὸ pars* exsulat a Leid. 2. pro quo *par* eſt in Leid. 1. Deinde *quod legatio* habet Gaertn. *Roma mitteretur* Haverk. Sed ultima litera *τοῦ Romam* intercepta eſt a prima vocis sequentis. V. infra ad 23, 8, 9. Tunc *inclamabat* Lovel. 5. Paullo ante *Adparatum eo bellum anno eſt* transpositis vocibus habebat Portug. Deinde *ea cunctatio*, pro *eaque*, edd. vett. Alterum primus subſtituit Aldus, cum quo faciunt omnes Mſſi.

§. 7. *Ni privato (ut fit) periculo publicum implicitum esset*] *nisi pri-*

et magna hominum pars eo, ut legatio supplex Romam mitteretur, inclinabat: ni privato (ut fit) pe- 7
riculo publicum inplicitum effet, auctoresque defectionis ab Romanis, metu ne, soli crimini subjecti, piacula irae Romanorum dederentur, avertiffent colonias a consiliis pacis. Neque in senatu 8
solum per eos legatio inpedita eft, sed magna pars

vato Lovel. 1. 4. 5. Voff. 1. Leid. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed reliqui codd. vulgato adhaerent, nisi quod *1 privato* praeferat Haverk. *in privato*, literis transpositis, Harlej. 2. quomodo et alibi peccatur. V. infra ad 38, 50, 1. Receptum itaque servo. Saepius *ni* et *nisi* commutari solent. V. ad 23, 1, 8. Tum *publicum cum inplicitum esset* Fragm. Hav. a m. 1. Sed *cum* recte a m. 2. deletum eft, tamquam iteratum ex ultima syllaba vocis praecedentis. V. infra ad 9, 17, 9. *publicum inplicatum effet* Klock. Voffius 5. Gramm. 20. monet, quatuor haec a *plico* composita *adplico*, *complico*, *explico* et *inplico* duplex habere praeteritum, ac duplex supinum; formari enim in *ui* et *itum*, atque in *avi* et *atum*, idque poftterius apud Cic. frequentius obcurrere. Ex illis tamen, quae supra notantur ad 5, 31, 7. ubi eadem lectionum varietas obcurrit, patet, Livium potius *inplicitum*, quam *inplicatum*, diximffe. Et huic scripturae favent reliqui codd. Similiter *explicui*, non *explicavi*, in optimis Mftis et antiquis edd. obcurrere apud Plinium 4. Ep. 27, 3. auctor eft Cl. Corte; quomodo idem Plinius etiam loquitur 7. Epift. 4. V. etiam infra ad 37, 29, 8. In his itaque ratio loquendi cuique scriptori propria respicienda eft. Hinc *adplicuerunt* in contextum recepi infra 37, 12, 10. ubi recentiores dederant *applicaverunt*. Haec non eo dico, quod credam, eamdem formam Livio ubique placuiffe, aut ubique ita repositum velim. Contra enim *explicatis ordinibus* supra dixit 3, 60, 10. *agmen explicaverunt* 30, 5, 3. et forte similia alibi. (* *implicatus* 32, 4, 4.) Ubi quum in eam scripturam conspirent omnes codd. scripti et excusi, his invitis illam mutandam non exiftimo. *ni privato* (*ut fit*) *periculo publicum supplicium esset* Leid. 1. et Harlej. 1. *supplicium* etiam Lovel. 2. 4. 5. *ni privato* (*ut fit*) *periculo publicum inplicitum eis esset*, addita penultima voce, Harlej. 2. Portug. et Haverk. Mox *defectionis a Romanis*, pro *ab Romanis*, Gaertn. et Fragm. Hav.

Crimini subjecti, piacula irae Romanorum dederentur, avertissent colonias a consiliis pacis] *crimini subjecti piaculi* Lovel. 1. Voff. 1. et Leid. 2. eodem errore, quem supra notavimus ad c. 3, 8. Deinde *dederent* Lovel. 2. et Haverk. de quo lapsu v. ad 10, 10, 1. *dederetur* Harlej. 2. Tum *advertissent* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. infra hoc lib. ad c. 23, 8. *averterunt* Lovel. 4. et Harlej. 2. Hinc *colonas* Haverk. quasi dare voluiffet *colonos*. Sed *Circejos et Velitras* quum alibi, tum supra etiam hoc cap. *colonias* vocat. Denique *ab consiliis* Portug. et Haverk.

plebis incitata, ut praedatum in agrum Romanum exirent. haec nova injuria exturbavit omnem spem
9 pacis. De Praeneſtinorum quoque defectione eo anno primum fama exorta: arguentibusque eos Tusculanis, et Gabinis, et Lavicanis, quorum in fines

§. 8. *Neque in senatu solum per eos legatio inpedita eſt*] Gebhardus supra ad 2, 14, 4. ex Mſtis vel vett. edd. probare videtur *in senatum*, certe ita in iis inveniſſe. Eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Voſſ. utroque, Leid. utroque, Lovel. quinque, Harlej. 2. Gaertn. Haverk. omnibusque, quas vidi, editionibus usque ad Frobenium, qui anno 1531. *in senatu* dedit. Et recte. Quamvis enim *esse in poteſtatem* ac similia optimis scriptoribus in usu fuiſſe ad d. l. Liv. dictum sit, hic tamen *in senatum solum* ex errore scribarum profectum puto, et quidem ex eodem fonte, ex quo eorum quosdam in verbis praecedentibus *crimini subjecti piaculi* dediſſe monuimus. Insuper *in senatum neque solum* Lovel. 1.

Pars plebis incitata, ut praedatum in agrum Romanum exirent] *plebis pars incitata* Lovel. 1. *pars plebis incitati, ut praedati* Gaertn. Ex his *incitati* ferri poſſet, si plurium codicum teſtimonio, Livium ita scripsiſſe, verisimile fieret, quum saepe ita locutus sit. V. ad 27, 1, 12. At *praedati* certiſſimus scribarum lapsus eſt, et ultima pars *τοῦ praedatum* intercepta eſt a vocula proxima. V. infra ad 37, 29, 5. Insuper *in agrum Romanorum* Leid. 2. Sed vulgatum, reliquorum codd. consensu firmatum, verius eſt. Supra 1, 22, 3. *Forte evenit, ut agreſtes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano praedas in vicem agerent.* 3, 6, 7. *Pergit inde infeſtus in agros Romanos.* c. 30, 4. *Sabinum exercitum praedatum descendisse in agros Romanos.* c. 38, 3. *Sabini magna manu incursionem in agrum Romanum fecere.* 4, 17, 11. *Hoſtes ex agro Romano trans Anienem submovere.* 6, 31, 3. *Popularique passim Romanum agrum adtulere.* 23, 42, 10. *Si in Romano vagarentur agro.* Similiter *ager Karthaginiensis* 29, 30, 10. *Regulus cum tutore et exigua Masaesylorum manu in Karthaginiensem agrum perfugit.* ubi alia vide. Denique *exiret* Portug. ubi iterum vulgatum praefero. Supra 5, 38, 5. *Ut multo major pars Vejos in hoſtium urbem*, etc. *quam recto itinere Romam ad conjuges ac liberos fugerent.* ad quem locum plura notantur.

Haec nova injuria exturbavit omnem spem pacis] *perturbavit* Leid. 2. et Lovel. 1. *deturbavit* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. Sed nihil muto. Hac nova injuria spes pacis non tantum perturbata, deturbata, sive diſturbata, sed plane exturbata eſt. Valer. Max. 6, 3, 5. *Ipse ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vaſtabatur, ne quis telum haberet, edixerat.* Juſtin. 15, 3. *Omni ex animo hujus facti memoria exturbata.* quo utroque loco viri docti *exstirpare* loco *τοῦ exturbare* reponere conati sunt. Sed v. quae Gronov. et Scheffer. ad Juſtin. notarunt.

§. 9. *Eo anno primum fama exorta*] *fama orta* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Hearnii Oxon. B. [Veith.] Saepius ita variant codices scripti. V. supra ad 4, 45, 7. Hic vero et pluribus et me-

incursatum erat, ita placide ab senatu responsum eſt, ut minus credi de criminibus, quia nollent ea vera eſſe, adpareret.

XXII. Insequenti anno Sp. et L. Papirii, novi 1
tribuni militum consulari poteſtate, Velitras legio-

lioribus codicibus adhaerendum censeo. Infra 10, 11, 7. *Alterius belli fama Picentium novorum sociorum indicio exorta eſt.* c. 13, 2. *Quum comitia consularia inflarent, fama exorta, Etruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus.*

Arguentibusque eos Tusculanis, et Gabinis, et Labicanis] Vet. lib. *Lavicanis.* SIG. *Labicanis* Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 4. 5. Harlej. uterque, Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. *Labuiavis* Gaertn. Sed *Lavicanis* praefero. V. supra ad 2, 39, 4. Copulam *que* male omittit ed. Veneta anni 1498. Mox in verbis sequentibus *excursatum*, pro *incursatum*, dedit Lovel. 5. V. ad 8, 38, 6.

Ita placide ab senatu responsum eſt] *ita placite* Haverk. sollemni aberratione operarum. V. quae notavi ad Silii 1, 11. *a senatu* Voſſ. 2. Lov. 2. 3. 5. Harlej. 2. et Fragm. Hav. Ceterum omnia haec verba librariorum neglegentia omittuntur in Leid. 1. et Harlej. 1.

Quia nollent ea vera esse, adpareret] Pall. duo, primus ac tertius *quia nollent tam vera esse.* GEBH. *quia nollet* Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Haverk. et apud Hearnium Excerpta Pith. et Oxon. B. [Veith.] Sed fruſtra. nam *ab senatu, quia nollent* eodem modo dictum eſt, ut supra 4, 58, 4. *Tarditatis causa in senatu magis fuit, quam in tribunis, qui, quia summa vi reſtare nunciabantur, parum cogitaverunt.* ubi plura exempla vide. *nolent* eſt in utroque Harlej. Praeterea *tam vera esse* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Tum *adparet* Leid. 2. et Lovel. 1. Scriptum fuerat *adpar'et.* Sed notam male librarius neglexit. V. infra ad 40, 14, 3. [*apparerent* Veith.]

§. 1. *Insequenti anno Sp. et L. Papyrius duo novi tribuni militum*] Ita habent vetuſtiores aliquot codices. Quidam mutarunt ita: *Sp. et L. Papyrii novi tribuni militum.* At ego cognomen appositum suspicor vel *Crassi*, vel *Cursores*, pro illo *us duo*, et anno CCCLXXV. Papyrium ex his duobus alterum fuiſſe. GLAR. *In sequenti* duabus vocibus quaedam ex edd. principibus: pro quo *Insequenti* subſtituit Ascensius anno 1516. quod mox secuti sunt Mogunt. Ald. Cervic. Paris. anno 1530. et deinde reliqui. Neque aliter habuerunt edd. Rom. anni 1472. et Parm. Similiter supra in quibusdam codicibus erratum erat 3, 2, 1. 4, 28, 1. V. Cel. Burmann. ad Sueton. Caes. 29. De voce *insequens* v. ad 4, 30, 12. Deinde *Sp. et L. Papilius* Voſſ. 1. et Lovel. 1. ac 5. *Sp. et L. et Papirius* Voſſ. 2. et Lovel. 2. ac 3. *Sp. et L. Papirius novi tribuni* Florent. Leid. uterque, Lovel. 4. Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. Idem Hearne etiam auctor eſt, se lectionem illam in ed. Rom. principe reperiſſe. At, quidquid vetuſtorum typis descriptorum consului, *Sp. et L. Papirius duo novi tribuni* obtulerunt usque ad Aldum, qui vocem *duo* primus omisit. Idem poſtea non modo Frobenius fecit anno 1531. (inter

nes duxere; quatuor collegis Ser. Cornelio Malugi-

eum enim et Aldum medii vocem *duo* servarunt) sed etiam *Papirius* in *Papirii* mutavit: qua forma loquendi Livius saepissime usus est. Supra 4, 58, 6. *Insequenti anno P. et Cn. Corneliis Cossis, Num. Fabio Ambusto, L. Valerio Potito tribunis militum consulari potestate.* hoc libro c. 19, 2. *Postremo ne fratres quidem A. et T. Manlios,* infra hoc cap. *Additi collegae A. et L. Postumii Regillenses.* c. 27, 2. *Creatis tribunis militaribus in insequentem annum P. et L. Valeriis, L. Quintum, P. tertium.* c. 30, 2. *Ex Patribus creati P. et C. Manlii cum L. Julio.* c. 32, 3. *Tribunos etiam militares patricios omnes coacta principum opibus fecit L. Aemilium,* etc. *L. et C. Quinctios Cincinnatos.* c. 36, 3. *Creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, P. et C. Valerii.* Ibidem: *Ante novi creati sunt tribuni militum Q. Servilius, C. Veturius iterum, A. et M. Cornelii, Q. Quinctius, M. Fabius.* c. 42, 3. *Creati A. et M. Cornelii iterum, M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius sextum.* 37, 47, 8. *Praetores exinde facti duo Q. Fabii, Labeo et Pictor.* et saepius aliis locis. Glareano, existimanti in illo *us duo* vel *Crassi* vel *Cursores* cognomen latere, consentire nequeo. Potius credo, primos Livii editores, qui *Sp. et L. Papirius duo novi tribuni* vulgarunt, in codicibus suis *II*, pro *duo*, invenisse; eos autem illud *II* male pro notis numeralibus habuisse. Similiter fere infra frequenter errarunt. V. ad 36, 43, 11. Ita autem scribendo librarios indicasse puto, se duplicem lectionem *Papirius* et *Papirii* in codd. suis invenisse. Passim enim librarios lectiones, quae et in contextu et in margine existabant, simul recepisse, verum ita, ut non semper utramque vocem integram scriberent, sed alterutrius vel priorem vel posteriorem partem, in qua hujus et illius lectionis discrimen consisteret, supra vidimus ad 3, 44, 4. Praeterea *novi tribuni pl. militum* Leid. 1. Sed et hujus codicis librarium duplicem lectionem male conjunxisse arbitror: licet et alia hujus peccati ratio dari possit. *novi tribuni consulari potestate* media voce omissa Lovel. 4. invitis reliquis, quos sequor; licet alibi Livius eos simpliciter *tribunos consulari potestate* adpellaverit. V. hoc lib. ad c. 11, 1.

Velitras legiones duxere] *eduxere Velitras legiones*, inmutato vocabulorum ordine, Harlej. 2. Verum prima litera τοῦ *eduxere* perperam adsumta est ex fine vocis praecedentis *potestate*. V. infra ad 37, 29, 8. Tum *Veltitras* Fragm. Hav.

Servio Cornelio Maluginensi III.] Quidam pro *tertium* legunt *quartum*. Sed iidem tertium hinc antea anno legunt *iterum*. Hic igitur *tertium* legendum, quippe qui proximo anno non fuit in magistratu. Nisi quis anno CCCLVIII. pro *Publius*, *Servius* legendum existimet, quod ego non puto. GLAR. Hac voces cum sequentis tribuni praenomine *Q.* deficiunt in Lovel. 4. *C.* et *Cn. Cornelio* praefert Hearnii Oxon. N. *Servilio Cornelio* Portug. et Haverk. V. infra ad Epit. Liv. 72. *Sergio Cornelio* Leid. 2. et vetustiores excusi, pro quo Cervic. Ascensius anno 1530. et reliqui recentiores *Ser. Cornelio* recte ediderunt. V. supra ad 5, 29, 2. Deinde *Maluginensi* est in Florent. Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. utroque, Portug. Haverk. et Gaertn. Neque aliter praeferunt edd. vett. usque ad Frobenium, qui anno

nense quartum, Q. Servilio, Ser. Sulpicio, L. Ae-

1531. recte substituit *Maluginense*, quod omnes recentiores servarunt. Et ita, vel ambigue etiam *Maluginea*, est in reliquis codd. Priscian. l. 7. p. 760. fine. *Sciendum tamen, quod si inveniantur propria appellativis similia in i finientibus ablativum, illa per e proferunt eum, ut Juvenalis proprium a Juvenale, Martialis similiter a Martiale, Annalis ab Annale.* Adde Voss. 4. Gramm. 11. Alibi similiter erratum est. V. supra ad 4, 21, 1. Tandem *III* ex meis exhibent Leid. 2. Lovel. 1. et Harlej. 1. quod et obferunt edd. principes. Sed *IIII*, vel *quarto*, vel *quartum* reliqui codd. quemadmodum Aldus, tum Frobenius, et deinde recentiores ediderunt. Et recte. Neque tamen necesse est, ut, qui ita scribunt, supra anno CCCLVIII. sive apud Livium 5, 16, 1. pro *P. Cornelius*, legant *Ser. Cornelius*; sed, adhibita eadem medicina, Livio subcurrunt anno CCCLXV. sive 5, 36, 12. Caussam pluribus Sigonius ad eum locum dedit.

Q. Servilio, Ser. Sulpicio] *Ser. C. Sulpicio* Lovel. 2. prioris praenomen omittit etiam, ut modo dictum est, Lovel. 4. *Q. Servi C. Sulpicio*. Voss. 1. et Lovel. 1. *Q. Sergio Sulpicio* Voss. 2. *Q. Ser. C. Sulpicio* Leid. 1. *Q. Servio et Sulpicio* Leid. 2. *Q. Servilio C. Sulpicio* Harlej. 1. cum editis omnibus usque ad Gruterum. *Q. Servio C. Sulpicio* Lovel. 3. et Gaertner. *Q. Servio Cn. Sulpicio* Fragm. Hav. *Q. Servilio M. Sulpicio* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Posteriori huic etiam *Marci* praenomen tribuit Lovel. 4. Sed, *Q. Servilio, Ser. Sulpicio* legendum esse, docuit Pighius ad ann. CCCLXXII. p. 237. quod deinde Gruterus in ultima ed. et postea reliqui recentiores in contextum receperunt. Ratio emendationis illa est, quia in Fragm. Capit. ad annos CCCLXXXII. et CCCLXXXIV. Ser. Sulpicii Praetextati tertius et quartus tribunatus consularis reperiuntur. Primus autem et secundus in iisdem Fastis temporum injuria perierе. Sed secundus refertur in annum CCCLXXVII. et memoratur Livio 6, 32, 3. ubi tamen, ut Livius saepissime fecit, cognomen et iterati honoris nota omissa sunt. Nullus vero annus est, in quem primus commodius referri possit, quam in hunc, qui ceteroquin apud Livium omissus foret. Aliam viam institit Sigon. in comment. in Fast. et Triumph. Rom. Nam ad annum CCCLXXI. hoc loco apud Livium servat *C. Sulpicius*; ut autem primum Ser. Sulpicii Praetextati tribunatum inveniat, eum quaesivit in anno CCCLXII. ubi apud Livium 5, 32, 1. *Ser. Sulpicius* tribunus consularis memoratur, quem Sigonius *Praetextatum*, a Zonara etiam *Rufum* dictum 7. Annal. 24. Pighius autem *Camerinum*, ab hoc *Praetextato* diversum, opinantur. Verum, quemadmodum eo loco, ita et hic, probabilior Pighii sententia esse videtur. Librariis enim similitudo nominum *Servilius* et *Servius*, quae passim ab iis confusa esse modo vidimus, fraudi fuisse verisimile est, atque inde evenisse, ut quidam, voce *Servilio* omissa, sequentem *Servio* pro nomine gentili habuerint, alii contra, *Servilio* servantes, τὸ *Servio* praeterierint, et sequenti tribuno Sulpicio vel nullum praenomen, vel *C.* vel *Cn.* vel *M.* tribuerint, quae codd. inconstantia hic ulcus latere satis indicat.

Tribunis ad praesidium urbis] Muretus inducit τὸ *tribunis*. J.

milio quartum, tribunis ad praesidium urbis, et si qui ex Etruria novi motus nunciarentur, (omnia
2 enim inde suspecta erant) relictis. Ad Velitras adversus majora pene auxilia Praeneſtinorum, quam ipsam colonorum multitudinem, secundo proelio pugnatum eſt; ita ut propinquitas urbis hoſti et cauſſa maturioris fugae, et unum ex fuga receptaculum eſſet. Oppidi obpugnatione tribuni abſtinue-
3

FR. GRON. Eadem vox etiam deeſt in Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et N. At optimi servant.

Et si qui ex Etruria novi motus nunciarentur (omnia enim inde suspecta erant)] *et sequi* Lovel. 4. *ut et si qui* Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Tum *nunciaretur* Harlej. 1. ut forte librarius dare voluerit, *si quid ex Etruria novi motus nunciaretur*. vel *si qui ex Etruria novus motus nunciaretur*. Infra 6, 32, 5. *Ut, si qui alibi motus exſtitisset, ad subita belli mitti posset*. 9, 27, 2. *Si qui motus occasionem operiret*. Verum reliqui *nunciarentur* servant. Deinde *ibi*, pro *inde*, Harlej. 2. Portug. et Haverk. Tandem *suspectaverant* Harlej. 2. De quo errore infra ago ad 23, 29, 16.

§. 2. *Ad Velitras adversus majora pene auxilia Praeneſtinorum*] *ad Velictas* Lovel. 1. *ad Vellitras* Fragm. Hav. *ad Velitra* Leid. 1. et Harlej. 1. *Velitris* Hearnii Ox. L. 1. Voculam autem *pene*, quae aberat a vetuſtiſſimis excusis, primus addidit Aldus. Et recte. Eamdem enim in omnibus scriptis inveni. Mox in verbis sequentibus τὸ *eſt* non adparet in Haverk. quod tamen alii omnes servant.

Ita ut propinquitas urbis hoſti et caussa maturioris fugae] *hoſtis* errore scribarum Leid. 1. et Harlej. 1. pro eo *hoſtibus* habet Hearnii Oxon. C. Sed nihil muto. V. supra ad 5, 50, 2. Vocula *et* deficit in Florent. Mox *est*, pro *esset*, perperam Harlej. 2.

§. 3. *Quia et anceps erat, nec in perniciem coloniae pugnandum censebant*] *quod et anceps erat* Fragm. Hav. a m. 2. priori scriptura cum omnibus veſtigiis erasa. *quod anceps erat* Lovel. 4. 5. Portug. et Harlej. 2. *quod* et *quia* saepius in Mſtis commiscentur. V. infra ad 38, 36, 4. [*quia anceps erat* Veith.] Τὸ *pugnandum* deficit in Fragm. Hav. a m. 1.

Acriores in Praeneſtinum, quam in Veliternum hoſtem, missae] *acrioresque* edd. principes. Sed copulam primus omisit Aldus, deinde Frobenius, quos recentiores omnes recte secuti sunt. Non modo enim melius abest, sed etiam in nullo cod. scripto comparet. Tum *quam Veliternum* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Verum optimi praepositionem retinent, quam Livius repetere amavit. V. infra hoc lib. c. 28, 6. Τὸ *in* itaque interceptum est ab ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. *quam in Velitrinum hoſtem* Leid. 2. et Gaertn. *quam in Veletrinum hoſtem* Lovel. 2. *quam in Veliternum hoſte* Harlej. 2. Sed

re; quia et anceps erat, nec in perniciem coloniae pugnandum censebant. Literae Romam ad senatum cum victoriae nunciis, acriores in Praeneſtinum, quam in Veliternum hoſtem, miſſae. Itaque 4
ex senatusconsulto populique juſſu bellum Praeneſtinis indictum: qui, conjuncti Volscis, anno insequente Satricum, coloniam populi Romani pertinaciter a colonis defensam, vi expugnarunt, foedeque

ultima litera vocis *hoſtem* excidit ob primam vocis sequentis. V. infra ad 23, 8, 9. Paullo ante *Literae ad senatum Romam*, in alium ordinem digeſtis vocabulis, edd. antiquiores Aldina, quae ita edidit, ut nunc vulgo exſtat, et omnes praeferunt codices.

§. 4. *Qui conjuncti Volscis anno insequente Satricum coloniam* etc. *vi expugnarunt*] *quia conjuncti Volscis* Haverk. Male. Praeneſtinis enim anno praecedente hanc ob cauſſam bellum indici non potuit, quod demum anno sequente coloniam expugnarint. *qui* et *quia* saepiſſime confunduntur. V. infra ad 36, 33, 5. *qui conjunctum Volscis* Leid. 1. An librarius dare voluit *conjunctim Volscis*? Sed *qui conjunctis Volscis* habent Lovel. 1. 5. Voſſ. 1. et Leid. 2. Tum *anno insequenti* Voſſ. 2. Lov. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed, vulgatum servantibus reliquis Mſtis, iis fidem habendam censeo. V. supra ad c. praec. §. 1. Deinde nomen *vi* deficit in Lovel. 2. Denique *expugnaverunt* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et edd. Aldina priores. Alibi quidem Livius ita saepe loquitur secundum omnes codd. ubi potius primi editores contractiones sectati sunt; v. ad 29, 37, 1. saepius tamen evenit, ut contractiones, quas Livius amavit, librariis ejus displicuerint, et ab illis mutatae sint. V. infra ad 21, 44, 7. Nihil itaque mutandum puto. In verbis praecedentibus *Itaque et senatusconsulto populique jussu*, pro *ex senatusconsulto*, Fragm. Hav. et edd. quae Aldina priores sunt. Frequenter ita in libris scriptis variari, infra videbimus ad 26, 45, 1.

Foedeque in captis exercuere victoriam] Vet. lib. *foedamque in captivis exercuere victoriam*. SIG. Male iſthaec mutavit, libris suis auctoribus, Sigonius, quum lectio prior nihil habeat vitii. GRUT. Palat. sec. *foedamque in captivis exercuere victoriam*. Quam lectionem, licet novitiam nuperam, etiam in Campani ed. reperies. GEBH. Non modo nihil habet vulgata vitii: sed etiam vitiosa est, quam supponit Sigonius: *foedamque in captivis*. Etenim *foedam victoriam exercere* foret uti victoria, quae turpitur parta est: et ponit hoc genus loquendi crimen in acquirenda victoria, de usu ejus indifferenter sonat. Quod abhorret a Livii mente: is enim paratam quidem significat vi et optima ratione belli, deformatam autem crudelitate, dum exercetur. Salluſtius in Jug. de L. Opimio [16.] *Acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat*. V.

5 in captis exercuere victoriam. Eam rem aegre passi Romani, M. Furium Camillum septimum tribunum militum creavere. additi collegae A. et L. Postumii Regillenses, ac L. Furius, cum L. Lucretio et M.

4. Observ. 5. J. FR. GRON. *foedamque* servant etiam Lovel. 5. Haverk. Portug. et Hearnii Oxon. L. 2. et N. *fidamque* Gaertn. et Lovel. 4. Reliqui *foedeque exercuere* habent, quod recte Gronovius probavit, et inlustravit. Sallustius in Catil. 38. *Utrique victoriam crudeliter exercebant.* ubi videndus est Cl. Cortius. Similis lectionum varietas obcurrit apud Valer. Max. 5, 1, 5. *Unus tibi Romanorum videlicet Quinctius placet, in quo scelesta exerceas arma.* ita nonnulli ibi codd. alii vero *scelesta.* V. Doct. Torren. ad eum loc. Locutione *exercere victoriam* utitur supra 2, 55, 9. *Incerti quatenus Volero exerceret victoriam. exercere injuriam* infra dixit 42, 1, 12. *Injuria consulis, etiamsi justa, non tamen in magistratu exercenda. exercere suas simultates* 39, 5, 2. *Ne suas quidem simultates pro magistratu exercere boni exempli esse.* Tum *in captivis* Sigonii vet. lib. consentiens Haverk. Reliqui *captis* tuentur. Similem lectionum varietatem invenerunt viri docti in Mstis Vopisci in Aurel. 20. V. etiam supra ad 5, 16, 8. et infra ad 38, 11, 4. (*28, 17, 1. 32, 30, 11.) Proprie quidem *captae* sunt res, *captivi* homines. Ea tamen distinctio saepissime negligitur. (*Liv. 24, 16, 5.) Ovid. Ep. 9. Her. 104.

Et tulit e capto nota tropaea viro.

vers. 125.

Non venit inculti's, captarum more, capillis.

Sabin. Epist. 1, 105.

Non Telamone satum capta de conjuge Teucrum.

Ovid. 3. ex Ponto Ep. 2, 73.

Spargit aqua captos lustrali Graja sacerdos.

Epist. 3, 109.

Barbara jam capti poscunt insignia reges.

Contra *captivae res* apud Liv. 2, 48, 2. *Captivum agrum plebi quam maxime aequaliter darent.* 7, 14, 7. *Partim captivis, partim aegrorum armis ornatos inponit.* 10, 2, 12. *Captiva navigia armatis compleunt.* V. ad 21, 33, 11. *in captivis exercuit*, pro in captivos. Quomodo fere supra 5, 2, 8. *Hoc neque inportunos decemviros injunxisse servitutis, ut perennem militiam facerent, quod tribuni militum in plebe Romana regnum exercerent.* infra 28, 43, 8. *Illud nec tibi in me, neu mihi in minoribus natu sit.* ubi plura vide.

§. 5. *M. Furium Camillum septimum tribunum militum creavere*] In synceriore codice est *M. Furium Camillum VI. tr. mil. creavere.* RHEN. Vet. lib. *VI*, ut ante ostendi. et recte. SIG. Ita prima editionum, quas vidi, habet Cervic. et inde reliquae. Priores praeferunt *Camillum III.* quod vitiosum esse nullus dubitat, quamvis etiam omnes mei et Hearnii codices similiter legant *Camillum tertium*, vel *Camillum tertio*, vel *Camillum III.* nisi quod in Lovel. 2. *Camillum II.* in Florent. et Harlej. 1. *Camillum VI* fuisse videatur. Et ita reponenti Sigonio consentit etiam Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXIII. p. 237. Sane licet concederetur, potius hunc sextum, quam septimum, Camilli

Fabio Ambusto. Volscum bellum M. Furio extra ordinem decretum. adjutor ex tribunis sorte L. Furius datur; non tam e republica, quam ut collegae materia ad omnem laudem esset; et publice, quod rem 6

tribunatum militarem consulari potestate fuisse, nihilominus tamen *septimum* ex hypothesi Livii legendum esse evincunt, quae supra notata sunt ad 5, 1, 2. *creaverunt* est in Gaertn.

Additi collegae A. et L. Postumii Regillenses] *A. et L. Postumius* Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Neque aliter Gaertn. nisi quod a m. 1. habuerit *Aulius et L. Postumius*. Deinde *Regilienses* Florent. et Lovel. 5. *Religiensis* Lovel. 2. *Religienses* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra ad Liv. 4, 49, 7. Utrique huic tribuno notam secundi, Lucretio autem tertii tribunatus addendam esse, Pighius monet in Annal. ad ann. CCCLXXIII. p. 237. Verum, id non necesse esse, patebit ex illis, quae supra dicta sunt ad 2, 16, 7.

Cum L. Lucretio et M. Fabio Ambusto] *Gn. Lucretius et M. Fabius Ambustus* Fragm. Hav. a m. 1. Vox *Fabio* deest in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 6. *Adjutor ex tribunis sorte L. Furius datur*] *forte* Lovel. 4. Portug. et Haverk. V. supra ad 1, 4. 4. et infra ad 38, 40, 13. Deinde Furii praenomen *L.* deesse in Oxon. L. 2. Hearne monuit. Deerat etiam in Lov. 4. Paullo ante *decretum extra ordinem* trajectis vocibus Harlej. 2. et Portug.

Non tam e republica, quam ut collegae materia ad omnem laudem esset] *non tam ere captus, quam ut collegae* Lovel. 2. *non tam ereptus, quam ut collegae* Leid. 1. *non tam meritus, quam ut collegae* Leid. 2. Lov. 1. et Voss. 1. qui errores tum ex non intellecto compendio scribendi *e repu.* tum ex repetita ultima litera τοῦ *tam* nati videntur. *ex republica* habent Port. a m. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo ultimo etiam vocula *ut* ab eadem manu deerat. Praeterea *ad omnium laudem* Haverk. Eodem errore *omnium hostium agrum*, pro *omnem*, supra habuimus 3, 3, 10. *reliquam omnium multitudinem*, pro *omnem*, 4, 59, 7. *omnium juventutem*, pro *omnem*, 5, 18, 10. *omnium rem*, pro *omnem*, 7, 42, 3. Contra *omnem opinionem*, pro *omnium*, 2, 56, 2. V. etiam infra ad 45, 19, 15. (*22, 23, 4. 27, 15, 5.)

Et publice, quod rem temeritate ejus] Vocula *et* non adparet in Leid. 1. Lovel. 2. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. Verum ea excidit ob ultimam syllabam vocis praecedentis *esset*. V. infra ad 35, 41, 7. Vel etiam librarii, subficere existimantes eam semel legi *publice et privatim*, dedita opera hic omiserunt. V. supra ad 2, 44, 3. Sed et infra ante *privatim* eam omiserunt Lovel. 2. et 4. In editt. principibus deficit τὸ *quod*. Ascensius deinde anno 1513. et 1516. edidit *et publice, rem enim temeritate ejus*; quod et Moguntini servarunt, pro quo deinde Aldus substituit id, quod nunc editur, et etiam superest in omnibus Mstis; nisi quod *publiceq; rem* dederit librarius Lovel. 2. qui eodem errore *privatimq;* infra exhibet. Praeterea *temeritate civis* Lovel. 4.

Gratiam potius ejus sibi, quam suam gloriam petiit] Τὸ *sibi* deest

temeritate ejus prolapsam restituit; et privatim, quod ex errore gratiam potius ejus sibi, quam suam
7 gloriam, petiit. Exactae jam aetatis Camillus erat, comitiisque jurare parato in verba excusandae valetudini solita consensus populi restiterat: sed vege-

in Leid. 2. Deinde *gloriam petit* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. errore scribarum sollemni. V. infra ad 37, 45, 2. Tandem *gloriam suam petiit* vetustiores typis descripti usque ad Aldum, qui *suam gloriam* dedit, concinentibus scriptis.

§. 7. *Exactae jam aetatis Camillus erat*] *Exacta jam aetatis* Leid. 1. unde aeque *Exacta jam aetate* scripsisse videri posset. Utrumque enim dicitur. V. supra ad 2, 40, 11. Quum tamen reliqui vulgatum servent, eos sequor, et unius cod. scribam aberrasse arbitror.

Comitiisque jurare parato in verba excusandae valetudinis solitae consensus populi restiterat] In antiquis libris legitur *valetudini*. Conjicio scripsisse Livium *in verba excusandae valetudini solita*. id est, quibus solebat excusari valetudo per juramentum. RHEN. *excusandae valetudini solita* restituit Rhenanus, cum alias tam in antiquis editionibus, quam in Palat. sec. MS. restaret *in verba excusandae valetudinis solitae*. Palat. pr. ac tertius *in verba exsandae valetudinis licet consensus populi restiterat*. GEBH. Primo τὸ *que* deest in Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *in verba excusandae valetudinis*, vel *valitudinis*, *solitae* servant Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Haverk. a m. 2. Verum ultima litera vocis *valetudinis* adsumpta est ex principio sequentis. V. ad 28, 25, 2. *in verba excusandae valitudinis solita* Lovel. 1. *in verba excusandae valetudinis lite* Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. in qua lectione excidit litera *o*, et eam praecedens litera male adcrevit voci proximae. In similem cod. incidentes librarii, quum in illo *lite* sensum non esse viderent, pro eo *licet* substituerunt, quod nec ipsum commodum sensum efficit. Ita vero praeter codices duos Gebhardi, praeferunt etiam Voss. 2. Lovel. 3. et Hearnii Oxon. L. 2. *in verba excusandae valetudini solitae*, ut Rhenanus ex suis profert, exhibent Florent. Voss. 1. Leid. 2. et Portug. pro quo recte *excusandae valetudini solita* substituit. Et huic ejus conjecturae Hearne codicem Oxon. N. suffragari monuit. Tacit. 5. Hist. 8. *Fugas civium, urbium eversiones, fratrum, conjugum, parentum neces, aliaque solita regibus ausi*. Valer. Max. 4, 3. ext. 3. *Quos in Academiam perductos solito sibi, id est, modico adparatu, et admodum parvulis copiis excepit*. Si tamen malis *in verba excusandae valetudinis solita*, nec illud damnem. Supra 3, 38, 9. *Hostibus belloque gratiam habendam, quod solitum quidquam liberae civitatis fieret*.

Vegetum ingenium in vivido pectore virebat, vigebatque integris sensibus] Ita duo verba transpono. Quid enim? Livione dignum est: *vegetum ingenium viget?* deinde, *virebat sensibus integris*, non ita placebat. T. FABER. Non aegre se ad Fabri, verba transponen-

tum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris sensibus, et civiles jam res haud magnopere obeuntem bella excitabant. Quatuor legioni- 8
bus quaternùm millium scriptis, exercitu indicto ad portam Esquilinam in posterum diem, ad Satricum

tis, sententiam accedere Doujatius testatur. Verum codd. omnes huic trajectioni pertinaciter adversantur, neque ei admittendae ullam rationem video; non minus enim Livium decere existimo *ingenium vegetum vigebat*, quam *virebat*. in Lovel. 5. et Gaertn. *vigebat, vigebatque* inveni, solito errore scribarum, qui *vigere* et *virere* saepius confuderunt. V. Ial. N. Heins. ad Ovid. 5. Fast. 574. et eumdem ac Cel. Burmann. ad 2. ex Ponto Ep. 2, 109. *urgebat virebatque* praefert Lovel. 4. *vigebat, virebat quoque* Florent. Praeterea *vivido pectore*, omissa praepositione, est in Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. N. *invido pectore* in Leid. 1. et Lovel. 5. *in invido pecto* in Gaertn. Sed ob literarum *in* et *ni* similitudinem summam partim sequens *ni* praecedens *in*, partim praecedens *in* sequens *ni* eliserunt, partim inter se commutantur; de quo posteriori supra v. ad 3, 49, 6. *vividum pectus*, ut *vividum ingenium* apud Livium supra 2, 48, 3. *Evanescere vividum quondam illud Kaesonis ingenium*. apud Valer. Max. 3,3. ext. 7. *Non ergo fastidioso aditu virtus excitata ingenia vivida ad se penetrare patitur*. ubi etiam plures codd. simili errore *ingenia invida*. *vividus animus* apud Tacit. 13. Ann. 3. *Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit*. Denique *integris seminibus* Lovel. 4.

Et civiles jam res haud magnopere obeuntem bella excitabant] Vocula *jam* deest in Fragm. Hav. a m. 1. Tum *ac*, pro *haud*, Klock. sed negatio illa deest in Lovel. 2. Deinde *magno opere* Leid. 1. et Lovel. 1. V. infra ad 28, 18, 4. Insuper *excitabat* Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1.

§. 10. *Optimum visum est, in fluctuantem aciem tradi equos]* Haec obscure dicta sunt. Nam, de qua acie intelligendum sit, ignoratur. Verum cum ipsi pedites in certamen ibant, non equites, fortaſſis equos fortunae commisiſſe commode quis exponat. GLAR. Non tantum obscure dicta sunt haec, sed etiam omnino male. Nam equos fortunae commisiſſe equitem, ut exponi commode censet Glareanus, quid, quaeso, ipsum est? Scribe *inter fluctuantem aciem.* Interea dum haeret fluctuatque ambigua utrimque acies, equitem descendere ad pedes, equos tradere, lixis puta vel calonibus cuſtodiendos. 8, [39, 4.] *Dictator ubi respectantes hoſtium antesignanos, turbataque signa, et fluctuantem aciem vidit, tum adhortari. Tradi equos*, est *relictis equis.* 7, [7, 8.] *Consulto prius dictatore equites, permissu deinde ejus, relictis equis, clamore provolant ante signa. Omissis equis* 9, [39, 8.] Virgilius 11. Aen. [709.]

— — at illa furens acrique incensa dolore
Tradit equum comiti, paribusque adsiſtit in armis.

J. FR. GRON. Conjectura Gronovii Doujatio displicuit, qui existimat, sensum, quem Gronovius verbis Livii ineſſe putabat, sine dubio verum, at ex verbis per vim expreſſum eſſe. Nam Virgilium quidem de Camilla dixiſſe *Tradit equum*, sed addidiſſe *comiti:* non vero, ut hic Livius, inpersonaliter locutum eſſe: deinde *fluctuantem aciem*, non plures acies, sed unam, significare, Romanorum scilicet. Ipse itaque legendum censet *transdi equites*, id est, transmitti ad suſtentandam pedeſtri certamine nutantem peditum aciem: *transdere* enim non solum dixiſſe veteres pro tradere, sed et pro transferre, eoque sensu apud Terent. in Pro-

vadere hoſtem. Eunt insignes armis animisque, quâ premi parte maxime peditum copias vident. nihil, neque apud duces, neque apud milites, remittitur a summo certamine animi. Sensit ergo eventus vir- 11

log. Phorm. obcurrere *transdere hominem in otium*. Verum inter utramque locutionem magna est in sensu differentia. Nam *transdere*, sive *tradere hominem in otium* notat quidem transferre hominem in otium, sed ita, ut eo indicetur, efficere, ut homo sit otiosus: at menti Livii convenire nequit, ut *transdere equites in aciem fluctuantem* accipiatur, pro efficere, ut equites sint acies fluctuans, ut acies equitum fluctuet. Praeferendam itaque censeo conjecturam Gronovii, *inter fluctuantem aciem tradi equos*, atque exponendum, interea dum fluctuat acies Romana, et, signa in hoſtem obvertens, nondum consiſtit. Elegans usus est praepositionis *inter* hoc sensu, et Livio admodum frequens. Ita supra 1, 41, 1. *Tanaquil inter tumultum claudi regiam jubet*. c. 55, 3. *Inter principia condendi hujus operis*. 2, 46, 3. *Pilis inter primam trepidationem abjectis temere magis, quam emissis*. c. 58, 3. *Volscum Aequicumque inter seditionem Romanam est bellum coortum*. 4, 18, 4. *Inter dimicationem caſtra Romana adgrederentur*. c. 19, 7. *Inter proelium et ad caſtra Romana pugnatum est*. Ante hoc ipso cap. *Inter commissum jam certamen, ubi vallo adpropinquasset hoſtis, erumperent*. 36, 38, 12. *Armis inter tumultum captis, eruptionem tentaverunt*. 36, 10, 5. *Inter ipsum pugnae tempus decem naves regiae cum praefecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant*. c. 36, 1. *Ludos, quos propraetor in Hispania inter ipsum discrimen pugnae vovisset*. 39, 1, 2. *Natus ad continendam inter magnorum intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam erat*. ubi vide. Eodem sensu et apud alios scriptores obcurrit. Ita *inter coenam, inter epulas*. Cic. 3. ad Quint. Fr. ep. 1. *Haec inter coenam Tironi dictavi*. Sueton. Aug. 71. *Inter coenam lusimus γερουτικῶς et heri et hodie*. Salluſt. in Jug. 66. *Eos omnis, praeter Turpilium, inter epulas obtruncant*. ubi v. Cl. Cortium. Florus 1, 6. *Inter Tarquinii mortem, adnitente regina, substitutus in locum regis*. V. modo laudatum Cortium ad Salluſt. Jug. 40, 4. Adde Vorſt. de Latin. falso suspecta c. 21. Facillimus autem lapsus est librariorum, ut *in* et *inter*, quae praepositio per compendium *int'* scribi solet, confundant, quem saepius notavimus. V. infra ad 38, 57, 6. Ceterum codd. scripti nihil mutant, nisi quod praepositio *in* desit in Leid. 2. *aciem* in Harlej. 1. *trudi* autem, pro *tradi*, legat Lovel. 4. [*tradi* omittit Veith.]

Pedeſtri pugna invadere hoſtem] *invadere hoſtes* edd. principes, pro quo Aldus subſtituit *hoſtem*, ut exhibent omnes scripti. V. ad 5, 50, 2. At insuper *invadere in hostem* Lovel. 3. de qua conſtructione dixi ad 2, 47, 6. Sed sequor hic consensum aliorum codicum, qui praepositionem ignorant. Mox *insignis armis* Leid. 1. [*qua primi partem maxime* Veith.] Tum *copias nitent*, pro *vident*, Gaertn. Deinde *ab summo certamine* Portug. et Haverk.

§. 11. *Sensit ergo eventus virtutis enixe opem*] Legendum *Sensit ergo eventus virtutis enixae opem*. RHEN. Illud *enixe* dubitationem

oblatae ad tempus vestigium ullum erat: sed ita omnia constanti tranquilla pace, ut eo vix fama belli perlata videri posset.

1 XXVI. Victus igitur patientia hostium, senatum eorum vocari jussit. *Soli adhuc*, inquit, *Tusculani, vera arma verasque vires, quibus ab ira Romano-*

positum est pro plurali neutro, ut c. 34. *Prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant.* JAC. GRON. Vulgatum etiam Doujatius adversus Fabrum defendit. Neque ego aliquid mutandum puto, nisi quod *constanti*, pro *constante*, rescripserim. Ita enim codd. omnes praeter Harlej. 1. *constantia tranquilla pace* praeferentem. *constanti tranquillaque pace* habent Lovel. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] *omnia tranquilla* erant *constanti pace*, ut supra hoc cap. *Nec fuit cum Tusculanis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant. constanti pace* praeferunt etiam omnes excusi ante Gronov. V. supra hoc lib. ad c. 14, 13. Mox *ut eo nec fama*, pro *vix fama*, Lovel. 2. Tum *videri possit*, pro *posset*, Leid. 2.

§. 1. *Victus igitur patientia hostium, senatum eorum vocari jussit*] *Victus igitur patientiā* Leid. 1. *Victus ergo patientia* Lovel. 4. V. ad 21, 40, 6. Deinde *vocare jussit* Voss. 1. Leid. uterque. Lovel. 4. 5. et Harlej. 1. Mox *adhuc*, pro *adhuc*, Florent. et Leid. 1. *Ad* et *At* passim in Mstis confunduntur. V. supra ad 3, 17, 3. et hoc lib. ad c. 24, 8.

Quibus ab ira Romanorum vestra tutaremini] *vos tutaremini* Harlej. 2. et Portug. *vos tuaremini* Lovel. 4. 5. et Haverk. *vestra uter omini* Leid. 1. *vestra veremini* Harlej. 1. Videri posset Livius *tueremini* scripsisse; sed *tutaremini* reliqui servant, et est etiam verbum Livio frequens. V. ad 5, 32, 4.

§. 2. *Aestimabunt Patres, utrum plus ante poenae, an nunc veniae meriti sitis*] *extimabunt Patres* Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. *Patres extimabunt* Fragm. Hav. *existimabunt Patres* editi ante Aldum, qui *aestimabunt* substituit. Infinitis locis *aestimare* et *existimare*, sive, ut indocti librarii scripserunt, *extimare*, inter se confundi solent in membranis antiquis. V. infra ad 34, 2, 5. Deinde *utrum plus ante, an nunc veniae* Block. *utrum plus an poenae an veniae* Fragm. Hav. *utrum plus ante poenae, aut nunc veniae* Leid. 2. *utrum plus ante poenae, an nunc veniae* Gaertn. Denique *meruistis* Leid. 2. Infra 24, 45, 8. *Tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit poenae, an hic reditus veniae.*

Non praeripiam gratiam publici beneficii] Scribe *non praecipiam*. Quod verbum Livio peculiare esse, multis jam locis monuimus. RHEN. *praeripiam* tantum servant Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. idque vir doctus ad oram ed. Curionis probabat. Verius tamen est, ut cum Rhenano, cui reliqui Mti consentiunt, nisi quod *praecipiam* sit in Lovel. 2. *praecipiam* legamus. *Praecipere* est ante alium

ceteri in castris, quae capta eodem i[illegible] ıt, plures tamen capti, quam occisi.

XXV. Ubi in recensendis captivis quum [illegible] lani aliquot noscitarentur, secreti ab ali[illegible] a[illegible]

in fugam effusi admodum languet, et potius Livius, si ellipsis illa placuisset, quovis alio verbo usus fuisset. Ceterum *cessarant* est in Lovel. 4. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. (*v. Vir. [illegible]t. ad Suet. Aug. 42.) Contra [illegible]*sit*, pro *cessat*, olim perperam apud Silium editum fuisse, observant viri docti ad ejus 12, 306.

Magna pars et in ipso certamine, et post in fuga caesi] *magnam pars* praefert Florent. sed ultima litura τοῦ *magnam* deinde erasa est. An forte legendum *magnam partem?* ut verba cohaereant *Volsci* etc. *in veram fugam effusi*, *magnam partem* etc. *caesi* sunt. V. ad 41, 6, 6. Verum nihil mutandum. Vulgata enim lectio elegans et vere Liviana est. *Volsci*, *magna pars caesi*, pro Volscorum magna pars caesi. vel caesa. Liv. 30, 24, 9. *Onerariae pars maxima ad Aegimurum, aliae adversus urbem ipsam ad Calidas aquas delatae sunt.* 35, 11, 9. *Jam inermes sedentesque pars maxima spectabant.* c. 36, 10. *Pauci armis objectis, pars Tegeam, pars Megalopolim perfugiunt.* 44, 28, 15. *Equi pars in mari fractis navibus absumti, partim nervos succiderunt in litore Macedones.* (*30, 8, 7. 36, 7, 18. 39, 2, 3. *arma magnus numerus* 39, 5, 15.) V. Sanctium in Min. 4, 8. p. 709. et quae Cl. Perizon. ibidem notavit, ubi priorem locum Livii aliaque plura ex eo adtulit. Ceterum prius *et* perperam deest in Voss. 2. et Haverk. V. ad 2, 44, 3. Tum *in fugam caesi* Voss. 1. a m. 1. Lovel. 5. Fragm. Hav. a m. 1. et Portug. a m. 2. *occisi in fuga* Lovel. 4. Contra vero m[illegible] *sunt*, pro *occisi*, m. 1. Nam ultim[illegible] quibus librarii aliqu[illegible]dum esse indicant, su[illegible]

§. 1. *Ubi in recense[illegible]* *Ubi recensendis* Verum, quun[illegible] scriptum fuiss[illegible] ob similitudinem [illegible] vocis praecedent[illegible] 37, 41, 8. Omnes a[illegible] codd. praepositionem s[illegible] quod, literis inperite in[illegible] divisis, atque una litera *Ubi inde censendis cap[illegible]* Gaertn. Saepe autem M[illegible]is commutari solei[illegible] fra ad 9, 10, 6. *Ubi in recede[illegible] captivis* sine sensu praefert Lovel. 5.

Secreti ab aliis ad tribunos adducuntur] *separati ab aliis* in margine cod. Oxon. N. esse, observat Hearnius; quae potius interpretis expositio marginalis, quam codicum varia scriptura, habenda videtur. *Tà ab aliis* desunt in Gaertn. Male. Supra 3, 36, 2. *Inpotentibus instructi consiliis, quae secreto ab aliis coquebant.* 39, 10, 1. *Haec amoris pignora quum essent, nec quidquam secretum alter ab altero haberet.* 4, 27, 8. *Locum maxime secretum ab tumultu petit.* Eodem sensu *secernere* supra hoc lib. c. 10, 2. *Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se ab Etruscis.* Ubi plura vide. 34, 44, 5. *Ut loca senatoria secernerent a populo.* Deinde *ad tribunos militum* Hearnii Oxon. C. Verum, reliquis omnibus ultimam vocem ignorantibus, eam etiam

nos adducuntur, percunctantibusque fassi, publico
2 consilio se militasse. cujus tam vicini belli metu Camillus motus, *extemplo se Romam captivos ducturum*, ait, *ne Patres ignari sint*, *Tusculanos ab societate desciſſe. caſtris exercituique interim, si videatur, praesit*
3 *collega.* Documento unus dies fuerat, ne sua con-

ex interpretum interpolatione aut gloſſa receptam puto. Denique *abducuntur* Fragm. Hav. a m. 1. Alibi saepe ita peccatur in Mſtis. V. infra ad 27, 29, 1.

Percunctantibusque fassi, publico consilio se militasse] Alia orthographia *perconctantibus* in optimo Flor. legi, ejus excerpta docent. Verum, vel sine *c percontari*, vel ea litera adsumpta *percunctari* scribendum esse, etymologia ostendit, prout vel a *contus* vel a *cunctus* deducatur. V. Festum in v. *Percunctatio* et Donat. ad Terent. Hecyr. 1, 2, 2. quorum loca laudarunt Voſſ. in Etym. ling. Lat. v. *contus*, et in v. *cunctus*. et Dausquej. in Orthogr. part. 2. in v. *Contor*, et in v. *Percontor*. Quorum posterior etiam priori loco laudat Nonium Marc. in v. *Percontari*. Praeterea *se publico consilio militaſſe* Haverk. Sed pronomen *se* deest in Harlej. 2. Portug. et vetuſtis edd. Id alibi apud Livium omitti supra vidimus ad 1, 23, 5. Quum tamen in reliquis codd. quibus potius, quum ob numerum, tum ob integritatem, fidem habeo, supersit, recte ab Aldo additum esse puto. Ceterum *faxit*, pro *fassi*, est in Lovel. 1. *fas sit* in Leid. 1. An forte scribendum *fassi sunt?*

§. 2. *Cujus tam vicini belli metu Camillus motus*] *cujus causam* Haverk. *cujus causa* Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Quasi foret, *metu motus caussa vicini belli.* Verum ob similitudinem literarum *c* et *t* commutarunt potius librarii compendia scribendi *tā* sive *tam*, et *cā*, sive *caussa*. V. ad 8, 14, 1. *Camillo* dedit scriba Leid. 2.

Extemplo se Romam captivos ducturum, ait, ne Patres ignari sint] *exemplo* Leid. 1. saepius obvio errore. V. infra ad 34, 33, 8. Deinde *ducturum*, *ut ne Patres* Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. De illo *ut ne* infra v. ad 10, 27, 2. Hic vero τὸ *ut* natum videtur ex vocula *ait*. Utramque lectionem *ducturum ait*, *ut ne Patres* simul receperunt Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *ignarus in* Leid. 1. Verum prima litera τοῦ *sint* perperam adcrevit praecedenti voci *ignari*, ultima autem intercepta est ab initiali sequentis *Tusculanos*. Alio errore *ignaris sint* ab initio scriptum fuerat in Florent. ultima litera vocis *ignaris* non bene adsumta ex initio vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. Verum recte postea litera sibilans erasa est. *ignari essent* Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Portug. et Hearnii Oxon. C. [Veith.]

Tusculanos ab societate desciſſe] *a societate* Voſſ. 2. Tum *desiſſe* Lovel. 4. *desiſſe* Haverk. de quo errore v. infra ad 30, 3, 5. De verbo *desciſſe* v. ad 24, 45, 2.

Caſtris exercituique interim, si videatur, praesit collega] *caſtris exercituque* Lovel. 4. et Haverk. Quod more antiquo dictum vi-

silia melioribus praeferret. nec tamen aut ipsi, aut in exercitu cuiquam satis placato animo Camillus laturus culpam ejus videbatur, qua data in tam praecipitem casum respublica esset; et quum in ex- 4
ercitu, tum Romae constans omnium fama erat, quum varia fortuna in Volscis gesta res esset, ad-

deri posset. V. infra ad 24, 19, 6. Sed, paucis codicibus his fidem habere, pene temerarium puto. Deinde *si videtur* Fragm. Hav. Utrumque autem vocabulum deest in Leid. 2. sed culpa librarii. Sunt enim maxime sollemnia apud Romanos, ne quid odiose imperare crederentur, praesertim collega collegae. Infra ad 34, 46, 5. *Nuncium ad collegam mittit, ut, si videretur ei, maturaret venire.* Eadem formula in submovendo populo utebantur tribuni plebis supra 2, 56, 12. *Si vobis videtur, discedite, Quirites.* ubi tamen Appius, infensissimus tribunorum plebis inimicus, eam male calumniatus, tribunos pro imperio submovere populum non posse, inde efficere conatur; eodem modo ac Q. Fulvius Flaccus ex ea in senatusconsulto adhibita liberum sibi arbitrium datum interpretabatur 26, 16, 4. *Quia adscriptum in senatusconsulto fuerit, si ei videretur, integram rem ad senatum rejiceret, interpretatum esse, quid magis e republica duceret, aestimationem sibi permissam.* Ex quo loco etiam illam in senatusconsultis usurpatam fuisse patet.

§. 3. *Documento unus dies fuerat, ne sua consilia melioribus praeferret*] *Documento unius dies fuerat* Gaertn. Tum *nec sua consilia* Harlej. 1. Deinde *meliora praeferret* male iterum Gaertn. ex eodem fonte promanante hoc errore, quem supra indicavi hoc lib. c. 3, 8. ex eodem mox §. 4. datum *secundum decus omne*, pro *secundae.* §. 7. *propinquis itineribus locis*, pro *itineris.* Deinde *melioribus praeferrentur* Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. N. in margine. V. infra ad 39, 22, 8.

Nec tamen aut ipsi, aut in exercitu cuiquam] *nec tu aut ipsi* Lovel. 4. et Gaertn. qui error in Mstis, sed praesertim in posteriori illo, frequentissimus est. V. infra ad 22, 17, 5. Deinde *aut in exercitum* Fragm. Hav. a m. 1. Denique *cuique* Portug. V. ad 5, 29, 6. *cuipiam* Lovel. 4. V. ad 35, 42, 7. Mox *respresset*, pro *respu. esset*, Leid. 1.

§. 4. *Et tum in exercitu, tum Romae constans omnium fama erat*] In antiquis libris legitur *cum in exercitu, tum Romae.* RHEN. Codicibus Rhenani ex meis consentiunt Leid. 1. Harlej. 1. Florent. Gaertn. Fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. et Exc. Pithoei. Horum fide etiam ita edi curavi. [*et tum* Veith.] Alibi saepius eo modo peccari, supra vidimus hoc lib. ad c. 23, 3. Adde mox hoc cap. §. 6. Vocula *tum* autem posteriori loco abest a Fragm. Hav. Sed ibi intercepta est ab ultima syllaba praecedentis dictionis *exercitu.* Ceterum tota haec periodus, *et tum in exercitu, tum* etc. *gesta res esset* deficit in Haverk. cui errori occasionem dederunt voces *resp. esset*,

versae pugnae fugaeque in L. Furio culpam, se-
5 cundae decus omne penes M. Furium esse. Introductis in senatum captivis, quum bello persequendos Tusculanos Patres censuissent, Camilloque id bellum mandassent; adjutorem sibi ad eam rem unum petit: permissoque, ut ex collegis optaret, quem
6 vellet, contra spem omnium L. Furium optavit. qua

quae proxime praecesserunt. V. infra ad 9, 11, 11. In illis autem verbis *gesta esset*, omissa media voce, exhibet Harlej. 1. *gesta res* Lovel. 3. *res gesta esset*, dictionibus transpositis, Gaertn. et Lovel. 1. 4. ac 5.

Adversae pugnae fugaeque in L. Furio culpam, secundae decus omne penes M. Furium esse] *fugae* neglegentia scribae omittitur in Voss. 2. *culpam* in Gaertn. Deinde *secundum decus omne* Voss. 2. V. ad §. 3. hujus cap. *in L. Furio culpam sedere, decus omne penes M. Furium esse* exhibent Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. N. et C. Ultima vox *esse* exsulat a Lovel. 2.

§. 5. *Introductis in senatum captivis*] *in senatu* Leid. 1. et Fragm. Hav. Tum *bello persequendo*, pro *persequendos*, Leid. 1. *censerent*, pro *censuissent*, Leid. 2. et Lovel. 1.

Camilloque id bellum mandassent] *ad bellum mandassent* Florent. *id ad bellum*, utraque lectione in contextum recepta, Leid. 1. *Camilloque id bella mandassent* Voss. 2. et Lovel. 3.

Adjutorem sibi ad eam rem unum petit] Praepositio exsulat a Portug. a m. 1. qui etiam *periit* a m. 1. *petiit* a secunda praefert. Et hoc posterius Hearne quoque in Oxon. B. reperit. V. infra ad 87, 45, 2.

Ut ex collegis optaret, quem vellet] Duae priores voces omissae sunt in Leid. 1. prior etiam deest in Lovel. 2. qui insuper loco secundae *e* praefert. Deinde *quae vellet* ostentat Haverk.

§. 6. *Quum collegae levavit infamiam, tum sibi gloriam ingentem peperit*] *tum collegae levavit infamiam* Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. quinque, Harlej. 2. Gaertn. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. [Veith.] et priscae edd. usque ad Aldum, qui *cum collegae* substituit. Aldo vero concinunt reliqui scripti, et inter illos fidissimi. V. modo ad §. 4.

Nec fuit cum Tusculanis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt] Valerius Max. 7, 3. manifeste fatetur, *consilii acumen* fuisse in Tusculanis. Sed mirum, Romanos tam facile ignovisse, imo civitatem eis dedisse. An vicinitas terruit? Caeterum scire velim, ut cum captivis actum: neque enim hoc recitat Livius: et suspectam rem faciunt nec minus dictatoris Tusculani verba. Sed haec longius prosequi, non est hujus instituti. GLAR. *Nec fuit tum Tusculanis bellum* Leid. 2. Hinc *pacem constituit Romanam* Leid. 1. *pacem constituunt Romanam habere, quam armis non poterant* Lovel. 2. Deinde *arguerunt* Florent. Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav.

moderatione animi quum collegae levavit infamiam, tum sibi gloriam ingentem peperit. Nec fuit cum Tusculanis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant. Intrantibus 7 fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineris locis, non cultus agrorum intermissus: patentibus portis urbis, togati obviam frequentes impe-

a m. 1. Verum passim haec verba in scriptis commutantur. V. Cel. Burmann. ad Nason. 2. Met. 505. et eumdem aliosque viros doctos ad 15. Metam. 73. Adde infra hoc lib. c. 33, 5. 7, 35, 6. 8, 29, 14. et alibi. Caussa esse potest similitudo literarum *C.* et *G.* unde *crassator* datum pro *grassator*. V. ad 2, 12, 15. *vagatio* pro *vacatio*. V. ad 5, 8, 2. *cessi* pro *gessi*. V. ad 37, 52, 3. *negante* pro *nec ante*. V. ad 4, 6, 3. *Fulginius* pro *Fulcinius*. V. ad 4, 17, 2. *aderedi* pro *adgredi*. V. ad 8, 16, 10. *eligere* pro *elicere*. V. ad c. 21, 3. *agminis* pro *ac minis*. V. ad 9, 14, 12. *caesum* pro *gaesum*. V. ad 9, 36, 6. (* *Originorum* pro *Oricinorum* 26, 25, 2. *Pyrcum* pro *Pyrgum* 27, 32, 7. *redicunt* pro *redigunt* 21, 9, 2. *configere* pro *conficere* 21, 40, 11. *Gallipolis* pro *Callipolis* 31, 16, 6.) *necare* pro *negare*. V. Cl. Corte ad Plin. 5. Ep. 6, 4. Alia exempla habet Carrio ad Val. Flacc. 1. Argon. 583. 4, 141. 5, 152. et pluribus locis. (* Burm. ad Suet. Vesp. 3.) Adde Munker. ad Lactant. Narr. Fabul. 14, 10. Idem vero pronunciationem ejus rei caussam fuisse existimat ad Hygin. fab. 246.

§. 7. *Intrantibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineri locis*] *Intrantibus in fines* Haverk. Sed sequor reliquos omnes, qui praepositionem excludunt. Infra hoc libro c. 34, 9. *Nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare posset.* ubi plura vide. Deinde *propinquis itineris locis* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. ambo, Portug. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et editt. antiquae. Neque multum abeunt reliqui scripti Lovel. 2. Gaertn. et Haverk. qui *propinquis itineribus locis* praeferunt eodem errore, quo *penatibus* pro *penatis*, *terroribus* pro *terroris*, et similia plura in Mstis passim reperiuntur. V. ad 22, 8, 7. vel *itineribus* datum, ut conveniret praecedenti *propinquis* ac sequenti *locis*. V. paullo ante ad §. 3. *itineri* in nullo cod. superest. Ex editis autem ita primum inveni in Mediol. anni 1505. quod deinde receperunt Ascensius anno 1513. et 1516. Mogunt. Colon. anno 1525. et reliqui recentiores. Utrumque commode ferri potest, quare praecuntes codices sequi praestat. *propinquis itineris locis* eodem modo, quo *solitum quidquam liberae civitatis* 3, 38, 9. Fateor tamen, si codices ita voluissent, fore, ut magis probassem *itineri*. ita enim *propinqua foro loca* 5, 41, 6.

Commeatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex agris devehitur] *commeatus exercitus* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. Deinde *ex agris*

ratoribus proceſſere: commeatus exercitui comiter
8 in caſtra ex urbe et ex agris devehitur. Camillus, caſtris ante portas positis, eademne forma pacis, quae in agris oſtentaretur, etiam intra moenia es-
9 set, scire cupiens; ingreſſus urbem, ubi patentes januas, et tabernis apertis proposita omnia in medio vidit, intentosque opifices suo quemque operi,

defertur Lovel. 2. *ex agris vehitur* Gaertn. qui et male in verbis praecedentibus *rogati*, pro *togati*.

§. 8. *Camillus caſtris ante portas positis*] *Tum Camillus* editt. vetuſtae. Primus Aldus τὸ *Tum* expunxit, quem Frobenius et inde recentiores secuti sunt. Eorum autem lectionem firmant omnes codd. scripti. Mox *in agris oſtentabatur*, pro *oſtentaretur*, Leid. 2.

§. 9. *Patentes januas et tabernis apertis proposita omnia in medio vidit*] *et tabernas apertas* Haverk. et Fragm. Hav. [*trabenas apertas* Veith.] Tum *proposita omnia in medio foro vidit* Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *fuit* autem, pro *foro*, erat in Portug. Verum Livius innuit, non modo tabernas, quae in rebus triſtibus ac tempore bellico claudi solebant, apertas, sed etiam in pergulis omnia venalia exposita fuiſſe. *in medio* itaque eſt in omnium conspectu. quo sensu *in medio esse*, *e medio recedere*, similesque locutiones ubique obviae. De voce *proponere* hoc sensu v. Jac. Gothofred. ad l. 2. C. Theod. de Veter. et J. Fr. Gronov. in Diatr. Stat. c. 6. *venale proponere* Cic. dixit 2. in Verrem 32. *Fidem quum proposuisses venalem in provincia, valuit apud te plus is, qui pecuniam majorem dedit.*

Et ludos literarum strepere discentium vocibus] Pall. duo *et vicos literas strepere discentium vocibus*, notabili differentia. GEBH. Eamdem lectionem servant etiam Voſſ. 2. et Lovel. 3. *ac ludos literarum* Leid. 2. *et ludos terrarum* Lovel. 5. *dicentium* autem praefert Florent. sed suprascripta inter versus litera *s*, ut sit *discentium*. Utraque verba saepius confusa in Mſtis fuerunt. V. Cel. Burmann. ad Nason. 3. Faſtor. 326. *discentum* habet Harlej. 2. Paullo ante *intentos opifices*, pro *intentosque*, erat in Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Ac repletas semitas inter vulgus aliud puerorum et mulierum] Neque id genus locutionis plane assequor, tametsi sensus non eſt usque adeo difficilis. Forte autem anaſtrophe eſt, *vulgus inter repletas semitas*. GLAR. *inter vultus* aberrans dedit librarius Florent. *inter vulgus puerorum aliud ac mulierum* Leid. 2. *inter vulgus puerorum aliud et mulierum* Lovel. 1. Ceterum non opus eſt, ut cum Glareano anaſtrophen in his verbis statuamus. Sola diſtinctione loci sensus clarior evadet, si, quemadmodum J. Fr. Gronovius anno 1665. eumque secutus Doujatius, atque olim Moguntini fecerunt, interpungamus *ac repletas semitas, inter vulgus aliud, puerorum et mulierum*. Alibi quidem *repletus* cum casu secundo nondum vel ex Livio, vel ex aliis

et ludos literarum strepere discentium vocibus, ac repletas semitas, inter vulgus aliud, puerorum et mulierum huc atque illuc euntium, qua quemque suorum usuum cauſſae ferrent: nihil usquam, non 10 pavidis modo, sed ne mirantibus quidem simile; circumspiciebat omnia, inquirens oculis, ubinam bellum fuiſſet. adeo nec amotae rei usquam, nec 11

scriptoribus prolatum memini: quum tamen idem casus paſſim verbis *complere*, *explere*, *inplere* jungi soleat, analogia certe non adversatur, ut genitivus τοῦ *replere* addatur. Id autem in Livio tanto tolerabilius, quod verbis copiae potius genitivum, quam ablativum, adposuerit. De voce *plenus* v. ad 3, 25, 6. et ad 27, 40, 8. de verbo *inplere* ad 29, 14, 2. de voce *opulentus* ad 35, 1, 11. de voce *adfatim* ad 34, 26, 10.

Qua quemque suorum usuum cauſſae ferrent] *qua quaeque suorum usuum caussae* Lovel. 4. *quam quemque suorum usuum* Harlej. 1. *quaque suorum usuum* Gaertn. Verum, τὸ *quem*, sive *quē*, a sequenti *que* interceptum eſſe, docet reliquorum codicum in vulgatam scripturam consensus. Deinde *caussa ferret* edd. principes, pro quo Aldus dedit *caussae ferrent*. Et recte. Aldo enim adſtipulantur omnes, quos consului, codd. scripti.

§. 10. *Sed ne mirantibus quidem simile*] *se ne mirantibus* Leid. 2. *sed ne intrantibus* Gaertn. Deinde *timui* Voſſ. 2. et Lovel. 3. (* v. ad 10, 28, 1.)

Circumspiciebat omnia, inquirens oculis, ubinam bellum fuisset] Lege *anquirens*. De quo verbo v. Crepund. 3, 3. et notas meas ad Tuscul. Cic. [2, 10. et alibi.] Sic legendum docet l. 25, 29. *Sedato tandem tumultu, anquirentibus sciscitando mercenariis*, Lipsius 4, 10. Epiſt. Quaeſt. GEBH. De verbo *anquirere* supra v. hoc libro ad c. 20, 12. Hic tamen invitis libris, qui omnes vulgatum tuentur, nihil mutandum arbitror. Ceterum *conspiciebat* eſt in Leid. 2. *inspiciebat* in Lovel. 2. qui idem etiam vocem *oculis* omisit. *ubi jam* in Fragm. Hav. a m. 1. sed *nam* et *jam* saepius confunduntur. V. infra ad 9, 17, 5. Voces *bellum fuisset* deficiunt in Portug. solius librarii neglegentia.

§. 11. *Nec amotae rei usquam, nec oblatae ad tempus veſtigium ullum erat*] Male divisis in voces literis *nec amoter ejus quam* habet Leid. 1. *admotae* eſt in Portug. a m. 1. et Haverk. V. infra ad 40, 55, 5. [*unquam* Veith.] *nec āmotae rei unquam* Lovel. 4. V. ad 39, 31. 5. *amore rei* Leid. 2. qui etiam *ad tempus veſtigium ullum ad tempus erat*, duabus vocibus perperam repetitis, praefert: in quo poſteriore ei concinit Lovel. 1.

Sed ita omnia conflante tranquilla pace] Lege *conflabant*. Virgil. [3. Aen. 518.]

Poſtquam cuncta videt coelo conflare sereno.

T. FABER. At τὸ *tranquilla* hic

oblatae ad tempus veſtigium ullum erat: sed ita omnia conſtanti tranquilla pace, ut eo vix fama belli perlata videri poſſet.

1 XXVI. Victus igitur patientia hoſtium, senatum eorum vocari juſſit. *Soli adhuc*, inquit, *Tusculani, vera arma verasque vires, quibus ab ira Romano-*

positum eſt pro plurali neutro, ut c. 34. *Prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant.* JAC. GRON. Vulgatum etiam Doujatius adversus Fabrum defendit. Neque ego aliquid mutandum puto, nisi quod *conſtanti*, pro *conſtante*, rescripserim. Ita enim codd. omnes praeter Harlej. 1. *conſtantia tranquilla pace* praeferentem. *conſtanti tranquillaque pace* habent Lovel. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] *omnia tranquilla* erant *conſtanti pace*, ut supra hoc cap. *Nec fuit cum Tusculanis bellum: pace conſtanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant. conſtanti pace* praeferunt etiam omnes excusi ante Gronov. V. supra hoc lib. ad c. 14, 13. Mox *ut eo nec fama*, pro *vix fama*, Lovel. 2. Tum *videri possit*, pro *posset*, Leid. 2.

§. 1. *Victus igitur patientia hoſtium, senatum eorum vocari juſſit*] *Victus igitur patientiā* Leid. 1. *Victus ergo patientia* Lovel. 4. V. ad 21, 40, 6. Deinde *vocare juſſit* Voſſ. 1. Leid. uterque. Lovel. 4. 5. et Harlej. 1. Mox *athuc*, pro *adhuc*, Florent. et Leid. 1. *Ad* et *At* paſſim in Mſtis confunduntur. V. supra ad 3, 17, 3. et hoc lib. ad c. 24, 8.

Quibus ab ira Romanorum veſtra tutaremini] *vos tutaremini* Harlej. 2. et Portug. *vos tuaremini* Lovel. 4. 5. et Haverk. *veſtra uter omini* Leid. 1. *veſtra veremini* Harlej. 1. Videri poſſet Livius *tueremini* scripsiſſe; sed *tutaremini* reliqui servant, et eſt etiam verbum Livio frequens. V. ad 5, 32, 4.

§. 2. *Aeſtimabunt Patres, utrum plus ante poenae, an nunc veniae meriti sitis*] *extimabunt Patres* Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. *Patres extimabunt* Fragm. Hav. *exiſtimabunt Patres* editi ante Aldum, qui *aeſtimabunt* subſtituit. Infinitis locis *aeſtimare* et *exiſtimare*, sive, ut indocti librarii scripserunt, *extimare*, inter se confundi solent in membranis antiquis. V. infra ad 34, 2, 5. Deinde *utrum plus ante, an nunc veniae* Block. *utrum plus an poenae an veniae* Fragm. Hav. *utrum plus ante poenae, aut nunc veniae* Leid. 2. *utrum plus ante poenae, an nunc nemine* Gaertn. Denique *meruiſtis* Leid. 2. Infra 24, 45, 8. *Tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit poenae, an hic reditus veniae.*

Non praeripiam gratiam publici beneficii] Scribe *non praecipiam*. Quod verbum Livio peculiare eſſe, multis jam locis monuimus. RHEN. *praeripiam* tantūm servant Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. idque vir doctus ad oram ed. Curionis probabat. Verius tamen eſt, ut cum Rhenano, cui reliqui Mſti consentiunt, nisi quod *praecipuam* sit in Lovel. 2. *praecipiam* legamus. *Praecipere* est ante alium

rum vestra tutaremini, invenistis. ite Romam ad sena- 2
tum. aestimabunt Patres, utrum plus ante poenae, an nunc veniae meriti sitis. non praecipiam gratiam publici beneficii. deprecandi potestatem a me habueritis; precibus eventum vestris senatus, quem videbitur, dabit. Postquam Romam Tusculani venerunt, senatusque 3

capere. V. Doct. Torren. ad Valer. Max. 2, 8, 3. et quos ibi laudavit. Infra 10, 26, 4. *Tanta laetitia ac gratulatio fuit, ut praeciperetur victoria animis.* 42, 61, 9. *Ex eo, quod acciderat, spem futuri praecipientes.* Nolebat Camillus Tusculanis hoc beneficium tribuere, ut culpam commissam donaret, ne gratias sibi potius, quam senatui, agerent: quo facto gratiam senatui debitam et fructum beneficii publice tribuendi praecepisset. Solent autem *praecipere* et *praeripere* passim in membranis permutari. V. infra ad 22, 41, 9. Praeterea *ato*, id est *animo*, *praeripiam*, pro *non*, Lovel. 5.

Precibus eventum vestris senatus, quem videbitur, dabit] Et id genus oratio notanda. num *quem videbitur* dixerit, pro *qui videbitur*, malens cum casu antecedente conformare relativum, quam cum suo verbo? quod apud Graecos est frequens, et Latini non omnino fugerunt. GLAR. Supplendum est, *dandum esse*. l 29, 20. *Sibi placere* etc. *consules decem legatos, quos iis videretur, ex senatu legere.* scilicet legendos esse. Et sic compluribus aliis locis Livius: quae eodem modo dicuntur, ut *creditur*, *traditur*, *dicitur*, cum infinitivo et accusativo, pro nominativo. de quibus egi ad Florum 2, 6, 45. DUK. Locutio haec in uno Livio saepissime obcurrit. Infra 23, 34, 14. *Eum legionem primo quoque tempore in Sardiniam trajiciendam curaret, mitteretque cum imperio, quem ipsi videretur.* 31, 3, 2. *Decrevitque frequens senatus, ut P. Aelius consul, quem videretur ei, cum imperio mitteret.* c. 8, 4. *Consuli a Patribus permissum, ut, quem videretur ex iis, qui extra senatum essent, legatum mitteret ad bellum regi indicendum.* 33, 26, 3. *Consules legiones singulas ex quatuor ab se scriptis, quas videretur, uti darent, decretum est.* 34, 56, 13. *Uti L. Cornelius consul in provinciam proficiscens in oppidis agrisque, qua iturus esset, si quos ei videretur, milites scriberet.* 43, 15, 4. *Decrevere Patres, ut C. Sulpicius, M. Claudius praetores ex his, quas scripsissent, legionibus, quas videretur, consuli darent.* 44, 18, 5. *Ut is in Macedoniam, quos L. Aemilio videretur, legaret.* Similiter et Cic. locutus est 3. in Verr. 7. *L. Octavio et C. Cottae consulibus senatus permisit, ut vini et olei decumas et frugum minutarum, quas ante te quaestores in Sicilia vendere consuessent, Romae venderent, legemque his rebus, quam ipsis videretur, edicerent.* ubi v. Hotomann. 12. ad Attic. Epist. 28. *Et velim aliquando, quum erit tuum commodum, Lentulum puerum visas, eique de mancipiis, quae tibi videbitur, adtribuas.* Non hanc enallagen casuum esse, sed locutionem ellipticam, hoc modo integrandam, *eventum, quem dandum esse videbitur, dabit*, docet Voss. 7. Gramm. 19. Ceterum verba *senatus, quem videbitur, da-*

paullo ante fidelium sociorum moeſtus in veſtibulo curiae eſt conspectus, moti extemplo Patres, vocari eos jam tum hospitaliter magis, quam hoſtiliter,
4 juſſere. Dictator Tusculanus ita verba fecit: *Quibus bellum indixiſtis, intuliſtisque, Patres conscripti,*

bit. Postquam Romam Tusculani venerunt deficiebant in Leid. 2. cujus librario inposuit similitudo vocum *senatus quem* et *senatusque:* unde factum ut media omnia omitteret. V. infra ad 9, 11, 11. [*senatus quem dabit.* Veith.]

§. 3. *Moeſtus in veſtibulo curiae est conspectus*] *in veſtibulo curiae moeſtus* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Insuper τὸ *est* exsulat a Leid. 1. Lovel. 2, 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Paullo ante etiam *Romam poſtquam Tusculani*, transpositis vocibus, praeferunt Voſſ. 1. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Vocari eos jam tum hospitaliter magis, quam hoſtiliter, juſsere] *vocari eos jam tũ*, sive *jam tamen*, solito errore praefert Gaertn. V. infra ad 22, 17, 5. *jam tum*, ut supra 1, 41, 7. *Jam tum comprehensis sceleris miniſtris.* Deinde voces *magis*, *quam hoſtiliter* deficiunt in Leid. 2. Denique *jusserunt* Lovel. 4. *jusseřt* Gaertn.

§. 4. *Quibus bellum indixiſtis, intuliſtisque, Patres conscripti*] *induxiſtis* Haverk. V. infra ad 10, 38, 4. et mox ad §. 7. Tum *intulisque*, syllaba ob praecedentis similitudinem omiſſa, Leid. 2. et Harlej. 1. Denique *Patres conscripti consulti* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Nempe indocti librarii alibi notas *P. C.* sive *P. Cons.* reddiderunt *Patres consulti.* V. supra ad 3, 52, 6. 8, 5, 3. 9, 9, 10. (*10, 45, 5.) Nasutiores itaque alii, ne errarent, utramque expositionem junxerunt. Paullo ante *Dictator Tusculanis ita verba fecit* Lovel. 4.

Sicut nunc videtis nos stantes in veſtibulo curiae vestrae] Secunda vox non erat in Gaertn. *inſtantes* autem praeferunt Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. Verum illud *in* ex eo natum est, quod librarii, voce *stantes* omiſſa, sequentia exarare inceperint, et, tum demum errore animadverso, quod praeterierant, addiderint, altero non deleto. V. supra ad 5, 29, 2. et infra cap. seq. §. 1. Mox vocabulum *veſtris* in verbis sequentibus exsulat a Voſſ. 2.

§. 5. *Hic noſter, hic plebis nostrae habitus fuit, eritque semper*] *Hic veſter, hic plebis veſtrae* Gaertn. V. ad 34, 2, 2. Deinde *fuit habitus eritque* idem Gaertn. *habitus fueritque semper* Leid. 1. Lovel. 2. et Fragm. Hav. *habitus fuerit qui semper* Harlej. 1.

Nisi quando a vobis proque vobis arma acceperimus] Repone *nisi si quando.* RHEN. *nisi quando* habent Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lovel. 2. 3. 4. 5. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. [Veith.] Si tamen excerptis codd. aliorum fidere poſſum, *nisi si quando* superfuiſſe videtur in Florent. Lovel. 1. et Harlej. utroque; certe collati sunt cum excusis emendationem Rhenani exhibentibus, et tamen ex illis nulla scripturae varietas adfertur, quemadmodum etiam Hearne de reliquis

sicut nunc videtis nos stantes in vestibulo curiae vestrae, ita armati paratique obviam imperatoribus legionibusque vestris processimus. Hic noster, hic plebis nostrae habitus fuit, eritque semper, nisi si quando a vobis, proque vobis, arma acceperimus. Gratias agimus et ducibus ve- 5

Oxoniensibus tacuit. Et sane illud *si* facile ab ultima syllaba praecedentis *nisi* elidi potuit. *Nisi si* autem apud omnes scriptores admodum frequens est. Ita apud Terent. in Andr. 1, 5, 14.

Repudiatus repetor. quamobrem? nisi si id est, quod suspicor.

in Adelph. 4, 3, 3.

Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero.

apud Ovid. Ep. 4. Her. 3.

Praeposuit Theseus (nisi si manifesta negamus)
Pirithoum Phaedrae, Pirithoumque tibi.

5. Metam. 615.

— — — Vidi praecedere longam
Ante pedes umbram, nisi si timor illa videbat.

apud Plinium 14. H. N. 17. *Nisi si quis naturae opus esse credit aromatiten.* 17, 22. *Aquoso coelo vel sicco solo malleolos serere autumno, nisi si tractus ratio mutavit.* ubi in nuperrima editione J. Harduinus, nescio quam ob caussam, ne lectore quidem monito, voculam *si* omisit. 21, 7. *Animalium nullum odoratum, nisi si, de pantheris quod dictum est, credimus.* apud Quinctil. 3. Instit. Orat. 10. *Caussa tamen una est, nisi si conditio personarum quaestiones variaverit.* 4, 1. p. 314. ed. Burm. *Nisi si cui divina illa pro Ligario ironia displicet.* c. 3. p. 354. *Nisi si excursus ille vel quasi finis narrationis, vel quasi initium probationis est.* Declam. 13, 11. *Damnum accepisti. Erat lex, forum, judex; nisi si vos jure vindicari pudet.* Multa videantur apud Ill. N. Heinsium ad locum Ovidii priorem, ubi praesertim similia plura ex Colum. laudavit. Sed et alia apud eum restant; plurimum enim hac locutione delectatus est. Ita 1, 7. *Nisi si coeli major vis aut praedonis incessit.* et iterum. *Numquam non ex agro plus sua cuique cura reddidit, quam coloni: numquam non etiam villici, nisi si maxima vel negligentia servi, vel rapacitas intervenit.* 2, 22. *Vetant quoque lanarum caussa lavare oves, nisi si propter medicinam.* Ita optimus cod. Sangerm. vulgo editur *lavari*, et *si* omittitur. 3, 13. *Nisi si tamen scaturigo palustris obvia plus quam sesquipedem prohibeat infodere.* Ita et hic idem cod. vulgo erat *nisi tamen si.* 4, 10. *Nobis neque angusta putatione coërcenda semina videntur, nisi si admodum invalida sunt.* c. 24. *Nisi si jugo superjecta vitis desiderabit ab inferiore parte revocari.* c. 33. *Nisi si dumosi glareosique montes glandem magis, quam castaneam, postulabunt.* Neque etiam ipsi Livio hoc genus loquendi insolitum fuit. Infra 8, 28, 8. *Ne quis, nisi si qui noxam meruisset, donec poenam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur.* Ita ibi Gebhard. legendum censuit, ac simile ex Livio exemplum adduxit. Adde Cl. Jac. Gronovium ad 28, 31, 2. Ceterum *a nobis proque vobis* Voss. 2. et Lovel. 1. ac 2. *a vobis proque a vobis* Haverk. Tum *arma sumpserimus* Leid. 2. in contextu, in cujus margine pro varia

ſtris et exercitibus, quod oculis magis, quam auribus, crediderunt; et, ubi nihil hoſtile erat, ne ipsi quidem
6 *fecerunt. Pacem, quam nos praeſtitimus, eam a vobis petimus; bellum eo, sicubi eſt, avertatis, precamur. In nos quid arma polleant veſtra, si patiendo experiundum eſt, inermes experiemur. Haec mens noſtra eſt; Dii*
7 *immortales faciant, tam felix, quam pia. Quod ad cri-*

lectione *acceperimus* adscriptum exſtat. *arma accepimus* Lovel. 2. [Veith.] V. ad 40, 14, 11.

Gratias agimus et ducibus vestris et exercitibus] *Gratiam agimus* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Mox prius *et* deficit in Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra ad 2, 44, 3. In verbis sequentibus *credidē*, sive *credidere*, pro *crediderunt*, Gaertn.

Ubi nihil hoſtile erat, ne ipsi quidem fecerunt] Vocula *ubi* a m. 1. deerat in Portug. Deinde *nec ipsi quidem* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. idem a m. 2. [Veith.] V. supra ad Liv. 1, 10, 3. *neque ipsi quidem* erat in editis vetuſtis, pro quo Aldus subſtituit, ut nunc editur. Et ita servant alii omnes scripti.

§. 6. *Bellum eo, sicubi est, avertatis, precamur*] *averſitatis* Voſſ. 2. ex scribae aberratione.

Si patiendo experiundum est, inermes experiemur] *sed patiendo* Gaertn. Tum *experiendum eſt* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Portug. et Haverk. V. infra ad 26, 36, 11. Insuper *experiemur inermes*, mutato ordine dictionum, iidem septem codd. cum Harlej. 2.

Dii immortales facient, tam felix, quam pia] Ita Cl. Jac. Gronovii editiones annorum 1678. et 1679. praeferunt, sed sine dubio scribarum errore, quem tamen nupera Amſtelaedamensis servavit. Omnes non modo priores excusi, sed et scripti, *faciant*. Est enim optantis, non adfirmantis. Ceterum *tam felix*, *tam pia*, male est in Voſſ. 1. et Leid. 2. *tam felix bellum*, *tam pia* in Lovel. 1. a m. 1. Sed voci *bellum* addita erant ſtigmata, quibus librarii indicant, aliquid per errorem scriptum esse.

§. 7. *Quod ad crimina adtinet, quibus moti bellum indixiſtis*] *Quod ad ea crimina adtinet*, una voce auctiores, Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 4. 5. Harl. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Tum *bellum induxiſtis* Gaertn. a m. 1. et Harlej. 2. V. paullo ante ad §. 4.

Etsi revicta rebus verbis confutare nihil adtinet] Vet. lib. *nil attinet*. SIG. *et revicta rebus* Lovel. 3. *etsi res victa rebus* Harlej. 2. et Haverk. *etsi re victa rebus* Fragm. Hav. *etsi re victa*, voce *rebus* omiſſa, Leid. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. Nihil mutandum. Infra 40, 16, 3. *Ut omnibus adpareret, noctis proximae crimen facile revictum. Tò nihil* autem omnes noſtri conſtanter servant. V. infra ad c. 40, 3.

Vel fateri nobis ea, quum tam evidenter poenituerit, tutum censemus] *fateri vobis ea* Lovel. 5. *fateri ea nobis* Harlej. 2. et Portug. Deinde *dum tam evidenter*

ad Praeneſtini famam belli novas legiones scribendas Patres censuerant. quae utraque simul auxilio tribunicio et consensu plebis inpediri coepta. Nam neque duci addictos tribuni sinebant, neque juniores nomina dabant. Quum Patribus minor prae-

ille e suo libro hic certe corrupto: nam Put. et omnes nobis vim: *Adolescens* etc. *Deos omnes invocare.* Proxima vero nova periodus ibi incipit: *Parentes inde.* itaque et diſtinctionem mutabis. 5, 15, 1. *Prodigia interim multa nuntiari.* Ubi male Rhenani liber *nuntiavere:* male ipse *nuntiata fuere.* 22, 15, 7. *Numidae alii atque alii occursantes refugientesque ad caſtra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertrahere.* Sic Put. Petav. Reg. Men. Vulgo: *pertraxere.* 23, 47, 4. *Dein libero spatio inter se ludificantes sine vulnere pugnam extrahebant.* Put. *extraherebant.* Dele augmentum librarii haesitantis, et habebis verum: *pugnam extrahere.* 27, 50, 5. *Matronae* etc. *per omnia delubra vagae suppliciis votisque fatigare Deos.* Ita iidem omnesque alii, non *fatigavere.* J. FR. GRON. *nominabant*, pro *nomina dabant.* perperam Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *minores*, pro *juniores*, Gaertn. V. supra ad 2, 28, 6. 3, 57, 9. Infra ad cap. seq. §. 4. 7, 9, 6. c. 11, 5. 10, 4, 3. (*32, 26, 17. 49, 53, 3.) Alibi *minor*, sed alio sensu usurpatum, abiit in *junior* ex librariorum gloſſa. V. infra hoc lib. ad c. 34. 6. Ceterum Gronovio, *dabant. Patribus minus praesens cura* etc. *esse* emendanti, adversatur Doujatius; qui, vulgatum defendens, particulam *quum* non vacare exiſtimat: per eam quippe rationem reddi, non quidem cur juniores nomina non darent, sed cur id senatui aegre eſſet. Verum non illo *quum*, sed potius sequenti *quippe* ratio redditur, cur aegrius senatus ferret, juniores nomina non dare, quam tribunos non sinere, addictos duci. Neque emendatio Gronoviana Clerico placuit, qui legendum conjicit *dum Patribus* etc. *eſſet.* quo tantum abeſt, ut loco male adfecto consultum eſſe putem, ut contra mendo mendum addidiſſe dicendus sit. Saepius enim Gronovius supra monuit, *dum eſſet* hoc sensu σολοικίζειν. V. quae notantur ad 1, 40, 7. Gronovio favet codex Haverk. qui, licet *quum* servet, attamen *esse*, pro *esset*, oſtentat. Saepe etiam librarii orationes infinitas, quae quum aliis hiſtoricis, tum in primis Livio placuerunt, non intelligentes variis modis corruperunt. V. superius dicta ad 1, 50, 5. Nihilominus, quum omnes libri, solo Haverk. excepto, conſtanter *quum Patribus* etc. *esset* servent, a recepta lectione recedere religioni fuit. Sola diſtinctione locum juvandum arbitror hoc modo: *nomina dabant. Quum Patribus minor praesens cura creditae pecuniae juris exsequendi, quum delectus, esset; quippe jam a Praeneſte profectos hoſtes in agro Sabino consediſſe nunciabatur; interim tribunos fama ea ipsa irritaverat magis* etc. Omnis ratiocinatio Livii huc redit: quum Patribus praesentior cura delectus esset, quia jam a Praeneſte profectos hoſtes nunciabatur; interim tribuni eam ipsam ob famam ab incepto certamine minime deſtiterunt. Praeterea *minor praesens*

1 XXVII. Camillus, consilio et virtute in Volsco bello, felicitate in Tusculana expeditione, utrobique singulari adversus collegam patientia et mode-
2 ratione insignis, magiſtratu abiit; creatis tribunis militaribus in insequentem annum, L. et P. Vale-

manus non est deductus. c. 36, 12. *Ita deductus ex Samnitibus exercitus*. 10, 30, 8. *Suis legionibus deductis ad urbem, de Gallis Etruscisque ac Samnitibus triumphavit*. 28, 9, 1. *Decedere se inde, ac deduci exercitum consularem poſſe*. Eodem cap. §. 10. *Exercitus Livianus deductus Romam venisset, Neronis deduci non potuisset de provincia*. 35, 8, 5. *Deduceret eum secum Romam*. ubi v. J. Fr. Gronovium, et Cl. Jac. Gronov. ad Liv. 28, 9, 3. Et ita Livius infinitis locis locutus est. Sed nec alterum apud eum minus frequens est. Infra hoc lib. c. 33, 12. *Recuperato ab hoſtibus Tusculo, exercitus Romam est reductus*. ubi alia exempla videri poſſunt. c. 38, 1. *Prius circumactus est annus, quam a Velitris reducerentur legiones*. Quum itaque utrumque *reductae* et *deductae* defendi possit, et certiores et plures codices audiendos arbitror, contra quam Sigonio placuit, qui *deductae* in contextum recepit. Passim vero *deducere* et *reducere* in Mſtis commutantur. V. supra ad 2, 21, 7. 5, 27, 15. 6, 33, 12. 9, 24, 14. 10, 10, 5. 28, 9, 3. 37, 19, 3. (*c. 29, 2.) 39, 2, 9. 40, 41, 6. Epit. Liv. 11. et alibi. Quin et paſſim verba cum voculis *de* et *re* composita inter se commutata fuerunt. Aliorum verborum exempla infra v. ad 9, 10, 6. Ceterum *a Tusculo* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 1. *Camillus, consilio et virtute in Volsco bello*] *Camillo consilio* Gaertn. *Camillus in consilio* Harlej. 2. V. ad cap. praec. §. 4. *felicitate etiam Tusculana*, pro *felicitate in Tusculana*, Portug. et Haverk.

§. 2. *Creatis militaribus tribunis in insequentem annum*] Vet. lib. *creatis tribunis militaribus*. SIG. Similiter etiam omnes mei. Deinde *in sequentem annum* Voſſ. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. atque Hearnii Oxon. B. C. L. 2. Male. V. supra ad 4, 30, 12.

L. et P. Valeriis, Lucio quintum, Publio tertium] *L. P. Valeriis* Voſſ. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *L. et P. Valerius* Leid. 2. et Lovel. 2. 3. ac 5. *L. et P. Valerio* Harlej. 1. cum editt. vetuſtis. Male. V. supra hoc lib. ad c. 22, 1. *L. et P. Valeriis*, quod reliqui scripti probant, primum inveni in Mediol. anni 1505. tum in Ascensianis annorum 1513. et 1516. atque hinc in recentioribus. Deinde *Lucio Quintio*, pro *quintum*, Haverk. Denique *Pollicio tertium*, pro *Publio*, Leid. 1. et Lovel. 2.

C. Sergio tertium] Hujus Sergii nomen in magiſtratibus antea semel duntaxat, videlicet anno CCCLXVIII. [6, 5, 7.] invenitur, et praenomine tamen *Cnaeo*, non *Cajo*. Sed suspicor anno CCCLXX. [c. 11, 1.] ubi iterum fuit, omissum nomen, atque hoc loco tertium factum, quod conſtanter omnes Livii habent codices. GLAR. *G. Sergio* Florent. *Gajo Sergio*

riis, Lucio quintum, Publio tertium, et C. Sergio tertium, L. Menenio secundum, Sp. Papirio, Ser. Cornelio Maluginense. Censoribus quoque eguit an- 3
nus, maxime propter incertam famam aeris alieni; adgravantibus summam etiam invidiae ejus tribunis

Leid. 1. Harlej. 2. et Fragm. Hav. *Gaudio Sergio* Harlej. 1. *Galba Sergio* Lovel. 2. Sed, *C. Sergio* legendum, eumque tertium hoc anno tribunum fuisse, recte viri docti supra monuerunt hoc lib. ad c. 5, 7. et ad c. 11, 1.

Licinio Menenio secundum] Miror eos, qui supra [c. 5, 7.] *Licinium Menenium* in *L. Licinium et M. Menenium* commutarunt, hujus loci rationem non habuisse. Alioquin frustra quaeras, quo primum anno *Licinius* hic *Menenius* tribunus militum fuerit. Opus est igitur in emendando diligentia summa, ut omnes omnibus locis certissima ratione respondeant. *L.* autem *Menenio II* esse legendum, apparet ex priore tribunatu, ut docui ex Diodoro. SIG. *Licinio Menenio* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Florent. Port. Gaertn. Fragm. Hav. et apud Hearnium excerpta Pith. aliique libri. *Litinio Menenio* Harlej. 1. *Lucinio Menenio* Haverk. Sed, *L. Menenio* legendum esse, Sigonio consentit Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXIV. p. 238. Et ita, si excerptis fidere licet, erat etiam in Harlej. 2. Saepe praenomen *Lucius* ignorantia operarum in *Licinius* vel *Lucinius* abiit. V. ad 6, 5, 7. c. 21, 1. et alibi.

Sp. Papirio] Ita hoc loco, et apud Diodor. etiam 15. Bibl. p. 483. ubi vulgatae editiones *Τίτον Παπίριον* vocant, legendum esse, censet Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXIV. p. 239. Eam autem conjecturam in contextum recepit Gruterus in postrema, cui praefuit, edit. quum priores haberent *P. Papirio*. sed *P.* vel *Publio Papirio* servant omnes scripti mei, ut et Hearnii Oxon. B. C. et N. Pighio autem vulgatam lectionem sollicitandi non alia caussa fuisse videtur, quam quod *Publii* praenomen in gente Papiria vel admodum rarum, vel etiam hoc tempore inauditum fuerit. *P.* autem, sive *Publius*, et *Sp.* sive *Spurius*, commutare inter se consueverunt librarii. Ita mox §. 4. c. 31, 5. et alibi. (* 10, 44, 3.)

Ser. Cornelio Maluginense] Legendum *Ser. Cornelio Maluginensi quartum*, quippe qui anno CCCLXXIII. [6, 22, 1.] fuit tertium. Sed de hoc etiam paullo ante. GLAR. *Sergio Cornelio* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. quinque, Florent. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. apud Hearnium Oxon. C. et Exc. Pithoei sollemni errore. V. supra ad 5, 29, 2. Deinde *Maluginensi* Lov. 4. Harlej. 2. Portug. et Gaertn. Male. V. supra ad 6, 22, 1. Non opus autem, ut cum Glareano Maluginensi huic quarti tribunatus nota addatur. V. supra ad 2, 16, 7. Immo, si addenda esset, non *quartum*, sed *quintum*, legendum foret, quemadmodum etiam reposuit Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXIV. p. 239. Verum, ut dixi, non opus est.

§. 3. *Adgravantibus summam etiam invidiae ejus tribunis plebis*] Haec non capio. *summam*

plebis, quum ab iis elevaretur, quibus fide magis, quam fortuna, debentium laborare creditum videri
4 expediebat. Creati censores C. Sulpicius Camerinus, Sp. Poſtumius Regillensis. coeptaque jam res morte Poſtumii, quia collegam subſici censori reli-
5 gio erat, interpellata est. Igitur quum Sulpicius abdicas-

sine dubio dicit summam aeris alieni, ut paullo poſt, *quia nolint conspici summam aeris alieni.* Sed quid est *summam invidiae ejus?* si dixiſſet, *adgravantibus summam etiam invidiose tribunis plebis*, nihil haererem. DUK. *et gravantibus* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] Male. Supra 4, 12, 6. *Quo si adgravatae res essent, vix ope Deorum omnium sisti potuisset.* ubi vide. Insuper Klockius ad marginem Livii monuit, alios legere *aggravantibus etiam summae ejus invidiam.* Cl. autem Ant. Perizonius *adgravantibus summam etiam invidiae caussa tribunis plebis* legendum conjecit in ora Livii sui. Sed vulgatum sine auctoritate Mſtorum mutari temerarium est, si commodo sensu recepta scriptura exponi possit. Puto igitur *invidiam* hic accipi debere rem invidiosam, id quod est cauſſa invidiae. Ita *odium* pro homine odioso, qui est objectum odii. Plaut. in Bacchid. 4, 7, 20.

Hunc si ullus Deus amaret, plus annis decem,
Plus jam viginti mortuum esse oportuit.
Terrae odium ambulat.

Juſtinus 11, 3. *Odium eos omnium populorum esse.* Ad quem locum videndus est Bernecc. Et hoc sensu Titus imperator *amor ac deliciae generis humani* vocatur Sueton. in ejus vit. 1. Et ita *amor* dicitur, qui, vel quae amatur. V. Paſſerat. ad Propert. 1. El. 4, 26. et Broekhus. ad Tibull. 1. Eleg. 2, 4. Ceterum *etiam summam invidiae ejus* alio ordine Portug. et Haverk.

Quum ab iis elevaretur, quibus fide magis, quam fortuna, debentium laborare creditum] *quibus cum ab iis elevaretur fide* Gaertn. *levaretur* Lovel. 3. Male. V. ad 9, 37, 6. Deinde *laborare et creditum* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 4. *Creati censores C. Sulpicius Camerinus, Sp. Poſtumius Regillensis*] *Creati quaeſtores* Hearnii Oxon. L. 1. Tum *Cl.* vel *Claudius Sulpicius* excusi Aldo antiquiores. V. ad 5, 26, 2. Deinde *P. Poſtumius* Fragm. Hav. a m. 1. V. paullo ante ad §. 2. *Sp. q. Poſtumius* vetuſtiores excusi. Sed copulam primus Aldus omisit, quam nulli etiam codicum agnoscunt. V. ad 2, 17, 1. *Sp. Poſtumus* Leid. 1. et Fragm. Hav. Contrario modo supra peccatum erat 2, 18, 1. Denique *Rigillensis* Gaertner. *Religiensis* Lovel. 2. 5. et Leid. 2. *Regilensis* Voſſ. 1. V. supra ad 4, 49, 7.

Coeptaque jam res morte Poſtumii, quia collegam subſici censori religio erat] *captaque jam res* Leid. 2. Ita etiam errant ejusdem et aliorum codd. scribae 3, 28, 7. hoc lib. c. 37, 9. 7, 28, 1. c. 34, 9. 9, 43, 16. Contra *captus noſter,*

dicasset se magiſtratu, censores alii, vitio creati, non geſſerunt magiſtratum. tertios creari (velut Diis non accipientibus in eum annum censuram) religiosum fuit. Eam vero ludificationem plebis tribuni fe- 6
rendam negabant. *Fugere senatum teſtes, tabulas publicas, census cujusque, quia nolint conspici summam aeris alieni, quae indicatura sit, demersam partem a*

pro *coeptus*, Gellio in praefat. reſtituit Lipsius 5. Antiq. lect. 4. *coepta jam res* sine conjunctione Portug. *coeptaque res jam* Lovel. 5. et Gaertn. Tum *morte Postumi* Florent. Leid. 1. et Fragm. Hav. V. supra ad 4, 41, 11. Insuper *q̃ collegam suffici* Lovel. 2. et 4. *qua collegam suffici* Harlej. 1. Saepius ita lapsos eſſe librarios, infra videbimus ad 40, 29, 8. *quia collegam c. non suffici* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Praeterea vocem *censori* omittunt edd. principes. Eam Aldus primus interseruit, et omnes etiam Mſti agnoscunt. Denique *τὸ erat* exsulat a Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. Mox *interpolata*, pro *interpellata*, ed. Mediol. anni 1480. operarum aberratione. V. ad 9, 41, 17.

§. 5. *Tertios creari* etc. *religiosum fuit*] *tertio creari* Florent. *ternos creati* Gaertn. *tertios non creari* Lovel. 2. et Haverk. quorum codicum librarii *religiosus* pro religioni conveniens accepiſſe videntur, quomodo eam vocem exponebat Doujatius supra 5, 52, 8. ut eſſet, religioni conveniens fuiſſe, ne tertii crearentur. Sed negationem recte ignorant reliqui codices: *religiosum* enim plane contraria significatione pro eo, quod per religionem fieri nequit, usurpari, ibidem docui. Ceterum in verbis praecedentibus *non ceſſerunt magiſtratum* praefert Florent. errore librarii. V. infra ad 37, 52, 3. Voces autem *censores alii vitio creati non geſserunt magiſtratum* exsulant a Lovel. 3. cui errori τῶν *magiſtratu* et *magiſtratū*, sive *magiſtratum*, repetitio cauſſam dedit. V. ad 9, 11, 11.

§. 6. *Eam vero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant*] *Eq; ut ludificationem tribuni plebis ferendam negabant* Lovel. 2. *Eam vero ludificationem tribuni plebis ferendum negabant* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed non neceſſe est, ordinem vocabulorum mutari. Interdum enim trajectis dictionibus *plebis tribuni* dici, supra vidimus ad 4, 59, 11. Verum non opus est, ut eo hic decurratur. Ordo enim est, *tribuni negabant*, *ludificationem plebis ferendam*.

Quia nolint conspici summam aeris alieni] *quam*, pro *quia*, Leid. 2. Voſſ. 1. et Lovel. 1. Sed male librarii confuderunt compendia *ταχυγράφων q̃a* et *qm*. (* v. ad 37, 26, 2.) Deinde *nollent* Lovel. 2. *nolunt* Portug. Sed, *quia* interdum etiam cum subjunctivo conſtrui, supra vidimus ad 2, 8, 5. *voluit* Lovel. 4. 5. et Harlej. 2. *noluī* Haverk. *noluit* Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. quomodo datum eſſe videtur, quia praecedens *senatus*, non *nolint*, sed *noluit* requirere putabant. At male. Saepe enim τῷ *senatus* tam-

parte civitatis: quum interim obaeratam plebem objectari
7 *aliis atque aliis hostibus. Passim jam sine ullo discrimine bella quaeri. ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tusculum legiones ductas. Latinis, Hernicis, Praenestinis jam intentari arma; civium magis quam hostium odio; ut in armis terant plebem, nec re-*

quam nomini conlectivo verbum plurale addi, supra dictum est ad 4, 58, 4. Voces deinde *summam aeris* desunt in Portug. *summaeris* praefert Flor. *summam ejus alieni* Lovel. 5.

Quae indicatura sit, demersam partem a parte civitatis] *quae judicatum sit* Gaertn. *quae judicatura sit* Lovel. 4. 5. et Haverk. V. supra ad 5, 26, 6. Hinc *damnosam partem a parte* Lovel. 4. 5. et Harlej. 2. *damnosam partem ab parte* Portug. Non recte. Supra 2, 29, 8. *Totam plebem aere alieno demersam esse.* ubi v. Gebhard. hoc libro c. 17, 2. *Sic M. Manlium, mersam et obrutam foenore partem civitatis in libertatem ac lucem extrahentem, proditum inimicis.*

Quum interim obaeratam plebem objectari aliis atque aliis hostibus] *tum interim obaeratam* Lovel. 2. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. *quum interim oorutam* Lovel. 4. Infra 26, 40, 17. *Mixti ex omni colluvione exules, obaerati, capitalia ausi plerique.* Doujatius monet, expeditiorem sententiam fore demto illo *quum*, cui nullum postea verbum respondet, nisi *objectari* dicatur pro *objectaretur*. Similiter mox hoc cap. §. 10. Gronovius particulam *quum* in oratione infinita delendam esse censet, ejusdemque emendationis alia exempla adfert. Ceterum *aliis atque quae aliis hostibus* sine sensu dedit Harlej. 1.

§. 7. *Passim jam sine ullo discrimine bella quaeri*] *Passim nam* Harlej. 2. V. ad 9, 17, 5. Deinde *sine ullo discrimine bellari* Klock.

Ab Satrico Velitras, inde Tusculum legiones ductas] Tres priores voces aberant in antiquioribus editt. Eas primi Mediol. addiderunt anno 1505. quorum exemplum Ascensius anno 1513. et inde reliqui secuti sunt. Supersunt etiam in omnibus meis codd. nisi quod *a Satrico* habeant Lovel. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox addita conjunctione *Latinis Hernicisque Praenestinis* Leid. 1. *Latinis Hernicis Praenestinisque* Harlej. 2.

Civium magis, quam hostium, odio, ut in armis terant plebem] *audio*, pro *odio*, Leid. 2. Tum *et in armis* Haverk. Sed τὸ *ut* omittitur in Leid. 1. qui et *steterant*, pro *terant*, praefert. *stantem* Lov. 2. *teranī* Lovel. 5. *tereant* Haverk. *teneant* Portug. V. supra ad 3, 7, 3. *tētant ac teneant* Gaertn. Quales errores in hoc codice obvios esse, supra vidimus ad 4, 55, 5. Vulgatum verum est. Supra hoc lib. c. 8, 10. *Cohortatus milites, ne, tamquam Vejos obpugnantes, in opere longinquo sese tererent.*

Meminisse sinant, aut consistere in concione] *meminisset sinant* aberrans manus librarii dedit in Florent. Deinde *considere in concione* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed *in concione, in foro consistebant*, non *considebant*. Supra

spirare in urbe, aut per otium libertatis meminisse sinant, aut consistere in concione, ubi aliquando audiant vocem tribuniciam, de levando foenore et fine aliarum injuriarum agentem. Quod si sit animus plebi memor 8 *patrum libertatis, se nec addici quemquam civem Romanum ob creditam pecuniam passuros, neque delectum*

1, 28, 2. *Hi, novitate etiam rei moti, ut regem Romanum concionantem audirent, proximi constitere.* 4, 4, 11. *Cur non sancitis, ne vicinus patricio sit plebejus? ne eodem itinere eat? ne idem convivium ineat? ne in foro eodem consistat?* Verba autem *consistere* et *considere* saepissime in membranis permutantur. V. quae infra notantur ad Epit. Liv. 65. Alio ordine *aut consistere in concione, aut per otium libertatis meminisse sinant* est in Lovel. 4. Paullo ante *respirare in urbe* Gaertn. et Lovel. 2.

Vocem tribuniciam de levando foenore et fine aliarum injuriarum agentem] *vocem tribuniciam ab levando foenore* Lovel. 2. *vocem tribunici ad levando foenore* Leid. 1. et Harlej. 1. *levare foenus* ut infra hoc lib. c. 32, 1. *Tantum abesse spes veteris levandi foenoris.* 7, 21, 5. *Novi consules foenebrem quoque rem* etc. *levare adgressi.* Deinde *et in finem aliarum injuriarum agentem* Gaertn. *et finem aliarum injuriarum agentem* Florent. Leid. uterque, Voss. uterque, Lovel. quinque, Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Et ita Aldus edidit, pro quo tamen inter errata *fine* reponendum monuit. Neque aliter fuit in Harlej. 1. si excerptis ejus fidere licet.

§. 8. *Se nec addici quemquam civem Romanum*] *abdici* Lovel. 2. *adici* Gaertn. quod foret *adjici*, ut est in Lovel. 3. Sed ubique haec verba commutantur. V. supra ad 1, 30, 3. *additi* Haverk. Verum, ita etiam librarios saepe peccasse, dictum est supra hoc lib. ad c. 15, 9. Dein *quemquem* Portug. Sed vox illa exsulat a vetustioribus impressis. Primus addidit Aldus: et habent omnes codd. Insuper *civium Romanum* Leid. 2. ut librarius dare forte voluerit *quemquam civium Romanorum.* Sed alios nihil mutantes audiendos arbitror. In verbis proxime praecedentibus *Quod si sit animus plebis memor*, pro *plebi*, legunt Lovel. 2. et Gaertn.

Neque delectum haberi, donec inspecto aere alieno] *dilectum haberi* Florent. Voss. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. V. infra ad 37, 51, 7. et mox ad §. 10. *delictum haberi* transpositis literis Haverk. V. Gebhard. ad Liv. 3, 30, 3. Postea *Icôspecto aere alieno* Portug. in qua scriptura duplicem lectionem *inspecto* et *conspecto* latere arbitror, quam librarii hoc modo saepe indicare soliti fuerunt. V. ad 3, 44, 4. Posterius autem adsumtum videtur ex ipso hoc cap. supra: *Quia nolint conspici summam aeris alieni. Inspicere* autem, ut *cernere* infra 35, 7, 3. *Libero foenore obruebant debitores. Cujus cernendi quum ratio quaereretur.* ubi videndi viri docti. Mox literis transpositis *ratione muniendi*, pro *minuendi*, perperam praeferunt Lovel. 3. et Haverk. V. etiam ad 5, 40, 4. Hac ratione *minuunt*, pro *muniunt*, datum erat in uno etiam codice supra 3, 55, 4. *comminuere*, pro *commu-*

haberi; donec, inspecto aere alieno, initaque ratione minuendi ejus, sciat unusquisque, quid sui, quid alieni sit: supersit sibi liberum corpus, an id quoque nervo de-
9 *beatur.* Merces seditionis proposita confestim seditionem excitavit. nam et addicebantur multi, et

niere, 4, 26, 4. Similia alia v. ad 3, 48, 7. (* 21, 37, 2. c. 52, 2.)

Supersit sibi liberum corpus, an id quoque nervo debeatur] Pronomen *sibi* deficit in Lovel. 4. Harlej. utroque, Portug. et Haverk. [Veith.] quod partim ab ultimis praecedentis, partim ab initialibus literis sequentis vocis interceptum est.

§. 9. *Merces seditionis proposita confestim seditionem excitavit*] *propositam confestim seditionem excitavit* Florent.

Nam et addicebantur multi, et ad Praenestini famam belli novas legiones] Priori loco copulam omittunt Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 2, 44, 3. Deinde *addiciebantur* Leid. 1. *adicebantur* Lovel. 2. et Gaertn. *adjiciebantur* Lovel. 4. V. modo ad §. praec. *abjiciebantur* Haverk. Secundum *et* non exstat etiam in Voss. 2. Insuper *novas* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox in verbis sequentibus *censuerant Patres*, in alium ordinem digestis dictionibus, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Praeterea *quae utroque simul, auxilio tribunicio et consensu plebis*, pro *quae utraque*, Lovel. 4. 5. et Portug.

§. 10. *Neque juniores nomina dabant, quum Patribus minor praesens cura* etc.] Sive antecedentia, sive consequentia consideres, apparebit τῷ *quum* hic locum nullum esse. Neque enim ratio datur, cur detrectaverint juniores militiam, quae si ad hanc quaestionem applicaretur, contrarium potius efficeret; neque si ab eo novam incipias periodum, plena est oratio, aut decenter praecisa. Flagitium ingens oblatum huic loco sic abolendum videtur. *Quae utraque simul auxilio tribunicio et consensu plebis impediri coepta: nam neque duci addictos tribuni sinebant, neque juniores nomina dabant. Patribus minus praesens cura creditae pecuniae juris exsequendi quam delectus esse: quippe jam a Praeneste profectus hostis in agro Sabino consedisse nuntiabatur.* A MSS. est *profectus hostis*. Sic 8, [22, 7.] *Pestilentiae, quae Romanam urbem adorta nuntiabatur.* 22, [54, 9.] *Cum duobus consulibus exercitus amissi nuntiabantur.* Caesar 7, [59.] *Jam Caesar a Gergovia discessisse audiebatur.* Praeterea scripsimus *minus praesens*, pro *minor*. Non tam urgens. Lib. 8, [2, 7.] *Injuriae Samnitium, quam beneficii Romanorum, memoria praesentior erat.* Caetera, vides, quam bene sibi constent: et ne quid temere nos adfirmasse putes, hujus generis alia quaedam subjungemus. Par omnino vitium sustulit Rhenanus 4, 39, 2. *Quod ubi est factum, interclusi equites nec perrumpere eadem qua transierant, posse.* ubi ante pessime *cum possent*. Prorsus ita simile nos, ubi dissimilis sibi Rhenanus, 26, 50, 9. *Quum adolescens simul pudore gaudioque perfusus dextram Scipionis tenens Deos omnes invocaret ad gratiam illi referendam.* Sic

ad Praeneſtini famam belli novas legiones scribendas Patres censuerant. quae utraque simul auxilio tribunicio et consensu plebis inpediri coepta. Nam 10 neque duci addictos tribuni sinebant, neque juniores nomina dabant. Quum Patribus minor prae-

ille e suo libro hic certe corrupto: nam Put. et omnes nobis visi: *Adolescens* etc. *Deos omnes invocare.* Proxima vero nova periodus ibi incipit: *Parentes inde.* itaque et diſtinctionem mutabis. 5, 15, 1. *Prodigia interim multa nuntiari.* Ubi male Rhenani liber *nuntiavere:* male ipse *nuntiata fuere.* 22, 15, 7. *Numidae alii atque alii occursantes refugientesque ad caſtra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertrahere.* Sic Put. Petav. Reg. Men. Vulgo: *pertraxere.* 23, 47, 4. *Dein libero spatio inter se ludificantes sine vulnere pugnam extrahebant.* Put. *extrahérebant.* Dele augmentum librarii haesitantis, et habebis verum: *pugnam extrahere.* 27, 50, 5. *Matronae* etc. *per omnia delubra vagae suppliciis votisque fatigare Deos.* Ita iidem omnesque alii, non *fatigavere.* J. FR. GRON. *nominabant*, pro *nomina dabant*, perperam Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *minores*, pro *juniores*, Gaertn. V. supra ad 2, 28, 6. 3, 57, 9. Infra ad cap. seq. §. 4. 7, 9, 6. c. 11, 5. 10, 4, 3. (*32, 26, 17. 49, 53, 3.) Alibi *minor*, sed alio sensu usurpatum, abiit in *junior* ex librariorum gloſſa. V. infra hoc lib. ad c. 34, 6. Ceterum Gronovio, *dabant. Patribus minus praesens cura* etc. *esse* emendanti, adversatur Doujatius; qui, vulgatum defendens, particulam *quum* non vacare exiſtimat: per eam quippe rationem reddi, non quidem cur juniores nomina non darent, sed cur id senatui aegre eſſet. Verum non illo *quum*, sed potius sequenti *quippe* ratio redditur, cur aegrius senatus ferret, juniores nomina non dare, quam tribunos non sinere, addictos duci. Neque emendatio Gronoviana Clerico placuit, qui legendum conjicit *dum Patribus* etc. *eſſet.* quo tantum abeſt, ut loco male adfecto consultum eſſe putem, ut contra mendo mendum addidiſſe dicendus sit. Saepius enim Gronovius supra monuit, *dum eſſet* hoc sensu σολοικίζειν. V. quae notantur ad 1, 40, 7. Gronovio favet codex Haverk. qui, licet *quum* servet, attamen *esse*, pro *esset*, oſtentat. Saepe etiam librarii orationes infinitas, quae quum aliis hiſtoricis, tum in primis Livio placuerunt, non intelligentes variis modis corruperunt. V. superius dicta ad 1, 50, 5. Nihilominus, quum omnes libri, solo Haverk. excepto, conſtanter *quum Patribus* etc. *esset* servent, a recepta lectione recedere religioni fuit. Sola diſtinctione locum juvandum arbitror hoc modo: *nomina dabant. Quum Patribus minor praesens cura creditae pecuniae juris exsequendi, quum delectus, esset; quippe jam a Praeneſte profectos hoſtes in agro Sabino consediſſe nunciabatur; interim tribunos fama ea ipsa irritaverat magis* etc. Omnis ratiocinatio Livii huc redit: quum Patribus praesentior cura delectus esset, quia jam a Praeneſte profectos hoſtes nunciabatur; interim tribuni eam ipsam ob famam ab incepto certamine minime deſtiterunt. Praeterea *minor praesens*

sens cura creditae pecuniae juris exsequendi, quam delectus, esset; quippe jam a Praeneste profectos
11 hostes in agro Gabino consedisse nunciabatur; interim tribunos plebis fama ea ipsa irritaverat magis ad susceptum certamen, quam deterruerat. neque

cura superest in omnibus membranis. Videndum itaque, an id dictum sit eodem exemplo, quo apud Senec. 1. de Clement. 20. *Ut non minorem agi rem periclitantis, quam judicis sciat.* ad quem locum videndus est ipse Gronov. qui locutionem exemplis inlustravit, et Erasmum aliosque refellit, qui *ut non minus* substituerant. Adde Cl. Bentlej. ad Terent. Heautont. 2, 3, 113. Denique *dilectus* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. Voss. 1. et Fragm. Hav. V. supra hoc cap. ad §. 3.

Jam a Praeneste profectos hostes in agro Sabino consedisse nunciabatur] Pall. pr. ac tert. *profectus hostis in agro Sabino consedisse nunciabatur.* Neque multum aliter Campani editio. GEBH. *profectos hostes* servant Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 2. 4. 5. Florent. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. quod dictum erit ad exemplum eorum, de quibus supra vidimus ad 1, 31, 8. *profectos hostis* Leid. 1. et Harlej. 1. ut *profectus hostis* in paucis tantum meorum, neque in pluribus, quam in Voss. 2. Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. superfuerit; quod tamen Clericus in contextum recepit, unde iterum ejeci. Praeterea *quippe jam aut Praeneste* Haverk. Tum *nunciabantur* Harlej. 1. et Voss. 1. a m. 1. ut forte librarii dare voluerint *profecti hostes nunciabantur.* Sed melius id in *nunciabatur* postea mutatum est. Ceterum recte Cel. Jac. Gronovius in scholis domesticis, ut ex adnotationibus auditorum ejus didici, observavit, *agrum Sabinum* in hac historia locum habere non posse, utpote qui ultra Anienem situs fuerit, quum nunc agatur de Latio: legendum itaque videri *in agro Gabino*, qui ut et ipsa urbs Gabii inter Praeneste et Romam media fuerunt. agros Gabinum ac Praenestinum jungit Livius supra 3, 8, 6. *Vastavere agros Praenestinum Gabinumque.* Fines autem Gabinos triennio ante pariter incursaverant Praenestini supra hoc lib. c. 21, 9. *Arguentibusque eos* (Praenestinos) *Tusculanis et Gabinis et Lavicanis, quorum in fines incursatum erat.* Et eam lectionem, licet nullius codicis auctoritate nisam, in contextum tamen recipiendam putavi. [*agro Sabino consedisse nuntiabantur* Veith.]

§. 11. *Interim tribunos plebis fama ipsa irritaverat*] Castiga *fama ea ipsa irritaverat.* RHEN. *fama ea irritaverat* Hearnii Oxon. B. et meorum Harlej. 2. Portug. et Haverk. *fama ipsa irritaverat* Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. et apud Hearnium Ox. L. 1. et C. [Veith.] Et ita Aldus ediderat, pro quo Rhenanus priscarum editionum lectionem *fama ea ipsa* revocavit: quam etiam recte hoc loco tuentur Florent. Voss. 1. Harlej. 1. et Lovel. 1. ac 5. V. ad 2, 5, 5. Alibi saepe librarii alterum horum praenominum, et quidem praesertim prius, expungere soliti fuerunt. V. supra ad 5, 43, 4.

Magis ad susceptum certamen, quam deterruerat] Omnia haec

aliud ad seditionem exſtinguendam in urbe, quam prope inlatum moenibus ipsis bellum, valuit.

XXVIII. Nam quum eſſet Praeneſtinis nunciatum, 1
nullum exercitum conscriptum Romae, nullum ducem certum eſſe, Patres ac plebem in semetipsos versos: occasionem rati duces eorum, raptim agmi- 2

negligentia amanuensium deficiunt in Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. B. Contra *magis ad susceptum certamen magis* praefert Voſſ. 1. *defuerat* etiam, pro *deterruerat*, habet Haverk. Olim videtur per compendium scriptum fuiſſe *det'ruerat*; id autem parva mutatione in *defuerat* corrumpi poteſt.

Neque aliud ad seditionem exſtinguendam in urbe, quam prope inlatum moenibus ipsis bellum, valuit] *neque aliquid* Haverk. sollemni scribarum errore. V. infra ad 25, 38, 3. Tum *ad exſtinguendam seditionem in urbe* Lovel. 5. *ad seditionem exſtinguendam in urbem* Leid. 1. *ad seditionem exſtinguendam in urbes* Gaertn. Deinde vox *prope* non comparet in Leid. 1. et poterat etiam abeſſe. Nam Praeneſtinos *ad Portam Collinam signa intuliſſe* mox cap. seq. Livius tradit. Interdum etiam librarii hanc vocem nunc de suo adjecerunt, nunc perperam omiserunt. V. supra ad 3, 67, 3. 5, 18, 9. 9, 2. 12. 38, 45. 3. (* ubi vide.) et alibi. Praeſtat tamen, ut plures eam vocem servantes sequamur. Tandem *inlatum moenibus bellum ipsis* Voſſ. 2. [*moenibus Romanis bellum* Veith.]

§. 1. *Nullum exercitum conscriptum Romae*] *nullum exercitum scriptum* Lovel. 1. Voſſ. 1. et Leid. 2. V. mox ad §. 5. Paullo ante *quum eſſet Praeneſtinis in his nunciatum* Florent. Verum τὰ *in his* perperam repetita sunt ex ultimis literis vocis praecedentis. In verbis sequentibus *Patres ad plebem in semet ipsos versos* habet Haverk. pro *Patres ac plebem*. Ita saepe obſenderunt librarii. V. quae infra notantur ad 21, 32, 2. Vox *versos* deerat in Lovel. 5.

§. 2. *Raptim agmine facto, pervaſtatis protinus agris, ad portam Collinam signa intulere*] *acto* videtur legendum, quo genere loquendi saepe utitur Livius. SIG. Pall. tres *acto*. Interim lectionem nihili cudit Sigonius nescio e quibus libris. Certe editiones primariae propugnant vulgatam quoque. GEBH. Scripsimus e MSS. *acto*. Ut apud Virgilium [7. Aen. 804. et 11, 433.] *Agmen agens equitum*. [Liv.] 7, [37, 6.] *Relictis impedimentis caſtrorum raptim agitur agmen*. Auctor 8. de Gall. 7. *Sin majores copias ageret, in eo loco permanere*. Ita optimae membranae. Vulgo *adduceret*.. J. FR. GRON. Omnes quidem codd. quos consului, etiam integerrimi et optimae notae, in receptam lectionem *facto* conspirant. [Veith.] Sed *agmine acto* se in Oxon. L. 1. et B. inveniſſe auctor est Hearnius. Ita infra 23, 36, 6. *Praeter arma nihil secum miles, raptim acto agmine, extulerat*. 25, 9, 3. *Ipse raptim agmine acto quindecim ferme millium spatio caſtra ab Tarento posuit*. quemadmodum eo loco Sigonius et J. Fr. Gronovius ex conjectura legendum docuerunt, ubi hic et-

ne acto, pervastatis protinus agris, ad portam Col-
3 linam signa intulere. Ingens in urbe trepidatio fuit. conclamatum *ad arma*, concursumque in muros atque portas est: tandemque, ab seditione ad bellum versi, dictatorem T. Quinctium Cincinnatum crea-

iam alia ejus locutionis exempla adtulit. 27, 16, 10. *Dies noctesque cursim agmine acto, quum, festinans ad opem ferendam, captam urbem audisset.* 42, 66, 4. *Qui phalangem arcesserent, propere misit. quo et serius, quam res postulabat, et raptim acta, turbati cursu adversus instructos et praeparatos erant adventuri.* Curtius 5, 4. in fine. *Craterus quoque raptim agmine acto supervenit.* 9, 14. *Ne levius quidem aegri sequi poterant; quippe agmen raptim agebatur.* Frontin. 4, 7, 13. *Protinus inde raptim acto Lacedaemonem versus agmine.* Et ita *agere agmen* supra est 2, 58, 7. *Si citius agi vellet agmen, tardius sedulo incedere.* 25, 36, 1. *Nunc agendo, nunc sustinendo agmen, quum aliquamdiu haud multum procederetur.* Ut autem hic *raptim acto agmine*, sic *raptim ducto exercitu*, et *raptim ducere phalangem* alibi dixit. Ita supra 5, 37, 7. *Quibus, velut tumultuario exercitu raptim ducto, aegre ad undecimum lapidem obcursum est.* 42, 66, 6. *Phalanx, abs trepido nuncio adcita, quum raptim duceretur.* Solent autem passim voces *actus* et *factus* a librariis in membranis vetustis permutari. V. supra ad 2, 21, 4. 3, 3, 9. et 10. c. 5, 1. 4, 3, 7. 5, 14, 6. Epit. Liv. 7, 22. 9, 6. 23, 25, 1. 38, 7, 7. et aliis locis. (*30, 44, 13. 35, 36, 5. 38, 17, 6. 40, 16, 8.) Adde Inl. N. Heinsium ad Nason. Epist. 8. Her. 44. et Epist. 19. Her. 33. Praeterea *ad portam Colinam* Lov. 5. et Haverk. *ad portam Collatinam* Leid. 2. Paullo ante *occasione rati*, pro *occasionem*, Leid. 1. *occasiones rati* Gaertn.

§. 3. *Concursumque in muros atque portas est*] Voss. 1. *et portas.* Forte *in muros adque portas est.* J. FR. GRON. Eadem mihi quoque lectio insuper obvia fuit in Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. et Haverk. Neque displicet Gronovii conjectura *in muros adque portas.* Solet enim Livius passim praepositiones repetere, et quidem modo easdem, ut mox videbimus hoc cap. ad §. 6. modo alias. Supra 2, 46, 3. *Jam pugna in manus, jam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, venerat.* 4, 56, 4. *Seu Carventana arx in spem, seu Verrugine amissum praesidium ad iram compulisset.* 5, 8, 9. *Ut diversae legiones, aliae adversus Capenatem ac Faliscum, aliae contra eruptionem oppidanorum pugnarent.* hoc lib. c. 8, 4. *Terroremque non in primam tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios perlatum.* c. 34, 5. *Potentis viri quum inter sui corporis homines, tum etiam ad plebem.* 7, 13. 9. *Quis tandem succenseat, milites nos esse, non servos vestros? ad bellum, non in exsilium missos?* 10, 39, 7. *Intentiorque Carvilius, quo majore discrimine res vertebatur, in Aquiloniam, quam ad Cominium, quod obsidebat, erat.* 23, 5, 13. *Et ex Africa et a Karthagine jura petere.* 26, 13, 5. *Quemadmodum in defectione praesidium, quod poterat emitti, per cruciatum et ad contumeliam necavimus.* 27, 50, 4. *Numquam per omnes dies* etc. *aut senator quisquam a curia atque ab magistratibus abscessit, aut populus e foro.* ubi male Rhenanus praepositionem *e* delebat. 29, 13,

vere. Is magiſtrum equitum A. Sempronium Atrati- 4
num dixit. Quod ubi auditum eſt, (tantus ejus ma-
giſtratus terror erat) simul hoſtes a moenibus re-
ceſſere, et juniores Romani ad edictum sine retra-
ctatione convenere. Dum conscribitur Romae ex- 5

8. *Consules delectum habere inſtituerunt, et ad novas scribendas in Bruttios legiones, et in ceterorum exercituum supplementum.* ubi praepositio *in* vulgo ante Gronovium omittebatur. 38, 10, 6. *Tum illam tempeſtatem coortam, quae ad Antiochum eo, sicut in scopulum, intulisset.* V. supra ad 3, 36, 5. 4, 25, 11. Epit. Liv. 7. et Gronov. ad 9, 5, 9. Solent autem voculae *at* et *ad* in Mſtis confundi. V. ad 3, 17, 3. Ceterum *concursumque ad muros atque portas est* habet Gaertn. quod et ipsum verum esse posset.

Tandemque ab seditione ad bellum versi] *tantumdemque* Haverk. Tum *a seditione* Lovel. 4. et Gaertn. *ab obsidione* Voſſ. 2. Deinde *ad bellum viñ* Gaertn.

§. 4. *Magiſtrum equitum A. Sempronium Atratinum dixit*] *magistratum equitum* Leid. 2. Hinc *Sempronium Attratinum* Leid. 1. et Gaertn. *Sempronium Attracinum* Portug. *Sempronium Atracinum* Voſſ. 2. Lovel. 3. 5. Harlej. 2. et Haverk. *Sempronium Atracinium* Lovel. 4. *Sempronium Aratinum* Lovel. 2. *Sempronium Tratinum* Leid. 2. V. supra ad 4, 7, 1.

Tantus ejus magiſtratus terror erat] Vocem *terror* omittit Gaertn. Mox *simul et hoſtes* addita conjunctione Haverk. Tum *recesserunt*, pro *recessere*, Gaertn. [sequens *et* omittit Veith.]

Et juniores Romani ad edictum] Freinshemius *Romam*. Non sine magna specie. Sic enim 43, [14, 10.] *Hoc edicto literisque censorum per fora et conciliabula dimissis, tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis urbi turba insolita esset.* Sed tum latius patebat Romana civitas. Hunc ex plebe praesente conscriptum exercitum verisimilius est. Itaque potest vetus scriptura tolerari. J. FR. GRON. Lipsius quoque 1. de Milit. Rom. 3. haec verba describens *Romam* habet. DUK. Freinshemius ita emendandum credidit in indice Curtiano v. *Juniores. Romae* est in Lovel. 5. Sed *Romani* in reliquis scriptis superest, idque Gronovius recte vindicavit. At *minores*, pro *juniores*, praefert Gaertn. V. ad cap. praec. §. 10.

Ad edictum sine detrectatione convenere] Lectio haec in nullo mihi codice obvia fuit. Nam *sine retractione* habent edd. Rom. anni 1472. et Parm. tum Mſti Voſſ. ambo, Leid. ambo, Flor. Fragm. Hav. et Port. a m. 1. in quo a m. 2. repositum est *sine retrectatione*. Et ita legunt Harlej. ambo, Hearnii Oxon. N. L. 2. et Excerpta Pith. *sine retractatione* Gaertn. Lovel. quinque, et Haverk. Antiquiores reliqui, quos vidi, excusi praeferunt similiter. Pro eo Veneti anno 1495. *retractione* dederunt, Ascensius anno 1513. *detractione*, Moguntini tandem *detrectatione*, quod, Aldo excepto, qui *retractatione* vulgavit, recentiores servarunt. Veterem lectionem revocavi. V. supra ad 3, 49, 2.

§. 5. *Dum conscribitur Romae exercitus*] *Dum scribitur* Leid. 1.

ercitus, castra interim hostium haud procul Allia flumine posita: inde agrum late populantes, *fatalem se urbi Romanae locum cepisse*, inter se jactabant:
6 *similem pavorem inde ac fugam fore, ac bello Gallico*

Eadem varietas supra erat hoc cap. §. 1. et infra 7, 19, 6. (*35, 41, 7.) Ita saepe *scribere milites* apud Livium obcurrit. Infra 10, 25, 2. *Quatuor millia, inquit, peditum et sexcentos equites dumtaxat scribere in animo est.* 35, 2, 4. *Quum militem ab se ipso scriptum ex senatusconsulto adjecisset.* Eodem cap. *Placere tumultuarios milites extra Italiam scribi a praetore.* 40, 1, 6. *Scribere praeterea jussi septem millia peditum sociorum ac Latini nominis.* Mox eodem cap. *Sociorum septem millia peditum cum trecentis equitibus scribi jussa.* Ita *scribere legiones* mox c. 31, 5. *Legionibus novis scriptis, placuit duos exercitus in agrum Volscum legionibus divisis duci.* 29, 13, 8. *Ad novas scribendas in Bruttios legiones, et in ceterorum exercituum supplementum. scribere supplementum* 37, 50, 4. *Ut supplementum scriberet, permissum.* Ubi v. Gronov. Quin et *scribere exercitum* infra est hoc lib. c. 32, 4. *Obtinuere, ut* etc. *tres exercitus scriberent.* 8, 6, 8. *Duobus scriptis exercitibus per Marsos Pelignosque profecti.* 42, 10, 12. *Postulantibus deinde, ut novos exercitus scribere, aut supplementum veteribus liceret, utrumque negatum est.* Ceteri tamen omnes codices in receptam lectionem uno consensu conspirant. *Romae conscribitur* editiones principes. Aldus primus voces transposuit, adstipulantibus Mstis, quos adhibui.

Castra interim hostium haud procul Allia flumine posita] *castra interea* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. ad 9, 9, 13. Tum *haud prope Allia* scribae aberratione Portug. V. ad 35, 15, 5. *haud procul Alia* Voss. 1. Lovel. quinque, et Haverk. V. ad Epit. Liv. 5. et §. seq. Mox *late agrum populantes*, serie vocabulorum mutata, Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Fatalem se urbi Romanae locum cepisse] *coepisse* Gaertn. *accepisse* Voss. 1. a m. 1. et Hearnii Oxon. N. in margine. Sed nihil mutandum. Infra 9, 21, 4. *Tutam aciem dictator habuit, quia locum haud facilem ad circumveniendum cepit.* ubi pariter variat unus codex. 35, 14, 9. *Castra metari primum docuisse. ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse.* c. 28, 1. *Erat autem Philopoemen praecipuae in ducendo agmine locisque capiendis solertiae atque usus.* Et mox, *Quem locum ipse capturus esset, cogitando aut quaerendo exsequebatur.* Veget. 1. de re mil. 22. *Cavendum etiam, ne mons sit vicinus altior, qui ab adversariis captus possit obficere.* Plenius *locum castris capere* dixit Liv. eodem l. 35, 28, 6. *Castris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplecteretur loci.* Curtius 7, 5. *Ex iis, qui praecesserant ad capiendum locum castris, duo obcurrunt.* Frontin. 2, 7, 12. *Quum metatores ejus per imprudentiam ita castris locum cepissent.* Tacit. 12. Ann. 55. *Trosobore duce montes asperos castris cepere.*

§. 6. *Similem pavorem inde ac fugam fore, ac bello Gallico fuerit*] Vox *inde* exsulat a Lov. 4. [Veith.] Tum *bello Gallico fuit* habet Hearnii Oxon. L. 1. Sed quum *fuit* scriptum fuisset, librarius addi-

fuerit. Etenim, si diem, contactum religione, insignemque nomine ejus loci, timeant Romani, quanto magis Alliensi die Alliam ipsam, monumentum tantae cladis, reformidaturos? Species profecto his ibi truces

tam notam vel non vidit, vel perperam omisit. V. infra ad 40, 14. 11. *fuerat* editi ante Aldum, qui illud reposuit, quod nunc vulgo exstat. Id autem in reliquis scriptis constanter supereſt.

Si diem contactum religione insignemque nomine ejus loci timeant] *diem contractum religione* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. 1. Gaertn. Portug. a m. 1. et Fragm. Hav. Sed male. Solent autem saepe librarii has voces confundere. V. supra ad 4, 15, 8. 7, 6, 11. 9, 13, 12. 29, 18, 12. 31, 8, 11. 38, 55, 5. Simili modo etiam permutantur voces simplices *tactus* et *tractus*. V. ad Liv. 5, 22, 5. Praeterea vox *ejus* non adparet in Leid. 1. Lovel. 2. 5. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Denique *tenent* Portug. *teneant* Leid. 1. Lovel. 2. 5. Haverk. et Fragm. Hav. Librarios etiam hoc modo peccare solitos fuiſſe, supra vidimus ad 5 21 16.

Quanto magis Alliensi die Alliam ipsam] Tollendum omnino iſtud *Alliensi die*: quod quasi glossema adscriptum fuerat τῷ *contactum religione diem*. Est autem ineptum. Nam per *contactum religione diem* intelligebant Praeneſtini iſti omnes omnino dies, qui clade aliqua nobilitati fuerant; non autem particulariter de die Alliensi. T. FABER. Immo de solo die Alliensi, apertum est ex eo, quod addit Livius, *insignemque nomine ejus loci*, quod non nisi de Alliensi die accipi potest. Verba *die Alliensi* ideo suspecta esse poſſunt, quod in hac narratione nihil est, unde conſtet, haec die illo dicta, aut geſta eſſe; et quod dictator Romanus c. 29, 2. Praeneſtinos loci fortuna fretos ad Alliam conſtitiſſe dicit, nec de die quidquam addit; quod tamen videtur facturus fuiſſe, si etiam de diei fortuna sensiſſent, eique itidem, ut loci fortunae, spes suas delegaſſent hoſtes. His, credo, inductum Fabrum verba *Alliensi die* pro insiticiis habuiſſe. Sed *quanto magis Alliensi die* est, quanto magis, quam Alliensem diem. Catullus carm. 65, 100.

Quantum saepe magis pallore expalluit auri.

DUK. Ad verba Livii non adtendit Faber, quum voces *Alliensi die*, quae conſtanter in omnibus libris supersunt, pro glossemate haberet, et ex contextu tollendas putaret. Praecedentia enim *diem contactum religione*, *insignemque nomine ejus loci* docent, Praeneſtinos non intellexiſſe omnes omnino dies, qui clade aliqua nobilitati fuerant, sed particulariter diem Alliensem, qui *ejus loci*, id est, Alliae, *nomine insignis* erat. Indicant igitur Praeneſtini, fore, ut Romani magis Alliam ipsam reformidaturi sint, quam diem Alliensem, quem tamen tantopere timeant, ut eum insignem rei nulli publice privatimque agendae fecerint, ut Livius supra retulit hoc lib. c. 1, 11. Fabrum non adsecutum fuiſſe mentem Livii, vidit etiam Doujatius. Ceterum vox *magis* deerat in Voſſ. 2. Tum *Aliensi* Voſſ. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 4. et Haverk. et

bat acies, terga vertunt; consternatique, et
ter castra etiam sua pavore praelati, non pr
ab effuso cursu sistunt, quam in conspectu
4 neste fuit. Ibi ex fuga dissipati, locum, qu
multuario opere communirent, capiunt: ne, s

Dein, postquam nullo loco constabat acies, terga vertunt] *Deinde* Florent. Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et omnes excusi usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui *Dein* substituit, quemadmodum in Leid. 1. fuisse videtur. V. supra ad 3, 3, 6.

Praeter castra etiam sua pavore praelati] *perlati* legendum est potius: alioquin *praeter* vacat, ut in 5, [26, 7.] *Effusa fuga castra sunt praelati.* SIG. Etsi *prae* in *praelati* habet vim *τοῦ praeter*, tamen non minus recte dicitur *praeter castra praelati*, quam *castra praelati*. V. Gronovium ad 29, 32, 8. Eadem ratio est in *trajicere trans* 21, 26, 6. et 25, 14, 4. et in *perrumpere per* 3, 70, 4. DUK. *perlati*, quemadmodum Sigonius, cujus hoc Scholion demum adparuit in postuma ejus editione anni 1592. et ideo minoris est auctoritatis, emendandum censebat, obfert solum Fragm. Hav. Saepe ita variant scribae in codd. manu exaratis. V. infra ad 38, 28, 8. Hic tamen nihil mutandum. Eadem enim locutio etiam infra obcurrit 7, 24, 8. *Praeter castra etiam sua fuga praelati arcem Albanam petunt.* Et ita *praeter fasces praevectus* 24, 24, 44, 10. Neque magis in his *τὸ praeter* vacare censendum est, aut, si vacat, magis displicere debet, quam *τὸ ante* in illo 21, 20, 8. *Praeoccupatos jam ante ab Hannibale Gallorum animos esse.* (*42, 47, 2.) vel *τὸ prius* in illo codem lib. c. 32, 7. *Quamquam fama prius praecepta res e*
bus locis plura similia
sunt. Et sane si *praeter*
τῷ praelatus Sigonius i
tandum censuit, quia *prae*
latus sensu *τοῦ praeter* ad
quomodo ferre potuit, p
tionem, cum qua verbum
situm est, eidem in regi
di? Id tamen Livio frequ
vidimus ad Praefat. §. 1
gatam lectionem Sigoni
cturae praeferebat etiam
dus supra ad 2, 14, 7.
Clericus ad hunc locum
castra praeferri, sive *pr*
stra fugere, proverbium
esse existimabat, cujus
librarios licuisset, exem
beremus apud Terent. i
5, 2, 3.

Ita fugias, ne praeter
quod ajunt.

ubi scripserunt nunc *n*
casam. Verum, praeterqu
viri docti ex Mstis nulla
ctionis varietatem agn
(nisi quod Boecler. in d
venerit *causam*) *casam*, n
hic legit jam Donat. sive
est, qui Donati nomine ci
tur, ita inter alia not
est, *ne praetereas casam t*
sit tibi tutissimum recep
Iis itaque adversantibu
tum mutari audacius est,
placere possit; certe si i
commodus sensus sit, qu
Boecler. et alii dare co
V. etiam Erasmum in Ad
lo *Modestia modusque* pag.
Ceterum *et jam*, pro *et*
vel. 3. Insuper *praeter ca*

gitationes, fortunae loci delegaverant spes suas. Romani contra, *Ubicumque esset Latinus hostis, satis*

et, quos memorat Cl. Corte ad Plinii 6, Ep. 2, 2. Similiter Livius praepositiones repetiit in locutionibus, quae connectuntur per particulas *magis* et *quam*, similesque. Ita supra 4, 58, 4. *Tarditatis caussa in senatu magis fuit, quam in tribunis*, ubi alia vide. Eodem modo in locutionibus, quae conjunguntur voculis *non modo* et *sed*. 3, 6, 8. *Ut non modo ad expeditiones, sed vix ad quietas stationes viribus subficerent*, ubi etiam quaedam dixi. Non aliter etiam in locutionibus ἀδυνάτοις. V. ad 38, 18, 12. Denique in illis, quae duplici conjunctione *et* cohaerent. V. ad 45, 8, 4.

§. 7. *Has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes*] *inanes ipsi* Fragm. Hav. a m. 2. *inanes ipsa* Harlej. 1. Deinde *volentes cogitationes* Florent. sollemni errore, de quo supra v. ad 4, 49, 16. *volutantes cogitationes* edd. Mediolan. anni 1495. et Veneta 1498. *volutare cogitatione* infra dixit 9, 17, 2. *Tanti regis ac ducis mentio, quibus saepe tacitis cogitationibus volutavit animum, eos evocat in medium*. Verum et reliqui excusi et scripti vulgatum servant. Id itaque praeferendum arbitror, quamvis utrumque, *volvere animo* non modo et *in animo*, sed et *volutare animo* et *in animo*, in usu sit, ut supra vidimus ad Liv. 2, 49, 5.

Fortunae loci delegaverant spes suas] Eleganter utitur verbo *delegare*, quod non simpliciter aliquid alicui mandare notat, sed id mandare, quod is, qui mandat, facere ipse debebat, ut docet P. Manutius ad Cic. 8. ad fam. Ep. 1. Indicat igitur, Praenestinos spem victoriae, quam in se ac viribus suis habere debuerant, in fortuna loci, qui olim Romanis infelix fuerat, posuisse. *delegaverunt* est in Lovel. 4.

Ubicumque esset Latinus hostis, satis scire eum esse] Debet esse, *satis scire eum esse*. RHEN. Nescio, quid Rhenanus indicare voluerit: quemadmodum enim scribendum monuit, in omnibus editis superest. An itaque credidit, legendum esse *satis se scire?* Sed pronomen tuto abesse potest, et in nullo etiam exstat scripto. Ceterum τὸ *satis* deest in Gaertn. Male. Supra 1, 9, 4. *Satis scire, origini Romanae et Deos adfuisse*. (*22, 22, 9.) 39, 49, 8. *Priusquam adpropinquare urbi satis scirent*. 40, 39, 2. *Saltum Manlianum, per quem transiturum exercitum Romanum satis sciebant, obsederunt*. Alibi autem in variis locutionibus Livius illo *satis* uti gavisus est. V. infra ad 26, 51, 2. et 36, 35, 8. Praeterea trajectis vocabulis *scire esse eum* Harlej. 2. *eum esse scire* Gaertn. Tum *ubicumque esset Latinis hostis* male Leid. 1. et Lovel. 2. Mox *ad Regulum lacum* Leid. 2. *ad Regillum locum* Leid. 1. Saepe duo haec verba in Mstis permutantur. V. infra ad 8, 5, 10.

Centum annorum pace obnoxia tenuerint] *pace obnixia* Voss. 1. a m. 1. *obnixa* a m. 2. quomodo etiam praeferunt Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Harlej. 2. Alibi saepe ita variant librarii in scriptis et in pressis libris. V. supra hoc lib. ad c. 12, 8. Vulgatum verius est. Intelligitur pax cum Latinis inita Sp. Cassio iterum et Postumo Cominio consulibus, cujus meminit Liv. 2, 33, 4. Ex quo tempore

scire, eum esse, quem, ad Regillum lacum devictum,
8 *centum annorum pace obnoxia tenuerint. Locum, insignem memoria cladis, irritaturum se potius ad delendam memoriam dedecoris, quam ut timorem faciat, ne*

quum paullo plures, quam centum anni effluxerint, numero rotundo Livius usus fuisse censendus est: *per annos prope centum* dixerat supra hoc lib. c. 2, 3. *Terror accesserat defectione Latinorum Hernicorumque, qui, post pugnam ad lacum Regillum factam, per annos prope centum numquam ambigua fide in amicitiam populi Romani fuerant.* Quum autem jam eo tempore ex foedere cum Latinis icto plures quam centum anni numerarentur, istud *prope* habita ratione Hernicorum additum esse, ibidem vidimus. In hoc foedere *nihil esse, quo bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur* Latini, ipsi Romani fatentur infra 8, 2, 13. Ex illis tamen, quae ibidem c. 4. et 5. sequuntur, patet, Romanos sub umbra foederis aequi servitutem Latinis inposuisse. Inter alia autem legibus hujus foederis cautum erat, ut, si Romanis bellum gerendum foret, Latini ad id milites, quot petiti forent, submitterent. Infra 7, 12, 7. *Solatio fuit pax Latinis petentibus data, et magna vis militum ab iis ex vetusto foedere, quod multis intermiserant annis, accepta.* Ob similes itaque leges, quae in componendo foedere convenerant, pax illa *obnoxia* vocatur: quoniam per illam Latini quasi in potestatem Romanorum venerint, et sub ditione eorum fuerint. Hinc *subjectus* et *obnoxius* junguntur Livio 7, 30, 2. *Amici forsitan pariter ac nunc, subjecti atque obnoxii vobis minus essemus.* ubi vide. Paci huic obnoxiae, sive qua populus in ditionem alterius transit, obponitur *aequa pax*, sive *aequum foedus*. Liv. 9, 20, 8. *Impetravere, ut foedus daretur, neque ut aequo tamen foedere, sed ut in ditione populi Romani essent.* V. Livium ipsum l. 34, 57. Vocem autem *obnoxius* multis inlustrarunt Salmas. ad Solin. p. 23. Gronov. ad Senec. 3. de Ira 8. et Schulting. ad Quinctil. Declam. 1, 6. Praeterea *tenuerunt* est in Lovel. 2.

§. 8. *Ne qua terra sit nefasta victoriae suae*] *ne qua transit nefasta* Lovel. 2. 5. et Voss. 2. Per compendium scriptum fuerat *t'ra sit*, et hinc factum est *transit*. Eodem errore pro *terras*, sive *t'ras*, scriptum erat in uno codice *trans* supra 5, 33, 9. *ne qua terra sit ne fata* Gaertn. *ne qua certa sit nefasta* Lovel. 2. Praeterea *nefasta victoria sua* Leid. 1. Lovel. 2. 4. 5. Port. et Fragm. Hav. [Veith.] Ea lectio si vera esset, *victoria sua* foret victoria de se parta, victoria qua Romani superati erant. Ita *amor noster* est, quo ego amor ab alio, amor alterius erga me, apud Ovid. Epist. 17. Her. 204.

— — *cum ventis noster abibit amor.*

V. infra ad 40, 2, 6. *terra* autem *nefasta victoria sua* esset infelix, ominosa propter victoriam de se partam, eodem modo, quo *dies nefastus* pro religioso, infausto ponitur apud Sueton. in Tib. 53. *Quum diem quoque natalem ejus inter nefastos referendum suasisset.* Id *prave et perperam* fieri existimat Gellius 4. Noct. 9. *Religiosi enim dies dicuntur tristi omine in-*

qua terra sit nefasta victoriae suae. Quin ipsi sibi Galli 9
si obferantur illo loco, se ita pugnaturos, ut Romae pugnaverint in repetenda patria, ut postero die ad Gabios; tunc, quum effecerint, ne quis hostis, qui moenia Ro-

fames inpeditique, in quibus et res divinas facere, et rem quampiam novam exordiri temperandum est, quos multitudo inperitorum prave et perperam nefastos adpellant. An ergo eorum inperitorum numero adcensendus etiam erit Horatius? qui similiter loquitur 3. od. 13, 1.

Ille et nefasto te posuit die.

Ita et *locus nefastus* apud Statium 1. Theb. 273.

Arcades hic tua (nec pudor est) delubra nefastis
Inposuere locis.

et 11. Theb. 267.

— — — juvat ecce nefasto
Stare loco, regimenque manu tractare cruentum.

Si hoc loco vulgatum placet, *terra nefasta victoriae suae* notabit terram, qua sibi non licebat, nefas erat vincere, ut apud eumdem Statium 4. Theb. 517.

Et triplicis mundi summum quem scire nefastum est.

quo modo et *nefastum* pro inlicitum est apud Curtium 7, 5. *Nihil ulli nefastum in Bessum interfectorem regis sui videbatur.* In quam lectionem tantum non omnes codd. a viris doctis excussi consentiunt. Plinius 14, 19. *Prohibare Diis nefastum habetur vina, praeter inputatae vitis, fulmine tactae.* Doujatius exponebat, ne, etiamsi dies nefastus sit, terra tamen nulla sit, ubi sibi nefas vincere. Verum *diei nefasti* non meminit Livius, sed tantum *loci nefasti.* Vox *suae* deficit in fine in Harlej. 1. Paullo ante *imitaturum se*, pro *irritaturum*, Lovel. 5. *invitaturum* Lovel. 4. V. supra ad 1, 15, 1.

§. 9. *Quin ipsi Galli si obferantur*] Vetusta lectio vestigia certa continet germanae lectionis: in veteribus enim libris aliquot est: *Quin ipsi sibi Galli se offerant.* Puto autem legendum: *Quin ipsi si ibi Galli se offerant. Ibi* autem intelligit ad Alliam. SIG. Pall. tres et editiones priscae *Quin ipsi sibi Galli si offerantur.* At Sigonius in vetusta lectione germanae lectionis vestigia ait contineri: *Quin ipsi sibi Galli se offerant.* Unde putat legendum: *Quin ipsi si ibi Galli se offerant.* GEBH. Invenio in scriptis et primis editt. *ipsi sibi Galli.* Sigonianus amplius *offerant.* Forte interpunctio tantum mutanda, hoc modo: *Quin ipsi sibi Galli si offerantur illo loco, se ita pugnaturos, ut Romae pugnaverint.* J. FR. GRON. *Quin ipsi Galli se offerantur, illo loco se* Leid. 2. *Quin ipsi sibi Galli si offerant illo loco se* Harlej. 1. *Quin ipsi sibi Galli si offerantur, se illo loco se* Gaertn. *Quin ipsi sibi Galli si conferant illo loco se* Hearnii Oxon. C. *Quin ipsi sibi Galli si conferantur illo loco* Lovel. 4. *Quin ipsi sibi Galli si offerantur illo loco, se* Leid. 1. Lovel. 2. 3. Haverk. Fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 2. Exc. Pithoei, et edd. vetustae usque ad Frobenianam anni 1531. quae prima τὸ *sibi* omisit. Eam deinde recentiores secutae sunt. Et ita reliqui Msti.

Ut Romae pugnaverint in repetenda patria, ut postero die ad Gabios] *Romae ut pugnaverint* Lovel.

mana intrasset, nuncium secundae adversaeque fortunae domum perferret.

1 XXIX. His utrimque animis ad Alliam ventum est. Dictator Romanus, postquam in conspectu hostes erant instructi intentique, *Videsne tu*, inquit, *A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad Alliam constitisse? nec illis Dii immortales certioris quidquam fiduciae, majoris-*

5. Harlej. 2. Portug. et Gaertn. *Romae ut pugnaverunt* Haverk. *ut Romae pugnaverunt* Lovel. 2. Deinde *ut potero ad Gabios* Leid. 2. Mox *tum quum effecerint*, pro *tunc*, Portug. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad Liv. 2, 12, 15. *tum, quum effecerunt* Lovel. 2. *tum, quum fecerint* Lovel. 4.

Ne quis hostis, qui moenia Romana intrasset, nuncium secundae adversaeque fortunae domum perferret] *ne quis hostis moenia Romana intrasset* Voss. 2. *qui Romana moenia intrasset* Leid. 2. et Lovel. 2. Tum *nuncium adversae secundaeque fortunae* Lovel. 2. *nuncium foedae adversaeque fortunae* Lov. 4. 5. et Hearnii Ox. N. Male. Nam per *secundam fortunam* intelligitur victoria ad Alliam reportata, et, qui fructus ejus fuit, Romae expugnatio; per *adversam* autem *fortunam*, quod Roma iterum ejecti, et ad Gabios occidione occisi sint. Scriptum per compendium fuerat *scd'ae*, sive *secundae*, inde parva mutatione *fedae*, sive *foedae*, datum est. Denique *perferet* Harl. 1. et Fragm. Hav. *perferrent* Portug. a m. 1. *praeferret* Lovel. 5. *proferret* ed. Rom. anni 1472.

§. 1. *His utrimque animis ad Alliam ventum est*] *utrique* edd. Rom. anni 1472. et Parm, *utrumque* Voss. a m. 1. Voss. 2. et Lovel. 3. V. infra ad 21, 45, 1. *ad Aliam* Voss. 2. Leid. 1. Florent. Lovel. 2. 3. 4. 5. et Haverk. atque ita mox hoc §. et §. 5. praeferunt iterum Florent. Leid. 1. Haverk. et Lovel. 2. 3. 4. ac 5. V. ad Epit. Liv. 5. *ad Galliam* Gaertn.

Postquam in conspectu hostes erant instructi intentique] *postquam hostes in conspectu erant* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *postquam in conspectu omnes erant hostes* Hearnii Oxon. L. 1. *postquam in conspectu hostis erat instructi intentique* Lovel. 2.

Videsne tu, inquit, A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad Alliam constitisse] *inquit D. A. Semproni* Harlej. 1. Tum vox *loci* deerat in vetustioribus excusis; quam quum servent omnes exarati, eadem recte ab Aldo interposita est. non enim Quinctius ideo Praenestinos culpat, quod *fortuna tamquam constantissima re freti* sint; ut de C. Sempronio consule Romano supra refert Liv. 4, 37, 6. sed quod *loci fortuna, inani re*, confidant. Supra cap. praec. *Fortunae loci delegaverant spes suos.* V. Gronov. infra ad 9, 11, 5. Deinde *constisse*, duarum literarum repetitione neglecta, Harlej. 1. *consedisse* Lovel. 4. V. h. lib. ad c. 27, 7.

majorisve quod sit auxilii, dederint. At tu, fretus 2
armis animisque, concitatis equis invade mediam aciem: ego cum legionibus in turbatos trepidantesque inferam signa. Adeste, Dii testes foederis, et expetite poenas, debitas simul vobis violatis, nobisque per vestrum numen deceptis. Non equitem, non peditem sustinue- 3
re Praenestini. primo inpetu ac clamore dissipati ordines sunt. Dein, postquam nullo loco consta-

Nec illis Dii inmortales certioris quidquam fiduciae, majorisve quod sit auxilii, dederint] *nec in illis Dii* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Haverk. et a m. 1. Fragm. Hav. *nec illis Diis* Harlej. 2. *nec illis Diis Dii*, utraque lectione juncta, Lovel. 5. *nec illis Di* Florent. V. ad 5, 14, 4. Tum *quidquid fiduciae* Portug. *qcq̃ ī fiduciae* Haverk. *quidquam fortunae* Portug. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. B. Sed eam vocem ex praecedentibus verbis male a librariis repetitam puto. Denique *majorisve quod sit auribus terruit*, nescio quid cogitans, dedit scriba Gaertn. *majori suaeque sit auxilii dederint* Lovel. 3.

§. 2. *Fretus armis animisque, concitatis equis invade mediam aciem*] *armisque animis* Florent. Tum *invade meniam aciem* Harlej. 1.

In turbatos trepidantesque inferam signa] *inturbatus trepidantes qui feram signa* corruptissime dedit librarius Leid. 1. *in turbatos trepidantes inferam signa* Lovel. 5. *feram signa*, pro *inferam*, dederunt etiam scribae in Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Infra 9, 23, 13. *Ferte signa in hostem.* Sed reliquorum consensus in vulgatum potior est. V. ad 2, 53, 1.

Expetite poenas debitas] *expedite poenas* Harlej. 1. et Fragm. Hav. confusis literis *d* et *t*, de quo infra vide ad 7, 16, 3. *expetere poenas* rectum est. Supra 1, 23, 4. *Magnumque Deorum numen, ab ipso capite orsum, in omne nomen Albanum expetiturum poenas.* 26, 13, 13. *Tanta aviditas supplicii expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis.* V. Gronov. infra ad 30, 18, 9. Mox *debitas scilicet vobis*, pro *simul vobis*, Lovel. 4. [Veith.]

§. 3. *Non equitem, non peditem sustinuere Praenestini*] *sustinere* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Fragm. Hav. et apud Hearnium Excerpta Pith. Tum *non peditem, non equitem* Lovel. 2. Sine discrimine modo equites, modo pedites primo loco memorari, infra videbimus ad 34, 26, 2. Reliquorum itaque codd. auctoritas suadet, ut nihil mutemus.

Primo inpetu ac clamore dissipati ordines sunt] Vox *primo* non adparet in Voss. 2. *inpetu a clamore dissipati* habent Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed ultima litera *τοῦ ac* intercepta est ab initiali vocis sequentis. V. infra ad 23, 8, 9. Illa *primo inpetu ac clamore* supra inlustrantur ad c. 4. hujus lib. §. 9. *primo inpetu et clamore* Lovel. 2. Tum *dissipati sunt ordines* Gaertn.

bat acies, terga vertunt; consternatique, et praeter castra etiam sua pavore praelati, non prius se ab effuso cursu sistunt, quam in conspectu Prae-
4 neste fuit. Ibi ex fuga dissipati, locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt: ne, si intra

Dein, postquam nullo loco constabat acies, terga vertunt] *Deinde* Florent. Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et omnes excusi usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui *Dein* substituit, quemadmodum in Leid. 1. fuisse videtur. V. supra ad 3, 3, 6.

Praeter castra etiam sua pavore praelati] *perlati* legendum est potius: alioquin *praeter* vacat, ut in 5, [26, 7.] *Effusa fuga castra sunt praelati.* SIG. Etsi *prae* in *praelati* habet vim τοῦ *praeter*, tamen non minus recte dicitur *praeter castra praelati*, quam *castra praelati.* V. Gronovium ad 29, 32, 8. Eadem ratio est in *trajicere trans* 21, 26, 6. et 25, 14, 4. et in *perrumpere per* 3, 70, 4. DUK. *perlati*, quemadmodum Sigonius, cujus hoc Scholion demum adparuit in postuma ejus editione anni 1592. et ideo minoris est auctoritatis, emendandum censebat, obfert solum Fragm. Hav. Saepe ita variant scribae in codd. manu exaratis. V. infra ad 38, 28, 8. Hic tamen nihil mutandum. Eadem enim locutio etiam infra obcurrit 7, 24, 8. *Praeter castra etiam sua fuga praelati arcem Albanam petunt.* Et ita *praeter fasces praevectus* 24, 24, 44, 10. Neque magis in his τὸ *praeter* vacare censendum est, aut, si vacat, magis displicere debet, quam τὸ *ante* in illo 21, 20, 8. *Praeoccupatos jam ante ab Hannibale Gallorum animos esse.* (*42, 47, 2.) vel τὸ *prius* in illo eodem lib. c. 32, 7. *Quamquam fama prius praecepta res erat.* Quibus locis plura similia videnda sunt. Et sane si *praeter* additum τῷ *praelatus* Sigonius ideo mutandum censuit, quia *prae* in *praelatus* sensu τοῦ *praeter* adhibetur, quomodo ferre potuit, praepositionem, cum qua verbum compositum est, eidem in regimine addi? Id tamen Livio frequens esse, vidimus ad Praefat. §. 11. Vulgatam lectionem Sigonii conjecturae praeferebat etiam Gebhardus supra ad 2, 14, 7. Ceterum Clericus ad hunc locum *praeter castra praeferri*, sive *praeter castra fugere*, proverbium militare esse existimabat, cujus, si per librarios licuisset, exemplum haberemus apud Terent. in Phorm. 5, 2, 3.

Ita fugias, ne praeter castra, quod ajunt.

ubi scripserunt nunc *ne praeter casam.* Verum, praeterquam quod viri docti ex Mstis nullam hic lectionis varietatem agnoverint, (nisi quod Boecler. in duobus invenerit *causam*) *casam*, non *castra*, hic legit jam Donat. sive quisquis est, qui Donati nomine circumfertur, ita inter alia notans: *Hoc est, ne praetereas casam tuam, quae sit tibi tutissimum receptaculum.* Iis itaque adversantibus vulgatum mutari audacius est, quam ut placere possit; certe si in vulgato commodus sensus sit, quem Gujet. Boecler. et alii dare conati sunt. V. etiam Erasmum in Adag. Titulo *Modestia modusque* pag. m. 1300. Ceterum *et jam*, pro *etiam*, Lovel. 3. Insuper *praeter castra etiam*

moenia se recepiſſent, extemplo ureretur ager, depopulatisque omnibus obsidio urbi inferretur. Sed, 5
poſtquam, direptis ad Alliam caſtris, victor Romanus aderat, id quoque munimentum relictum: et, vix moenia tuta rati, oppido se Praeneſte includunt. Octo 6

suo pavore praelati perperam obferunt Lovel. 2. 4. et Haverk. [*caſtra suo pavore praelati* Veith.] Mox *siſtant*, pro *siſtunt*, Leid. 1.

§. 4. *Locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt*] *cominuerant* Haverk. *communiverant* Florent. et Lovel. 2. *communierant* Portug. a m. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. nec non Neapol. Latinii. Verum non ceperunt locum, quem jam communiverant, sed quem communituri erant. Rectius ergo *communirent*, pro quo simplex *munirent* obfert Hearnii Oxon. B. quem non audio. V. supra ad 3, 42, 3.

Extemplo ureretur ager] *ureretur extemplo ager* Leid. 1. Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *uteretur extemplo ager* Portug. a m. 1. qui *agero* ex interpolatione exhibet. *extemplo uteretur ager* Lovel. 5. Mox *depopulatusque*, pro *depopulatisque*, Leid. 2. *delatisque* Lovel. 5. Tum *inferetur*, pro *inferretur*, Voſſ. 1. *infertur* Gaertn.

§. 5. *Sed, poſtquam, direptis ad Alliam caſtris, victor Romanus aderat*] *Τὸ poſtquam* deficit in Leid. 2. Tum *ad Aliam* Florent. Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. et Haverk. V. supra hoc cap. ad §. 1. Praeterea *directis caſtris* Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 37, 31, 5.

Id quoque munimentum relictum: et vix moenia tuta rati] *hii quoque* Gaertn. qui voluiſſe videtur *hic quoque*. Sed *id* servant reliqui. *idque* Portug. et Harlej. 2. V. ad 5, 27, 1. Deinde *monimentum* Leid. 1. *monumentum* Voſſ. 1. et Lovel. 4. ac 5. V. ad 4, 10, 6. *munimen* Haverk. V. supra ad 2, 10, 2. Hinc *tuta rapti* Voſſ. 1. et Lovel. 4. ac 5. Tum *Praeneſti* Lovel. 2. Male. V. supra h. lib. c. 9, 3. In verbis sequentibus *includant*, pro *includunt*, habet Portug.

§. 6. *Octo praeterea oppida erant sub ditione Praeneſtinorum*] Conjicio scripsiſſe Livium non *praeterea*, sed *per ea tempora*. T. FABER. Codd. nihil mutant, nisi quod *propterea* legant Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Ita saepe *praeter* et *propter* in Mſtis commutantur. V. supra ad 4, 61, 10. Eumdem errorem commiſſurus etiam fuerat librarius Lovel. 3. Sed, prima syllaba vocis *propterea* jam exarata, se falli animadvertens, ea tamen non deleta veram lectionem adscripsit, unde in eo nunc *Octo pro praeterea oppida* supereſt. Fabri conjectura displicuit Doujatio, qui *per ea tempora* non neceſſarium putabat, quoniam, non de suo tempore id Livium praedicaſſe, ex τῷ *erant* satis intelligitur: ideo vero Livium *praeterea* dixiſſe addit, ut innuat octo oppida fuiſſe sub Praeneſtinorum ditione praeter ipsum Praeneſte ceterorum caput. Non aliter τὸ *praeterea* accepiſſe videtur Faber, sed eam ipsam ob cauſſam vulgatum damnaſſe, quod ita Quinctius non novem, ut mox §. 9. dicitur, sed decem oppida cepiſſet. Verum omnino decem oppida subegiſſe,

praeterea oppida erant sub ditione Praeneſtinorum. ad ea circumlatum bellum: deincepsque, haud magno certamine captis, Velitras exercitus ductus.
7 Eae quoque expugnatae. tum ad caput belli Prae-

novem vi cepiſſe, Praeneſte per deditionem recepiſſe, ipse Livius §. 8. tradit. Et tamen in monumento a Quinctio in Capitolio fixo *novem* tantum *oppidorum captorum* mentio fit, quod Livius eam mutilam adduxerit, et forte aliquid de Praeneſte desideretur, quemadmodum J. Fr. Gronovius infra ad §. 9. exiſtimavit. Nisi potius dicendum sit, per *novem oppida* intelligi illa, quae erant ditionis Praeneſtinorum, de quibus victis proprie hoc monumentum positum erat. Velitrae enim, decimum oppidum, colonia erat Romanorum.

Velitras exercitus ductus] *excitus ductus* Haverk. Sed quum *ex'citus ductus* per compendium scriptum foret, additam notam librarius male omisit. V. infra ad 10, 33, 1. Paullo ante *deinceps*, sine copula *que*, Lovel. 3. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 7. *Eae quoque expugnatae. tum ad caput belli*] *Hee quoque expugnatae* Voſſ. 1. Leid. 2. et Gaertn. *Hae quoque expugnatae* Portug. et Haverk. *Ea quoque expugnata. tum* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *Ea quoque expugnavere. tum* Fragm. Hav. a m. 1. *Eas quoque expugnavere* Hearnii Oxon. N. in margine. *Eo quoque expugnato, tum ad caput belli* Oxon. L. 2. *Eoque oppugnato, cum ad caput belli* Lovel. 4. *iñ*, sive *inde*, pro *tũ*, sive *tum*, eſt in Lovel. 2. facili lapsu ob ductuum similitudinem. (* v. ad 28, 22, 11.) Sed vulgatum, quod in melioribus codd. supereſt, loco non movendum.

Id non vi, sed per deditionem, receptum eſt] *Id non vis et per deditionem* Leid. 1. Sed quum olim *set*, pro *sed*, scriptum fuiſſet, ut saepius in Mſtis invenitur, ejus prima litera perperam voci praecedenti in fine acceſſit. Deinde *per ditionem* Florent. et Leid. 1. Saepius ita peccaſſe librarios, infra videbimus ad 26, 21, 17.

§. 8. *T. Quinctius, semel acie victor, binis caſtris hoſtium, novem oppidis vi captis*] Quinctii praenomen *T.* deficit in Hearnii Oxon. L. 2. Tum *semel aciem victor* Leid. 1. qui insuper *binis caſtris otium oppidis* perperam dedit; *binis caſtris ocius, novem oppidis* Lovel. 2. in contextu, vulgata lectione margini adscripta.

Romam revertit] *Romam vertitur* Leid. 2. *Romam revertitur* Voſſ. 1. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. N. et C. [Veith.] Nihil muto; sed *revertit* accipio tempus perfectum. Paſſim enim Livius hujus verbi perfectum et inde declinata alia forma activa extulit. Ita 7, 17, 5. *Praeda ingenti parta victores reverterunt.* ubi etiam codex unus *revertuntur.* 26, 50, 14. *Intra paucos dies ad Scipionem revertit.* hic etiam alii *revertitur.* (* 35, 22, 1. 37, 44, 3.) 41, 6, 4. *Per eos dies Ti. Sempronius Gracchus et L. Poſtumius Albinus ex Hispania Romam quum revertissent.* c. 12, 10. *Claudius duarum gentium uno anno victor Romam revertit.* et alibi saepe. Soliti autem fuerunt librarii verbis activis perperam terminationem paſſivorum addere. V. infra ad 39, 22, 8. In verbis praecedentibus *in deditionem recepto*, pro *accepto*, eſt in Lovel. 4.

neste ventum. Id non vi, sed per deditionem, receptum est. T. Quinctius, semel acie victor, binis 8
castris hostium, novem oppidis vi captis, Praeneste in deditionem accepto, Romam revertit: triumphans-

Triumphansque signum, Praeneste devectum, Jovis Imperatoris in Capitolium tulit) *triumphatis* et *duxit* Lovel. 1. *Triumphantisque signum, Praeneste devectum, Jovis imperator in Capitolium duxit*, a reliquis dissentiens, Leid. 2. ut innuat, Quinctium, quem nomine *imperator* indicat, Praeneste Romam tulisse signum Jovis non cognominati *Imperatoris*, sed *Triumphantis*. Verum male. Vulgatum enim, quod reliqui omnes codices defendunt, firmatur etiam testimonio P. Victoris, qui in libro de Region. urb. Romae in reg. VIII. memorat *Signum Jovis Imperatoris Praeneste devectum*. A Livio in diversa abire videtur Cic. qui Jovis Imperatoris signum illud non a T. Quinctio Cincinnato Praeneste, sed a T. Quinctio Flaminino ex Macedonia Romam devectum, et in Capitolio positum fuisse, refert 4. in Verr. 58. *Tria ferebantur in orbe terrarum signa Jovis Imperatoris uno in genere pulcherrime facta: unum illud Macedonicum, quod in Capitolio videmus: alterum in Ponti ore et angustiis: tertium quod Syracusis ante Verrem praetorem fuit. Illud Flamininus ita ex aede sua sustulit, ut in Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Jovis, poneret.* Dissensus hic Ciceronis ac Livii viros doctos in varias opiniones abire coegit. Lipsius ad Plinii Panegyr. Trajani 5. existimat, id signum *T. Quinctii* nomine inscriptum fuisse et dedicatum, haud addito cognomine, atque alium alio traxisse; Livium et P. Victorem retulisse ad T. Quinctium Cincinnatum, Ciceronem ad T. Quinctium Flamininum. V. etiam Syllog. Epist. quas Cel. Burm. edidit, tom. 1. Epist. 429. et 430. Duo Jovis Imperatoris signa in Capitolio fuisse, alterum a T. Quinctio Cincinnato Praeneste, alterum a T. Quinctio Flaminino ex Macedonia devectum, statuit Just. Rycquius de Capitol. c. 24. et similiter etiam Alex. Donatus 2. de Urbe Roma 7. Addit autem Rycq. ideo alterius simulacri nullam mentionem fecisse Ciceronem, quod Praenestinum illud Graeco isto longe vilius fuerit. Et sane Cicero non simpliciter memorat *tria Jovis imperatoris, quae in orbe terrarum ferebantur, signa*, sed insuper *uno in genere pulcherrime facta*. Inter pulcherrime facta igitur hoc Praenestinum referri non potuit. Cl. Chishull in Antiquit. Asiat. docet, quosdam fuisse, qui pro *Jovis Imperatoris* apud Cic. legendum censent *Jovis Imbricitoris*, eum enim indicari, qui Graecis οὔριος vocatur. Ipse vero, quum Jupiter hic forma pueri effictus sit, conjicit, Ciceronem per compendium scripsisse *Jovis Imp.* pro *impuberis*, ex quo deinde oscitantes librarii fecerint *Jovis Imperatoris*: quae iterum conjectura viris doctis, qui Acta Erudit. Lipsiae edunt, displicuit in anno 1729. p. 146. quoniam, vocem *impuberis* compendiaria illa scriptura sic expressam alibi obcurrere, sibi persuadere nequeant, et facilius sit literas *IMP.* exponere *Imperatoris*, quemadmodum in Inscript. et nummis eo sensu fere semper leguntur, quam *Impuberis*; ideoque verisimile non sit, compendio illo in hac re ibi usum fuisse Ciceronem.

que signum, Praeneste devectum, Jovis Imperato-
9 ris in Capitolium tulit. Dedicatum est inter cel-
lam Jovis ac Minervae; tabulaque sub eo fixa,

Ipsi vero credunt, minore negotio in Cicerone legi posse *Jovis Temperatoris*, quod Jupiter *Οὔριος* sit, qui, ut Horatius inquit 3. od. 4, 45. *mare temperat ventosum*. Vel etiam locum Cic. integrum esse, et *Jovem Οὔριον Imperatorem* dici potuisse, quod imperium habuerit in ventorum rabiem et indomitas undas. Quidquid est, in eo inter ipsos et Rycquium ac Donatum convenit, duo diversa fuisse signa Jovis, alterum Imperatoris a T. Quinctio Cincinnato Praeneste Romam adlatum, alterum Jovis *Οὔριον* sive *Imperatoris*, quod T. Quinctius Flamininus ex Macedonia advexit; utrumque autem in Capitolio dedicatum fuisse. Prioris istius Romam translationem verbis Livianis describens Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXIV. p. 240. vocat *signum Jovis Induperatoris*: quod qua auctoritate fecerit, non adparet. Antiquissimos Latinos *Induperator* vel *Endoperator*, pro *Imperator*, dixisse, nullum est dubium; Livium tamen similibus antiquatis usum fuisse, nisi ubi ipsas antiquarum formularum voces in medium adfert, nemo mihi persuadebit. V. infra ad 36, 2, 2. Cel. Dukerus observarat etiam loca Lipsii et Rycquii, iisque addiderat sequentia. „De his signis etiam alia „tradiderunt doctissimi et anti„quitatis Romanae peritissimi vi„ri, quae non carent scrupulo. „Veluti, quod Nardinus 5. Rom. „Vet. 16. scribit, incertum esse, „an signum Praenestinum Jovis „Imperatoris apud P. Victorem „idem sit, atque illud, de quo „agit Cic. Or. 3. Cat. 8. et 9. et „an in arce vel alibi in Regione „VIII. Urbis positum fuerit: item, „quod Donat. 2. de urb. Rom. 7. „dicit, de signo Macedonico Jo„vis Imp. agere Cic. d. Or. 3. „Catil. et Obsequentem de Pro„digiis c. 122. ac denique quod „Lipsius ad Plin. d. l. adfirmat, „signum Macedonicum ad acta„tem Plinii et infra eam duraſſe, „negant Rycquius l. d. et Hoto„mannus ad Cic. 4. in Verr. 58. „Sed, ea hic pluribus excutere, „ab hoc loco et instituto nostro „alienum est. Haec notarat vir Cel. quae hic etiam conspici, ex re esse duxi.

§. 9. *Dedicatum est inter cellam Jovis ac Minervae*] *dedicatumque est* Lovel. 4. Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Deinde *inter Jovis cellam et Minervae* Haverk. *inter Jovis cellam Minervae* Portug. *inter cellam Jovis et Minervae* Harlej. 2. et edd. Aldina priores. Mox *monimentum*, pro *monumentum*, Leid. 1. et Lovel. 2.

His ferme incisa literis fuit: Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet] Animadvertat lector, inscriptionem istam in Livio valde imperfectam atque mutilam exstare. Id quod ex Sex. Pompejo de verborum significatione in voce *Trieus* cognoscitur, qui ex Cincii Mystagogicon libro secundo ex eadem inscriptione plura adducit, quae docent, partem illam a Livio citatam esse male detruncatam, et librariorum, ni fallor, magis errore, quam Livii ipsius obscitantia. Non tam enim admiratione et Capitolina dedicatione dignum est, dictatorem populi Romani novem oppida Praenestinae ditionis haud potentis cepisse; quam no-

monumentum rerum geſtarum, his ferme incisa literis fuit: *Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet.* Die 10

vem diebus oppida novem cepiſſe. Quod quidem ipsum in dicta T. Quinctii tabula Capitolilina pulchre expreſſum fuit: coronamque auream, victoriae causa duarum librarum pondo et trientis Jovi donum dedisse: quemadmodum Cincius illius tabulae verba exponit. Quod etiam in Livio non reperitur. Igitur monumentum vetuſtum rerum a T. Quinctio geſtarum hoc, tam ex Livio, quam ex Feſto, in hunc fere modum suppleri poteſt.

IVPITER.ATQ.DI.OMNES.HOC.DEDER.
VT.T.QVINCTIVS.DICT.OPPIDA.NOVEM.
DIEBVS.IX.CAPERET.X.PRAENESTE.IN
DEDITIONEM. RECIPERET. EARVM
RERVM.ERGO.TRIENTEM.TERTIVM
PONDO. CORONAM. AVREAM
IOVI. D. D.

PIGH. in Annal. ad ann. CCCLXXIV. p. 240. *Ferme* aït Livius. non igitur neceſſe, ut totum illum titulum verbis omnibus, quibus conceptus fuit, retulerit. Certe nullis in libris antiquis reperitur, praeterquam: *Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet.* Quae mutila eſſe, atque in iis desiderari, *novem* vel *totidem diebus*, forte et aliquid de Praeneste, non iverim inficias. Meminit ejusdem tituli Feſtus. *Trientem*, inquit, *tertium pondo coronam auream dedisse Jovi donum scripsit T. Quinctius dictator, quum per novem dies totidem urbes, et decimo Praeneſte cepisset.* Itaque Pighius monumentum T. Quinctii tam ex Livio quam ex Feſto ita inſtaurari poſſe censuit: *Jupiter atque Divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem diebus novem caperet, decimo Praeneſte in deditionem acciperet. Earum rerum ergo trientem tertium pondo coronam Jovi donum dedit.* Non inprobo conatum. Sed hoc totum in exemplaria Livii contra omnes veteres libros a Grutero relatum eſſe, id vero probare non possum, inque eo tanti viri providentiam vehementer desidero. Haec enim vis est, quae ad quidvis audendum feneſtram pateſaciat. Quid autem indignius, quam ut princeps civis, inſtar exoleti e paedagogio, pannis et coloribus et fasciis alienis male conspectus incedat? Ille quidem paupertate sua involvi, et, quod attulit vetuſtas, magno animo ferre liber ac suus multis partibus mavult. Itaque nos ea delevimus, facile concedentes aliquid ingenio ad emendandam veterem scripturam, dummodo ad sententiam ea, ut aqua in usum, molliter ducatur, non trahatur, aut trudatur. Adsuere, et versus integros, nec neceſſarios, ob verbum elegans interponere, aut ab aliis interpositos, ubi prohibere poſſumus, pati, nec pudoris est, nec saeculi noſtri. J. F. GRON. Sententiam Pighii recte ex usu, quem in lingua Latina habet adverbium *ferme*, refellit Gronovius: quod indicio est, Inscriptionem ab ipso Livio in pauca contractam. Nam *ferme* et *fere* saepe summa et praecipua capita rerum denotant. Liv. 1, 15, 6. *Haec ferme Romulo regnante domi militiaeque geſta.* 23, 34, 1. *In has ferme leges foedus ictum.* Suetonius in Caes. 25. *Geſsit autem novem annis, quibus in imperio fuit, haec fere.* DUR. Vox *incisa* non adparet in Leid. 2. et

vicesimo, quam creatus erat, dictatura se abdicavit.

Lovel. 1. Deinde *Jupiter ac Dii omnes* Lovel. 4. *Jupiter atque Dii omnes* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 2. et editiones vetustae. Pighius etiam *Jupiter atque Di omnes* restituebat. Sed vulgatum praefero, quod primus Frobenius anno 1535. in contextum recepit, et reliqui codd. tuentur. *Divus* autem et *Diva*, pro *Deus* et *Dea*, in vetustis formulis passim reperiuntur. Infra 7, 26, 4. *Si Divus, si Diva esset, qui sibi praepetem misisset, volens propitius adesset.* 25, 12, 10. *Nam is Divus exstinguet perduelles vestros, qui vestros campos pascunt placide.* 29, 27, 2. *Divi Divaeque, inquit, maria terrasque qui colitis, vos precor quaesoque.* Et ita saepe. Insuper τὸ *hoc* deficit in Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *haec dederunt* obserunt vetustae edd. usque ad Aldum, qui, concinentibus reliquis scriptis, dedit *hoc dederunt.* V. infra ad 21, 52, 10. Tum *ut Quinctius dictator*, omisso praenomine, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. An forte legendum *dederunt*, *T. Quinctius dictator oppida novem caperet?* Videntur enim librarii illud *ut*, quod necessarium putabant, partim formasse ex ultimis literis praecedentis *dederūt*, partim ex praenominis Quinctiani litera *T.* Similiter fere Sueton. in Caes. 30. *Hoc voluerunt, tantis rebus gestis Caesar condemnatus essem.* Sed nec vulgatum, pro quo stant reliqui codices, damno. Ceterum, quae Gruterus in contextum postremae editionis ex mente Pighii receperat, recte inde iterum Gronovius expulit. Neque muto sententiam, licet videam etiam Just. Rycquium de Capit. c. 24. Pighii emendationem probasse.

§. 10. *Die XX. quam creatus erat, dictatura se abdicavit*] Nihil emendatius hac esse oratione videtur, cum tamen, si veteres libros attendamus, turpissime depravata sit, in quibus ita est: *Duodevicesimo, quam creatus fuerat, dictatura se abdicavit.* Item: *Duodevicesimo, quam creatus fuerat, die dictatura se abdicavit.* Quod magis probatur: prior enim syllaba vocis *dictaturae*, in errorem impulisse librarium videtur, ut vocem *die* omiserit. Haec autem si germana lectio est, accipiendum est dictum esse *duodevicesimo die*, pro *XXII. die.* sic enim antiquos locutos esse docet Nonius his verbis: *Duodevicesimo, ita ut, Duodecimo. Varro Humanarum rerum l. XVI. Mortuus est anno duodevicesimo. rex fuit XXI. Cato quarto Originum: Deinde duodevicesimo anno post dimissum bellum, quod IIII et XX annos fuit.* Quamquam Gellius l. 5, 4. superius exemplum ex Fabii Annalibus profert ita: *Mortuus est anno duo et vicesimo. Rex fuit annos viginti et unum.* †. „Nae hic „Sigonius ostendit, se quoque „errare posse. cum Livius l. 1, „[40, 1.] de Tarquinio Prisco „dicat, *duodequadragesimo ferme „anno, ex quo regnare coeperat „Tarquinius*, quis nescit, pro tri„gesimo octavo anno dictum?" †. SIG. Breviter describit hanc victoriam cum triumpho Eutropius in Breviario historiae Romanae [2, 2.] *T. etiam Quinctius Cincinnatus*, inquit, *Praenestinos, qui usque ad* (alias V. C. *adusque*) *urbis Romae portas venerant, bello persequutus ad flumen Allium vi-*

XXX. Comitia inde habita tribunorum militum 1
consulari poteſtate; quibus aequatus patriciorum

vicit, *et civitates*, (V. C. itidem *et octo civitates*) *quae sub ipsis agebant*, *Romanis adjunxit. Ipsum Praeneſte aggressus in deditionem accepit. Quae omnia ab eo geſta viginti diebus*, *triumphusque ipsi decretus*. Eadem fere Livius de celeritate ejus expeditionis hic tradit, T. Quinctium die xx. quam creatus erat, dictatura se abdicaſſe scribens. Quocirca non assentior iis, qui ex veteribus libris ipsum duodevicesimo die, id est, vigesimo secundo, ut interpretantur, abdicaſſe opinantur. PIGH. in Annal. ad ann. CCCLXXIV. p. 240. Palat. sec. *Duodevicesimo die*, *quam creatus fuerat*. de qua emendatione videantur Sigonii scholia. GEBH. Pall. *Duo de vicesimo die*. Perinde ut Sigoniani, nisi quod vox *die* transposita est. Sed miror id eum interpretari vicesimo secundo, contra quam fert ratio sermonis, auctoritate Nonii, quae et ipsa jam dudum a viris doctis spreta est: praesertim cum afferat ex Fabii annalibus: *mortuus est anno duo et vicesimo*. Aut igitur intelligendus octavus decimus dies, aut scribendum: *Duo et vicesimo*, *quam creatus erat*, *die dictatura se abdicavit*. Viginti diebus haec omnia ab illo geſta narrat Eutropius: sed potest ille rotundum numerum videri secutus. Chiſlet. *Duo vicesimo*. J. FR. GRON. *Deumcesimo*, *quam creatus erat*, *dictatura* Harlej. 1. *Duodevicesimo*, *quam creatus erat*, *dictatura* Haverk. *Duovicesimo*, *quam creatus erat*, *dictatura* Leid. 1. *Duo die vigesimo*, *qua creatus erat*, *dictatura* Lovel. 2. *Die vicesimo*, vel *Die vigesimo*, *quam creatus erat*, *dictatura* Voſſ. ambo, Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. Portug. et Gaertn. *Die vicesimo*, *quam creatus erat*, *dictatura* Florent. V. ad 5, 54, 5. *Die vicesimo creatus erat*, *dictatura* Leid. 2. *Die vicesimo*, *qua creatus erat*, *dictatura* Fragm. Hav. Sed *quam* hic ponitur pro postquam, quod Livio aliisque admodum frequens est. V. Hadrian. Cardin. de Serm. Lat. p. 68. Adde Cel. Burmann. ad Suet. Caes. 35. Abrah. Gronovium ad Juſtin. 26, 1, 10. et quae infra notantur ad Liv. 28, 16, 14. Ceterum quum omnes membranae *vicesimo* genere digniori praeferant, ita etiam reſtitui. V. infra ad 8, 11, 15. Recentiores editores dederant *Die vigesima*, secuti Gruterum, qui ita primus in poſtrema editione vulgavit. Priores omnes per notas numerales dederunt *Die XX*, *quam creatus erat*, nisi quod Cervic. habeat *Die vigesimo*, Ascensius anno 1530. *Die vicesimo*. Tandem *Duodevicesimo*, quod non nisi in ambiguae fidei Mſtis obviam fuit, licet optimae notae libri Doujatio vocentur, sive, ut Gronov. conjecit, *Duo et vicesimo* probare ausus non sum. Nam *Duo et vicesimo* pro *Secundo et vicesimo* non videtur ſtili Liviani eſſe. *Duodevicesimo* autem foret decimo octavo, ut Gronov. docuit; ita enim *Duodequadragesimus* Livio est trigesimus octavus 1, 40, 1. ut Doujatius observat. Jam autem, si Quinctius duodevicesimo post die, quam creatus erat, se iterum dictatura abdicaſſet, Eutropius, celeritatem victoriae ab eo partae praedicaturus, non numero rotundo majore usus fuisset. ita enim celeritatem illam multum inminuebat. Tandem *se dictatura abdicavit* Lovel. 4.

§. 1. *Comitia inde habita tribunorum militum consulari pote-*

sola virtute militum reſtantes caeduntur, caeduntque, caſtra interim Romana, jacentia in campo,
6 ab altera parte hoſtes invasere. Ab ducibus utro-

cus aptius cohaereat, qui ceteroquin divellendus et post ea verba interpunctione dividendus foret. *virtute militum resiſtentes* Lovel. 4. et editiones principes, cujus demum loco Froben. anno 1535. *reſtantes* subposuit. Et recte. Ita enim reliqui omnes codices. V. supra ad 4, 58, 4.

Caeduntur, caeduntque] *caeduntur* deest in Leid. 1. *caedunt*, reliquis omiſſis, legit Fragm. Hav. a m. 1. *caeduntur*, exsulante etiam voce sequenti, Voſſ. 1. a m. 1. (cujus margini *caeduntque* a manu altera adscriptum est) Voſſ. 2. Lovel. 3. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. et C. [Veith.] neque aliter se quoque in duobus Palat. inveniſſe, auctor est Gebhard. supra ad 4, 58, 4. qui addit, Campani editionem id inversum exhibere *caedunt caeduntque*. Et ita erat etiam in Florent. Mox *caſtra licentia*, pro *jacentia*, perperam Portug. Tum *in altera parte*, pro *ab altera*. Lovel. 3. et *invaserunt*, pro *invasere*, Gaertn.

§. 6. *Ab ducibus utrobique proditae temeritate atque inscitia res*] Vet. lib. *prodita*. SIG. Pall. duo, primus *utroque prod. t. atque ſtultitia res*. secundus, quod et ex suo protraxit Sigonius, male *prodita*, contra morem Latini sermonis. GEBH. Primo *A ducibus* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. Tum *utrum sibique*, pro *utrobique*, Florent. *utroque* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Male. V. infra ad 33, 15, 13. Illud *utrobique* magnas tenebras interpreti Delphinico obfundit, qui, sciens utrique Manlio eamdem provinciam datam fuiſſe, ut non duobus locis prodere vel perdere rem Romanam potuiſſe videantur, ambos quidem Manlios adversus Volscos miſſos fuiſſe existimat, sed tamen proprio quemque exercitu; idque ex eo conjicit, quod mox addatur *revocati etiam inde exercitus et duces*. Verum, ut de poſteriori illo prius videamus, fundamentum hujus conjecturae admodum est infirmum. Quod enim *revocati* numero multitudinis proponatur, non sequitur, *exercitus* accipiendum eſſe numero eodem, quum *revocati* respiciat et exercitum et duces, atque duobus etiam singularis numeri nominibus adjectivum plurale addi soleat. Infra 44, 19, 12. *Brevi extorres regno Ptolemaeum et Cleopatram Romam venturos*. Huc etiam pertinet illud 4, 57, 6. *Exemplo fuit collegas eumque intuentibus, quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus esset*. ubi v. quae notantur. Similiter duobus subſtantivis, alteri numeri pluralis, alteri singularis, verbum plurale additur. V. ad 3, 30, 1. immo et additur duobus substantivis numeri singularis. V. ad 1, 31, 7. Verum insuper neceſſe non est, ut statuamus, ambos Manlios divisis exercitibus rem geſſiſſe, quod etiam eos feciſſe aliunde probari nequit. *Utrobique* enim est et illo loco, ubi in insidias praecipitaverant, qui citati profecti erant, ut cohortibus pabulatum miſſis praesidio forent, et ad caſtra, quae interim ab altera parte hoſtes invaserant. Adparet, qui hoc sponte videre non potuit, numquam adtente Livium legiſſe. Praeterea *prodita temeritate atque inscitia res* Harlej. 2. Lovel. 5. Portug. et Ha-

rant, poenituit. Inexplorato pabulatum cohortes 4
misere. quibus velut circumventis, quum id falso
nunciatum esset, dum, praesidio ut essent, citati
feruntur, ne auctore quidem adservato, qui eos,
hostis Latinus pro milite Romano, frustratus erat,
ipsi in insidias praecipitavere. Ibi dum iniquo loco 5

quo quod Julium antelbant Gaertn. *gratia ante Julium ibant* Fragm. Hav. *gratia Julium antelbat, et Volsci* Harlej. 1.

Volsci provincia sine sorte, sine comparatione, extra ordinem data] *Volscorum provincia* Harl. 2. Portug. et Haverk. Male. Supra 5, 12, 6. *Valerio Potito Volsci provincia evenerat.* ubi iidem codd. eodem modo peccabant. *Volscique provincia* Gaertn. Mox *extra ordinem datam* Fragm. Hav.

Cujus et ipsos postmodo et Patres, qui dederant, poenituit] Vet. lib. *postmodum.* SIG. *cujus et ipsas post me* Lovel. 1. *cujus et ipsum postmodo* Lovel. 2. *cujus et ipsos postea* Leid. 2. *cujus et ipsos postmodum* Voss. 2. Lovel. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Neap. Latinii, et Hearnii Oxon. L. 1. et C. Supra 2, 1, 9. *Ne postmodum flecti precibus aut donis regiis possent.* Quum tamen certiores codices vulgatum *postmodo* servent, eos potius sequor. V. infra ad 25, 38, 12.

§. 4. *Inexplorato pabulatum cohortes misere*] *Inexplorato paulatim cohortes* Lovel. 5. a m. 1. *Inexplorato pabulatu* Leid. 2. Sed male. *inexplorato* enim adverbialiter Livio ponitur. Infra 21, 25, 9. *Ibi inexplorato profectus in insidias praecipitatus.* 22, 4, 4. *Inexplorato postero die, vix dum satis certa luce, angustiis superatis, id tantum hostium, quod ex adverso erat, adspexit.* 27, 26, 6. *In quae inexplorato euntes Romani quum incidissent. Pabulatum mittere* ut Caesar 1. belli civ. 40. *His pontibus pabulatum mittebat. Pabulatum ire* infra 10, 19, 14. *Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat.* 40, 25, 4. *Pabulatum lignatumque milites irent.* c. 30, 9. *Pone castra utrique pabulatum et lignatum ibant.* Insuper *cohortes missae* Neap. Latinii. *cohortes miserat* Lovel. 2.

Quum id falso nunciatum esset] *quom illud falsum nunciatum esset* Gaertn. *id falsum* Voss. 2. Leid. 1. Fragm. Hav. et Lovel. 2. ac 3.

Ipsi in insidias praecipitavere] *Tò ipsi* non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *ipsi infidias praecipitavere* praefert Haverk. *ipsi insidias praecipitaverunt* Gaertn. Sed praepositionem *in* intercepit prima syllaba vocis sequentis, ut saepe alibi factum. V. ad 1, 14, 7. 2, 30, 13. c. 51, 5. et 3, 43, 5. V. alia infra ad 8, 33, 6. *se ipsi insidias praecipitavere* Lovel. 2. Librario male displicuit, *τὸ praecipitare* hic οὐδετέρως poni, quod tamen Livio frequens est. V. ad 25, 11, 6.

§. 5. *Dum iniquo loco sola virtute militum restantes*] *dum loco iniquo* Harlej. 2. Lovel. 4. 5. Portug. et Haverk. Tum *virtute militum restatur* Harlej. 2. *virtute militum restant* Portug. a m. 1. quasi id pendeat a particula *dum*, ad quam potius sequentia *caeduntur, caeduntque* referuntur, ut ita lo-

sola virtute militum reſtantes caeduntur, caeduntque, caſtra interim Romana, jacentia in campo,
6 ab altera parte hoſtes invasere. Ab ducibus utro-

cus aptius cohaereat, qui ceteroquin divellendus et post ea verba interpunctione dividendus foret. *virtute militum resiſtentes* Lovel. 4. et editiones principes, cujus demum loco Froben. anno 1535. *reſtantes* subposuit. Et recte. Ita enim reliqui omnes codices. V. supra ad 4, 58, 4.

Caeduntur, caeduntque] *caeduntur* deest in Leid. 1. *caedunt*, reliquis omiſſis, legit Fragm. Hav. a m. 1. *caeduntur*, exsulante etiam voce sequenti, Voſſ. 1. a m. 1. (cujus margini *caeduntque* a manu altera adscriptum est) Voſſ. 2. Lovel. 3. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. et C. [Veith.] neque aliter se quoque in duobus Palat. inveniſſe, auctor est Gebhard. supra ad 4, 58, 4. qui addit, Campani editionem id inversum exhibere *caedunt caeduntque*. Et ita erat etiam in Florent. Mox *caſtra licentia*, pro *jacentia*, perperam Portug. Tum *in altera parte*, pro *ab altera*. Lovel. 3. et *invaserunt*, pro *invasere*, Gaertn.

§. 6. *Ab ducibus utrobique proditae temeritate atque inscitia res*] Vet. lib. *prodita*. SIG. Pall. duo, primus *utroque prod. t. atque ſtultitia res*. secundus, quod et ex suo protraxit Sigonius, male *prodita*, contra morem Latini sermonis. GEBH. Primo *A ducibus* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. Tum *utrum sibique*, pro *utrobique*, Florent. *utroque* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Male. V. infra ad 33, 15, 13. Illud *utrobique* magnas tenebras interpreti Delphinico obfundit, qui, sciens utrique Manlio eamdem provinciam datam fuiſſe, ut non duobus locis prodere vel perdere rem Romanam potuiſſe videantur, ambos quidem Manlios adversus Volscos miſſos fuiſſe existimat, sed tamen proprio quemque exercitu; idque ex eo conjicit, quod mox addatur *revocati etiam inde exercitus et duces*. Verum, ut de poſteriori illo prius videamus, fundamentum hujus conjecturae admodum est infirmum. Quod enim *revocati* numero multitudinis proponatur, non sequitur, *exercitus* accipiendum eſſe numero eodem, quum *revocati* respiciat et exercitum et duces, atque duobus etiam singularis numeri nominibus adjectivum plurale addi soleat. Infra 44, 19, 12. *Brevi extorres regno Ptolemaeum et Cleopatram Romam venturos*. Huc etiam pertinet illud 4, 57, 6. *Exemplo fuit collegas eumque intuentibus, quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent*. ubi v. quae notantur. Similiter duobus subſtantivis, alteri numeri pluralis, alteri singularis, verbum plurale additur. V. ad 3, 30, 1. immo et additur duobus substantivis numeri singularis. V. ad 1, 31, 7. Verum insuper neceſſe non est, ut statuamus, ambos Manlios divisis exercitibus rem geſſiſſe, quod etiam eos feciſſe aliunde probari nequit. *Utrobique* enim est et illo loco, ubi in insidias praecipitaverant, qui citati profecti erant, ut cohortibus pabulatum miſſis praesidio forent, et ad caſtra, quae interim ab altera parte hoſtes invaserant. Adparet, qui hoc sponte videre non potuit, numquam adtente Livium legiſſe. Praeterea *prodita temeritate atque inscitia res* Harlej. 2. Lovel. 5. Portug. et Ha-

bique proditae temeritate atque inscitia res. quidquid superfuit fortunae populi Romani, id militum etiam sine rectore stabilis virtus tutata est. Quae 7

verk. Vulgatum quidem praefero, quod optimi codices in id consentiant, nondum tamen video, cur ea scriptura Gebhardo dicatur esse contra morem Latini sermonis. ut enim hic *prodita res*, ita *restituta res* 3, 12, 4. *Neminem unum esse, cujus magis opera putet rem restitutam.* ubi plura vide. *prodita est temeritate atque inscitia res* Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Sed ex ultima litera τοῦ *proditae*, a reliquis disjuncta, fecit librarius verbum substantivum *est*, quod saepe unica litera *ē* exarari solet. V. infra ad 7, 34, 13. *prodita temeritate atque stultitia res* Gaertn. *stultitia*, pro *inscitia*, etiam praeferunt Voss. 2. Lovel. 3. et Hearnii Oxon. N. Verum ea lectio ex alterius expositione nata est. *inscitia* enim est stultitia, inperitia. V. Gifanii Observ. ling. Lat. ea voce. Infra 7, 34, 13. *Quaenam illa inscitia belli ac pigritia est? perdita temeritate atque inscia res* Lovel. 4. *perditae res temeritate atque stultitia* habet Fragm. Hav. a m. 1. pro quo altera dedit *prodita*. Saepius verba *perdere* et *prodere* culpa scribarum commutantur. V. infra ad 26, 36, 9.

Quidquid superfuit fortunae populi Romani, id militum] Nimis elate inflateque: *quicquid superfuit fortunae populi Romani.* Alliam aut Cannas cogites. Multum sane supererat, idque non horum militum virtus (hactenus utilis, ut se ipsi loco iniquo non sine aliqua clade expedirent) sed prudentia Patrum et ipsa fortuna servavit, quae hostibus eripuit mentem victoria utendi. Scribe: *quicquid superfuit*, (nempe de his exercitibus) *fortuna populi Romani et militum etiam sine rectore stabilis virtus tutata est.* Mos est Romanis scriptoribus, atque inprimis Livio, quae insperatam salutem in magno periculo attulerunt, ea fortunae populi Romani delegare. Ut 1, [46, 5.] *Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortuna credo populi Romani, quo diuturnius Servii regnum esset, constituique civitatis mores possent.* 2, [40, 13.] *Ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus, haud minus pernicioso quam pertinaci certamine, confecit.* 7, [34, 6.] *Nos deinde aut fortuna populi Romani aut nostra virtus expediet.* Et, quod prorsus simile est praesenti dicto, 35, [6, 9.] *M. Claudius scripserat, fortunae populi Romani et militum virtuti gratiam habendam, quod res bene gesta esset; consulis opera et militum aliquantum amissum, et hostium exercitum, cujus delendi oblata fortuna fuerit, elapsum.* J. FR. GRON. Gronovio consentit Doujatius, ejusque conjecturam probat, nisi quod voculam *et*, pro *id*, interseri non absolute necessarium judicet, sed legendum existimet, *quidquid superfuit, id fortuna populi Romani, militum etiam sine rectore stabilis virtus tutata est.* Puto tamen minorem mutationem fore, si cum Gronovio *et* scribamus pro *id*, quam si cum Doujatio *id* loco motum trajiciatur. Accedit nunc, Hearnium monuisse, se in Oxon. L. 2. et C. invenisse *quicquid superfuit fortunae populi Romani ac militum etiam sine rectore stabilis virtus tutata est.* quomodo ego quoque in Lovel. 4. et 5. obfendi; quum insuper *fortuna* etiam exhibeat Lovel. 2. Codices mei reliqui vulgatum servant, nisi quod *tuta est* praeferant Harlej. 2. et

coloni adscripti. Rebusque haud prosperis bello, domestica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia majestasque inter suos obtinuit, solatium fuit.

1 XXXI. Insequentis anni principia statim seditione ingenti arsere, tribunis militum consulari potestate Sp. Furio, Q. Servilio secundum, C. Licinio, P. Cloe-

lamitatem. Sed et de aliis colonis inter eos non convenit. Vellej. enim Nepe vel Nepete coloniam deductam scribit nono post Setiam anno, adeoque anno septimo decimo post Romam a Gallis captam. Verum Livius ejus deductionem jam supra memoravit hoc lib. c. 21, 4. et ita anno septimo post eam urbem expugnatam. V. etiam supra hoc lib. c. 3, 2. Adde, locutionem *colonos*, vel *novos colonos adscribere* potius convenire coloniae jam olim deductae, sed cujus nunc tantum numerus colonorum subpletur. Infra 31, 49, 6. *Triumviri inde creati ad supplendum Venusinis colonorum numerum* etc. *C. Terentius Varro, T. Quinctius Flamininus, P. Cornelius, Cn. F. Scipio. Hi colonos Venusiam adscripserunt.* Et alibi. V. ad Epit. Liv. 4.

Rebusque haud prosperis bello, domestica quies] *Rebus haud prosperis bello* Gaertn. *rebus haud properis bello* Florent. Tum *bello domo. domestica quies* Voss. 1. et Leid. 2. Mox *tam tribunorum militum, quam plebis gratia majestatisque inter suos* Lovel. 2. *Rebusque haud prosperis bello domestico quies tam tribunorum militum quam pleb. gratia majestasque, quae inter suos* Lovel. 4. *majestatisque* etiam Lovel. 3. verba *inter suos* exsulant a Gaertn. quae in aliis omnibus recte supersunt.

§. 1. *Tribunis militum consulari potestate*] *tribuni militum* Gaertn. Una voce auctius *Tribunis militum consulari potestate creatis* praeferunt Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. C. Male. In his enim subintelligitur participium verbi substantivi, quod non adsecuti librarii illud *creatis* fulciendae orationi inseruerunt. V. supra ad 4, 47, 7. ubi similiter in quibusdam codd. peccabatur, eorum aberrationem probante Sigonio.

Sp. Furio, Q. Servilio secundum, Licinio Menenio III.] Pro *Licinio Menenio III*, legendum puto *C. Licinio*. Me in hanc sententiam ducit Diodorus, qui quatuor hujus anni tribunos militum his nominibus edit [15. Bibl. p. 487.] *Λεύκιος Φούριος, Κόϊντος Σερούϊλιος, Γάϊος Λικίνιος, Πόπλιος Κλοίλιος.* Item Livius, qui postea [c. 39, 3.] *C. Licinium* eum, qui primus e plebe magister equitum fuit, tribunum militum scribit fuisse, neque tamen, quo anno fuerit, exstat, nisi hoc anno dicamus. Item quod idem sequenti anno tribunos militum patricios omnes a plebe invita factos scribit: quasi vero hoc ipso non omnes fuerint, si quidem *C. Licinius* e plebe fuit. Quod vero in veteribus etiam libris legatur *Licinio Menenio III*, caussam attulerunt imperiti illi emendatores

otiumque inde, quantum a Volscis, fuit. id modo 8
extremo anno tumultuatum, quod Praeneſtini con-
citatis Latinorum populis rebellarunt. Eodem anno 9
Setiam, ipsis querentibus penuriam hominum, novi

potuerint. Itaque ego sine dubio legendum puto, *Eodem anno Setiam, ipsis querentibus.* Setiae enim coloniae post Satricum deductae meminit Vellejus 1, [14.] Et Livius l. 7. extremo *Norbam et Setiam finitimas colonias* vocat. cum tamen, quo anno deducta Setia sit, nusquam apud eum exſtet. Quod autem *novi coloni* dicat de iis, qui tum primum deducti sint, non est mirum. Etenim sic locutus est supra [2, 34, 6.] *Norbae in montes, novam coloniam miserunt.* Et Paedian. in Pison. *Pompejus non novis colonis eas conſtituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii.* Item, *Placentiam novi coloni deducti sunt.* SIG. Campani editio *ipsius.* At Sigonius contendit legendum, *Eodem anno Setiam ipsis.* Rationes vide apud ipsum. GEBH. Multa hujus generis *Setiam, ipsis* ex Livio adnotavit Gronovius 2. de Pec. vet. 4. quibus facile plura addi poſſent. Eadem ratione 3. de Pec. vet. 17. contra Scaligerum et alios defendit vulgatam scripturam Catulli Carm. 10.

Respondi, id quod erat, nihil nec ipsis,
Nec praetoribus esse, nec cohorti,
Cur quisquam caput unctius referret.

Nam quia ibi praecedit, *quid esset jam Bithynia, quo modo se haberet, ipsis* referendum dicit ad Bithynos. Est locus vexatissimus. Sed dubitari potest, an haec sit sententia verborum Catulli, ob hanc praecipue caussam, quod provinciales plerumque nihil minus, quam caput unctius ab adminiſtratione praetorum Romanorum referebant. DUK. *Eodem anno ipsis querentibus* Voſſ. 1. *Eodem anno ipsis etiam querentibus* Harlej. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Portug. et Haverk. *Eodem anno etiam querentibus* Lovel. 3. *Eodem anno etiam ipsis querentibus* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. Harl. 1. Gaertn. Fragm. Hav. Florent. et Hearnii Oxonienses. Si autem pro eo cum Sigonio *Eodem anno Setiam* legendum est, error inde ortus esse videbitur, quod librarius literam *S* initialem omiserit, ut eam poſtea minio aliove colore ornatius exararet. V. etiam infra ad 7, 42, 8. Similes errores saepius commiſſi sunt apud poëtas in initio versuum; unde factum, ut, si vox mutila ac capite truncata tamen commodum sensum exhiberet, nulla ei litera praeposita fuerit. V. Bentlej. ad Horat. Epod. 17, 33. vel ut poſtea, non consultis melioribus libris, alia, quam debebat, adderetur. V. eumdem Bentlej. ad Horat. 2. od. 18, 30. Neque tantum apud poëtas in initio versuum ita peccatum est, sed et in medio eorum, ut et in scriptis aliorum auctorum, ubi litera majuscula erat scribenda. Ita *Averrio*, pro *Saverrio*, perperam infra datum erat 9, 45, 1. Praeterea si *Setiam* reponendum, simul etiam dicendum erit, inter Livium et Vellejum non convenire de anno, quo coloni novi Setiam adscripti sunt. Annus enim hic est undecimus post illum, quo Galli Romam ceperunt; at teſte Vellejo Setiam colonia deducta eſt anno nono post eam Romanorum ca-

coloni adscripti. Rebusque haud prosperis bello, domestica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia majestasque inter suos obtinuit, solatium fuit.

1 XXXI. Insequentis anni principia statim seditione ingenti arsere, tribunis militum consulari potestate Sp. Furio, Q. Servilio secundum, C. Licinio, P. Cloe-

lamitatem. Sed et de aliis colonis inter eos non convenit. Vellej. enim Nepe vel Nepete coloniam deductam scribit nono post Setiam anno, adeoque anno septimo decimo post Romam a Gallis captam. Verum Livius ejus deductionem jam supra memoravit hoc lib. c. 21, 4. et ita anno septimo post eam urbem expugnatam. V. etiam supra hoc lib. c. 3, 2. Adde, locutionem *colonos*, vel *novos colonos adscribere* potius convenire coloniae jam olim deductae, sed cujus nunc tantum numerus colonorum subpletur. Infra 31, 49, 6. *Triumviri inde creati ad supplendum Venusinis colonorum numerum* etc. *C. Terentius Varro, T. Quinctius Flamininus, P. Cornelius, Cn. F. Scipio. Hi colonos Venusiam adscripserunt.* Et alibi. V. ad Epit. Liv. 4.

Rebusque haud prosperis bello, domestica quies] *Rebus haud prosperis bello* Gaertn. *rebus haud properis bello* Florent. Tum *bello domo. domestica quies* Voss. 1. et Leid. 2. Mox *tam tribunorum militum, quam plebis gratia majestatisque inter suos* Lovel. 2. *Rebusque haud prosperis bello domestico quies tam tribunorum militum quam pleb. gratia majestasque, quae inter suos* Lovel. 4. *majestatisque* etiam Lovel. 3. verba *inter suos* exsulant a Gaertn. quae in aliis omnibus recte supersunt.

§. 1. *Tribunis militum consulari potestate*] *tribuni militum* Gaertn. Una voce auctius *Tribunis militum consulari potestate creatis* praeferunt Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. C. Male. In his enim subintelligitur participium verbi substantivi, quod non adsecuti librarii illud *creatis* fulciendae orationi inseruerunt. V. supra ad 4, 47, 7. ubi similiter in quibusdam codd. peccabatur, eorum aberrationem probante Sigonio.

Sp. Furio, Q. Servilio secundum, Licinio Menenio III.] Pro *Licinio Menenio III*, legendum puto *C. Licinio.* Me in hanc sententiam ducit Diodorus, qui quatuor hujus anni tribunos militum his nominibus edit [15. Bibl. p. 487.] *Λεύκιος Φούριος, Κόϊντος Σερούϊλιος, Γάϊος Λικίνιος, Πόπλιος Κλοίλιος.* Item Livius, qui postea [c. 39, 3.] *C. Licinium* eum, qui primus e plebe magister equitum fuit, tribunum militum scribit fuisse, neque tamen, quo anno fuerit, exstat, nisi hoc anno dicamus. Item quod idem sequenti anno tribunos militum patricios omnes a plebe invita factos scribit: quasi vero hoc ipso non omnes fuerint, si quidem *C. Licinius* e plebe fuit. Quod vero in veteribus etiam libris legatur *Licinio Menenio III*, caussam attulerunt imperiti illi emendatores

P. Cloelio, M. Horatio, L. Geganio. Erat autem 2
et materia et cauſſa seditionis aes alienum: cujus
noscendi gratia Sp. Servilius Priscus, Q. Cloelius
Siculus censores facti, ne rem agerent, bello in-
pediti sunt. namque trepidi nuncii primo, fuga de- 3
inde ex agris legiones Volscorum ingreſſas fines,
popularique paſſim Romanum agrum, adtulere. In 4
qua trepidatione tantum afuit, ut civilia certamina

veteres Nicomachus et Victorianus, qui quia scripserant bis *Licinium Menenium* ante tribunum, hoc etiam loco inscite scripserunt, ubi in *Licinum* inciderunt, et de suo *III* addiderunt, itemque *Menenium*. SIG. Sigonio consentit Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXVI. p. 242. Damnata tamen lectio *Licinio Menenio III.* vel *tertium*, supereſt in omnibus scriptis Hearnii Oxoniensibus meisque, nisi quod *Lucinio Menenio III* praeferant Florent. et Lovel. 5. *L. Menenio tertium* Leid. 2. et Lovel. 4. Praeterea primi tribuni nomen ita exhibet Fragm. Hav. *Sp. Furioque II°.* secundi vero hic omittit, sed ejus loco poſt *M. Horatio* interponit *Q. Servilio M.* At Gaertn. duorum illorum priorum nomina ita confuse effert, *Spurio Servilioq; IIo Furio Quintio.* Lovel. 2. *Sp. Spurioque Servilio secundum.* Lovel. 3. *Sp. Furioque Servilio secundum.*

P. Cloelio, M. Horatio, L. Geganio] *Praedae clio* Lovel. 3. *P. Coelio* Lovel. 5. *P. Cedio* Fragm. Hav. *P. Cecilio* Hearnii Oxon. L. 2. *P. Cloelio primo* Gaertn. *P. Cloelio I°. Oratio M.* Lovel. 2. *P. Cloelio I. Horatio I. M.* Leid. 1. quasi hic etiam praenomen loco motum eſſet, et librarius dare voluiſſet *P. Cloelio primum, M. Horatio primum.* Deinde *M. Lucio Geganio* Leid. 1. atque Hearnii Oxon. L. 2. et C. quasi librarii indicare vellent, duplex se Geganii praenomen *Marcus* et *Lucius* in Mſtis reperiſſe. Et sane mox hoc cap. §. 5. in omnibus codd. uno tantum excepto, *Marcus* dicitur, ubi vide. *L. Geganio* Leid. 2. et Haverk. V. supra ad 4, 17, 7. et modo ad §. 5.

§. 2. *Erat autem et materia et caussa seditionis aes alienum*] Prius *et* non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1. Male. V. ad 2, 44, 3.

Sp. Servilius Priscus, Q. Cloelius Siculus censores facti] *Priscusque Lelius* Lovel. 2. *Priscusque Cloelius* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 3. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. An forte voluerunt *Priscus Qque*, sive *Quintusque, Cloelius?* Sed recte reliqui vulgatum servant, nisi quod *Cloerius* sit in Leid. 1. *Cloetius* in Voſſ. 2. et Fragm. Hav. Tum *Siclus* in Leid. 2.

Ne rem agerent, bello inpediti sunt] *ne re agerent* Gaertn. *ne rem agerent belli, inpediti sunt* Edd. Rom. anni 1472. et Parm. *ne rem agerent, impediti bello sunt*, trajectis dictionibus, Haverk.

§. 3. *Trepidi nuncii primo, fuga deinde ex agris*] *trepidi bello nuncii primo, fuga deinde* Lovel. 4. *trepidi nuncii, prima fuga deinde* Gaertn. *trepidi nuncii primo, fuga deinde inde ex agris* Leid. 1. Mox, transpositis vocibus, *agrum Romanum* Lovel. 2.

§. 4. *Tantum abfuit, ut civilia*

terror externus cohiberet, ut contra eo violentior poteſtas tribunicia inpediendo delectui eſſet: donec conditiones inpositae Patribus, ne quis, quoad bellatum eſſet, tributum daret, aut jus de pecunia cre-
5 dita diceret. Eo laxamento plebi sumto, mora de-

certamina terror externus cohiberet] *tantum fuit* Florent. *tantum aufuit* Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. *tantum affuit* Lovel. 1. 3. ac 5. *tantum adfuit* Lovel. 2. V. ad 23, 8, 11. *tantum afuit* Leid. 1. Quod hujus codicis fide recepi. V. supra ad 4, 12, 6. Deinde *externos* Leid. 1. et Gaertn. *extremus* Lovel. 5. a m. 1. solito errore. V. ad 34, 25, 6.

Ut contra eo violentior poteſtas tribunicia inpediendo delectui esset] *ut contra ea violentior* Voſſ. 1. a m. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 2. *ut contra eos violentior* Lovel. 4. *ut contra et violentior* Portug. et Haverk. *ut contra etiam violentior* Harlej. 2. *ut contra eo insolentior* editt. principes, pro quo *violentior* primus subſtituit Aldus, quod servant omnes scripti. Ita *violenti censores* 9, 34, 9. *Tenuit Aemilia lex violentos illos censores C. Furium, M. Geganium. violentum ingenium* 1, 46, 5. *Ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur. violentus exercitus* 2, 59, 2. Exercitus *multo Appio, quam Fabio, violentior fuit. violentum imperium* 45, 12, 6. *Obſtupefactus tam violento imperio, parumper quum haesitasset, Faciam, inquit, quod censet senatus. Violentus* autem eſt arrogans, inpotens. V. Cel. Burmann. ad Nason. 2. Amor. Eleg. 17, 7. Deinde *tribunicia poteſtas* omnes editi usque ad Cel. Jac. Gronov. qui ordinem vocabulorum invertit, et primus edidit, ut nunc circumfertur. Cum eo autem faciunt omnes scripti mei. De suis Cl. Hearne nihil monuit, satis habens, mutationem a Gronovio inductam memoraſſe. Praeterea *inpediendo delectu essent* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 3. Harlej. 1. et Portug. *inpediendo dilectu essent* Voſſ. 1. a m. 2. Leid. 1. Florent. et Fragm. Hav. quod si placet, vel *dilectu* dictum erit pro *dilectui*, de quo infra v. ad 24, 19, 6. vel *esse inpediendo dilectu* dictum erit, quemadmodum *esse solvendo aere alieno* 31, 13, 5. (**esse trahenda re* 24, 27, 3.) vel potius *inpediendo dilectu*, quemadmodum *divendenda praeda*, pro *inpediendo dilectum*, de quo v. ad 1, 53, 3. Et ita *inpediendo delectum*, quod habent Lovel. 4. Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] ex interpolatione natum erit. *inpediendo delectui* eſt in Lovel. 2. 5. et Gaertn. *inpediendo dilectui* in Harlej. 1. Klock. et Leid. 1. a m. 1. Mox *quo abellatum esset*, pro *quoad bellatum esset*, Leid. 1. *quod abellatum esset*, Harlej. 1. Praeterea *at jus*, pro *aut jus*, Lovel. 5. a m. 1. V. ad 2, 45, 5. *atque jus* Lovel. 5. a m. 2. Tum *jus de pecunia credita duceret*, pro *diceret*, Fragm. Hav. V. infra ad 38, 43, 1.

§. 5. *Eo laxamento plebi sumto, mora dilectui non eſt facta*] *Eo plebi laxamento sumto* Voſſ. 2. et Lovel. 2. *Eo laxamento plebis sumto* excusi priores. Sed ultima litera in voce *plebis* ex initio vocis sequentis repetita eſt. V. infra ad 28, 25, 2. Recte itaque Aldus subſtituit *plebi*, ut eſt in omnibus calamo exaratis. Tum *delectu* Voſſ. 2. V. modo ad verba praecedentia. Hic tamen reliqui omnes codd. *delectui* verum eſſe; prae-

lectui non eſt facta. Legionibus novis scriptis, placuit, duos exercitus in agrum Volscum legionibus divisis duci. Sp. Furius, M. Horatius dextrorsus maritimam oram atque Antium, Q. Servilius et L. Geganius laeva ad montes Ecetram pergunt.

ſtant, nisi quod *dilectui* sit in Florent. Leid. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. infra ad 37, 51, 7. Mox *ducit*, pro *duci*, perperam Leid. 1. et Harlej. 1.

Sp. Furius, M. Horatius dextrorsus maritimam oram atque Antium] *P. Furius* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. qui tamen in principio hujus cap. in praenomen ejus *Spurius* consenserant. Sed ita et alibi peccarunt librarii. V. supra hoc lib. ad c. 27, 2. Tum *et M. Horatius* addita conjunctione Leid. 2. quae in reliquis Mſtis deficit. V. ad 2, 17, 1. Praeterea *maritumam oram* Florent. et Leid. 1. V. ad 7, 25, 3. (* 21, 26, 5. 28, 10, 16. 30, 2, 1.) Eadem orthographia eſt in veteri plebiscito apud Sigonium 1. de antiq. jur. Provinc. 10. *PORTORIEIS. TERRESTRIBVS. MARITVMEISQVE.* Pro quo tamen, ne quid dissimulem, Smetius in Inscr. antiq. p. 16. et ex eo Gruter. in corp. Inscr. p. 501. ediderunt *MARITIMEISQVE.* Similia alia supra v. ad 4, 3, 4. *martimam heram* habent Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Klock. V. ad 5, 37, 2. *maritimam ota* Haverk. An forte librarius scribere voluit *maritima omnia?* Sed potius eſt, ut dicamus, quum scriptum fuiſſet *maritimam orā*, literam *r* vocis poſterioris parva ductuum mutatione in *i* abiiſſe. Denique *atque nuncium*, pro *atque Antium*, eſt in Harlej. 2. Ceterum voces *oram maritimam* non habent, quo referantur, nisi verbum, quod sequitur, *pergunt*. At *pergunt oram maritimam* vix placet. V. supra ad 3, 6, 7. An itaque scribendum *dextra versus oram maritimam?* quod inde firmari videtur, quod etiam mox, addita praepositione, dicat *laeva ad montes Ecetram pergunt*. Omnes tamen codd. pertinaciter *dextrorsus*; nisi quod *dextrorsum* sit in Lovel. 4.

Q. Servilius et L. Geganius laeva ad montes Ecetram pergunt] Servilii praenomen deficit in Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde alteri tribuno *Marci* praenomen tribuunt Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lovel. quinque, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et vetuſtiores excusi, pro quo Moguntini deinde dederunt *L. Geganius*, quod etiam receperunt Colon. anno 1525. Cervicornus, Ascensius 1530. omnesque recentiores. Et supra etiam §. 1. in quibusdam codicibus librarii, utrum verius foret incerti, duplex ei praenomen *Marcus* et *Lucius* tribuerant. Puto tamen poſterius, quod in Florent. superfuiſſe videtur, genuinum eſſe. Illud autem cur verisimilius fiat, haec subeſt ratio, quod infra M. Geganius tribunus consularis creatus memoretur c. 42. hujus libri, et tamen iterati honoris nota non addatur. Neque exiſtimandum eſt, notam hanc a Livio eodem modo ibi neglectam eſſe, quo eam saepius neglexiſſe supra vidimus ad 2, 16, 7. In Faſtis enim Capitolinis, in quibus magiſtratuum ejus anni partim integra nomina partim cognomina

6 Neutra parte hoſtis obvius fuit. Populatio itaque non illi vagae similis, quam Volscus latrocinii more, discordia hoſtium fretus, et virtutem metuens, per trepidationem raptim fecerat; sed ab juſto exercitu juſta ira facta, spatio quoque temporis gravior.
7 Quippe a Volscis, timentibus, ne interim exercitus ab Roma exiret, incursiones in extrema finium fa-

exſtant, poſt vocem *MACERINVS* quod Geganii illius cognomen eſt, cujusque ibi praenomen ac nomen periit, itidem repetitae dignitatis nota non adjecta eſt, quae tamen quinque ejus collegarum nominibus diligenter adponitur: forte enim nullus alius eo anno primum tribunus creatus eſt. Praeterea *Gaganius* Florent. *Greganius* vetuſtae edd. V. modo ad §. 1. Denique *ad monte se cetra* Leid. 1. male divisis vocibus. *ad montes etera* Lovel. 1. *ad montes e terra* Leid. 2. *ad montes et terram* Harlej. 2. *ad montes Etetram* Lovel. 4. 5. et Haverk. *ad montes Ecetram* Fragm. Hav. *ad montes Ecetera* Lovel. 2. V. supra ad 2, 25, 6.

§. 6. *Neutra parte hoſtis obvius fuit. Populatio itaque*] Editiones principes alio ordine habent *hoſtis fuit obvius*. Aldus deinde dedit *obvius hoſtis fuit*. Frobenius denique anno 1535. *hoſtis obvius fuit*, quod in omnibus supereſt codd. Praeterea, *Populatioque* omnes praeferunt typis descripti usque ad Gronovium, qui in prima notarum editione se *Populatio itaque* in Thuan. membr. inveniſſe, idque perplacere monuit, ideoque in contextum recepit. Ea tamen adnotatio, incertum quam ob cauſſam, in recentioribus editionibus omiſſa eſt, licet lectionem eamdem servarint. Neque aliter legunt codices, quos vidi, omnes.

Discordia hoſtium fretus, et virtutem metuens] Optimi codd. Florent. Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. *discordiae hoſtium fretus*. Neque aliter Rhenanus in suo inveniſſe videtur ex illis, quae supra notat ad 4, 37, 6. Nam locum hunc adfert, ut doceat, participium *fretus* a Livio interdum dativo jungi, quum tamen in omnibus editis sit *discordia*. V. quae ad eum locum dicta sunt.

Ab juſto exercitu juſta ira facta, spatio quoque temporis gravior] *a juſto exercitu* Gaertn. ab *Ijuſto exercitu* Haverk. Deinde *spatio quoque temporum* Haverk. *spatioque temporis* Hearnii Oxon. B. V. supra ad 5, 27, 1. *pacto quoque temporis* Lovel. 2.

§. 7. *A Volscis* etc. *incursiones in extrema finium factae erant*] Praepositionem *a* praetereunt Voſſ. 1. Leid. uterque, Lovel. quinque, Harlej. 2. Hearnii Oxon. L. 2. et Exc. Pithoei. [Veith.] V. supra ad 6, 11, 4. Tum *excursiones in extrema finium* Lovel. 4. Aliis nihil mutantibus, vulgatum servo. V. ad 1, 11, 1. *incursiones in extremo finium* librarii errore Fragm. Hav. [Veith.] V. ad 7, 21, 8. Hinc *factae sunt* Harlej. 2. Praeterea *a Roma exiret*, pro *ab Roma*, Gaertn.

Romano contra etiam in hoſtico morandi erat caussa] Prima vox perperam deerat in Haverk. cu-

ctae erant: Romano contra etiam in hoſtico morandi cauſſa erat, ut hoſtem ad certamen eliceret. Itaque, omnibus paſſim tectis agrorum, vicisque 8
etiam quibusdam exuſtis, non arbore frugifera, non satis in spem frugum relictis, omni, quae extra moenia fuit, hominum pecudumque praeda abacta, Romam utrimque exercitus reducti.

jus loco *Romanus* praefert Lovel. 2. *Romano eſſe etiam commorandi cauſſa erat* habent Voſſ. 2. et Lovel. 3. *Romano contra etiam commorandi cauſſa erat* Fragm. Hav. vocibus *in hoſtico* omiſſis, de quibus v. ad 29, 6, 3. *commorandi* autem etiam eſt in Gaertn. et priscis edd. idque dare voluiſſe videtur librarius Haverk. qui tamen aberrans scripsit *commemorandi*. At prima syllaba τοῦ *cōmorandi* hic nata videtur ex ultima vocis praecedentis *hoſtico*. V. infra ad 3-, 41, 5. Id ex eo firmari poteſt, quod *contra etiam ne hoſti commorandi cauſſa erat* sit in Lovel. 2. Recte itaque Froben. *morandi* dedit, cum quo sentiunt reliqui codices. Deinde *cauſſa erat* etiam Florent. Voſſ. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et priscae edd. usque ad Froben. qui anno 1535. ordinem invertit. Sed hac parte priorem lectionem revocavi, quod tot codicibus eam praeferentibus fidem abrogare non poſſim. Insuper *etiam contra*, transpositis vocibus, Lovel. 5.

Ut hoſtem ad certamen eliceret] *hoſtes* Portug. et Haverk. Male. V. supra ad 5, 50, 2. Insuper *ad certamen alliceret* vetustae edd. pro quo recte Aldus *eliceret* recepit. Id enim in omnibus scriptis supereſt. Ita infra 34, 19, 9. *Ubi hoſtes ad pugnam eliceremequit.* 21, 54, 4. *Obequitare jubet hoſtium portis, jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hoſtem.* 25, 15, 9. *Quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur poſſe.* 42, 64, 9. *Elici poſſe ratus ad equeſtre certamen Romanos.* Frontin. 2, 5, 34. *Parte alia Gallos Germanosque ea factione Caſti et Gannici eliceret ad pugnam.* ex. 46. *Quum haberet ducentarum navium claſſem, et hoſtium naves elicere ad proelium vellet.*

§. 8. *Itaque omnibus paſſim tectis agrorum, vicisque etiam quibusdam exuſtis*] *Ita omnibus* [Veith.] quaedam veterum editionum; pro quo tamen jam utraque Tarvis. tum Veneta anni 1495. et 1506. atque Ascensianae *Itaque* receperunt, quod etiam in edd. Rom. anni 147-. et Parm. atque in omnibus eſt scriptis. Solent autem alibi voces *ita* et *itaque* confundi. V. ad 21, 53, -. Deinde *omnibus paſſim tectis, agris* Harlej. 2. Tum *cujusque etiam quibusdam exuſtis* Leid. 1. *captisque etiam quibusdam exuſtis* Lovel. 2. *vicisque in quibusdam exuſtis* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Omni, quae extra moenia fuit, hominum pecudumque praeda abacta] *omnique extra moenia hominum pecudumque praeda abacta* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *omnium, quae extra moenia sint, hominum pecudumque* Gaertn. *omnis, quae extra moenia fuit, hominum pecudumque praeda abacta* Harlej. 2. Portug.

1 XXXII. Parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato, poſtquam quietae res ab hoſtibus erant, celebrari de integro jurisdictio; et tantum abeſſe spes veteris levandi foenoris, ut tributo novum foenus contraheretur in murum, a censoribus
2 locatum saxo quadrato faciundum. cui succumbere

Haverk. et Hearnii Oxon. B. et N. *praedam abactam* perperam oſtentat Florent.

Romam utrimque exercitus reducti] *utrique exercitus* Harlej. 1. et edd. vetuſtiores. Saepe *utrique* et *utrīque*, sive *utrimque*, adscriptam notam vel omittendo vel addendo, inter se commutantur. V. supra ad 5, 47, 11. 6, 9, 10. 9, 27, 3. c. 32, 5. (*21, 8, 9. c. 11, 11. 35, 28, 10.) Utraque lectio ferri poteſt. *utrique exercitus*, nam placuerat *duos exercitus* in agrum Volscum legionibus divisis duci, ut Livius supra hoc cap. dixit. *utrimque reducti*, id eſt ex utroque loco. Sp. Furius enim et M. Horatius dextra versus maritimam oram atque Antium, at Q. Servilius et L. Geganius laeva ad montes Ecetram perrexerant. Vulgatum itaque praefero, quod Froben. primus anno 1535. in contextum recepit. Pro eo enim stant plures ac certiores codices. Praeterea *reducti exercitus* principes typis exarati, pro quo Aldus *exercitus reducti*, qui ordo etiam eſt in omnibus scriptis. Variant nihilominus. nam *exercitus ducti* habet Florent. *exercitus deducti* Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 26, 8. *exercitus reductis* Leid. 2. quod forte datum est pro *exercitus reducti sunt*. Quum enim verbum *sunt* unica litera *s* in Mſtis paſſim scribatur, ea saepe ab inperitiori librario, qui compendium illud non adsequebatur, praecedenti voci adjuncta fuit. V. infra ad 45, 17, 5. Verum hic quoque pluribus ac melioribus libris consentio, ac nihil muto. Ceterum in multis etiam vett. edd. locus perperam interpunctus, ac major diſtinctio, quae eſt poſt vocem *reducti*, rejecta eſt poſt verba sequentia hoc modo *exercitus reducti*, *parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato. Poſtquam* etc.

§. 1. *Tantum abeſſe spes veteris levandi foenoris*] *species* Voſſ. 2. et Lovel. 3. V. supra ad 3, 9, 13. Tum *lavandi foenoris* Voſſ. 1. Alibi verba haec in Mſtis commutari solent. V. N. Heinsium ad Claudiani 2. in Eutrop. 241. et ad Ovidii 4. Faſt. 374. Sed *levare foenus*, ut supra hoc lib. c. 27, 7. *Consiſtere in concione, ubi aliquando audiant vocem tribuniciam de levando foenore*. ubi vide. Paullo ante verbis praecedentibus *celebrata de integro jurisdictio*, pro *celebrari*, Fragm. Hav. *jurisdicio* autem Lovel. 5. Haverk. et vetuſtiores typis excusi.

Ut tributo novum foenus contraheretur in murum, a censoribus locatum saxo quadrato faciundum] *ut tributo* Leid. 1. Deinde vox *foenus* deeſt in Leid. 2. et Lovel. 1. quae etiam tuto omitti poſſet, si id plures certioresque libri vellent. Nam commode ex praeced. repeti poteſt. Tum *traheretur* Haverk. Hinc *nam murum* Fragm. Hav. *in urbi* Portug. Prae-

oneri coacta plebes; quia, quem delectum in-
pedirent, non habebant tribuni plebis. Tribu- 3
nos etiam militares patricios omnes, coacta prin-
cipum opibus, fecit, L. Aemilium, P. Valerium
quartum, C. Veturium, Ser. Sulpicium, L. et C.
Quinctios Cincinnatos. Iisdem opibus obtinuere, 4

terea *ascensoribus* Voss. 1. a m. 2. Lovel. 1. et Leid. 2. *assensoribus* Fragm. Hav. a m. 1. *a sensoribus* a m. 2. Insuper *loca cum saxo quadrato* Leid. 2. *locatum saxa quadrato* Portug. Denique *faciendum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Gaertn. Portug. et Haverk. V. ad 26, 36, 11.

§. 2. *Cui succumbere oneri coacta plebes*] *tum succumbere* Lovel. 2. *cum succumbere* Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. *cui succumberet* Harlej. 1. Deinde *coacta plebs* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. 5. Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 1, 20, 6.

Quia, quem delectum inpedirent, non habebant tribuni plebis] Prima vox non adparet in Gaertn. culpa librarii. Tum *dilectum* Leid. 1. Florent. Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7. *quia quae delectum impedirent* Lovel. 4. Deinde *non habeant* Leid. 1. V. mox ad §. 4. Praeterea *tr.* pro *tribuni plebis*, Harlej. 1. Ceterum Hearnius monet, in Exc. Pithoei, sublata majori distinctione, orationem ita continuari: *Cui succumbere oneri coacta plebes, quia, quem delectum impedirent, non habebant tribuni plebis, tribunos etiam militares patricios omnes, coacta principum opibus, fecit.* Et ita fere antiquiores inpressi, ac nonnulli codicum meorum.

§. 3. *Tribunos etiam militares patricios omnes, coacta principum opibus, fecit*] Vox *omnes* non adparet in Voss. 2. Deinde *principum opibus* habent Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. supra ad 2, 27, 12. *principum operibus* Lovel. 4. V. ad 8, 16, 4.

L. Aemilium, P. Valerium quartum] L. Aemilius fit tribunus militum quartum anno CCCLXXIII. ut omnes habent Livii codices. quare si idem est, adjiciendum *quintum*. Quidam putant hunc *Mamertinum* cognomine; sed eum, qui initio l. 7. cum L. Sextio fit consul, *Mamercum*. At ratio temporum non obstat, quo minus sit idem omnibus his locis. GLAR. Pighius etiam in Annal. ad annum CCCLXXVII. p. 243. numerum culpa librariorum deesse putat, Aemilioque *quintum* addendum. Eumdem etiam *Mamercini* cognomine adpellat. Voces *P. Valerium* perperam omittuntur in Lovel. 2.

C. Veturium, Ser. Sulpicium] *C. Vecturium* Lovel. 4. et 5. *C. Victurium* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. infra hoc lib. ad c. 42, 3. Tum *S. Sulpicium* Fragm. Hav. Sed litera *S.* plerumque nota est praenominis *Sexti*; interdum etiam *Spurii*. *Servilium Sulpicium* Lovel. 4. Etiam hunc Sulpicium antea tribunatum militarem obtinuisse, eique notam repetiti honoris addendam esse, opinatur Pighius eodem loco. Sed v. mox.

L. et C. Quinctios Cincinnatos] L. Quintius Cincinnatus etiam anno CCCLXIX. fuit tribunus mili-

ut adversus Latinos Volscosque, qui conjunctis legionibus ad Satricum castra habebant, nullo inpediente omnibus junioribus sacramento adactis, tres
5 exercitus scriberent: unum ad praesidium urbis; alterum, qui, si qui alibi motus exstitisset, ad subita

tum. Hic igitur *iterum* adjiciendum. Sed Livius brevitatis gratia omisit, offensus, opinor, tanto nominum acervo. Et plane res nimium molesta est. GLAR. L. Quinctium tribunum anno CCCLXVIII. habuimus; quare miror, Livium praeter morem suum non adjunxisse inter duorum, quos jungit, Quinctiorum praenomina notam repetiti honoris apud Lucium hoc modo: *L. II. et C. Quinctios Cincinnatos*, quemadmodum antea plerumque observasse videmus. Similes tamen notae librariorum imperitia ubique in exemplaribus periere. PIGH. in Annal. ad ann. CCCLXXVII. p. 243. Quid de iterati honoris nota sentiam, videri potest supra ad Liv. 2, 16, 7.

§. 4. *Nullo inpediente omnibus junioribus sacramento adactis*] *nullo impediente omnibus impedientibus junioribus* Leid. 2. Tum *sacramento actis* male Lovel. 5. Paullo ante in verbis proximis *castra habeant* Leid. 1. cujus librarius pari modo etiam supra peccarat hoc cap. §. 2.

§. 5. *Si qui alibi motus exstitisset*] *Sic' alibi*, sive *sicut alibi*, Gaertn. *si quis alibi motus exstitisset* Voss. 2. Lovel. 3. et Harlej. 2. [Veith.] *si quis alibi motus aestitissent* Portug. *si qui alibi motus exstitissent* Leid. 2. Lovel. 2. 4. 5. Haverk. Hearnii Oxon. B. et C. atque editio Mediol. anni 1505. Neque aliter Florent. a m. 2. quum olim corrupte scriptum fuisset *si qui alibi motus exstitissemt*. Ita supra 6, 22, 1. *Tribunis ad praesidium urbis, et si qui ex Etruria novi motus nunciarentur, relictis*. Vulgatum tamen, pro quo plerique stant scripti, et inter eos plures optimae fidei, movere non audeo. V. quae notantur ad d. l. Livii. Et ita passim apud eum *si qui* et *ne qui* numero singulari obvia sunt. V. supra ad 3, 10, 7. et c. 17, 7. Ita codd. et edd. antt. praeferunt apud Sueton. in Aug. 79. *Gaudebat, si qui sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis, vultum submitteret.* ubi v. Cel. Burm. Alibi etiam *qui* pro *quis* usurpari solet. Supra 1, 7, 9. *Rogitat, qui vir esset.* Ubi v. quae notavi. Similiter *quinam*, pro *quisnam*, 9, 17, 2. *Ut quaerere libeat, quinam eventus Romanis rebus futurus fuerit.* ubi plures codd. *quisnam*. Et ita Rhenani cod. infra habet 28, 3, 12. *Id utrum parum ex intervallo sit conspectum, an dolus aliqui suspectus fuerit, incompertum est.*

Ad subita bella mitti posset] Voss. [pr.] Busl. Chist. *ad subita belli*. Sic Tacitus 5. Hist. [13.] *Quando impetus et subita belli locus abnuerat.* In Agricola [37.] *Quatuor equitum alas ad subita belli retentas.* Florus 1, 1. *Juventus divisa per tribus in equis et armis ad subita belli excubaret.* J. FR. GRON. *ad subita bella* ex meis servant Voss. 2. Leid. 2. Portug. Lovel. 4. 5. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Reliqui, et praesertim etiam integerrimi, habent *subita belli*. Ita certe, ne memorem Voss. 1. est in Florent. Leid. 1. Harlej. utroque, Lovel. 1. 2. 3.

turbavit; turbatis signa peditum inlata: quantumque Romana se invexit acies, tantum hoftes gradu demoti. et ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat. Fusi hoftes quum Satricum, 9

tae, quibus librarii aliquid delendum indicant. Sed libentiffime hic sequor codicem Florent. qui vulgatum servat. Illud *sed*, ex cujus compendio reliquae lectiones corruptae nata sunt, est ex numero illarum particularum, quas librarii contextui Liviano paffim addiderunt, ut ita orationem, quam male cohaerere putabant, connecterent. V. Rhenan. ad Liv. 28, 16, 2. Gronov. ad 9, 19, 4. 21, 23, 8. 30, 30, 23. et 39, 8, 3. Adde, quae notavi ad 1, 17, 1. 3, 3, 2. hoc lib. c. 40, 4. 7, 10, 3. 8, 39, 15. 9, 40, 17. 29, 21, 10. 30, 30, 13. 40, 10, 6. et ad Epit. Liv. 49. circa finem. (*Alias particulas ob eandem rationem additas v. ad 10, 39, 4.) Frequenter autem Livium hanc particulam omisiffe, supra vidimus ad 1, 25, 3. Ita 2, 2, 3. *Ne intervallo quidem facto oblitum, tamquam alieni, regni superbum Tarquinium; velut haereditatem gentis scelere ac vi repetisse.* 3, 50, 16. *Non defuit, quid responderetur: deerat, qui daret responsum.* V. etiam ad 4, 44, 8.

Quantumque Romana se invexit acies, tantum hoftes gradu demoti] Bott. *gradu moti.* l. 7, 8. *Inferunt pedem, et primo gradu moverunt hostem.* JAC. GRON. Similiter etiam Seneca de conftant. Sapient. 19. *Injurias vero, ut vulnera, alia armis, alia pectori infixa, non dejectus, ne motus quidem gradu, sustineat.* et ita *statu movere* Liv. 30, 18, 4. *Equestrem procellam excitemus, oportet; si turbare ac statu movere volumus.* (*vestigio movere 10, 36, 3.) Ex omnibus tamen codicibus, quos consului, nullus ei, quem Cel. Gronovius laudavit, consentit. Verius itaque puto, in uno illo primam syllabam τοῦ *demoti* interceptam effe ab ultima vocis praecedentis. Sed nec omnes noftri in vulgatam lectionem conspirant. *gradu remoti* enim habent Lovel. 4. 5. Portug. et Haverk. [Veith.] quod et Hearnius in Oxon. N. et C. reperit. Sed lapsu scribarum ita datum est: paffim enim verba cum vocibus *de* et *re* composita confunduntur in membranis vetuftis. V. infra ad 9, 10, 6. *a gradu depellere* dixit Nepos in Themist. 5. *Interim tamen ab eodem gradu depulsus est. statu demovere* Liv. 9, 29, 10. *Quod demovendis statu suo sacris religionem facere posset.* Ita unus et alter codex. vulgo *dimovendis.* V. quid ibi notetur. *de statu demovere* Cic. pro Caecin. 15. *Periculo mortis injecto, formidine animum perterritum loco saepe, et certo de statu demovet.* ubi v. viros doctos. Alibi etiam *de gradu dejicere.* V. Gebhard. ad l. I. Nepotis. Ceterum pronomen *se* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Eo transposito *se Romana invexit acies* praefert Lovel. 4. [*tantum in hostes* Veith.]

Ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat] *declinavit pugna* Voff. 1. et Lovel. 1. ac 5. *declinant pugna* Leid. 2. De verbo *inclinare* supra v. ad 3, 61, 4. Deinde vocula *jam* omittitur in Leid. 2. verbum *erat* in Harlej. 2.

§. 9. *Quum Satricum, quod duobus millibus inde aberat, non ca-*

7 tibus procellis fusus diremit. Postero die iterata pugna: et aliquamdiu aequa virtute fortunaque Latinae maxime legiones, longa societate militiam Ro-
8 manam edoctae, restabant. eques inmissus ordines

ctoriam vocat Livius hoc lib. c. 8, 7. *Repente ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam, quam proelium, diremit.* Ita *clara dies* Silio Ital. 6, 452.

Vixdum clara dies summa lustrabat in Oeta
Herculei monumenta rogi.

quam *certam lucem* vocat Liv. 9, 42, 7. *Postero die, vixdum luce certa, deditio fieri coepta.* Alio sensu *clara victoria* obponitur *obscurae* apud Liv. 23, 43, 4. *Cannarum se quoque memoriam obscuram majore et clariore victoria facturum.* Deinde *prosperae rei pugnam* priscae edd. pro quo Aldus recte *spei* dedit. Id enim in omnibus superest scriptis. Alibi voces *spes* et *res* saepe confunduntur. V. supra ad 5, 12, 4. *prosperae spei pugnatum* Lovel. 3. Paullo ante *pugnatum est*, adjecta ultima voce, Lovel. 2. Mox verbis sequentibus *diredemit*, pro *diremit*, Harlej. 1. qui ita duas lectiones, *diremit*, et *redemit*, servasse videtur.

§. 7. *Latinae maxime legiones, longa societate militiam Romanam edoctae*] Palat. tert. *longaeva societate.* GEBH. In nullo cod. eam lectionem inveni. Neque etiam Livium ita reliquisse existimo. *Longaevus* enim non memini me observare in monumentis scriptorum orationis prosaïcae, certe non qui optimo aevo vixerunt. Apud poëtas autem rarius de rebus inanimatis, sed plerumque de hominibus usurpatur. *longaeva* enim *novalia* apud Valer. Flacc. 6, 118. Gronov. in *Lagaea novalia* mutanda docuit, ejusque conjecturam viri docti probarunt. Apud Martial. tamen *longaevi capilli* dicuntur 14. Epigr. 27. id est, hominis longaevi capilli. ut *longaevum Priami caput* apud Propert. 4. El. 1, 52. et *longaeva senecta* de Nestore 2, El. 10, 47. at *longaeva vetustas* eidem Martiali dicitur in lib. Spectacul. Epigr. 5.

Nec se miretur, Caesar, longaeva vetustas.

Malim igitur hic vulgatum servare. *longa societas*, ut *longa pax* apud Silium Ital. 2, 600.

— — — portantque, trahuntque
Longae pacis opes quaesitaque praemia dextris.

ubi v. quae notavi. Ceterum *Latinaeque maxime legiones* Leid. 2. et Lovel. 1. *Latinae legiones maxime* Voss. 2. Sed vox *maxime* deficit in Gaertn. quam recte reliquorum codicum consensus tuetur. Indicat enim Livius, praecipue Latinos, ac magis quam Volscos, restitisse.

§. 8. *Eques inmissus ordines turbavit*] *sed eques inmissus* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] *sequens inmissus* Leid. 1. quae scriptura inde nata est, quod, quum olim per compendium scriptum fuisset *s: eques*, postea nota librarii neglegentia omissa, et litera, quae restabat, voci sequenti juncta sit. *sequens imber iamissus* Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Haverk. et Portug. a m. 1. Voci enim *imber* additae sunt no-

turbavit; turbatis signa peditum inlata: quantumque Romana se invexit acies, tantum hoſtes gradu demoti. et ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat. Fusi hoſtes quum Satricum, 9

tse, quibus librarii aliquid delendum indicant. Sed libentiſſime hic sequor codicem Florent. qui vulgatum servat. Illud *sed*, ex cujus compendio reliquae lectiones corruptae nata sunt, est ex numero illarum particularum, quas librarii contextui Liviano paſſim addiderunt, ut ita orationem, quam male cohaerere putabant, connecterent. V. Rhenan. ad Liv. 28, 16, 2. Gronov. ad 9, 19, 4. 21, 23, 8. 30, 30, 23. et 39, 8, 3. Adde, quae notavi ad 1, 17, 1. 3, 3, 2. hoc lib. c. 40, 4. 7, 10, 3. 8, 39, 15. 9, 40, 17. 29, 21, 10. 30, 30, 13. 40, 10, 6. et ad Epit. Liv. 49. circa finem. (* Alias particulas ob eandem causam additas v. ad 10, 39, 4.) Frequenter autem Livium hanc particulam omisiſſe, supra vidimus ad 1, 25, 3. Ita 2, 2, 3. *Ne intervallo quidem facto oblitum, tamquam alieni, regni superbum Tarquinium; velut haereditatem gentis scelere ac vi repetisse.* 3, 50, 16. *Non defuit, quid responderetur: deerat, qui daret responsum.* V. etiam ad 4, 44, 8.

Quantumque Romana se invexit acies, tantum hoſtes gradu demoti] Rott. *gradu moti.* l. 7, 8. *Inferunt pedem, et primo gradu moverunt hoſtem.* JAC. GRON. Similiter etiam Seneca de conſtant. Sapient. 19. *Injurias vero, ut vulnera, alia armis, alia pectori infixa, non dejectus, ne motus quidem gradu, suſtineat.* et ita *statu movere* Liv. 30, 18, 4. *Equeſtrem procellam excitemus, oportet; si turbare ac statu movere volumus.* (* *vestigio movere* 10, 36, 3.) Ex omnibus tamen codicibus, quos consului, nullus ei, quem Cel. Gronovius laudavit, consentit. Verius itaque puto, in uno illo primam syllabam *τοῦ demoti* interceptam eſſe ab ultima vocis praecedentis. Sed nec omnes noſtri in vulgatam lectionem conspirant. *gradu remoti* enim habent Lovel. 4. 5. Portug. et Haverk. [Veith.] quod et Hearnius in Oxon. N. et C. reperit. Sed lapsu scribarum ita datum est: paſſim enim verba cum vocibus *de* et *re* composita confunduntur in membranis vetuſtis. V. infra ad 9, 10, 6. *a gradu depellere* dixit Nepos in Themist. 5. *Interim tamen ab eodem gradu depulsus est. statu demovere* Liv. 9, 29, 10. *Quod demovendis statu suo sacris religionem facere posset.* Ita unus et alter codex. vulgo *dimovendis.* V. quid ibi notetur. *de statu demovere* Cic. pro Caecin. 15. *Periculo mortis injecto, formidine animum perterritum loco saepe, et certo de statu demovet.* ubi v. viros doctos. Alibi etiam *de gradu dejicere.* V. Gebhard. ad l. l. Nepotis. Ceterum pronomen *se* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Eo transposito *se Romana invexit acies* praefert Lovel. 4. [*tantum in hostes* Veith.]

Ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat] *declinavit pugna* Voſſ. 1. et Lovel. 1. ac 5. *declinant pugna* Leid. 2. De verbo *inclinare* supra v. ad 3, 61, 4. Deinde vocula *jam* omittitur in Leid. 2. verbum *erat* in Harlej. 2.

§. 9. *Quum Satricum, quod duobus millibus inde aberat, non ca-*

quod duo millia inde aberat, non caſtra, peterent, ab equitatu maxime caesi. caſtra capta direptaque.
10 Ab Satrico nocte, quae proelio proxima fuit, fugae simili agmine petunt Antium: et quum Romanus

stra, peterent] Vet. lib. *duo millia passuum inde aberat*. SIG. Pall. duo et Camp. *quod duo millia inde aberat*. Sec. vero, *quod duo milla passuum inde aberant*. GEBH. Sigonianus, *duo millia passuum inde*. Noſtri, *duo millia inde aberat, non caſtra peterent, ab equitatu*. Hoc poſtremum et veteres habent editiones. J. FR. GRON. *quod duobus millibus inde aberat*, ut ante Sigonium edebatur, solus habet Hearnii Oxon. C. *duo millia passuum inde aberat* solus meorum Haverk. Sigonii vet. lib. consentiens. V. ad 32, 30, 5. *duorum millium inde spatio aberat* Hearnii Oxon. L. 1. et ex meis Harlej. 2. quomodo infra locutus est Livius 25, 9, 3. *Ipse, raptim agmine acto, quindecim ferme millium spatio caſtra ab Tarento posuit*. In eadem locutione voce *intervallo* usus est 25, 39, 1. *Erant ultra proxima caſtra sex millium intervallo diſtantes aliae copiae Poenorum*. c. 40, 9. *Ab hoſte quatuor ferme millium intervallo consedit*. Sed *duo milliaria inde aberat* Fragm. Hav. quod ex verae lectionis expositione natum puto. V. infra ad Epit. Liv. 130. *duo millia inde aberat* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lovel. quinque, Harlej. 1. Portug. Gaertn. Klock. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et B. Ita infra 25, 11, 8. *Ad Galaetum flumen (quinque millia ab urbe abeſſ) posuit caſtra*. c. 27, 1. *Tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest*. 28, 37, 4. *In Baleares insulas (quinquaginta inde millia absunt) transmisit*. 32, 6, 2. *Quinque millia ferme ab regiis caſtris quum abesset*. 33, 1, 1. *Profectus per Phocidem quinque millia ab Thebis, quod caput est Boeotiae, posuit caſtra*. 45, 10, 4. *Qui portus viginti paullo amplius millia ab Rhodo abest*. Ut autem hic *duo millia aberat*, ita *tridui viam aberat* ex Mſtis reposuit Gronovius infra 25, 8, 12. *duobus millibus*, ut vulgo editum erat, inde natum eſſe videtur, quod per compendium in quibusdam codicibus scriptum fuerat *II. M. inde aberat*. V. ad 25, 9, 16. *tē caſtra*, pro *non caſtra*, est in Lovel. 2. *tunc caſtra* in Lovel. 4.

Ab equite maxime caesi] Probo hanc lectionem. Interim Pall. tres *ab equitatu*. Campanus autem *ab hoſte maxime caesi*. GEBH. Gronovius contra *ab equitatu maxime caesi* in contextum recepit, ad verba proxime praecedentia notans, ita codd. suos et veteres edd. habere. Certe ita et codd. mei. Omnes tamen edd. quas vidi, constanter *ab equite* servant.

§. 10. *Ab Satrico nocte, quae proelio proxima fuit*] *A Satrico* Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde *quae proelio promissa fuit* Harlej. 2. Sed pro *proxima* saepe scribebatur *procsima* vel *prossima*; vulgo enim pro *x* duplex *ss* et scribebatur, et in pronunciatione efferebatur. V. Caſtalion. ad Rutilii Itin. 1, 371. Ex eo vero literis transpositis factum est *promissa*. Trajectis vocibus *quae proxima proelio fuit* Lov. 4. et Gaertn. Mox *fugae simile agmine*, pro *simili agmine*, Leid. 1. Fragm. Hav. et Lovel. 2. Hinc *petiit Antium*, pro *petunt*, idem Lovel. 2.

Quum Romanus exercitus prope

exercitus prope vestigiis sequeretur, plus tamen timor, quam ira, celeritatis habuit. Prius itaque 11
moenia intravere hostes, quam Romanus extrema agminis carpere aut morari posset. inde aliquot dies

in vestigiis sequeretur] Pall. tres et Campani editio, *prope vestigiis sequeretur*. l. 27, 2. *Vestigiis institit sequi*. Ibidem c. 42. *Numquam Nero vestigiis hostis abstiterat*. GEBH. Praepositionem *in* jam Gronovius ex contextu ejecit, quam etiam codd. mei non agnoscunt. Eamdem etiam Aldus omiserat. Inter errata tamen, poenitentia ductus, vulgatam scripturam revocandam monuit. Hearne autem, qui Gronovium secutus *vestigiis sequeretur* edidit, notasse satis habuit, in ed. Romana principe et a Sigonio *in vestigiis* vulgatum esse; de codicibus Oxoniensibus siluit; quos proinde *vestigiis sequeretur* similiter praetulisse, verisimile est. Ita Cic. in Bruto 90. *Ut nostrum cursum perspicere possis, et videre, quemadmodum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti*. in Orat. pro Cluent. 13. *Asinius cum Avilio Romam est profectus. Hos vestigiis Oppianicus consecutus est*. Plinius 8. H. N. 8. *Praetereuntibus sagittarum venabula infigunt, mox sanguinis vestigiis sequuntur*. Tacit. in Agric. 26. *Iter hostium ab exploratoribus edoctus, et vestigiis insecutus*. Similiter *vestigiis ingredi* Caesar dixit 8. de B. G. 20. Ceterum vox *exercitus* non adparet in Harlej. 2. quam etiam, si certiores codd. similiter repudiarent, non desiderarem. Simile enim foret illi, quod supra restitutum est 3, 2, 11. *Proelium fuit utrimque vehemens, quod et Romanus ira odioque pugnabat*. ubi v. quae notantur. Uni tamen huic nunc fidem habere non audeo, praesertim quam ita mox *Romanus* sequatur. Quod verisimile reddit, Livium hic *Romanus exercitus* dixisse, ut ita locutionum varietate orationem distinguat. Mox *plus tum timor*, pro *tamen*, Lovel. 4. V. ad Liv. 22, 17, 5.

§. 11. *Extrema agminis carpere aut morari posset*] *capere aut morari* Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Portug. Haverk. Hearnii Oxon. N. C. et editt. antiquiores, pro quo jam Veneti anno 1495. *carpere* subposuerunt. Id autem inter alios postea etiam Ascensius servavit, nihilominus tamen annis 1513. et 1516. *capere* pro varia lectione in marginem conjecit. Solent autem haec verba in Mstis commutari. V. Inl. N. Heinsium ad Nason. 3. Fast. 185. Cel. Burmann ad Nemes. Ecl. 2, 7. et eumdem aliosque ad Seren. Samon. de Medic. v. 321. V. etiam supra ad 3, 5, 1. infra ad 7, 12, 12. 7, 36, 11. 9, 27, 6. (* 26, 38, 2. 29, 17, 16.) Livius infra 27, 48, 2. *Quum fessum agmen carperent ab omni parte, incursarentque*. Paullo ante *hostes* deerat in Lovel. 2.

Aliquot dies vastando agro absumti] Vox *agro* deest in Leid. 2. *vastando in agro* habet Gaertn. Deinde *adsumti* Florent. *assumti* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. 5. Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et priscae edd. Primus Ascensius anno 1513. *absumti* pro varia lectione in margine ostentavit, quod triennio post in contextum recepit, altero *assumti* in marginem ejecto. Solent autem ea verba in Mstis confundi. V. infra ad 9, 17, 17.

vaſtando agro absumti, nec Romanis satis inſtructis adparatu bellico ad moenia adgredienda, nec illis ad subeundum pugnae casum.

1 XXXIII. Seditio tum inter Antiates Latinosque coorta: quum Antiates, victi malis subactique bello, in quo et nati erant, et consenuerant, deditio-
2 nem spectarent; Latinos ex diutina pace nova de-

§. 1. *Seditio tum inter Antiates Latinosque coorta*] *cum*, pro *tum*, Voſſ. 2. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. *dum* Gaertn. V. ad 40, 42, 7. *tamen* Harlej. 2. V. ad 22, 17, 5. Deinde *cohorta* Florent. et Leid. 1. V. ad 2, 30, 12.

Coorta; quum Antiates, victi malis subactique bello] *coorta est; Antiates* Voſſ. 1. et Lovel. 1. *coorta; Antiates* Leid. 2. Praeterea *victi malis subactisque bello* Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. supra hoc lib. ad c. 3, 8.

Deditionem spectarent] *exspectarent* Florent. Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lovel. quinque, Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Saepiſſime error hic, tum in Livii, tum in aliorum codd. a scribis commissus est. Exempla v. ad Liv. 5, 5, 5. c. 16, 8. c. 21, 5. hoc libro c. 24, 6. c. 40, 14. 7, 32, 14. 8, 8, 8. c. 19, 7. 10, 11, 7. c. 40, 3. 24, 36, 9. 31, 48, 11. (* c. 34, 9.) et 45, 31, 8. ubi v. Gronov. V. etiam Vorſtium ad Juſtin. 12, 3, 2. Cl. Duker. ad Flori 2, 7, 3. quosque eo loco laudavit; et Corte ad Plinii 3. Epist. 13. Et ita *circumexspectare*, pro *circumspectare*, male supra datum erat hoc lib. c. 18, 7. Cauſſa, cur tam frequenter in hac voce peccatum sit, illa dari potest, quod poſterioribus seculis, quibus paullatim barbaries quaedam in linguam Latinam invecta est, *exspectare* pro spectare, et *exspectabilis* pro spectabilis, eximius, in usu fuerint, ut Du Cange in Gloſſar. mediae Latin. docet. Quum autem eo tempore plerique codices, qui nobis supersunt, exarati sint, librarii sui aevi stribliginem optimis scriptoribus paſſim obtrudere conati sunt. Nam ita *protelare*, pro *prolatare*, et similia alia dederunt, de quibus infra v. ad 7, 21, 2. Contra alibi etiam scribas *spectare*, pro *exspectare*, dediſſe, infra videbimus ad 30, 23, 7. Ceterum *expeterent*, pro *exspectarent*, eſſe in Oxon. C. auctor est Hearne. Verum et haec verba saepiſſime in Mſtis permutantur. V. infra ad 10, 7, 12. Jam autem *spectare deditionem*, ut *spectare defectionem* 22, 29, 21. *Itaque ingenti consensu defectionem omnes spectare.* ubi v. quae notantur. V. etiam ad 2, 12, 13. Alibi, addita praepositione, *spectare ad rebellionem* dixit. ut 2, 18, 2. *Parvaque ex re ad rebellionem spectare res videbatur.* ubi quaedam notantur.

§. 2. *Ex diutina pace nova defectio recentibus adhuc animis ferociores*] *ex diuturna pace* Leid. 1. a m. 1. pro quo manus altera *diutina* emendavit, quod reliqui omnes codices servant. *Diutina pax*, ut *diutinum otium* 25, 7, 11. *Vir inquieti animi, et minime otium, quo tum diutino senescere videbatur, patientis.* ubi plura vide. Solent

fectio recentibus adhuc animis, ferociores ad perseverandum in bello faceret. finis certaminis fuit, postquam utrisque adparuit, nihil per alteros stare, quo minus incepta persequerentur. Latini profecti 3
a societate pacis, ut rebantur, inhonestae sese vindicaverunt. Antiates, incommodis arbitris salutarium consiliorum remotis, urbem agrosque Romanis

autem hae voces inter se commutari. V. infra ad 28, 24, 6. Praeterea *recedentibus animis* Leid. 2. Vox *animis* deerat a m. 1. in Lovel. 5. sed a m. 2. transposita, et *recentibus animis adhuc* datum est.

Quo minus incepta persequerentur] *prosequerentur* Lovel. 4. et Haverk. [Veith.] Sed vulgatum verum est. *Persequi* enim *incepta* est ea perficere, ad finem perducere. Ita *persequi*, *quae reflant* Cic. in Fragm. l. 5. de Legib. apud Macrob. 6. Saturn. 4. *Visne igitur descendatur ad Lirim, eaque, quae reflant, in illis alnorum umbraculis persequamur.* ubi etiam *prosequamur* nunc vulgo excusum exstat. *persequi mandata* pro perficere. V. Inl. N. Heins. ad Nason. Ep. 11. Her. 128. Solent autem verba *persequi* et *prosequi* passim in Mstis confundi. V. infra ad Epit. Liv. 99.

§. 3. *A societate pacis, ut rebantur, inhonestae sese vindicaverunt*] *ab societate pacis* est in Lovel. 2. 3. Port. Haverk. et Fragm. Hav. Itaque editum exstat in priscis excusis. Neque aliud voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen errore ablatus dedit *ad societatem pacis*. Primus Frobenius anno 1535. *a societate* vulgavit. Deinde *rebantur*, vocula *ut* omissa, Leid. 2. *ut rebant* Harlej. 2. V. ad 10, 10, 1. *vertebantur* Voss. 2. et Lovel. 3. *urebantur* Lovel. 2. Sed *rebantur* Livio in deliciis fuit, quod verbum, sibi minus notum, non raro librarii corruperunt. V. ad 27, 25, 11. Insuper *in hostes ut se vindicarent* Lovel. 2. *se vindicaverunt* Voss. 2. Lovel. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Sed, transpositis literis, *esse vindicaverunt* Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. et Harlej. 1. V. infra ad 40, 26, 5.

Urbem agrosque Romanis dedunt] *urbem agrumque* Gaertn. Male. Supra 1, 38, 2. *Deditisne vos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia in meam populique Romani ditionem?* Infra 7, 31, 4. *Populum Campanum urbemque Capuam, agros, delubra Deûm, divina humanaque omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus.* Contra tamen Plautus in Amphitr. 1, 1, 70.

Convenit, victi utri sunt eo proelio,
Urbem, agrum, aras, focos,
seque uti dederent.

Nihilominus codicum consensus alteram lectionem veriorem praestat. Praeterea *dederunt* Voss. 1. Lovel. 1. 4. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. [Veith.] *dediderunt* Leid. 2. Ita vero dedisse videntur librarii, quod *vindicaverunt* praeces-

4 dedunt. Ira et rabies Latinorum, quia nec Romanos bello laedere, nec Volscos in armis retinere potuerant, eo erupit, ut Satricum urbem, quae receptaculum primum eis adversae pugnae fuerat, igni concremarent: nec aliud tectum ejus superfuit urbis, (quum faces pariter sacris profanisque injice-
5 rent) quam matris Matutae templum. Inde eos nec sua reli-

serit. Sed frustra. V. supra ad 3, 46, 9. Paullo ante *in comeis arbitris*, pro *incommodis*, Harlej. 2. Tum *consilium*, pro *consiliorum*, Lovel. 2.

§. 4. *Ira et rabies Latinorum*] *Ita et rabies* Portug. et excusi vetustiores. Pro eo Frobenius recte anno 1531. dedit *Ira et rabies*. Infra 8, 30, 1. *Cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit.* (*22, 51. 9.) Curtius 4, 6. *Ira deinde vertit in rabiem.* 5, 3. *Ira igitur in rabiem versa.* 10, 2. *Amico animo, si veri patiens fuisset, admonebatur: sed in rabiem ira pervenerat.* Solent autem *ira* et *ita* in Mstis confundi. V. ad 24, 16, 1.

Nec Volscos in armis retinere potuerant, eo erupit, ut Satricum] *retinere in armis* Lovel. 4. *in agris retinere* editt. principes, pro quo Aldus, adstipulantibus scriptis, dedit *in armis*. Deinde *potuerunt* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *poterant* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. Tum *eo rupit* Lovel. 3. *eo eruperant* Gaertn. ut sit *ira et rabies eruperant*. Verum potius *eruperant* dedisse indoctus scriba videtur, ut conveniret praecedenti *potuerant*. Certe reliqui omnes *erupit*, quod verum est. Deinde particula *ut* non adparet in Leid. 1. Sed eam intercepit ultima syllaba proximae vocis *erupit*. V. supra ad 1, 51, 2.

Igni concremarent] *igitur concremarent* Lovel. 3. et Haverk. An forte inperitis scribis displicuit pleonasmus *igni concremare?* quo tamen Livius usus est supra 3, 53, 5. *Vivosque igni concrematuros minabantur.* Mox *tecum*, pro *tectum*, Leid. 2. Hinc *é nec*, pro *ejus*, Fragm. Hav. Tandem *urbi*, pro *urbis*, Leid. 2. et Lovel. 1.

Quum faces pariter sacris profanisque injicerent] *quum pariter faces* Lovel. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *fanis profanisque* Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. in margine. Male. Passim enim *sacra* et *profana* obponuntur. Horat. 1. Epist. 16, 54.

Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.

Curtius 10, 1. *Quum omnia profana spoliassent, ut sacris quidem abstinuerant.* Praeterea *inierunt* Florent. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad 2, 10, 9.

§. 5. *Inde eos nec sua religio, nec verecundia Deûm arcuisse dicitur*] *ne sua religio, verecundia Deûm* Voss. 2. *non sua religio, nec verecundia Deûm* editiones

religio, nec verecundia Deûm arcuiſſe dicitur, sed vox horrenda, edita templo cum triſtibus minis, ni neſandos ignes procul delubris amoviſſent. Incensos 6
ea rabie inpetus Tusculum tulit, ob iram, quod, deserto communi concilio Latinorum, non in societatem modo Romanam, sed etiam in civitatem, se dediſſent. Patentibus portis quum inproviso in- 7
cidiſſent, primo clamore oppidum praeter arcem

principes. Vulgatae lectionis Aldus auctor exſtitit, quam defendunt reliqui scripti. Tum *arguiſſe* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. a m. 1. Block. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. sollemni descriptorum aberratione. V. supra hoc libro ad c. 25, 6.

Edita templo cum triſtibus minis, ni nefandos ignes procul delubris amoviſsent] *edicta templo* Fragm. Hav. sollemni scribarum peccato. V. infra ad 21, 62, 7. Supra 2, 7, 2. *Adjiciunt miracula huic pugnae, silentio proximae noctis ex silva Arsia ingentem editam vocem.* Trajectis vocibus *templo edita* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Vox *templo* exsulat ab Harlej. 1. Tum *in effandos igne* Fragm. Hav. *in nefandos ignes* Lovel. 2. 3. *ī nefandos ignes* Haverk. Verum illud *ī* aeque pro *ni*, ac pro *in*, poni potuit. Sed voculam *ni* non agnoscit Harl. 1. Deinde *āmoviſsent* Gaertn. *admoviſsent* Fragm. Hav. qui error in Mſtis frequens est. V. infra ad 40, 55, 5. *amoviſset* Haverk.

§. 6. *Ob iram, quod deserto communi concilio Latinorum*] *ob iram, quo deserto* Leid. 1. Sed ultimam literam vocis *quod* intercepit prima sequentis. V. infra ad 23, 8, 9. quamvis et alibi saepe, ubi eadem erroris cauſſa dari nequit, voces *quo* et *quod* in Mſtis commutentur. V. ad Liv. 36, 33, 3. *quod deseſſote* Harlej. 1. *quod deserto consilio* Lovel. 4. *quod deserto communi consilio* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. et edd. principes. Ejus loco primus Aldus subſtituit *concilio*, concinentibus reliquis scriptis. Et recte. Intelligitur enim communis respublica omnium Latii populorum; quod non *consilium*, sed *concilium*, dicendum eſſe, Gronov. docuit ad Liv. 44, 2, 5. Mox in verbis sequentibus *sed et in civitatem*, pro *sed etiam*, Portug. V. infra ad 22, 47, 9. *τὸ se* autem exsulat a Leid. 2.

§. 7. *Patentibus portis quum inproviso incidiſsent*] Vox *portis* deficit in Leid. 2. [*improviso introiſsent* Veith.] Tum *quo*, pro *quum*, Gaertn. Verum quum in eo codice plerumque scribatur *quom*, pro *quum* vel *cum*, ultimam literam a primis vocis sequentis elisam eſſe patet. Hinc *in inproviso* Leid. 1. Verum praepositio *in* nata est ex sequentis vocis syllaba initiali. V. ad 4, 6, 11. Passim simpliciter *inproviso* usurpatur. Supra hoc lib. c. 4, 9. *Inproviso adorti primo clamore atque inpetu cepere.* ubi alia exempla vide. At si adderetur praepositio, dici solebat *ex inproviso* 10.

captum eſt. in arcem oppidani refugere cum conjugibus ac liberis, nunciosque Romam, qui certiorem
8 de suo casu senatum facerent, misere. Haud segnius, quam fide populi Romani dignum fuit, exercitus Tusculum ductus. L. Quinctius et Ser. Sulpicius tri-
9 buni militum duxere. clausas portas Tusculi, Latinosque simul obsidentium atque obseſſorum animo hinc moenia Tusculi tueri vident, illinc arcem ob-

24, 13. *Forsitan quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut toties novum ex inproviso incendium daret, eum se exſtincturum.* 8, 10, 5. *Nova ex inproviso exorta acies principia Latinorum perturbant.* vel *de inproviso* Terent. in Andr. 2, 2, 23.

Paullulum obsoni: ipsus triſtis:
de inproviso nuptiae:
Non cohaerent.

In arcem oppidani refugere cum conjugibus ac liberis] *et in arcem* Voſſ. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et B. Tum *oppidani refugerunt* Gaertn. Tandem *conjugibus et liberis* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Nunciosque Romam etc. *misere*] *nuptiosque* Harlej. 1. Deinde *Romani*, pro *Romam*, Fragm. Hav. Praeterea *miserunt* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Insuper *certiores de suo casu senatum facerent*, pro *certiorem*, Lovel. 4. et 5.

§. 8. *Haud segnius, quam fide populi Romani dignum fuit*] *qua fide* Harlej. 1. *quod fide* Gaertn. *quam fide patrum dignum fuit* Lovel. 2. et Haverk. Mox *Tusculanum*, pro *Tusculum*, Leid. 1.

L. Quinctius et Servius Sulpicius tribuni militum duxere] *Lq; Servius Sulpicius tribunus militum dux est* Lovel. 3. *Lq° Servius Sulpicius* Lovel. 2. *L. Quinctius et P. Sulpicius Servius* Lovel. 4. Particulam copulantem omittunt Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra ad 2, 17, 1. Insuper *Servilius Sulpicius* Voſſ. 2. et edd. principes. Pro eo deinde Ascensius *Ser. Sulpitius*, Aldus *Servius Sulpitius* excuderunt. Saepe nomina *Servius* et *Servilius* commutantur in Mſtis. V. infra ad Epit. Liv. 72. Deinde *tribunus militum duxere* Gaertn. Sed forte per compendium *trib. mil.* scriptum fuerat; quod quemadmodum plene efferendum foret, librarii ignorarunt. V. infra ad 10, 10, 2.

§. 9. *Clausas portas Tusculi, Latinosque simul obsidentium*] *portas clausas* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *Tusculos Latinosque* male Lovel. 2. Hinc *obsidentium* Gaertn. V. infra ad 9, 2, 3.

Hinc moenia tueri vident] Helmstad. Rott. Voſſianus uterque *hinc moenia Tusculi tueri*. J. FR. GRON. Pariter apud me, praeter Voſſ. utrumque, praeferunt Leid. uterque, Lovel. quinque, Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. apud Hearnium vero Exc. Pithoei et codd. Oxon. L. 1. B. N. et C. Quorum pertinaci consensu non obluctandum censens, illud vocabulum in contextum admisi. Quod duae

pugnare; terrere una ac pavere. Adventus Roma- 10
norum mutaverat utriusque partis animos. Tuscu-
lanos ex ingenti metu in summam alacritatem, La-
tinos ex prope certa fiducia mox capiendae arcis,
quoniam oppido potirentur, in exiguam de se ipsis
spem verterat. Tollitur ex arce clamor ab Tuscu- 11
lanis: excipitur aliquanto majore ab exercitu Ro-
mano. Utrimque urguentur Latini: nec inpetus Tu-

voces a literis *tu* incipientes jungantur, id librariis eorum codicum, quibus primi editores Livii usi sunt, caussa esse potuit, cur neglegenter alteram omiserint. Certe Florent. habet *Tusculi ueri*, prima tantum litera *t* deficiente. Nisi potius illud *Tusculi* a primis editoribus de industria ejectum fuisse dicendum sit, quod *Tusculum* et *Tusculi* modo praecesserint, et, Livium non de aliis, quam Tusculi, moenibus loqui, quilibet videat. Praeterea *viderit* Fragm. Hav. litera *n* in *ri* dissoluta. V. infra ad 22, 7, 4. **Mox** *atque pavere* Fragm. Hav. idem. *terrerunt una ac pavere* Gaertn.

§. 10. *Latinos ex prope certa fiducia mox capiendae arcis*] *ex prope fiducia certa* Fragm. Hav. Insuper *capiendae arcis* Gaertn. admodum frequenti scribarum lapsu. V. ad 6, 23, 5. Paullo ante *utrius partis animos*, pro *utriusque*, Leid. 2. Deinde *Tusculanis* et *Latinis*, pro *Tusculanos* et *Latinos*, Lovel. 4. Sed reliqui vulgatum tuentur.

In exiguam de se ipsis spem verterat] Suspectum mihi ultimum verbum, quod sententia minime requirit: quippe cui sufficiat ex superioribus in utroque intelligi τὸ *mutaverat*. J. FR. GRON. Si ultimum verbum a bonae notae codd. omissum foret, aliis addentibus fidem non haberem. Nunc vero, quum in eo tuendo omnes conspirent, adversus eorum consensum id expellendum non arbitror. Ceterum *in exiguam de ipsis spem* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. quae supra notantur ad Praefat. Liv. §. 3.

§. 11. *Excipitur aliquanto majore ab exercitu Romano*] Rott. Voss. uterque *major*. J. FR. GRON. *major*, praeter Voss. ambos, ex meis insuper exhibent Leid. ambo, Lovel. quinque, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Cl. Hearne autem se quoque ita invenisse testatur in Exc. Pithoei, et Oxon. L. 2. et B. ut et Latinius in Neap. Neque aliter exstat in vetustioribus excusis. Frobenius demum anno 1531. *majore* substituit. Id (* l. *Major*) tamen recipere, quum optimus Florent. ex quo nulla adnotatur varietas, adversari videatur, non ausus sum. Paullo ante *a Tusculanis*, pro *ab Tusculanis*, Lovel. 2. 4. et Fragm. Hav.

Molientesque obices portarum, arcere possunt] *molientes obicesque portarum* Leid. 2. et Lovel. 1. *molientesque obicesque portarum arcem possunt* Lovel. 3. Deinde *ar-*

sculanorum, decurrentium ex superiore loco, sustinent: nec Romanos, subeuntes moenia molientesque
12 obices portarum, arcere possunt. Scalis prius moenia capta; inde effracta claustra portarum. et quum anceps hostis et a fronte et a tergo urgueret; nec ad pugnam ulla vis, nec ad fugam loci quidquam superesset; in medio caesi ad unum omnes. Recu-

eereque possunt Gaertn. Paullo ante *ex superiori loco*, pro *superiore*, Lovel. 2. Tum *nisi Romanos*, pro *nec Romanos*, Lovel. 3.

§. 12. *Scalis prius moenia capta, inde effracta claustra portarum*] Duo priora vocabula desunt in Leid. 2. et Lovel. 1. vox *claustra* in Harlej. 1. ultima vero *portarum* in Portug.

Hostis et a fronte et a tergo urgeret] *et ab tergo* Lovel. 3. et Portug. Deinde *urgueret* codex Florent. V. quae notantur infra ad 9, 21, 4. *urgeret*, id est *urgeretur*, Lovel. 5. V. ad 39, 22, 8.

Nec ad fugam loci quidquam superesset] *nec ad fugam ulli loci* Portug. Sed vox *ulli* ex verbis proxime praecedentibus perperam a librario hic repetita est. Deinde *quidquid* Haverk. et Portug. idem a m. 1.

Exercitus Romam est reductus] *deductus* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Gaertn. quae voces in Mstis saepissime confunduntur. V. supra hoc lib. ad c. 26, 8. Hic nihil mutandum est. Similiter supra 4, 34, 4. *Exercitum victorem opulentumque praeda triumphans dictator Romam reduxit*, ubi similiter variatur. 5, 27, 15. *Pace data, exercitus Romam reductus*. hoc lib. c. 31, 8. *Hominum pecudumque praeda abacta, Romam utrimque exercitus reducti*. 7, 20, 9. *Legionibusque Romam reductis, reliquum anni muris turribusque reficiendis consumtum*. c. 24, 9. *Victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit*. 8, 16, 10. *Praesidioque imposito Calibus reductae Romam legiones*. Similiter exercitus ex transmarinis provinciis Romam revertens dicitur *reportari* apud Livium 38, 50, 3. *Qui, perduellibus devictis, confecta provincia, exercitum reportasset*. c. 42, 12. *Aut consules ad exercitus consulares missi, aut reportari legiones inde reddique tandem reipublicae debere*.

§. 1. *Quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant*] *prospero eo anno* Lovel. 5. Harlej. 2. et Portug. a m. 1. Originem erroris v. supra hoc lib. ad c. 3, 8. Nec peritius in posteriori a m. 2. emendatur *prospera*. Praeterea *omnia erant foris* Gaertn. transpositis vocibus. Ceterum Dodwell. de Cyclis Dissert. 10. §. 82. unum in Livio annum deesse existimans, eum hic inserendum credidit. Ejus anni tribunos se in Diodoro Siculo, quamvis rerum Romanarum imperitissimo, invenisse arbitratur, qui 15. Bibl. p. 494. post tribunos consulares c. 32. a Livio memoratos, anno proximo ante anarchiam, tribunos militum consulari potestate quatuor memoravit L. Papirium, L. Menenium, Ser. Cornelium, Ser. Sulpicium;

perato ab hoſtibus Tusculo, exercitus Romam eſt reductus.

XXXIV. Quanto magis prosperis eo anno bellis 1
tranquilla omnia foris erant, tanto in urbe vis Patrum in dies miseriaeque plebis crescebant; quum eo ipso, quod neceſſe erat solvi, facultas solvendi inpediretur. Itaque, quum jam ex re nihil dari pos- 2

quorum Menenius Laenatis, (Lanatus Meneniorum et Laenas Popilliorum cognomina male ibi confudit) Sulpicius Praetextati cognomina habuiſſent. His tribunatum obtinentibus, in fine anni Juliani ex ipsius sententia C. Licinius Stolo et L. Sextius, qui per decem continuos annos tribunatum plebis geſſerunt, cum honorem hoc anno primum acceperunt. Annotationum harum ratio non permittit, ut sententiam ejus ad examen revocemus, quare breviter ejus hoc loco meminiſſe sufficiat. Addo tamen, proximis triginta annis vicies ac septies tribunos consulares creatos eſſe, praeterea quater post hunc annum, usque ad consulatum cum plebe communicatum; sed semper senos quotannis: hinc igitur verisimile non videri, solo hoc anno quatuor tantum tribunos conſtitutos eſſe.

Tanto in urbe vis Patrum in dies miseriaeque plebis crescebant] *tanta in urbe* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Et hujus peccati origo eadem est, atque illius, de quo ad verba praec. dictum est. Locutionem *quanto magis tranquilla erant, tanto crescebant* inluſtravi ad 5, 10, 5. *tanto vires Patrum miseriae plebis* Lovel. 2. Insuper Gebhardus supra hoc lib. ad c. 14, 1. conjecit scribendum *miseriaeque plebis gliscebant*. Sed invitis libris, qui hic omnes in vulgatum conspirant, receptam lectionem moveri temerarium puto.

§. 2. *Itaque, quum jam ex re nihil dari posset*] Haec in Heraldi 2. de Auctor. rer. judic. 24. ita diſtinguuntur: *quum jam ex re nihil dari posset, fama, et corpore judicati, atque addicti creditoribus satisfaciebant*. Diſtinguo, *quum jam ex re nihil dari posset, fama et corpore, judicati atque addicti, creditoribus satisfaciebant*, et conjungo *fama et corpore creditoribus satisfaciebant*. *Judicati atque addicti* absolute dicitur, ut supra c. 14, 10. *Ne quem veſtrum judicatum addictumve duci patiar*. et c. 15, 9. *Prohibendo judicatos addictosque duci*. Et *judicatus* in hoc genere loquendi genitivo jungi solet, non ablativo. Liv. 6, 14, 3. et 23, 14, 3. ubi v. Gronovium. Gellius 20, 1. *Quantaeque pecuniae judicati eſſent*, et, *debiti judicatis*: quod ibidem etiam dicit *ob pecuniam debitam judicatus addictusque*. *Fama* autem videtur dicere Livius, vel quod non levis notae maculam adferebat non solvendo eſſe, et judicatum addictumque a creditore duci; vel ob eam cauſſam, quam l. 8, 28. tangit. DUK. Vocem *jam* non agnoscit editio Romana princeps, ut observat Cl. Hearne. At reliquae editiones antiquiores, quas ego consului, etiam Rom. anni 1472. eam transponunt hoc modo, *quum ex re jam nihil dari posset*. Primus

set, fama et corpore, judicati atque addicti, creditoribus satisfaciebant, poenaque in vicem fidei
3 cesserat. Adeo ergo obnoxios submiserant animos non infimi solum, sed principes etiam plebis, ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, quod tanta vi, ut liceret, tetenderant;
4 sed ne ad plebejos quidem magistratus capessendos

Frobenius ordinem illum mutavit, et anno 1535. ita edidit, ut nunc vulgo exstat: cum quo stant omnes codd.

Fama et corpore judicati atque addicti] *fame ac corpore* Leid. 2. *famae et corpore* Portug. a m. 1. an voluerunt hi librarii *famae et corporis judicati?* V. Gronov. ad 23, 14, 3. Sed consentio potius Cl. Dukero interpunctionem mutanti, et existimo, ultimam literam *τοῦ famae* voci adhaesisse ex principio sequentis. V. ad 40, 7, 8. Tum *additi* Voss. 2. Haverk. et Fragm. Hav. V. supra hoc lib. ad c. 15, 9. Mox dictionem *vicem* non agnoscit Gaertn.

§. 3. *Adeo ergo obnoxios submiserant animos*] *Τὸ ergo* deficit in Lovel. 4. [Veith.] Tum *abnoxios summiserant animos* praefert Lovel. 1. *obnoxios sumpserant animos* Leid. 2. Male. Infra 23, 25, 3. *Ne, qui Cannensi ruinae non subcubuissent, ad minores calamitates animos submitterent.* Voces *submiserant animos* non exstant in Gaertn.

Non infimi solum, sed principes etiam plebis] Vocula *sed* in contextu Liviano deficit in Voss. 1. ejusque margini tantum adscripta est. Sane si plures codices concinerent, non magis eam hoc loco requirerem, quam supra 3, 71, 6. *Non juvenem, vicesima jam stipendia merentem.* V. supra ad Liv. 1, 23, 3. Nunc vero, quum in reliquis omnibus constanter supersit, eam servandam puto. *sed etiam principes* legit Lovel. 4. [*etiam* omittit Veith.] Mox *inter patricios*, pro *inter*, Harlej. 2. Portug. et Haverk. sollemni scribarum errore. V. supra ad 5, 27, 2. et mox hoc cap. ad §. 6.

Quod tanta vi, ut liceret, tetenderant] *quo tanta vi* Lovel. 4. V. ad 36, 33, 3. Tum *tenderant* Lovel. 2. *contenderant* Florent. At nulli alii meorum codicum a vulgata lectione recedunt, nisi quod aperto errore *tetenderent* sit in Fragm. Hav. *tetenderant* verum est. Infra 32, 32, 7. *Au, quod summa vi ut tenderent, amicis et propinquis mandaverat, imperium prorogaretur.* ubi alia exempla vide. *contenderant* natum est ex alterius expositione, quod tamquam notius saepe inperiti librarii ei substituerunt. V. infra ad 28, 18, 4.

§. 4. *Ulli viro acri experientique animus esset*] *vili viro acri* Haverk. ex confusione in scriptis admodum frequenti literarum i et *l*, de qua v. ad 2, 23, 3. *ullo viro acri* Lovel. 4. *ulli viro acti* Gaertn. ex literarum *r* et *t* confusione. De ea autem v. ad 5, 55, 3. Ceterum *virum experientem* esse, qui vulgo *expertus* dicitur, observat Sylvius ad Cic. orat.

petendosque ulli viro acri experientique animus esset: possessionemque honoris, usurpati modo a plebe per paucos annos, recuperasse in perpetuum Patres viderentur. Ne id nimis laetum parti alteri 5 esset, parva (ut plerumque solet) rem ingentem moliundi caussa intervenit. M. Fabii Ambusti, potentis viri, quum inter sui corporis homines, tum et-

pro Cluent. 8. Contra Torrent. ad Horat. 1. Epist. 17, 42. inter utraque illa vocabula differentiam notat; vocabuli enim *experiens* rationem ad actionem pertinere, *expertus* vero habitum quemdam experientia partum significare. *Desidiam* et *ingenium experiens* obponuntur apud Nason. 1. Amor. Eleg. 9, 31.

Ergo, desidiam quicumque vocarit amorem,
Desinat. ingenii est experientis amor.

Paullo ante *ne ad plebejos magistratus quidem capessendos* alio ordine Lovel. 4. Mox *possessoremque honoris usurpati*, pro *possessionemque*, Lovel. 2. *possessioneque honoris usurpati* Lovel. 3. *possessionem honoris usurpāi*, id est *usurpari*, Lovel. 4. [*esset: et possessionem* Veith.]

§. 5. *Ne id nimis laetum parti alteri esset*] *minus laetum* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 4. et Portug. Ita saepe lapsi sunt scribae. V. infra ad 36, 9, 7. Insuper adhuc *minus laeti* Haverk. *nimium laetum* editi ante Aldum, qui primus *nimis laetum* dedit, ut est in reliquis codicibus. Tum *alteri parti* Lovel. 4.

Parva, ut plerumque solet, rem ingentem moliundi caussa intervenit] Verbum *solet* non comparet in Voss. 1. sed in margine tantum conspicitur. In aliis omnibus recte in contextu superest. Supra 2, 5, 3. *Fudere in Tiberim, tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus solet.* 36, 23, 2. *Non laqueis, ut solet, exceptos declinabant ictus. ut adsolet* similiter 1, 28, 2. *Paratis omnibus, ut adsolet, vocari ad concionem utrumque exercitum jubet.* V. ad 36, 23, 2. *ut fit*, et *ut plerumque fit* 4, 52, 4. *Pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerumque fit, accepit.* ubi etiam in nonnullis codicibus simili modo omissum erat verbum *fit*. V. quae ibi notantur. Praeterea *moliendi caussa* Voss. 1. Leid. 2. Portug. Lovel. 1. 4. 5. Gaertn. et Haverk. V. infra ad 26, 36, 11.

M. Fabii Ambusti, potentis viri, quum inter sui corporis homines, tum etiam ad plebem] *M. Fabi Ambusti* Florent. et Harlej. 1. V. ad 38, 27, 8. Et ita etiam erat in Leid. 1. Verum ibi ex male distinctis vocibus error additus est; legitur enim in eo cod. *M. Fabium Busti.* Deinde pro ejus praenomine *M.* Voss. 2. et Lovel. 3. *inde* praeferunt. Id praenomen saepe in Mstis ita *m̄* notatur, pro quo *in̄* factum, et hinc alii *inde* scribere soliti fuerunt. V. supra ad 4, 52, 5. Tum *viri potentis* alio ordine Lovel. 4. Deinde *tum inter sui* Voss. 2. Lovel. 2. 3. 5. Portug. et Haverk. et ita etiam edd. omnes usque ad Vascos. qui *cum*

iam ad plebem, quod haudquaquam inter id genus contemtor ejus habebatur, filiae duae nuptae, Ser. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni erat, inlustri quidem, viro tamen plebejo: eaque ipsa adfinitas haud spreta gratiam Fabio ad vulgum quae-
6 sierat. Forte ita incidit, ut, in Ser. Sulpicii tribu-

inter sui primus dedit. Id vero, vel *quum inter sui*, aut *quom inter sui* servant reliqui scripti, sed Florent. tantum a manu recenti. V. supra hoc lib. ad c. 23, 3. Insuper *sui temporis homines* Fragm. Hav. a m. 2. penitus erasa, quae antea exarata fuerat, lectione. Supra 1, 17, 2. *Oriundi ab Sabinis sui corporis creari regem volebant*, ubi v. notata. 26, 48, 6. *Nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quam studia excitaverant uterque sui corporis hominum*, Praeterea vocula *tum* non erat in Fragm. Hav. Sed, ea transposita, *etiam tum ad plebem* habent Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Ser. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni erat] Prioris praenomen deest in Leid. 1. et Lovel. 2. pro eo vero *servitio* est in Voss. 2. *Servilio* in Lovel. 4. V. ad Epit. Liv. 72. Deinde *Supplicio* legit Leid. 1. cujus librarius tamen bis aliter dedit §. seq. V. supra ad 3, 10, 5. Denique trajectis vocibus *C. Licinio Scoloni minor erat* Harlej. 2. et Haverk. *C. Licinio Stoloni minor erant* Lovel. 4. 5. et Portug. [Veith.] ut *erant* referatur ad duas filias. Alii omnes tamen constanter singulare *erat* retinent. *Coloni*, pro *Stoloni*, habet Leid. 1. *Scoloni* Lovel. 2. 3. quorum prior etiam *Lucinio*.

Inlustri quidem, viro tamen plebejo] *illustris tamen vir plebejus* Lovel. 4. [*Illustris tamen vir et plebejus*. Veith.] *tū*, sive *tum plebejo* Gaertn. et Haverk. V. ad 22, 17, 5. *sed tamen plebejo* edd. princ. usque ad Aldum, qui particulam *sed* expunxit. Et recte. Nam in nullo codice obvia fuit. Vox *tamen* deficit male in Lovel. 5. Ceterum Florent. ita distinguit, *inlustri quidem, viro tamen plebejo.*

Gratiam Fabio ad vulgum quaesierat] *ad vulgus* omnes, quibus usus sum, editiones antiquiores. Serv. ad Virg. 1. Aen. 149. *Vulgus masculi et neutri invenitur, sed generis neutri hoc loco: alibi masculini, ut In vulgum ambiguae. Et hoc est artis, ut masculino utamur; quia omnia nomina Latina in us exeuntia, si neutrius generis fuerint, tertiae declinationis sunt, ut pecus, pecoris. Si secundae autem fuerint declinationis, masculina sunt. vulgi ergo facit, non vulgeris, ut docti, clari, boni. usurpatum tamen est, ut neutrum genus sit propter unum Graecum nomen, id est, pelagus. Cum enim pelagi faciat, neutri tamen est generis.* V. etiam ad 2. Aen. 39. et Voss. 3. Gramm. 31. Hic tamen *ad vulgum*, quemadmodum primus edidit Frobenius anno 1535. servant omnes codd. Paullo ante *ea quae ipsa*, pro *eaque*, Lovel. 3.

§. 6. *Forte ita incidit*] *Forte igitur incidit* Hearnii Oxon. L. 1. *Forte jam incidit* Lovel. 5. Reliqui vulgato adhaerent.

Ut in Ser. Sulpicii tribuni militum domo sorores Fabiae, quum in-

ni militum domo sorores Fabiae quum inter se (ut fit) sermonibus tempus tererent, lictor Sulpicii, quum is de foro se domum reciperet, forem (ut mos est) virga percuteret. quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia, risui sorori fuit, miranti ignorare id sororem. Ceterum is risus sti- 7

ter se] Miror, quibus ita potius visum est distinguere, quam, ut aliae edd. *ut in Ser. Sulpicii tribuni militum domo sorores Fabiae quum* etc. JAC. GRON. Ego vicissim miror, Cl. Gronovium, qui veriorem distinctionem viderat, eam tamen in editionibus suis non secutum esse. Illam igitur non modo probavi, sed etiam recepi, quod similiter Cl. Hearne fecerat; qui Sigonium aliasque veteres editiones ita distinxisse monuit. *ut quum in Ser. Sulpicii* Lovel. 2. qui *τὸ quum* in sequentibus omittit.

Quum inter se, ut fit, sermonibus tempus tererent] *intra se* Fragm. Hav. V. supra hoc cap. ad §. 3. Deinde *tererent tempus* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. *terrerent tempus* Leid. 1. quomodo alibi saepe peccatum est in codd. scriptis. V. supra hoc lib. ad c. 8, 10.

Lictor Sulpicii, quum is de foro se domum reciperet] *lictor Sulpicium is de foro* Leid. 1. et Harlej. 1. *lictor Sulpicii, quum iste foro* Lovel. 5. et Voss. 2. *lictor Sulpicii, quum his de foro* Haverk. *lictor Sulpicii, quum iisdem foro* Gaertn. *lictor Sulpicii, is de foro domum se receperat* Lovel. 2. quod, si alii codd. accederent, ferri posset, si voces *is de foro domum se receperat* parentheseos notis circumscribantur. *domum se reciperet* Lovel. 4. *receperat* etiam Harlej. 1. Mox *et mos est*, pro *ut mos est*, Lovel. 5. a m. 1.

Quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia] *Τὸ ejus* exsulat a Lovel. 4. Tum *junior Fabia* habent Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. sine dubio ex interpretis expositione. Similiter etiam in uno cod. peccatum erat supra 1, 46, 9. Contra *juniores* pro illis, qui erant aetatis militaris, in Mstis saepe abierunt in *minores*. V. supra hoc lib. ad c. 27, 10. *minor Fabia* autem pro quo vulgo dicitur *natu minor*. V. supra ad 3, 13, 2. *minor expavisset filia* Lovel. 4.

Risui sorori fuit, miranti ignorare id sororem] *risui sororis fuit* Hearnii Oxon. L. 2. Sed ita etiam *mirantis* dedisse oportuisset. Litera itaque sibilans fini vocis adhaesit ex similitudine illius, quae in voce proxima est initialis. V. supra ad 4, 33, 10. *Τὸ fuit* deficit in Harlej. 2. Portug. et Gaertn. Deinde *ignorantem id sororem* Voss. 2. et Lovel. 3. *id ignorare sororem* Gaertn. *ignorare sororem id* Haverk. *ignorare sororem* Lovel. 5.

§. 7. *Is risus stimulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit*] *id risus* Portug. et Fragm. Hav. quod eodem modo dictum foret, quo *id cognominis*; de quo infra v. ad 7, 26, 12. Alii tamen vulgatum tuentur, nisi quod pronomen *is* desit in Haverk. Deinde *parvis rebus mobili* alio vocabulorum ordine Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *parvis nobili rebus* Lovel. 2. V. ad 10, 20, 8.

mulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit: frequentia quoque prosequentium rogantiumque, *numquid vellet?* credo fortunatum matrimonium ei sororis visum; suique ipsam malo arbitrio, quo a proximis quisque minime anteiri vult, poe-
8 nituisse. Confusam eam ex recenti morsu animi

parvis rebus muliebri animo, una voce omissa, Lovel. 4. *parvis mobili rebus animo muliebribus* Leid. 1. Sed ultima syllaba vocis *muliebribus* repetita videtur ex transpositis literis initialibus vocis sequentis.

Frequentia quoque prosequentium, rogantiumque, num quid vellet] Cic. 5. ad Att. Ep. 2. *Illum agentem aliquid credo salutavi; post etiam jussi valere, cum me e Pansae villa, numquid vellem, rogasset.* 6. ad Att. Ep. 3. *Is me proficiscentem Apameam nec prosecutus est, nec, cum postea in castra venisset, atque inde discederet, num quid vellem, rogavit.* Donat. ad Terentii Hec. 2, 2. ad illa verba *Numquid vis?* ait: *Num quid vis, discedentis verbum est.* V. eumdem Donat. in Eun. Terentii 2, 3. et Adelph. 3, 3. Adde Brisson. 8. de Formul. p. 850. [p. m. 746.] KLOCK. *persequentium* Lovel. 4. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Male. *Prosequi* enim est verbum honoris et officii, ac de illis usurpatur, qui aliquem honoris caussa deducunt, et per publicum comitantur. Infra 8, 35, 8. *Degressum eum templo laetus senatus, laetior populus prosecuti sunt.* 22, 40, 4. *Ab hoc sermone profectum Paullum tradunt, prosequentibus primoribus Patrum. Plebejum consulem sua plebs prosecuta, turba quam dignitate conspectior.* 40, 21, 9. *Didas, ex praetoribus regiis unus, qui Paeoniae praeerat, jussus est prosequi eum cum modico praesidio.* 2, 31, 11. *Decedentem domum cum favore ac laudibus prosecuti sunt.* 42, 49, 2. *Praecipue tamen convertit oculos animosque, quum ad magnum nobilemque, aut virtute aut fortuna, hostem euntem consulem prosequuntur.* Et ita saepe alibi. In primis tamen frequentissime eo verbo hoc sensu Sueton. usus est. Passim autem librarii *prosequi* et *persequi* in Mssis confundere soliti fuerunt. V. infra ad Epit. Liv. 99. Praeterea *rogantium num quid*, omissa copula, Voss. 2. et Lovel. 3.

Credo fortunatum matrimonium ei sororis visum] *fortunam* Gaertn. *fortuna tum* Haverk. Tum *matrimonium ejus sororis* idem Haverk. Sed primo datum fuit *eis*, adsumta ultima litera ex vocis sequentis initio. Deinde *ejus* factum est, ut conveniret sequenti *sororis*. V. supra ad h. lib. c. 3, 8. Sed ita dandum fuisset *suae sororis*.

Quo a proximis quisque minime anteiri vult] Praepositio deest in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *anteiri proximis*, pro *a proximis*. v. ad 6, 11, 4. Praeterea *minimum* Voss. 2. *nime*, prima syllaba male neglecta, Harlej. 1. *munere* Gaertn. Denique *anteire* Leid. 2. Portug. et Haverk. *quo proximus quisque minime anteiri vult* Lovel. 2. *quo proximos quisque minime anteire vult* Lovel. 4. [*quo proximos quisque anteire vult* Veith.]

§. 8. *Confusam eam ex recenti*

quum pater forte vidiſſet, percunctatus, *satin' salvae?* avertentem cauſſam doloris (quippe nec satis piam adversus sororem, nec admodum in virum honorificam) elicuit comiter sciscitando, ut fateretur, eam eſſe cauſſam doloris, quod juncta inpari eſſet, nupta in domo, quam nec honos nec gratia 9

morsu animi] *Confusam ita ex recenti* Hearnii Oxon. L. 1.

Percunctatus satin' salvae? avertentem, caussam doloris] Ab aliis edd. non male videtur abeſſe incisum poſt *avertentem*. Sueton. in Oth. 3. et Domit. 17. *avertere suspicionem*. DUK. *percunctatus statim salvae* Voſſ. 2. Lovel. 3. et Haverk. De formula *satin' salvae* v. Cel. Dukerum supra ad 1, 58, 7. Deinde *advertentem* Leid. 2. Harlej. 1. et Fragm. Hav. Similiter etiam ediderunt Basil. anno 1539. sed, ut verisimile fit, operarum errore, quem tamen Curio poſtea servavit. Paſſim autem haec verba confundi solent. V. supra hoc lib. c. 23, 8. *advertensque cauſſam doloris* Lovel. 2. *advertiſſe cauſſam doloris* Lovel. 4. a m. 1. qui *advertisq;* inter versus adscriptum habuit a m. 2.

§. 9. *Ut fateretur, eam eſſe caussam doloris*] Duo poſtrema vocabula magnam speciem scholii, ab aliquo ad pronomen *eam* adscripti, habent. Si tamen libri scripti non variant, nihil novandum eſt: nam Livius infinitis locis eadem iterat. DUK. Libri nihil mutant, nisi quod sola vox *cauſſam* omittatur in Lovel. 4.

Nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare poſſet] Vet. lib. *in quam nec*. SIG. *quam nec honos nec gratia* vetuſtiſſimae editiones et Pall. duo meliores. Sigonius nihilo minus, *in quam nec honos*. Quod adjectum ab putido interprete paedagogo. Sic mox c. 36. *incursavere agrum*. GEBH. *in qua nec honos nec gratia intrare* Portug. et Haverk. *in quam nec honos nec gratia intrare* Harlej. 2. et Hearnii Oxon. B. Sed vulgatum defendunt reliqui, quorum auctoritati cedo. Supra 1, 29, 2. *Ubi intravere portas, non quidem fuit tumultus ille nec pavor, qualis captarum eſſe urbium solet*. quod accipiendum eſt pro intrare urbem per portas, ut patet ex illis, quae Cel. Burmann. notavit ad Phaedri 3. Fab. 10, 20. Liv. 2, 12, 5. *Transire Tiberim, inquit, Patres, et intrare, si possim, caſtra hoſtium volo*. cap. 20, 12. *Pronunciaſſe militi praemia, qui primus, qui secundus caſtra hoſtium intraſſet*. 6, 25, 7. *Intrantibus fines Romanis non demigratum ex propinquis itineri locis*. 9, 31, 8. *Poſtquam intraſſe Romanos vidit saltum*. ubi etiam unus codex *in saltum*. 10, 36, 8. *Nec, vivo consule tuo, nisi victor, caſtra intrabis*. (* 34, 26, 9. c. 37, 8.) Et alibi saepe. Quamvis itaque ego quoque *in quam intrare* ab interprete ortum putem; non video tamen, cur auctorem ejus lectionis putidum paedagogum Gebhardus vocaverit, quum et optimos scriptores ita loqui solitos eſſe conſtet. Paullo ante *quod juncta eſſet impari*, transpositis vocabulis, editt. principes. Ordinem, qui nunc vulgo exſtat, primus dedit Aldus; isque in omnibus editis obtinet. *quod juncta inpar eſſet* Leid. 1. et Lovel. 2.

10 intrare poſſet. Consolans inde filiam Ambuſtus bonum animum habere jussit: eosdem prope diem domi visuram honores, quos apud sororem videat.
11 Inde consilia inire cum genero coepit, adhibito L. Sextio, strenuo adolescente, et cujus spei nihil praeter genus patricium deeſſet.

§. 10. *Quos apud sororem viderat*] Rott. Voſſ. ut. Flor. Helm. *videat*. J. FR. GRON. *videat* etiam omnes mei, praeter Lovel. 2. 4. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] qui vulgatum praeferunt. Codicibus autem Gronovianis concinunt etiam ex Oxoniensibus, quos Hearne consuluit, L. 2. B. N. et C. Paullo ante in verbis praecedentibus *bonum animum inde habere juſſit* Lovel. 1. et Leid. 2. Sed illud *inde* ex proximis male etiam hic fuit repetitum. Tum *prope dies*, pro *prope diem*, Lovel. 4.

§. 11. *Adhibito L. Sextio, strenuo adolescente*] *L. Seſtio* Portug. Male. Alibi saepe nomina diversarum gentium. *Seſtius*, quae gens patricia fuit, et *Sextius*, quae plebeja exſtitit, in Mſtis confundi solent. V. supra notata ad 3, 32, 5. Praeterea *sternuo*, pro *strenuo*, literis transpositis neglegentia librarii, Florent. Insuper *adulescente* idem codex, qui ita passim exaratum exhibet, ut et alii alibi. V. ad 5, 32, 8. c. 52, 3. 8, 28, 3. c. 30, 4. c. 32, 15. c. 35, 2. 9, 17, 5. c. 46, 9. (* 26, 50, 2. 27, 8, 5. 22, 60, 11. 29, 1, 7. c. 14, 8. c. 38, 7. 33, 42, 6. 34, 25, 7.) Pariter ex optimo Memmiano proferunt viri docti ad Suet. Tib. 7. De hac scribendi ratione consule Dausquej. in Orthogr. v. *Adolescens*, et Vossium in Etym. ling. Lat. v. *Adolere*. Paullo ante *concilia*, pro *consilia*, perperam Lovel. 1. et 4. In sequentibus *patricium genus*, transpositis vocibus, Lovel. 4.

§. 1. *Cujus levamen mali plebs, nisi suis in summo imperio locatis, nullum speraret*] *ad cujus levamen mali* etc. *nullum speraret aditum* Haverk. ceteris omnibus recto vulgatae lectioni adhaerentibus, nisi quod *aditum* tamen etiam receperint Lovel. 5. Harlej. 2. et Gaertn. Tum *plebs* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. quinque, Portug. Gaertn. et Haverk. *plebis* Florent. V. supra ad 1, 20, 6. Deinde *in summo proelio* Flor. *in summum imperium* Gaertn. Praepositio *in* non adparet in Lovel. 4. ut nec *locatis* in Lovel. 5. Paullo ante autem *praeter ingentem vim aeris alieni*, pro *propter*, eſt in Voſſ. 1. et Leid. 2. Soliti autem saepe fuerunt librarii has praepositiones inter se confundere. V. ad 4, 61, 10. *propter ingentem summam aeris alieni* Klock. Supra hoc lib. c. 27, 6. *Quia nolint conspici summam aeris alieni*. Sed nihil mutandum. Infra 7, 21, 8. *Ut non modo sine injuria, sed etiam sine querimoniis partis utriusque exhauſta vis ingens aeris alieni sit.*

§. 2. *Adcingendum ad eam cogitationem eſſe*] Probo. Male igitur illis precor, qui veteres libros inquinantes supposuerunt *Attingendum ad eam cogitationem esse*. GEBH. Forte melius: *Accingendum ad ea cogitationem eſſe*. Ea consilia, quae retulit, vel ausa,

XXXV. Occasio videbatur rerum novandarum 1
propter ingentem vim aeris alieni; cujus levamen
mali plebes, nisi suis in summo imperio locatis,
nullum speraret. Adcingendum ad eam cogitatio- 2
nem esse. conando agendoque jam eo gradum
fecisse plebejos, unde, si porro adnitantur, per-

vel conata. 2, [12, 10.] *Proinde in hoc discrimen, si juvat, accingere, ut in singulas horas capite dimices tuo.* 4, [2, 7.] *Jam ad consulatum vulgi turbatores accingi.* 28, [41, 8.] *Quin igitur ad hoc accingeris, nec per istos circuitus potius, quam recto hinc itinere, ubi Annibal est, eo bellum intendis.* J. FR. GRON. *Attingendum* etiam Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. *Attigendum* Haverk. Saepe verba illa in Mstis confundi solent. Alia exempla jam habuimus supra 3, 19, 8. 4, 2, 7. et videbimus infra quoque 8, 29, 4. aliisque locis. Ad priorem autem locum dictum est, errorem ortum esse ex similitudine literarum *c* et *t*, quae in scriptura Longobardica tanta est, ut vix altera ab altera discerni possit. V. Casaub. ad Suet. Caes. 5. Hinc confunduntur voces *ac* et *at*. V. ad 3, 61, 4. *cautus* et *tantus*. V. ad 2, 37, 3. *concinentes* et *continentes*. V. hoc cap. ad §. 9. *cām*, id est *caussam*, et *tām*, id est *tamen*. V. ad 4, 17, 2. *trux* et *crux*. V. ad 9, 18, 5. *cumulus* et *tumulus*. V. ad 10, 29, 19. *materia* et *maceria*. V. ad 6, 2, 11. et similes plures alibi. Deinde *coguationem* Voss. 1. et Lovel. 1. *coguitionem* Leid. 2. (* solito scribarum errore. v. vir. doct. ad Cic. 4. ad fam. ep. 5.) Locutio autem *Accingendum cogitationem ad ea esse*, quomodo Gronovio restituendum visum est, formata foret ad exemplum illius apud Lucret. 6, 919.

Hoc genus in rebus firmandum est multa prius, quam
Ipsius rei rationem reddere possis.

apud Cic. de Senect. 2. *Tamquam aliquam viam longam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum sit.* ubi v. Ald. Manutium. apud Columell. 7, 5. *Ita reserandum est, et ulcera medicamentis curandum.* apud Silium Ital. 15, 105.

Nec bona censendum, quae fors infida dedisse,
Atque eadem rapuisse valet.

ubi plura dixi. Alibi tamen Livium ita locutum esse, eique genus hoc loquendi placuisse, nondum observavi. Ubi enim olim edebatur 22, 16, 5. *Quum per Casilinum evadere non posset, petendumque montes, et jugum Calliculae superandum esset:* alii postea *petendique montes* substituerunt; idque in optimis et tantum non omnibus codd. sibi obvium fuisse Gronovius testatur. Hinc neque Klockio adsentiendum arbitror, ex coniectura reponenti supra 2, 2, 5. *Neque ullam rem, quae eo pertineat, esse contemnendum*, pro *contemnendam*. neque etiam Doujatio, nullis itidem libris addicentibus emendanti 38, 8, 10. *Arma illis prius equosque omnes tradendos esse, deinde mille talenta argenti populo Romano dandum*, pro *mille talentum*. Unus tantum locus est Livii, in quo similis locutio obvia fuit, 42, 43, 1. ubi olim vulgabatur: *Quum experienda omnia ad ultimum, nec praetermittendum*

venire ad summa, et Patribus aequari, tam hono-
3 re, quam virtute, possent. In praesentia tribunos plebis fieri placuit, quo in magistratu sibimet ipsi

spem ullam censuisset. Verum, quid de eo censendum sit, ibidem videbimus. Quin etiam, utrum revera Gronovius *Accingendum ad ea cogitationem esse* legendum censuerit, an in hac conjectura ejus exprimenda operae typographorum erraverint, dubius haereo. Addita enim exempla, quibus genus loquendi inlustratum oportuerat, nihil aliud probant, quam Livium alibi etiam dixisse *adcingi in aliquid*, et *adcingi ad aliquid*. Praeterea conjectura haec eo modo expressa tantum obcurrit in postrema Cl. Jac. Gronovii editione. In prioribus enim, in quibus notae J. Fr. Gronovii excusae sunt, quasque ipse curavit, legendum conjicitur *Accingendam ad ea cogitationem esse*. Sed neque ea Doujatio placuit, quod nemo *adcingere* a personis ad res transtulerit, neque ferri possit, cogitationem *adcingi*, seu *adcinctam* dici. Neque ego Gronovii conjecturam, quae omnibus libris adversatur, pertinaciter defenderim; quum *Adcingendum ad eam cogitationem* inpersonaliter, ut loquuntur, accipi commode queat: non tamen ideo cum Doujatio negare velim, dici posse *cogitationem adcingendam esse*. Nam ut hic plebis *cogitationem adcingendam* Livius ex conjectura Gronovii dicit, ita Trajani *bonitas adcincta* dicitur apud Plinium in Paneg. 30. *Tam velox, Caesar, potentia tua est, tamque in omnia pariter intenta bonitas et adcincta.*

Conando agendoque jam eo gradum fecisse plebejos] *eo jam gradum fecisse* Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. *eo jam gradum fecisset* Haverk. *eo jam gradu fecisse plebejos* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. a m. 2. qui *gradus* praefert a m. 1. Erroris fontem indicavi supra hoc lib. c. 3, 8. *Gradum facere* ut apud Cic. 2. in Verr. 1. *Itaque majoribus nostris in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est.* Orat. 2. Agrar. 15. *Hunc quasi gradum quemdam atque aditum ad cetera factum intelligetis.* Ubi tamen nunc vulgo editur *gradum jactum*. Livius *gradu aliquo viam facere* dixit infra hoc lib. c. 42, 2. *Graduque eo jam via facta ad consulatum videbatur.* Deinde *plebejosque* Lovel. 4. unde legendum conjici posset, *plebejos, qui inde, si porro.* Sed nihil muto.

Unde, si porro adnitantur, pervenire ad summa] Iterum haec sunt interpolata. Legendum, ut praeeunt Palatini duo, *pervenire ad summam:* habuitque initio Palat. sec. cui nunc substitutum est *ad summum.* Fabius l. 1. Prooemio. *Est certe aliquid consummata eloquentia, neque ad eam pervenire natura humani ingenii prohibet: altius tamen ibunt, qui ad summam nitentur.* ut restitui e MSS. Pall. 1, 3. Juven. Curarum. Quae, si voles haec uberius cognoscere, vide. GEBH. Ita *pervenire ad summam* fortassis etiam alii loquuntur. sed non habeo eorum auctoritatem. In aliis edd. est *ad summa*, quod etiam Sigonium maluisse, et a se in uno MS. inventum adnotat Hearnius. Vellej. 1, 17. *Quod summo studio petitum est, adscendit in summum.* Vir doctus in Livio contracto hic edidit *ad summum.* e conjectura, opinor. DUK. Palatinis Gebhardi obsecutus Gronovius, qui eorum excerpta habuit, edidit *pervenire ad summam;* idque recentiores

viam ad ceteros honores aperirent. creatique tribuni C. Licinius et L. Sextius promulgavere leges omnes adversus opes patriciorum, et pro commo- 4

omnes servarunt. Neque aliter in plerisque meorum exstitit. [et in Veith.] Contra Cl. Perizonius ad marginem editionis Gronovianae adscripsit, in edd. Mogunt. et Gruter. esse *pervenire ad summa*, idque rectius esse; nisi forte per errorem typographorum datum sit *ad summam*, et Gronovius maluerit *ad summum*, scilicet *gradum*. Doujatius vero monuit, cavendum esse, ne *summam* adjectivum putemus, quasi referatur *ad cogitationem*: non enim de cogitatione, spe, consiliove agi, sed de ipsa re. Esse itaque substantive *summa*, rerum seu reipublicae summa, nullo addito, suprema administratio, praecipuus gradus auctoritatis. Ei vero, qui id non probaverit, legendum *pervenire ad summa*. Novi equidem apud Livium saepius inveniri *summa rerum*, *summa belli*, *summa imperii* et similia, de quibus v. infra 8, 26, 6. Insuper *proficere in summam spei*, *prodesse in summam*, de quibus dixi ad 3, 61, 12. Nihilominus magis hic placet *pervenire ad summa*, quomodo non modo ante Gronovium omnes editt. habuerunt, sed exhibent etiam optimi meorum, Florent. et Leid. 1. ac cum illis etiam Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. 5. et Hearnii Oxon. C. Ita in eodem, quod laudat Gebhardus, Prooem. Quinctil. *Non ideo minus nobis ad summa tendendum est.* Quin et eo loco, quem hic ad partes advocavit, recte Cel. Burm. legendum monuit, *Altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur.* ut et inferius 10. Inst. Orat. 1. p. 877. *Perveniri ad summa, nisi ex principiis, non potest.* ubi Gebhard. similiter *ad summam* substituerat. Quod hic *pervenire ad summa* dixit, verbis praecedentibus *in summo imperio locari* dixerat. *ad summa* itaque contextui reddidi.

Et Patribus aequari, tam honore, quam virtute, possent] *ex Patribus* a m. 1. scriptum erat in Fragm. Hav. quomodo saepe erratum est in membranis vetustis. V. ad 26, 45, 1. Verum m. 2. id perperam ita emendatur *ex qua Patribus*.

§. 3. *Quo in magistratu sibimet ipsi viam ad ceteros honores aperirent*] *quod in magistratu* Florent. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 2. priori scriptura penitus erasa. V. infra ad 36, 33, 3. Si quid mutandum, vellem *qui in magistratu*. Sed caussa non est, cur vulgatum displiceat. Deinde *viam ac ceteros honores* Haverk. V. ad 21, 32, 2. Supra 2, 41, 5. *Agros illos servitutem iis, qui acceperint, laturos. regno viam fieri.* 4, 25, 10. *Queri, se a plebe adeo spretos, ut nulli umquam plebejo ad eum honorem aditus fuerit.* et eodem cap. *Eorum ambitione artibusque fieri, ut obseptum plebi sit ad honorem iter.* Infra hoc lib. c. 37, 6. *Ad consulatum viam fieri passuros.* c. 41, 3. *Cui non via ad consulatum facilior.* c. 42, 2. *Graduque eo jam via facta ad consulatum videbatur.* 7, 22, 9. *Per eumdem, qui ad dictaturam aperuisset viam.* Paullo ante *in praesentia tribunorum plebis*, pro *tribunos plebis*, Lovel. 4. Scriptum per compendium fuerat *tr. pl.* quod quomodo reddendum foret, librarius adsequi non potuit. V. Cel. Burm. ad Suet. Claud. 12. et quae supra dicta sunt ad 4, 57, 9.

§. 4. *Creatique tribuni C. Licinius et L. Sextius*] *creatis C. Li-*

dis plebis: unam de aere alieno, ut, deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id, quod superesset, triennio aequis portionibus persolveretur:

einius Haverk. *creati tribuni C. Licinius* vetustiores excusi usque ad Aldum, qui *creatique* primus vulgavit. Et ita reliqui scripti, nisi quod *Lucinius* sit in Lovel. 5. Deinde *et L. Sextilius* Voss. 1. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et apud Hearnium Oxon. B. atque excerpta Pithoei. Alibi saepe ita peccatur in scriptis. V. supra ad 3, 32, 5. c. 33, 3. Similiter *Servilius* datum est, pro *Servius*. V. infra ad Epit. Liv. 72. *et Lelius Sextilius* Haverk. Passim pro praenomine *Lucius* librarii dederunt *Laelius*. V. ad 29, 7, 2.

Deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset] *deducto eodē capite*, sive *eodem capite*, Voss. 2. et Lovel. 3. Supra hoc lib. c. 15, 10. *Sortem aliam ferte. de capite deducite, quod usuris pernumeratum est.* Pari lapsu *eadem industria*, pro *ea de industria*, dederunt librarii supra 4, 58, 11. (* Contra *eo de* pro *eodem* 8, 14, 3.)

Id, quod superesset, triennio aequis portionibus persolveretur] Forsitan legendum *triennio aequis pensionibus*. ut 38, [38, 13.] *Duodecim millia dato intra duodecim annos pensionibus aequis.* Et alio loco [c. 9, 9.] *Trecenta per annos sex pensionibus aequis.* CUJAC. 11. Observ. 29. Liv. 30, 37, 5. *Decem millia talentūm argenti, descripta pensionibus aequis, in annos quinquaginta solverent.* et vox illa *pensio* Livio etiam frequens. 29, 16, 3. *Decreverunt, ut tribus pensionibus ea pecunia solveretur.* 31, 13, 2. *Quibus ex pecunia, quam M. Valerio M. Claudio consulibus mutuam dederant, tertia pars debebatur eo anno.* 33, 30, 7. *Milia talentūm daret populo Romano: dimidium praesens, dimidium pensionibus decem annorum.* c. 42, 3. *Ultimam pensionem pecuniae in bellum conlatae persolvere placeret privatis.* 36, 4, 7. *Stipendium, quod pluribus pensionibus in multos annos deberent, praesens emit daturos.* Si igitur codicum auctoritate haec lectio firmaretur, eam non mutandam censerem: nunc iis invitis a recepta lectione non recedo. Ceterum *in triennio aequis portionibus* Gaertn. *triennio et aequis portionibus* Lovel. 4. 5. Harl. 2. Port. et Haverk. [Veith.] Deinde *persolverent* Voss. 2.

§. 5. *De modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret*] Hujus legis meminit his verbis Varro 1. de re Rust. [2.] *Nam Stolonis illa lex, quae vetat, plus quingenta jugera habere civem Romanum.* SIG. Perperam, etiamsi mo, Pall. duo *de dono agrorum.* Varro 1. de re Rust. [2.] *Nam Stolonis illa lex, quae vetat, plus quingenta jugera habere civem Romanum.* ut antevertit notare Sigonius. GEBH. Soli hic veram lectionem ex meis exhibent minimae auctoritatis codices Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. quibuscum Palat. tertium consensisse, quum tantum duos suorum ab recepta scriptura discedere Gebhardus notarit, non dubito. Reliquorum omnium librarii hic se turpiter dederunt. *de domo agrorum*, literis transpositis, habent Florent. Voss. 1. Leid. 1. et Harlej. 1. Ita saepius in codicibus scriptis pec-

etur: alteram de modo agrorum, ne quis plus 5
ngenta jugera agri possideret: tertiam, ne tri-
orum militum comitia fierent, consulumque uti-
alter ex plebe crearetur. cuncta ingentia, et

n esse, infra videbimus ad
3, 3. *de dmo agrorum* Lovel.
erum, quum id sensum nul-
efficeret, pro eo deinceps
o agrorum datum est in Voss.
id. 2. Lovel. 1. 3. et Gaertn.
ne autem et *donum* etiam pas-
in Mssis confunduntur. V.
ad 5, 20, 8. Ex hac lectione
a factum est *de dominio agro-*
quod apud me superest in
m. Hav. et apud Hearnium
xon. N. Nam *donari* etiam
minari commutantur in mem-
is. V. Inl. N. Heinsium ad
diani 1. in Rufin. 143. (*Liv.
, 1.) Verum *de modo agro-*
rectum est. V. infra ad Epit.
58. Deinde *quinquaginta ju-*
Leid. 2. Male. Livius infra
,9. *Quid legem Liciniam ex-*
rit de quingentis jugeribus,
ingens cupido agros continuan-
Valer. Max. 8, 6, 3. *C. vero*
nius Stolo cum lege sanxisset,
uis amplius quingenta agri ju-
possideret, ipse mille compa-
e. (Ita ad exemplum Livii et
ron. ex duobus codd. Tra-
ibi legendum; non *quam*
genta. V. ad Liv. 21, 29, 3.)
ius 18, 3. *Lege Stolonis Li-*
incluso modo quingentorum
rum et ipso sua lege damnato,
substituta filii persona amplius
ideret. Plutarch. in Camillo
50. Ἐκέλευσε δ' οὗτος, μηδὲ-
πλέθρων πεντακοσίων πλείο-
ῶν κτᾶσθαι. Aurel. Vict.
Vir. Inl. 20. *Idem lege sanci-*
ne cui plebejo plus quingenta
ra agri habere liceret. Ejus-
legis, eaque damnati Sto-
s ipsius, qui tulerat, memi-
etiam Livius 7, 16, 9. *C. Li-*
s Stolo a M. Popillio Laenate
iv. Tom. III. P. II.

sua lege decem millibus aeris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset.

Fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur] Repone, ut est in veteribus libris, *ne tribunorum militum comitia fierent, sed consulum, et ut utique alter ex plebe crearetur.* Ita enim fit, ut hujus legis duo capita essent: unum, quo tribuni militares abrogarentur: alterum, quo consulatus plebejus constitueretur. SIG. Quandoquidem et expressit eam Campanus, non possum improbare lectionem Palat. sec. etiam Sigonio productam, *ne tribunorum militum comitia fierent, sed consulum; et ut utique alter de plebe crearetur.* Distinguit capita legis duo: prius ut comitia consularia fierent, omissis tribunis militum consulari potestate; posterius, ut alter consulum de plebe crearetur. GEBH. Lectionem, quam ex quibusdam scriptis Sigonius et Gebhardus probarunt, in solo Ox. B. obviam habuit Hearnius. Eam autem in nullo meorum inveni. Quidam tamen, qui minoris sunt auctoritatis, non longe inde abeunt. Nam *fierent, sed consulum, et ut uti alter* habet Haverk. *fierent, sed consulum, et uti alter* Portug. *fierent, sed consulum, et utique alter* Harlej. 2. *fierent, consulumque sed et utique alter* Gaertn. *fierent, sed consulumque uti alter* Leid. 2. Optimi codices ac bonitate proximi nihil mutant. Certe vulgatum servabant Florent. Leid. 1. Voss. uterque, et Fragm.

quae sine certamine maximo obtineri non possent.
6 Omnium igitur simul rerum, quarum inmodica cupido inter mortales est, agri, pecuniae, honorum, discrimine proposito, conterriti Patres, quum trepidassent, publicis privatisque consiliis nullo remedio alio, praeter expertam multis jam ante certa-

Hav. neque aliter etiam erat in Harlej. 1. nisi quod scribarum errore *consiliumque*, pro *consulumque*, praeferat. *fierent*, *consulumque uti alter* legit Lovel. 5. Viris doctis itaque consentire nequeo. In lectione enim, quam hoc loco probarunt, displicent illa *et ut utique*. Nam *utique* hic accipio pro *et uti*, sive *et ut*, quemadmodum illa vocula plerumque sumitur in proponendis verbis senatusconsultorum, plebiscitorum, legum, aliarumque veterum formularum. Ita infra 7, 42, 2. *Item aliis plebiscitis cautum, ne quis eumdem magistratum intra decem annos caperet; neu duos magistratus uno anno gereret; utique liceret, consules ambos plebejos creari.* 36, 2, 2. *Ut ejus rei caussa supplicationem imperarent consules, utique M.' Acilius consul ludos magnos Jovi voveret, et dona ad omnia pulvinaria.* Cic. 8. ad famil. Ep. 8. *Uti L. Paullus, C. Marcellus consules de consularibus provinciis ad senatum referrent, neve quid prius ex Kalendis Martiis, neve quid conjunctim de ea re referretur a consulibus, utique ejus rei caussa per dies comitiales senatum haberent, senatusque consultum facerent.* In marmoribus literatis, quae senatusconsulta vel leges nobis servarunt, frequentissime eo sensu obcurrit. Ita in antiquissimo senatusconsulto de Bacchanalibus. *VTEI. HOCE. IN. TABOLAM. AHENAM. INCIDERETIS. ITA. SENATVS. AIQVOM. CENSVIT. VTEIQVE. EAM. FIGIER. IO. BEATIS. VBEI. FACILIVMER. GNOSCIER. POTISIT.* Aliquoties etiam in utroque Cenotaphio Pisano aliisque monumentis. V. etiam supra ad 3, 30, 7. Et hinc neque vulgatam lectionem probandam puto, sed, altero *que* ejecto, legendum existimo vel *fierent, consulumque uti alter* ut in uno meorum erat; vel *fierent, consulum utique alter;* vel, si pressius inhaerendum lectioni alteri, quae Sigonio et Gebhardo adrisit, scriberem, *fierent, sed consulum; utique alter.* ut ita voculae *et ut* ex interpretatione sequentis *utique* adsumtae sint. Si quis vero, *utique* particulam adfirmandi esse contendens, vulgatum retineret, neque ei pertinaciter adversarer. Ita enim Livius, sensum legis per compendium proponens, alterum legis caput omiserit, consules nempe creandos esse; quia id satis intelligatur partim et praecedentibus, *ne tribunorum militum comitia fierent;* sed praesertim ex sequentibus *consulumque utique alter ex plebe crearetur.* Si enim alter consulum utique ex plebe creari deberet, consulum, loco tribunorum militum, comitia habenda placere, sponte patebat. Cl. Clericus quidem edidit etiam *ne tribunorum militum comitia fierent, sed consulum, utique alter ex plebe crearetur;* verum dupliciter erravit, se ita scripsisse testando ex antiquis libris, deinde ita etiam voluisse J. Fr. Gronovium. Nullus enim interpretum eam le-

minibus interceſſionem, invento, collegas adversus tribunicias rogationes comparaverunt. qui, ubi tribus ad suffragium ineundum citari a Licinio Sextioque viderunt, stipati Patrum praesidiis, nec recitari rogationes, nec sollemne quidquam aliud ad sciscendum plebi fieri paſſi sunt. Jamque fruſtra 7 8

ctionem ex ullo cod. laudavit, multo minus Gronovius. Praeterea *alter de plebe crearetur* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 4. 5. Portug. et Haverk. Utraque locutio Livio in usu fuit. Supra 4, 1, 2. *Mentio primo sensim inlata a tribunis, ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eo processit deinde, ut rogationem novem tribuni promulgarent, ut populo poteſtas esset, seu de plebe, seu de Patribus vellet, consules faciendi.* et c. 6, 8. *Eo deducta est res, ut tribunos militum consulari potestate promiscue ex Patribus ac plebe creari sinerent.* Et alibi saepe. Pluribus itaque et integrioribus codicibus nihil mutantibus fidem habendam censeo. [*ingentia*, *quae* Veith.]

§. 6. *Omnium igitur simul rerum, quarum inmodica cupido*] Vox *igitur* aberat a Fragm. Hav. a m. 1. Tum *quorum inmodica cupido* Florent. quasi referendum foret ad sequentia *agri*, *pecuniae*, *honorum*. Sed *quarum* servant reliqui omnes. *quarum inmodicus cupido* mendose etiam Leid. 1. et Harlej. 1. a m. 1. Mox *discrimine* male deficit in Leid. 2.

Conterriti Patres, quum trepidaſsent] Lege *trepidarent*. T. FABER. Omnes codices, scripti et editi, conſtanter τὸ *trepidassent* tuentur. Neque etiam Fabri conjectura opus est. Enallage enim plusquamperfecti pro inperfecto Livio frequens est. V. infra ad 34, 11, 2. Insuper *contempti Patres* Oxon. N. in margine, teſte Hearnio. Error ex similitudine literarum *m* et *rri* in scriptura Longobardica natus est.

Praeter expertam multis jam ante certaminibus intercessionem, invento] *multis* deest in Harlej. 2. Contra, voce perperam addita, *multis jam annis ante certaminibus* Hearnii Oxon. L. 1. Quin et τὸ *invento* exsulat ab editionibus, quibus utor, antiquioribus. Ita autem locus aliter foret interpungendus, et quidem hoc modo: *conterriti Patres, quum trepidaſsent publicis privatisque consiliis, nullo remedio alio praeter expertam multis jam ante certaminibus intercessionem, collegas adversus tribunicias rogationes comparaverunt.* Et tum illud *nullo remedio alio* accipiendum foret per ellipsin participii verbi subſtantivi, pro *nullo remedio alio existente*. V. supra ad 4, 47, 7. et 22, 31, 5. Vocem *invento* primus addidit Aldus. Et recte. Eamdem enim servant omnes scripti.

§. 7. *Tribus ad suffragium ineundum citari a Licinio Sextioque viderunt*] *ad suffragium eundem* Voſſ. 1. et Lovel. 1. Tum *Sextilioque* Lovel. 5. V. modo ad §. 4. Praeterea *viderent* Leid. 2. Paullo ante *comparaverant*, pro *comparaverunt*, Lovel. 5. a m. 1.

Nec sollemne quidquam aliud ad sciscendum plebi fieri passi sunt]

saepe concilio advocato, quum pro antiquatis rogationes essent; *Bene habet*, inquit Sextius. *quandoquidem tantum intercessionem pollere placet, isto ipso*

nec solem nec quidquam aliud Leid. 1. et Lovel. 2. in contextu. *nec sollemne quidquid aliud* Haverk. *nec sollemne aliud quidquam* Lovel. 4. Tum *asciscendum*, pro *ad sciscendum*, Voss. 2. Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. Haverk. et excusi principes, pro quo Froben. anno 1531. *ad sciscendum* substituit, concinentibus reliquis scriptis. Deinde *plebei* Voss. 2. Leid. 1. et Harlej. 1. Denique vox *fieri* deficit in Harlej. 2. Portug. Haverk. et Lovel. 4. Eadem voce omissa, insuper transpositis vocabulis, *ad sciscendum passi sunt plebi* praefert Lovel. 5.

§. 8. *Jamque frustra saepe concilio advocato*] *Jam frustra* editt. quas vidi, Aldo priores. Is primus *Jamque* dedit, quod servant omnes scripti, nisi quod *Itaque* sit in Lovel. 2. [Veith.] Tum *saepe* omittitur in Leid. 2. Praeterea *consilio advocato* Lovel. 1. 2. 5. Voss. 1. et Leid. 2. quod et erat in vetustioribus excusis. Ascensius autem anno 1516. substituit *concilio advocato*, ut est in reliquis scriptis. Et recte. Intelliguntur enim comitia tributa, quae non *consilium*, sed *concilium*, vocanda esse, docuit Gronovius ad Liv. 44, 2, 5.

Bene habet, inquit Sextius] *Bene habent* Florent. invitis reliquis omnibus, qui recte vulgatum servant. Est enim formula sollemnis, qua Livius saepius usus est. Infra 8, 6, 4. *Bene habet. Dii, pium movete bellum.* c. 9, 1. *Atqui bene habet, inquit Decius, si ab collega litatum est.* c. 35, 4. *Bene habet, inquit, Quirites. vicit disciplina militaris.* 39, 50, 8. *Postquam dictum est, incolumes esse; Bene habet, inquit. et, poculo inpavide exhausto, haud ita multo post exspiravit.* Similiter Cic. pro Murena 6. *Bene habet: jacta sunt fundamenta defensionis.* ubi v. Camerar. et Valer. Max. 5, 10, 2. *Quapropter bene habet. adnuendo enim votis meis id egerunt, ut vos potius meum casum doleatis, quam ego vestro ingemiscerem.* ubi v. Doct. Torrenium. Adfinis autem est illa apud Florum 4, 2, 68. *Gladium per viscera exegit: et, ubi esset, quodam exigente, respondit hoc ipsum: Bene se habet Imperator.* ubi v. viros doctos.

Quandoquidem tantum intercessionem pollere placet] Vocem *tantum* omiserunt antiquiores edd. Eam primus adscivit Aldus. Consentiunt autem omnes scripti, nisi quod *tantam intercessionem* habeant Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *intercessionem pellere placet* Lov. 4. *intercessionem propellere placet* Haverk. errore librarii. *tantum pollere*, est tantum valere, tantum posse. Supra 3, 34, 3. *Plus pollere multorum ingenia consiliaque.* 5, 54, 5. *Non universa Etruria tantum terra mariqne pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiae, bello vobis par est.* 44, 40, 3. *Fortuna, quae plus consiliis humanis pollet, contraxit certamen.* Eo sensu *pollere* et *posse* saepe junguntur. V. ad 2, 34, 9. *placeat* malo Lovel. 2.

Isto ipso telo tutabimur plebem] Supra 5, [29, 9.] *Si tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum Patres inventuros esse.* Vegetius 3, 3. *In omni expeditione unum est et maximum te-*

telo tutabimur plebem. Agitedum, comitia indicite, Pa- 9
tres, tribunis militum creandis. faxo, ne juvet vox ista, VETO, qua nunc concinentes collegas nostros tam

lum, ut tibi sufficiat victus, hostes frangat inopia. KLOCK. Liv. 3, 55, 3. *Qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum est.* 4, 28, 5. *Virtute pares, necessitate, quae ultimum ac maximum telum est, superiores estis.* 9, 37, 6. *Nec hostem hosti, nec multitudinem multitudini comparandam ait esse. Praeterea telum aliud occultum scituros in tempore.* Cic. 7. ad famil. epist. 16. *Usque quaque sapere oportet. id erit telum acerrimum.* Sallust. Fragm. l. 3. Hist. in orat. Licinii §. 12. *Vis tribunicia, telum a majoribus libertati paratum,* ad quem locum v. Cl. Cortium. Ceterum *isto ipso tutabũtur plebem*, voce *telo* expuncta, male Leid. 2. *isto ipso tutabimur plebem* Lovel. 3.

§. 9. *Comitia indicite, Patres, tribunis militum creandis. faxo*] *comitia indicite, Patres, trib. mil. faxo* Lovel. 1. et Leid. 2. Si ea lectio placeret, verba per compendium scripta reddi deberent *tribunorum plebis.* V. ad 4, 57, 9. Sed nihil muto: nam alii omnes editam lectionem uno ore veriorem esse clamant.

Faxo ne juvet vox ista, Veto] *faxo, ne juret* Fragm. Hav. a m. 1. qui error ex adfinitate ductuum literarum *r* et *v* commissus est. V. infra ad 45, 39, 15. *jubet* idem codex a m. 2. Et ita praeferunt quoque Florent. Leid. uterque, et Lovel. 1. 2. ac 4. quomodo saepe peccatur in libris scriptis. V. quae notavi ad Silii Ital. 4, 747. (*Liv. 31, 30, 2.) Et hic error ex eo natus est, quod literae *b* et *v* frequenter admodum a scribis commutentur. V. ad 5, 24, 5. *ne juvat* Gaertn. Cl. autem Jac. Perizonius ad marginem Livii monuerat, forte hic excidisse voculam *vos*, eamque ita restituendam, *faxo, ne juvet vos vox ista.* Ejus conjecturae favere videtur Fragm. Hav. quod a m. 1. praefert *ne juvet vos ista, Veto.* At potius hic quoque librarii confuderunt literas *s* et *x*; qua ratione saepe lapsi sunt. V. infra ad 26, 19, 4. Verum, in receptam lectionem [conspirantibus scriptis, *τὸ vos* interponi necesse non est. Denique *Veto* deest in Harlej. 2. Portug. et Haverk. *voto* habent Leid. 1. Lovel. 4. 5. et ed. Aldina. *vento* Gaertn. *vero* Voss. 2. Lovel. 3. et editi ante Ascensium, qui anno 1513. 1516. et 1530. edidit *Veto.* eamdemque lectionem anno sequenti 1531. Frobenius, et post eum omnes editores receperunt. Et ita habent reliqui scripti; ac recte. *Vetare* enim verbum sollemne, ac vocem tribuniciam esse, docet Brisson. de Formul. l. 3. p. 273. Lectione tamen ab Ascensio proposita non contenti Moguntini vulgarunt *faxo, ne juvet vox ista vos*, omisso *τοῦ Veto.* Verum ita in nullo codice inveni; ut forte lectio illa potius editorum ingenio ac conjecturae, quam libris scriptis, accepta ferenda sit. Tutius itaque est illud sequi, quod vulgo editum exstat, et plerique libri servant; aliorum autem, paucis exceptis, vestigia verum esse evincunt.

Qua nunc concinentes collegas nostros tam laeti auditis] *Concinere voce* mire, sed tamen Latine, dictum credo: stabiliturque haec lectio a sola Andreae editione; a qua seorsum reliqui omnes fere libri habent *quam.* Palatini autem MSS. primus ac tertius *quam*

10 *laeti auditis.* Haud irritae cecidere minae: comitia, praeter aedilium tribunorumque plebis, nulla sunt habita. Licinius Sextiusque, tribuni plebis refecti, nullos curules magiſtratus creari paſſi sunt. eaque

nunc continentes, sec. *qua nunc contemnentes collegas noſtros omnes tam laeti auditis.* GEBH. *qua nunc contemnentes collegas noſtros homines tam laeti* Haverk. *qua nunc contemnentes collegas noſtros tam laeti* Harlej. 2. et Portug. *qua nunc continentes collegas noſtros tam laeti* Voſſ. 1. Leid. ambo, et Lovel. 1. *qua nunc continentes collegas in oms tam laeti* Lovel. 2. *qua nunc continentes collegas noſtros tam laete* Lovel. 3. *q; nunc continentes collegas noſtros tam laeti* Lovel. 4. *qua nunc collegas continentes noſtros tam laeti* Lovel. 5. *quam nunc continentes collegas noſtros tam laeti* Voſſ. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo *concinentes* interpolavit manus altera. *qua nunc concinentes collegas noſtros tam laeti* Florent. et Harlej. 1. quam veram lectionem eſſe, nullus dubito. Voculas *qua* et *quam* saepius librarii confuderunt. V. supra 1, 38, 6. 2, 31, 2. 8, 31, 3. c. 35, 6, 9, 40, 2. 10, 14, 5. et alibi. Cauſſa dari poteſt, quod virgula, quae literae finalis *m* nota eſt, paſſim a librariis perperam vel addita, vel omiſſa sit: vel hoc loco litera *m* voci *quam* adhaesecit ex similitudine literarum initialium voculae sequentis. Quod autem *continentes*, pro *concinentes*, plures codices praeferant, ex perpetua confusione literarum *c* et *t* factum eſt, de qua supra v. hoc cap. ad §. 2. pro *continentes* deinde parva mutatione *contēnentes*, vel *contemnentes*, alii librarii dederunt. *concinere*, quemadmodum *canere* infra 40, 8, 10. *Quae, vereor, ne vana surdis auribus cecinerim.* Ceterum *audiſtis* Gaertn.

§. 10. *Comitia, praeter aedilium tribunorumque plebis, nulla sunt habita*] Perperam vocem *praeter* omiserunt Voſſ. 2. et Lovel. 3. Deinde *aedilium tribunorumque plebi* legunt Florent. Leid. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad 2, 42, 6. Praeterea *τό sunt* deficit in Harlej. 2.

Licinius Sextiusque tribuni plebis refecti] Particula *que* non comparet in Portug. Eadem etiam deeſt in multis editionibus antiquioribus, quam addiderunt Mediol. anno 1495. et reliqui scripti retinent. Mox *creari sunt passi* alio ordine Lovel. 4. Sed verbum *sunt* exsulat a Lovel. 2. Deinde *eaque magiſtratuum solitudo* edd. antiquae. Frobenius demum anno 1535. voces in eum ordinem, qui nunc vulgo exſtat, redegit, eumdemque servant codd. mei. *nullos civiles magiſtratuum, et plebe*, reliquis omiſſis, Gaertn. Sed librario errandi occasio fuit vocum *magiſtratus* et *magiſtratuum* repetitio. V. infra ad 9, 11, 11. Eaedem voces deerant etiam in Lovel. 5. a m. 1. sed a m. 2. ad marginem poſtea adscriptae fuerunt, nisi quod *et eadem*, pro *eaque*, datum sit.

Plebe reficiente duos tribunos] *plebe reficienti* Leid. 1. et Gaertn. Alibi eo modo casum sextum singularem participiorum praesentium Livium formaſſe, supra vidimus ad lib. hujus c. 14, 13. Editam tamen lectionem hic veriorem eſſe, consensus reliquorum codicum in eam conspirantium evincit.

His comitia tribunorum militum

solitudo magiſtratuum, et plebe reficiente duos tribunos, et his comitia tribunorum militum tollentibus, per quinquennium urbem tenuit.

XXXVI. Alia bella opportune quievere: Veli- 1

tollentibus] *comitia tribunis militum* Gaertn. Verum ita voce addita *comitia creandis*, vel *rogandis tribunis militum* dicendum fuiſſet. V. ad 2, 8, 3. Ob eam itaque cauſſam, et quod reliqui codd. nihil mutent, vulgatum servandum. *comitia tribunorum*, ut 4, 57, 9. *Tribunorum militum comitia edixerunt*. et alibi saepe. Error iterum ortus videtur ex compendio. V. supra hoc cap. ad §. 3.

Per quinquennium urbem tenuit] *Tenere* cum nomine, vel adverbio, temporis saepe dicit Livius, pro durare. 24, 47, 15. *Romae foedum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit*. 25, 39, 9. *Atrox proelium oritur: diu tenuisset, ni* etc. Adde ad 4, 7, 7. Sed τὸ *Urbem* non patitur, hic ita accipi *tenuit*. Si libri scripti in illo non variant, quaerenda eſt alia huic loco conveniens significatio verbi *tenuit*. nam mihi non videtur obvium genus loquendi eſſe, *solitudo magiſtratuum tenet urbem*, pro nulli sunt in urbe magiſtratus. DUK. Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXVIII. p. 253. hic potius sequitur Vopiscum in vita Taciti 1. Eutrop. 2, 1. Sext. Rufum in Breviar. 2. et Caſſiod. in Chron. qui non per quinque, sed per quatuor annos, nullos curules magiſtratus creatos fuiſſe referunt. Annum vero hic exemtum, qui tamen per rationes chronologicas abeſſe non poteſt, recipere conatur alium intercalando poſt tribunos militum memoratos c. 38. hujus libri, quo quidem neque consules neque tribuni militum consulares creati, sed duo deinceps dictatores dicti fuiſſent, M. Furius Camillus IV. et P. Manlius, quos Livius c. 38. iisdem tribunis consularibus magiſtratum gerentibus honore functos scripsit. V. Pighium in Ann. ad ann. CCCLXXXIV. pag. 257. Verum Pighium refellit, ac Livium defendit Dodwell. de Cyclis Dissert. 10. §. 82. Chronologiam autem Livii etiam Sigonius in faſtis secutus eſt.

§. 1. *Alia bella opportune quievere*] *opportuna quievere* Leid. 2. et Lovel. 1. *oportuna crevere* Lovel. 4. *opportune quieverunt* Gaertn. *opportune creavere* Portug. a m. 1. *optime quieverunt* priscae edd. usque ad Moguntinos, qui dederunt *peropportune quieverunt*. pro quo iterum Aldus *opportune quievere*. Supra hoc libro c. 18, 2. *Et Patribus et plebi peropportune externa quies data*. *opportune* et *optime* etiam alibi in Mſtis commutantur. V. infra ad 37, 7, 10. *peropportune* hic recipiendum non puto, quod ita nulli praeferant codices; licet saepe ea voce Livius usus sit. V. infra ad 29, 34, 9.

Veliterni coloni geſtientes otio] *Velliterni* Fragm. Hav. *Velitrini* Gaertn. V. etiam supra ad c. 21. hujus lib. §. 3. infra c. 39, 7. ad 8, 12, 7. et ad c. 13, 5. Secundum Stephan. Byz. in v. *Βέλιτρα*, gentile ejus urbis dicitur *Βελιτριανός*: pro quo, teſte Berkel. ad eum locum, Cluverius in Ital. Antiq. 3, 8. p. 1016. *Βελιτρῖνος* scribendum conjicit, idque ita formatum obcurrere Berkel. docet apud Diod. Sicul. l. 14. p. 449. ut et *Velitrinus* apud Sueton. in Aug. 94. quamvis et *Οὐελιτρανός*

terni coloni, geſtientes otio, quod nullus exercitus Romanus eſſet, et agrum Romanum aliquoties incursavere, et Tusculum obpugnare adorti sunt. 2 eaque res, Tusculanis veteribus sociis, novis civibus, opem orantibus, verecundia maxime non Pa-

obcurrat apud Plutarch. in Camillo p. 151. adde etiam apud Dionys. Hal. l. 5. p. 326. Ego vero hic vulgatum servandum puto, tum quod in illud consentiant optimi codd. tum etiam quod gentile illud non alio modo apud Latinos formatum reperiatur. Apud Sueton. etiam optimus cod. Salmas. *Veliterni*, non *Velitrini*, praefert. Contra apud Valer. Max. 9, 10, 1. ubi recte *Veliternos* editur, cod. prior Trajectin. habet *Velitrinos*. V. Cel. Burm. ad l. l. Sueton. qui *VELITERNUS* etiam ex duobus lapidibus, apud Gruter. et Reines. obviis, laudat.

Et agrum Romanum aliquoties incursavere] *in agrum Romanum aliquoties incursavere* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Liv. 8, 38, 6. *Eques, luce demum ausus incursare in hoſtem, agmen detinuit.* ubi v. quae notantur. Verum et altera conſtructio *incursare agrum* Livio frequens fuit. 2, 48, 6. *Ubi abductas senserant legiones, agros incursabant.* 5, 31, 5. *Superbia elati ultro agros Romanos incursavere.* 28, 11, 10. *Querentes agrum suum ab adcolis Gallis incursari ac vaſtari.* 39, 1, 8. *Propter domeſticam inopiam vicinos agros incursabant.* Quum itaque utrumque loquendi genus apud Livium inveniatur, vulgatum praeferendum puto, quod illud defendat omnium reliquorum codicum, inter quos etiam optimi sunt, turba. *incursaverunt* habet Gaertn.

§. 2. *Eaque res, Tusculanis veteribus sociis, novis civibus, opem orantibus, verecundia maxime non Patres modo* etc. *movit*] Cel. Jac. Perizonius ad marginem Livii conjecit, forte legendum eſſe *eaque re.* ut *verecundia* accipiatur casu primo, et ea dicatur Patres ac plebem moviſſe. Omnes tamen codd. scripti et editi conſtanter *eaque res* servarunt: quare eam lectionem praefero, et *verecundia* pro casu sexto habeo. *movit Patres verecundia*, ut *movere amore* apud Ovid. 2. Triſt. 340.

Et falso movi pectus amore meum.

Ita *motus ira, amore.* Liv. 2, 42, 10. *Motique ira numinis causam nullam aliam vates canebant, quam haud rite sacra fieri.* Ovid. Ep. 2. Her. 24.

— — *nec noſtro motus amore redis.*

verecundia maxima edd. Rom. anni 1472. et Parm. Alibi hoc modo librarii in quibusdam codd. peccarunt. *alia maxima plebis turba*, pro *maxime*, datum erat supra 5, 40, 5. *maximoque lapidum ictu*, pro *maximeque*, 10, 1, 5. V. quae notantur ad priorem locum. Praeterea Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXXII. p. 255. legendum censet *veteribus sociis et novis tum civibus.* Verum et hic nullam emendandi neceſſitatem video, praesertim quum omnes libri stent cum vulgata lectione; nisi quod librarius Leid. 1. aberrans *cibus*, pro *civibus*, dederit. Deinde *opem curantibus* male Voſſ. 2. *opera orantibus* Leid. 1. Tum vocula *non* perperam deeſt

tres modo, sed etiam plebem, movit. Remittenti- 3
bus tribunis plebis, comitia per interregem sunt habita; creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, P. et C. Valerii, haudquaquam tam obedientem in delectu,

in Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *Patres et modo* Lovel. 5.

§. 3. *Remittentibus tribunis plebis, comitia per interregem sunt habita*] Errorem Vopisci in Tacito 1. in hac re ibi observarunt Casaubonus et Salmasius. DUR. Vel *remittentibus* hic tamquam neutrum sine casu per ellipsin ponitur, pro remittentibus certamen, remittentibus interceſſionem. Ita supra 2, 34, 6. *Ut etiam, ubi ea* peſtilentia *remisisset, terrore aliquo tenerentur.* ad quem locum plura vide. Vel *remittentibus* eſt permittentibus. V. Lipsium ad Tacit. 1. Ann. 8. Acidal. ad Pacati Paneg. 32. et Jac. Gothofred. ad l. 3. Cod. Theodos. de divers. Rescript. ita tamen, ut hoc verbo indicetur, non modo permiſiſſe, conceſſiſſe tribunos, sed etiam victos et expugnatos poſt aliquod certamen permiſiſſe, conceſſiſſe; et quidem hoc loco verecundia victos, expugnatos fuisse. V. J. Fr. Gronovium 4. Observ. 2. Ceterum vox *plebis* deeſt in Leid. 2. *comitia* in Fragm. Hav. a m. 1. sed ab eadem adscripta exſtat in margine. Tum *per interregem habita sunt* praefert Leid. 2. *per interregem suum habita* Fragm. Hav.

Creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius] Palat. pr. ac tert. *Matilius.* Andreas edidit *A. Manilius.* GEBH. *Aulius Matilius* Fragm. Hav. *Aulus Matilius* Leid. 1. Lovel. 3. et Gaertn. scribarum errore, qui literas *n et ti* ob ductuum similitudinem in Longobardica scriptura confuderunt. V. ad 4, 46, 9. Ceterum plerique hujus anni tribuni jam antea eumdem magiſtratum geſſiſſe dicuntur. Et quidem L. Furius nunc iterum eam dignitatem obtinet. Nam et supra tribunus memoratur c. 22, 5. A. Manlius quartum; tertium enim obeurrit c. 21, 1. Ser. Sulpicius in Faſt. Capitol. fragmentis *Praetextatus* vocatur, et tertium tribunus dicitur. De prioribus autem ejus tribunatibus v. supra ad c. 22, 1. Etiam pars nominis Ser. Cornelii in Fragm. Capitol. supereſt, unde conſtat Maluginensem cognominatum fuiſſe, et hoc anno honorem illum sextum obtinuiſſe. Idem ergo eſt, de quo agit Sigonius supra ad 5, 36, 12. Nulli tamen numeros illos addendos censeo, quod conſtanter in codd. omittantur, et Livius eos saepiſſime neglexerit. V. supra ad 2, 16, 7.

A. et C. Valerii] Legendum eſt *P. et C. Valerii.* Id docent Capitolina fragmenta, in quibus eſt *POPLICOLA. V.* Ex quo apparet, P. Valerium Poplicolam eſſe, qui quater ante tribunus militum fuit, et poſtea etiam sextum traditur eſſe a Livio. Quae res in magnum errorem Glareanum induxit, ut annum ibi sine cauſſa interjiciendum eſſe putaret. †. „Glareanus alias adducit ratio„nes, quae non diluuntur, ut „fieri oportebat." †. SIG. Priori horum tribunorum *Auli* praenomen, quemadmodum ante Sigonium in omnibus excusis erat, tribuunt codices, quoscumque

4 quam in comitiis, plebem habuere: ingentique contentione exercitu scripto profecti, non ab Tusculo modo submovere hostem, sed intra suamet ipsum
5 moenia compulere. obsidebanturque haud paullo vi

vidi, excepto solo Gaertn. in quo *Lucius* dicitur. Sed recte ejus loco Sigonius *Publius* reposuit, quem in eo secutus est Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXXII. p. 255. Glareanus autem errorem, quem Sigonius refellit, commisit infra ad c. 38, 11. et c. 42, 3. Quod autem Glareanus queratur, Sigonium alias rationes a se adductas non diluisse, quemadmodum fieri oportuerat, iis omnino Sigonius respondit in Scholiis ad Chronol. Livii ad annum CCCLXXXVIII. Ratio autem notarum non permittit, ut examinemus, utrum responsio ejus ad argumenta Glareani sufficiat. Certe non satisfecit Dodwello, quem via, diversa ab ea, quam Glareanus et Sigonius instituerunt, annum, qui in Livio intercidisse creditur, ei restituisse supra vidimus ad c. 34, 1. Ceterum *Valerius* praeferunt Lovel. 1. a m. 1. Voss. 1. et Fragm. Hav. nisi quod in eorum secundo, stigmate ultimae parti *τοῦ u* subjecto librarius aut alius quis indicare voluerit, emendandum esse *Valeriis*. Sed *Valerii* vera lectio est. V. quae supra dicta sunt hoc lib. ad c. 22, 1. Et ita exhibent reliqui codd. nisi quod *Cornelii* sit in Lovel. 5. *Valeri* in Florent. et Leid. 1. quae lectio vulgatam potius firmat, quam evertit; quum infinitis locis librarii geminatam literam *i* per simplicem efferre soliti sint. V. infra ad 38, 27, 8.

Haudquaquam tam obedientem in delectu, quam in comitiis, habuere] *haud quamquam tamen obedientem* Gaertn. *quamquam* praeferunt etiam Lovel. 1. et 3. Saepius *qq̃*, sive *quaquam*, et *q̃q̃*, id est *quamquam*, in Mstis commutantur. V. infra ad 7, 26, 8. Eodem modo, quo *q* et *q̃*, sive *qua* et *quam*; de quo v. ad cap. praec. §. 9. Passim etiam *tam* et *tamen* confuderunt librarii. V. infra ad 22, 59, 13. *haud quaquam tam obedientem tam in dilectu* Fragm. Hav. quasi duplicem lectionem in codd. suis scriba invenisset, nempe *tam obedientem in dilectu*, et *obedientem tam in dilectu*, atque utramque exprimere voluisset. Sed posteriori loco *tam* admitti nequit. *in dilectu* etiam Leid. 1. et Lovel. 1. V. ad 37, 51, 7. *in dilectum* Florent. Denique *hre*, id est *habere*, Gaertn.

§. 4. *Ingentique contentione exercitu scripto profecti*] *contione* Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. quomodo frequenter lapsi sunt scribae. V. supra ad 4, 6, 4. Tum *exercito* Portug. a m. 1. quomodo etiam peccatur infra 8, 36, 8. V. supra ad 1, 15, 7. Deinde *perfecti*. De hoc errore v. ad 37, 6, 7.

Intra suamet ipsum moenia compulere] *ipsi* Harlej. 2. et Portug. a m. 1. *ipsa* Haverk. V. supra hoc lib. ad c. 3, 8. In verbis praecedentibus *a Tusculo*, pro *ab Tusculo*, praeferunt Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 5. *Ab eis, a quibus obsideri coeptae erant, expugnari potuere*] *ab eis, quibus obsideri* Lovel. 1. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Dein *expugnare potuere* Gaertn. et Fragm. Hav. *expugnari poterant* Leid. 2. *expugnari potuerunt* Haverk. Paullo ante *Velitres*, pro *Velitrae*, Voss. 2. V. ad cap. seq. §. 12. Deinde

majore Velitrae, quam Tusculum obsessum fuerat: nec tamen ab eis, a quibus obsideri coeptae erant, expugnari potuere. Ante novi creati sunt tribuni 6
militum, Q. Servilius, C. Veturius, A. et M. Cornelii,

nec tum, pro *nec tamen*, Lovel. 2. V. ad 22, 17, 5.

§. 6. *Q. Servilius, C. Veturius, M. Aulus, et M. Cornelius, Q. Quintius, M. Fabius*] Quidam pro *M. Aulus* emendarunt *A. Manlius:* sed is prioris anni fuit tribunus militum. Quare legendum *C. Veturius II, A. et M. Cornelii.* Nam C. Veturius primum fuit anno CCCLXXVIII. [c. 32, 3.] hic autem secundum. Cornelii vero postea iterum fiunt anno CCCLXXXVIII. ad hujus libri finem [c. 42, 3.] Hic itaque primum fuere; et faciliter ex *II.* potuit *M.* fieri, mirum autem, et in his quidem, et praecedentis anni omnibus tribunis, omissa et cognomina et numerum. GLAR. Quia antea legebatur *C. Veturius, M. Aulus, et M. Cornelius*, propterea probo conjecturam Glareani, quae est, ut legatur *C. Veturius II, A. et M. Cornelii.* Nam *C. Veturius* semel ante fuit, *A.* autem *et M. Cornelii* infra iterum esse dicuntur, quorum alter *Cossus* est, alter *Maluginensis.* SIG. Pall. pr. tertiusque *C.aius Vetellius.* sec. *C.anius Veturius.* Andreas vero nobis in editione sua reliquit *Cl. Haius Veturius.* Hoc Augiae stabulum aliquantum alii purgarunt. GEBH. In nominibus horum tribunorum plurimum iterum variant codd. scripti. De priori inter omnes convenit. Secundi praenomen quum olim omnibus literis *Cajus* perscriptum fuisset, iis in duas voces divisis perperam *C. aius* datum invenio in Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 2. *C. anius*, addita insuper litera, in Lovel. 5. et Harlej. 2. *C. avius* in Lovel. 2. et Haverk. duabus literis additis *C. annius* in Portug. corruptius *C. Aulus* in Lovel. 4. sed corruptissime *C. Aerinus* in Gaertn. Ejusdem tribuni nomen est *Vetueius* in Haverk. *Neturius* in Lovel. 1. *Vitelius* in Lovel. 4. *Vetellius* in Leid. 1. Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. utrumque junctum *Vetellius Veturius* est in Gaertn. Tertii et quarti tribuni nomina ita exhibentur *Manlius M. Cornelius* in Harlej. 2. pro quo *Manlius M. Cornelius* praefert Portug. *Manilius M.Cornelius* Haverk. *Manlius et M. Cornelii* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. *Alus et M. Cornelius* Gaertn. tertii praenomine omisso *M. Cornelius* Harlej. 1. Voces contra *et M. Cornelii, Q. Quintius* desunt in Lovel. 4. Reliqui omnes habent *A. et M. Cornelius*, vel *A. et M. Cornelii*, quod rectum est. V. ad hujus libri c. 22, 1. Quod ad duos ultimos tribunos *et Quintus M. Fabius* obfert Leid. 1. *et Quintius M. Fabius* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *et Q. Quintius M. Fabius* Voss. 2. Lovel. 2. 5. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *quae Quintius M. Fabius* Lovel. 3. *Q. Quintius et M. Fabius* Portug. et Haverk. Per eum, quem pro *M. Aulus*, ut habent priscae editiones, *A. Manlius* emendasse Glareanus notat, intelligendus est Aldus, qui ita edidit: eum vero secuti sunt Colonienses anno 1525, Cervicornus, et Ascensius anno 1530. Verum ea scriptura in nullo cod. superest. Ceterum ex his patet, nullum etiam esse codicem, qui iterati honoris notam, a Glareano Veturio additam, probante etiam Sigo-

Q. Quinctius, M. Fabius. nihil ne ab his quidem
7 tribunis ad Velitras memorabile factum. In majore discrimine domi res vertebantur: nam praeter Sextium Liciniumque latores legum, jam octavum tribunos plebis refectos, Fabius quoque tribunus mi-

nio, agnoscat; quam neque addendam contendo. Prodesse enim illis nequit, quod se secutos dicant vestigia veterum edd. quae *M. Aulus et M. Cornelius* praeferunt. Litera enim *M.* quam in notam numeri binarii convertunt, inde inrepsit, quod librarii primo prioris tribuni praenomen *Aulus* omiserint, et demum, litera *M*, qua sequentis tribuni praenomen indicabatur, exarata, errorem animadverterint; ideoque, ut solebant, ea non deleta, quod omissum erat, addiderint; unde tandem exiit *M. Aulus et M. Cornelius*, vel *Cornelii*. Et veram esse hanc originem vitiosae istius lectionis, probat scriptura, quam ex cod. Harlej. 1. laudavi. Ex *M. Aulus* deinde factum est *Maulius* et *Manlius*, quod in multis codicibus superesse vidimus. His permotus vocem *iterum*, quam post Sigonium Gronovius recepit, ex contextu ejeci. Et cur, quaeso, uni Veturio repetiti honoris nota invitis scriptis adderetur? quum et alii fuerint in collegio hujus anni, qui similiter antea eamdem dignitatem gesserint. Certe Q. Servilius nunc tertium erat tribunus, cujus secundum tribunatum memorat Livius supra c. 31, 1. At M. Fabius iterum est tribunus, ut Fasti Capitolini docent, qui etiam iterati honoris signum addunt. Prioris autem tribunatus Livius supra meminit c. 22, 5. Quemadmodum itaque illorum, ita et C. Veturii nomini iterum gesti honoris notam non addendam esse sine codicum auctoritate, verius est: praesertim quum Livius eam saepius omiserit. V. ad 2, 16, 7. Ita ut edidi, dederunt jam olim Moguntini, quos primus secutus est Frobenius anno 1531. et inde praeter Sigonium omnes recentiores usque ad Gronovium. Eamdem etiam lectionem servavit cod. Florent. et Fragm. Hav. a m. 2. nisi quod in eo male sit *Cornelius*, pro *Cornelii*.

Nihil ne ab his quidem tribunis ad Velitras memorabile factum] *nihil e ab his quidem* Leid. 1. *nihil et ab his quidem* Lovel. 2. 4. et Fragm. Hav. *nihilve ab his quidem* Lovel. 3. [*nihil et ab eis quidem* Veith.] *nihil ab his quidem* quidam vetustiores typis excusi. Aldus deinde τὸ *ne* addidit, quod retinent reliqui codd. et exhibuerant etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm. At vocibus transpositis *nihil ne quidem ab his* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Male. V. infra ad 38, 25, 14. Tum *tribunis Romanis* Gaertn. Forte olim per compendium scriptum librarius ejus cod. invenerat *TR*. Ita ex literis illis disjunctis *tribunis Romanis* scribendi occasionem adripere potuit. Deinde priores ante Aldum editiones *ad Velitras factum memorabile*, nullo codicum adsentiente.

§. 7. *In majore discrimine domi res vertebantur*] *In majori discrimine* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *res domi vertebantur* editiones principes. Aldus primus voces eo or-

litum, Stolonis socer, quarum legum auctor fuerat, earum suasorem se haud dubium ferebat. et, quum 8 octo ex collegio tribunorum plebis primo intercessores legum fuissent, quinque soli erant: et (ut ferme solent, qui a suis desciscunt) capti, et stupentes

dine constituit, quo nunc eduntur. Cum eo autem stant omnes scripti.

Praeter Sextium Liciniumque latores legis, jam octavum tribunos plebis refectos] *praeter Sextum Liciniumque* Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *praeter Sextium Licinium* Haverk. Sed toties jam eorum nomina juncta in praecedentibus obvia fuerunt, ut in iis librarios errare potuisse, mirandum sit. V. mox ad §. 10. et c. 41, 10. Tum *jam latores legum*, priori voce perperam addita, Lovel. 5. Hinc *octavo* Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. Haverk. et multae veterum editionum. V. supra ad 5, 16, 1. Deinde *trib. pl. refecti* Leid. 2. *tribunos plebis, refectus Fabius quoque tribunus militum* Voss. 1. neque aliter Lovel. 1. nisi quod omittat vocem *tribunos*. Vocem *refectos* omittit Voss. 2. Sed reliqui omnes eam recte servarunt. V. supra ad 4, 57, 12. Mox *Stilonis*, pro *Stolonis*, male Leid. 2. nec melius *Scolonis* Lovel. 2. et 3. Nam Licinius hic *Stolonis* cognomen sibi confirmavit, et ad posteros transmisit, *quod nullus in ejus fundo reperi poterat flolo; quod effodiebat circum arbores, e radicibus quae nascerentur e solo, quos flolones adpellabant*, ut Varro auctor est de re rust. 1, 2.

Quarum legum auctor fuerat, earum suasorem se haud dubium ferebat] *quartum legum auctor fuerat* Portug. *quarum legum auctorū fuerat* Fragm. Hav. a m. 1. in quo aeque mendose *auctorē* a m. altera interpolatum est. *quarum legum fuerat auctor* Haverk. Tum *earum se suasorem* alio ordine Harlej. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. Vox *earum* non adparet in Lovel. 5. *sed*, pro *se*, est in Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1.

§. 8. *Ex collegio tribunorum plebis primo intercessores legum fuissent*] *tribunorum plebi* Leid. 1. et Harlej. 1. Multi etiam codd. ambigue *pleb.* vel *pl.* praeferunt. V. ad 2, 42, 6. *ex collegis primi intercessores*, reliquis omissis, Lovel. 2. *primi* etiam Lov. 4. [Veith.] *prima* Fragm. Hav.

Ut ferme solent, qui a suis desciscunt] *ut ferme solet* Harlej. 2. Portug. et Haverk. quorum codd. librarii existimasse videntur, τὸ *solet* hic inpersonaliter poni, de quo modo dictum est ad c. 34, 5. Verum, cohaerere voces *solent, qui desciscunt*, vidissent, si animum advertere voluissent. Tum *qui ab suis* Portug. et Haverk. *quia a suis* quaedam ex antt. edd. Male. V. ad 36, 33, 5. Hic autem ultima litera vocis *quia* perperam repetita est ex sequenti praepositione. Deinde *asciscunt* Voss. 2. *desistunt* multae ex vetustioribus excusis, pro quo jam Mediol. anno 1495. recte dederunt *desciscunt*. quod et idem servat Rom. anni 1472. Solent saepe haec verba commutari. V. infra ad 30, 3, 5.

Capti et stupentes animi] Si vulgatum servandum, *animi* accipio casu secundo numeri singularis, ut *stupentes animi* dicatur, quem-

animi, vocibus alienis id modo, quod domi prae-
9 ceptum erat, intercessioni suae praetendebant: *Ve-*
litris in exercitu plebis magnam partem abesse: in ad-
ventum militum comitia differri debere, ut universa
10 *plebes de suis commodis suffragium ferret.* Sextius Li-

admodum *aeger animi*, de quo infra v. ad 30, 15, 9. Interim *stupentes animis* Lovel. 2. *stupentibus animi* Gaertn. Videndum itaque, an legendum sit *stupentibus animis*. Ita *stupentes mentes* Horat. Epod. 7, 15.

Tacent: et albus ora pallor inficit,
Mentesque perculsae stupent.

Neque displicet etiam unius modo memorati codicis lectio *Capti et stupentes animis*. Illa certe, quae vulgo exstat, minus satisfacit, sive *animi* numero singulari casu secundo, sive plurali casu primo accipere velis.

Vocibus alienis id modo, quod domi praeceptum erat, intercessioni suae praetendebant] *voc̄ alienis* Leid. 1. *vocalienis* Klock. *vocum alienis* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *vocem alienis* Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *votisque alienis* Lovel. 2. *votis alienis* Lovel. 5. Sed *vocibus alienis praetendere* dictum est, ut *verbis senatus quaerere* 3, 50, 15. ubi vide. Tum *id domo*, transpositis perperam literis, Harlej. 1. V. infra ad 39, 13, 3. *id domi praeceptum erat*, omissis mediis, Lovel. 3. Deinde *intercessioni fuit praetendebant* Haverk.

§. 9. *Velitris in exercitu plebis magnam partem abesse*] *Velitres* Lovel. 5. a m. 1. et Gaertn. corruptius *Ulixis* Haverk. Insuper *magnam partem esse* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. et editi, quos vidi, usque ad Aldum, qui abesse restituit, ut praeferunt reliqui codd. *abesse in exercitu Velitris*, pro abesse ab urbe Roma, ita ut sit in exercitu, qui est Velitris. Elegantior multo haec lectio est, quam altera, ac sensum pleniorem efficit.

Comitia differri debere] *comitia differri jubent* Hearnii Oxon. C. *comitia debere transferri* Leid. 1. *comitia debere differri* alio ordine Lovel. 1. et 5.

Ut universa plebes de suis commodis suffragia ferret] *universa plebs* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. Gaertn. Haverk. et excusi principes. Aldus primus dedit *universa plebes*, ut habent reliqui scripti. V. ad 1, 20, 6. Deinde alia omnia curans Haverk. codicis scriba *de suis comediis suffragiis ferret* nobis dedit. *de suis incommodis* est in Gaertn.

§. 10. *Sextius Licinius que cum parte collegarum et uno ex tribunis*] *Sextus Liciniusque cum parte* Florent. et Lovel. 3. V. supra hoc cap. ad §. 7. *Sextius Licinius qui cum parte* Voss. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. Praeterea *ut uno ex tribunis* Voss. 1. et Lovel. 1. qui error in scriptis admodum frequens est. V. infra ad 21, 28, 8.

Artifices jam tot annorum usu tractandi animos plebis] *jam tunc annorum usu* Gaertn. Sed formulae *jam tunc*, sive *jam tum*, de qua dixi ad 1, 41, 7. hic locus esse vix potest. Tot sive multorum annorum usu jam erant artifices tractandi animos plebis.

ciniusque, cum parte collegarum, et uno ex tribunis militum Fabio, artifices jam tot annorum usu tractandi animos plebis, primores Patrum productos interrogando de singulis, quae ferebantur ad populum, fatigabant: *Auderentne postulare, ut, quum* 11

jam tot annorum qui usu Lovel. 1. 2. et Leid. 2. Deinde *tractando animos plebis* Harlej. 2. *artifices autem tractando animos* dictum esse censeri posset eodem modo, quo *adjutor consiliis, amicus populo Romano*, et similia, de quibus adi ad 39, 47, 11. At potius videtur, ut existimemus, eam lectionem ex librarii stupore ortam esse, qui jungenda crediderit *usu tractando*: errorem itaque promanasse ex illo fonte, de quo egi ad c. 3. hujus lib. §. 8. *tracti animos* Lovel. 3.

Primores Patrum productos interrogando de singulis] *T mores Patrum* Gaertn. Praeterea vox *interrogando* non exstat in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 11. *Auderentne postulare, ut, quum bina jugera agri plebi dividerentur*] *Auderent nec postulare* Leid. 1. et Fragm. Haverk. *Auderent nunc postulare* Lovel. 2. *nē* per compendium forte scriptum fuerat, idque librario errandi ansam praebuit. V. ad cap. seq. §. 6. Tum *bona jugera agri* Haverk. Quod omnino a dormitante librario profectum est. Bina enim jugera hoc tempore ordinaria fuit mensura, quae cuique in coloniam deducto adsignari solebat. Supra 4, 47, 6. *Opportune senatus censuit frequens, coloniam Lavicos deducendam. Coloni ab urbe mille et quingenti missi bina jugera acceperunt.* 8, 21, 11. *Eodem anno Anxur trecenti in coloniam missi sunt. Bina jugera agri acceperunt.* Sicul. Flacc. de condit. agror. p. 15. *Cum antiqui Romanorum agrum ex hostibus captum victori populo per bina jugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena jugera dederunt.* Juvenal. Satyr. 14, 161.

— — *fractis aetate ac Punica passis*
Proelia, vel Pyrrhum inmanem, gladiosque Molossos,
Tandem pro multis vix jugera bina dabantur
Vulneribus.

Huic mensurae semissem jugeri aliquando additum fuisse, constat ex Liv. 6, 16, 6. *Senatus Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci jussit. bina jugera et semisses agri adsignati.* Postea Licinius tribunus plebi viritim septena jugera divisisse dicitur apud Colum. 1. de re rust. 3. *Post reges exactos Liciniana illa septena jugera, quae plebis tribunus viritim diviserat, majores quaestus antiquis retulere.* Referendum id videtur ad hujus temporis Licinium Stolonem, qui cum Sextio tribunus plebis existens legem promulgavit *de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret*, teste Livio supra c. 35, 5. Eamdem etiam pertulit. Nam postea *a M. Popillio Laenate sua lege decem millibus aeris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset*, ut Livius refert 7, 16, 9. Jam autem lege hac perlata ex eo, quod principes plus, quam quingenta jugera, possederant, plebi viritim

bina jugera agri plebi dividerentur, ipsis plus quingenta jugera habere liceret? Ut singuli prope trecentorum civium

septena jugera divisisse videtur. Non recte tamen illi, qui rei agrariae leges varias collegerunt apud Goesium in rei agrariae auctor. p. 348. legis Liciniae hoc caput constituerunt: *Quotiescumque populus Romanus agrum per curatores dividi jubebit, jugera non minus septem assignantor.* Licinius enim septena quidem jugera plebi divisit, non tamen, ne minor numerus postea adsignaretur, lege sua constituisse videtur. Certe post legem ejus latam bina adhuc jugera adsignata fuisse constat ex loco Livii laudato 8, 21, 11. quin etiam quina ac sena jugera adhuc diutissime postea saepius divisa memorantur apud Livium. V. infra 39, 44, 10. c. 55, 7. et 40. 29, 2. Huc etiam Turneb. ad Cic. orat. 2. Agrar. 8. retulit locum Varronis ex 1. de re rust. 2. secundum quem *C. Licinius tribunus plebis cum esset, post reges exactos annis CCCLXV. primus populum ad leges accipiundas in septem jugera forensia e comitio eduxit.* At verba *post reges exactos annis CCCLXV.* id alio pertinere ostendunt. Alio etiam referendum docuit Pighius in Annal. ad annum DCVIII. p. 464. Ceterum *bina* et *bona* etiam alibi in Mstis confunduntur. Exemplum supra habuimus 4, 34, 4. (*35, 28, 8.) Praeterea, transpositis vocibus, *jugera plebi agri* Gaertn. *plebei* est in Lovel. 1. *dividentur* in Harlej. 1. qui idem codex verbis sequentibus *plus genta*, pro *plus quingenta*, praefert.

Vix ad tectum necessarium aut locum sepulturae suus pateret ager] *Tò vix* loco suo motum infra ante vocem *pateret* inserunt Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Eamdem vocem plane ignorant Lovel. 1. 2. et 5. Tum *ad necessarium tectum* Gaertn. Deinde *locum sepulchro* Hearnii Oxon. C. Denique *pr. et ager* Fragm. Hav. *pareret ager* Leid. 2. *patere* proprium in hac re verbum est. Liv. 37, 31, 9. *Mille et ducentos passus ibi latitudo patet.* 38, 4, 4. *Murus quoque firmo septa erat, patente in circuitu paullo amplius tria millia passuum.* c. 59, 6. *Regionem Dirum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem.* Sueton. in Tib. 16. *Toto Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum et Thraciam et Macedoniam, interque Danubium flumen et sinum maris Hadriatici patet, perdomito.* Justin. 2, 2. *Multum in longitudinem et latitudinem patet.* 42, 2. *Armenia a Cappadocia usque mare Caspium undecies centum millia patet.* (* v. Gron. ad Liv. 25, 23, 11.) *Patere* autem et *Parere* interdum turbantur inter se in Mstis. V. ad Liv. 9, 18, 7. De sepulcris in agro exstructis, praeter Victor. 14. var. lect. 21. V. Guther. 2. de Jure man. 33. et Kirchmann. 2. de Funer. Rom. 22.

§. 12. *An placeret, foenore circumventam plebem, ni potius quam sortem creditum solvat*] Hoc *ni* tollerem, et planior erit lectio. Neque vero me latet, quae portenta quidam hic prodiderint, ut hunc explicarent locum. Mihi satius hoc videtur. GLAR. Glareanus tollendam vocem putat illam *ni*, et immerito. Sensus enim est: placeretne plebem, ni prius usuram, quam sortem, solvat, vinculis astringi? †. „Glareanus non „simpliciter asserit hoc, sed sibi „videri, abesse posse clariore

cerium possiderent agros, plebejo homini vix ad tectum necessarium, aut locum sepulturae, suus pateret ager? An placeret, foenore circumventam plebem potius, quam 12

sensu." †. SIG. Faërnus legebat, *ni plus, quam sortem creditam, solvat*, etc. URSIN. Lego, *si illud potius, quam sortem creditam, solvat.* KLOCK. Sublata particula *ni*, Glareanus clariore reddiri sensu orationem putavit. Quem increpans Sigonius sententiam talem constituit: Placeretne plebem, ni prius usuram, quam sortem, solvat, vinculis adstringi? Qui si vidisset Campani editionem, excusatum habuisset Sigonius Glareanum, ante quem seculo fere prave admodum hunc in modum edidit Camp. *aut placeret foenore circumventa plebem potius, quam sortem solvat, corpus in nervum ac supplicia dare.* Faërnus, referente Ursino, legebat *ni plus, quam sortem creditam, solvat.* Palat. pr. ac tert. *ni potius quam sorte creditum solvat.* Sec. vero ad arbitrium quasi Loriti scriptus exhibet, *an placeret foenore circumventam plebem potius quam sortem creditam solvat, corpus in nervum ac supplicia dare?* GEBH. Scribendum *ni totius sortem crediti solvat.* Nec enim propter usuras non solutas, quae tunc admodum leves erant, utpote uno in centenos nummos anuuo pendendo taxatae, sed propter sortem ipsam, si ei solvendae impares essent, in nervum et compedes adducebantur. SALMAS. de usur. c. 2. p. 33. Vexatus merito conjecturis locus. Glareanus τὸ *ni* tollit. Repugnat Sigonius, et explicat: placeretne plebem, ni prius usuram, quam sortem, solvat, vinculis adstringi? Faërnus, *ni plus, quam sortem.* Salmasius, *ni totius sortem crediti solvat.* Duo MSS. Pall. et Voss. *ni potius quam sorte creditum.* Unus, *plebem potius, quam sortem creditam.* Quid si legamus: *An placeret foenore circumventam plebem potius, quam sorte creditum solvat, corpus in nervum ac supplicia dare?* Creditum foenus non solvitur sola sorte restituta: usurae accedant, oportet. Id autem volebat lex, quam illi ferebant, ut foeneratores sorte contenti essent: si nempe de capite deducto eo, quod usuris pernumeratum esset, reliquum triennio aequis portionibus redderetur. Haec scripseram pridem, quum monuit me humanissimus Henr. Nesselrodius S. J. prorsus, ut conjeceram, in membranis quibusdam collegii scriptum reperiri. J. FR. GRON. *plebem vi potius, quam sortem creditum solvat* Voss. 1. a m. 2. et Lovel. 1. *plebem vi potius, quam sorte creditum solvat* Voss. 2. *plebem potius, quam sorte creditum solvat* Harlej. 2. et Haverk. *plebem potius, quam sortem creditum solvat* Gaertn. *plebem potius, quam sortem creditam solvat* Portug. *plebem, ni potius quam sortem debitam solvat* Hearnii Ox. L. 1. *plebem, ni potius quam sorte creditum solvat* Lovel. 3. *plebem, ni potius quam sortem creditam solvat* Lovel. 2. 4. Fragm. Hav. Oxon. L. 2. et C. apud Hearnium, [Veith.] omnesque excusi usque ad Froben. qui anno 1531. dedit *ni potius, quam sortem, creditum solvat*: quod recentiores servarunt, et in reliquis superest codd. Id si recipitur, *sors* erit pecunia foenori data, *creditum* ejus usurae. Verum, cur usurae potius, quam ipsa sors, *creditum* vocentur, rationem datam oportuisset, quam nullam video. Faërno apud Ursinum consentit Latinius. Quemadmodum in Mstis exaratus hic locus foret, ex Gronovio quae-

animi, vocibus alienis id modo, quod domi prae-
9 ceptum erat, interceſſioni suae praetendebant: *Ve-*
litris in exercitu plebis magnam partem abeſſe: in ad-
ventum militum comitia differri debere, ut universa
10 *plebes de suis commodis suffragium ferret.* Sextius Li-

admodum *aeger animi*, de quo infra v. ad 30, 15, 9. Interim *stupentes animis* Lovel. 2. *stupentibus animi* Gaertn. Videndum itaque, an legendum sit *stupentibus animis*. Ita *stupentes mentes* Horat. Epod. 7, 15.

Tacent: et albus ora pallor inficit,
Mentesque perculsae stupent.

Neque displicet etiam unius modo memorati codicis lectio *Capti et stupentes animis*. Illa certe, quae vulgo exſtat, minus satisfacit, sive *animi* numero singulari casu secundo, sive plurali casu primo accipere velis.

Vocibus alienis id modo, quod domi praeceptum erat, intercessioni suae praetendebant] *voc̄ alienis* Leid. 1. *vocalienis* Block. *vocum alienis* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *vocem alienis* Voſſ. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *votisque alienis* Lovel. 2. *votis alienis* Lovel. 5. Sed *vocibus alienis praetendere* dictum eſt, ut *verbis senatus quaerere* 3, 50, 15. ubi vide. Tum *id domo*, transpositis perperam literis, Harlej. 1. V. infra ad 39, 13, 3. *id domi praeceptum erat*, omissis mediis, Lovel. 3. Deinde *intercessioni fuit praetendebant* Haverk.

§. 9. *Velitris in exercitu plebis magnam partem abesse*] *Velitres* Lovel. 5. a m. 1. et Gaertn. corruptius *Ulixis* Haverk. Insuper *magnam partem esse* Voſſ. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. et editi, quos vidi, usque ad Aldum, qui *abesse* reſtituit, ut praeferunt reliqui codd. *abesse in exercitu Velitris*, pro abeſſe ab urbe Roma, ita ut sit in exercitu, qui eſt Velitris. Elegantior multo haec lectio eſt, quam altera, ac sensum pleniorem efficit.

Comitia differri debere] *comitia differri jubent* Hearnii Oxon. C. *comitia debere transferri* Leid. 2. *comitia debere differri* alio ordine Lovel. 1. et 5.

Ut universa plebes de suis commodis suffragia ferret] *universa plebs* Voſſ. ambo, Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. Gaertn. Haverk. et excusi principes. Aldus primus dedit *universa plebes*, ut habent reliqui scripti. V. ad 1, 20, 6. Deinde alia omnia curans Haverk. codicis scriba *de suis comediis suffragiis ferret* nobis dedit. *de suis incommodis* eſt in Gaertn.

§. 10. *Sextius Liciniusque cum parte collegarum et uno ex tribunis*] *Sextus Liciniusque cum parte* Florent. et Lovel. 3. V. supra hoc cap. ad §. 7. *Sextius Licinius qui cum parte* Voſſ. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. Praeterea *ut uno ex tribunis* Voſſ. 1. et Lovel. 1. qui error in scriptis admodum frequens eſt. V. infra ad 21, 28, 8.

Artifices jam tot annorum usu tractandi animos plebis] *jam tunc annorum usu* Gaertn. Sed formulae *jam tunc*, sive *jam tum*, de qua dixi ad 1, 41, 7. hic locus eſſe vix poteſt. Tot sive multorum annorum usu jam erant artifices tractandi animos plebis.

tium indignatione, quam sua, increpuissent: *atqui* 2
nec agros occupandi modum, nec foenore trucidandi plebem alium Patribus umquam fore, adfirmabant, *nisi alterum ex plebe consulem, custodem suae libertatis, plebes fecisset. Contemni jam tribunos plebis,* 3
quippe quae potestas jam suam ipsa vim frangat inter-

nem repudiarem: praesertim quum *domus nobilis* dici possit, et *domus trabeata* apud Claudian. in Paneg. Mall. Theod. 337.

Decurrat trabeata domus, tradatque secures
Mutua posteritas.

§. 1. *Haec indigna* etc. *quum apud timentes sibimet ipsos* etc. *increpuissent*] *In haec indigna* Harlej. 1. [*audita* Veith.] Deinde *apud tumentes* Gaertn. eodem errore, quo *timor* et *tumor*, ac *timidus* et *tumidus*, saepe in Mstis commutari, supra vidimus ad 2, 52, 1. Praeterea *timentes sibimet ipsis* Harlej. 1. et editiones, quas vidi, ante Frobenianam anni 1535. quae prima dedit *sibimet ipsos*, quomodo est in reliquis scriptis. V. supra ad 2, 19, 5. Tandem *increpuisset* Fragm. Hav. errore librarii. Refertur enim ad Sextium Liciniumque cum parte collegarum unoque ex tribunis militum Fabio, de quibus cap. praec. dixerat *fatigabant*, mox autem hoc cap. *adfirmabant*, et inferius similia eadem forma.

§. 2. *Atqui nec agros occupandi modum, nec foenore trucidandi plebem alium Patribus umquam fore*] *atque nec agros* scribendum conjicit vir doctus ad marginem ed. Curionis. *atq; ui nec agros* habent Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. et Harlej. 1. quae lectio indicare videtur, librarios duplicem scripturam in codd. suis invenisse *atque* et *atqui*; et utramque hac ratione exprimere voluisse. V. supra ad 3, 44, 4. *atque* autem et *atqui* alibi etiam in codd. vetustis commutari, supra dictum est ad eumdem l. 3, 52, 8. Hic vero vulgatum *atqui* sensus requirit. Tum *ne foenore* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Hinc *Patribus alium umquam fore*, vocibus alio ordine propositis, Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Patribus auxilium umquam fore* Lovel. 4. et 5. [Veith.] *auxilium Patribus umquam fore* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Klock. *aliud Patribus umquam fore* Florent. a m. 1. Insuper in verbis sequentibus *adfirmant*, pro *adfirmabant*, Voss. 2. et Lovel. 3.

Custodem suae libertatis plebs fecisset] *plebi fecisset* Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. Harlej. 1. et Florent. *plebes fecisset* Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. quod tamquam genuinum recepi. V. ad 1, 20, 6. Pro eo scriptum olim fuerat *plebis*, ut etiam alibi scribi solet a librariis. V. ad 2, 24, 2. et ad 5, 12, 11. Ejus autem vocis ultimam literam *s* elisit prima vocis sequentis ob ductuum similitudinem, ut alibi saepe factum. V. ad 4, 33, 11. inde ergo natum, quod in optimis codd. superest, *plebi*.

§. 3. *Contemni jam tribunos plebei*] Ita solus edidit Cl. Clericus; *tribunos plebi* solus Cel. Jac. Gronovius. Neque ullus meorum codd. consentit alterutri. *tribunos plebis*, ut antea edebatur, ob-

bina jugera agri plebi dividerentur, ipsis plus quingenta jugera habere liceret? Ut singuli prope trecentorum civium

septena jugera divisisse videtur. Non recte tamen illi, qui rei agrariae leges varias collegerunt apud Goesium in rei agrariae auctor. p. 348. legis Liciniae hoc caput constituerunt: *Quotiescumque populus Romanus agrum per curatores dividi jubebit, jugera non minus septem assignantor.* Licinius enim septena quidem jugera plebi divisit, non tamen, ne minor numerus postea adsignaretur, lege sua constituisse videtur. Certe post legem ejus latam bina adhuc jugera adsignata fuisse constat ex loco Livii laudato 8, 21, 11. quin etiam quina ac sena jugera adhuc diutissime postea saepius divisa memorantur apud Livium. V. infra 39, 44, 10. c. 55, 7. et 40. 29, 2. Huc etiam Turneb. ad Cic. orat. 2. Agrar. 8. retulit locum Varronis ex 1. de re rust. 2. secundum quem *C. Licinius tribunus plebis cum esset, post reges exactos annis CCCLXV. primus populum ad leges accipiundas in septem jugera forensia e comitio eduxit.* At verba *post reges exactos annis CCCLXV.* id alio pertinere ostendunt. Alio etiam referendum docuit Pighius in Annal. ad annum DCVIII. p. 464. Ceterum *bina* et *bona* etiam alibi in Mstis confunduntur. Exemplum supra habuimus 4, 34, 4. (*35, 28, 8.) Praeterea, transpositis vocibus, *jugera plebi agri* Gaertn. *plebei* est in Lovel. 1. *dividentur* in Harlej. 1. qui idem codex verbis sequentibus *plus genta*, pro *plus quingenta*, praefert.

Vix ad tectum necessarium aut locum sepulturae suus pateret ager] *Τὸ vix* loco suo motum infra ante vocem *pateret* inserunt Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Eamdem vocem plane ignorant Lovel. 1. 2. et 5. Tum *ad necessarium tectum* Gaertn. Deinde *locum sepulchro* Hearnii Oxon. C. Denique *pr. et ager* Fragm. Hav. *pareret ager* Leid. 2. *patere* proprium in hac re verbum est. Liv. 37, 31, 9. *Mille et ducentos passus ibi latitudo patet.* 38, 4, 4. *Muro quoque firmo septa erat, patente in circuitu paullo amplius tria millia passuum.* c. 59, 6. *Regionem dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem.* Sueton. in Tib. 16. *Toto Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum et Thraciam et Macedoniam, interque Danubium flumen et sinum maris Hadriatici patet, perdomito.* Justin. 2, 2. *Multum in longitudinem et latitudinem patet.* 42, 2. *Armenia a Cappadocia usque mare Caspium undecies centum millia patet.* (* v. Gron. ad Liv. 25, 23, 11.) *Patere* autem et *Parere* interdum turbantur inter se in Mstis. V. ad Liv. 9, 18, 7. De sepulcris in agro exstructis, praeter Victor. 14. var. lect. 21. V. Guther. 2. de Jure man. 33. et Kirchmann. 2. de Funer. Rom. 22.

§. 12. *An placeret, foenore circumventam plebem, ni potius quam sortem creditum solvat*] Hoc *ni* tollerem, et planior erit lectio. Neque vero me latet, quae portenta quidam hic prodiderint, ut hunc explicarent locum. Mihi satius hoc videtur. GLAR. Glareanus tollendam vocem putat illam *ni*, et immerito. Sensus enim est: placeretne plebem, ni prius usuram, quam sortem, solvat, vinculis astringi? †. „Glareanus non „simpliciter afferit hoc, sed sibi „videri, abesse posse clariore

civium possiderent agros, plebejo homini vix ad tectum necessarium, aut locum sepulturae, suus pateret ager? An placeret, foenore circumventam plebem potius, quam 12

„sensu." †. SIG. Faërnus legebat, *ni plus, quam sortem creditam, solvat*, etc. URSIN. Lego, *ni illud potius, quam sortem creditam, solvat*. KLOCK. Sublata particula *ni*, Glareanus clariore vestiri sensu orationem putavit. quem increpans Sigonius sententiam talem constituit: Placeretne plebem, ni prius usuram, quam sortem, solvat, vinculis adstringi? Qui si vidisset Campani editionem, excusatum habuisset Sigonius Glareanum, ante quem seculo fere prave admodum hunc in modum edidit Camp. *aut placeret foenore circumventa plebem potius, quam sortem solvat, corpus in nervum ac supplicia dare.* Faërnus, referente Ursino, legebat *ni plus, quam sortem creditam, solvat*. Palat. pr. ac tert. *ni potius quam sorte creditum solvat.* Sec. vero ad arbitrium quasi Loriti scriptus exhibet, *an placeret foenore circumventam plebem potius unam sortem creditam solvat, corpus in nervum ac supplicia dare?* GEBH. Scribendum *ni totius sortem crediti solvat*. Nec enim propter usuras non solutas, quae tunc admodum leves erant, utpote uno in centenos nummos annuo pendendo taxatae, sed propter sortem ipsam, si ei solvendae impares essent, in nervum et compedes adducebantur. SALMAS. de usur. c. 2. p. 33. Vexatus merito conjecturis locus. Glareanus τὸ *ni* tollit. Repugnat Sigonius, et explicat: placeretne plebem, ni prius usuram, quam sortem, solvat, vinculis adstringi? Faërnus, *ni plus, quam sortem.* Salmasius, *ni totius sortem crediti solvat.* Duo MSS. Pall. et Voss. *ni potius quam sorte creditum.* Unus, *plebem potius, quam sortem creditam.* Quid si legamus: *An placeret foenore circumventam plebem potius, quam sorte creditum solvat, corpus in nervum ac supplicia dare?* Creditum foenus non solvitur sola sorte restituta: usurae accedant, oportet. Id autem volebat lex, quam illi ferebant, ut foeneratores sorte contenti essent: si nempe de capite deducto eo, quod usuris pernumeratum esset, reliquum triennio acquis portionibus redderetur. Haec scripseram pridem, quum monuit me humanissimus Henr. Nesselrodius S. J. prorsus, ut conjeceram, in membranis quibusdam collegii scriptum reperiri. J. FR. GRON. *plebem vi potius, quam sortem creditum solvat* Voss. 1. a m. 2. et Lovel. 1. *plebem vi potius, quam sorte creditum solvat* Voss. 2. *plebem potius, quam sorte creditum solvat* Harlej. 2. et Haverk. *plebem potius, quam sortem creditum solvat* Gaertn. *plebem potius, quam sortem creditam solvat* Portug. *plebem, ni potius quam sortem debitam solvat* Hearnii Ox. L. 1. *plebem, ni potius quam sorte creditum solvat* Lovel. 3. *plebem, ni potius quam sortem creditam solvat* Lovel. 2. 4. Fragm. Hav. Oxon. L. 2. et C. apud Hearnium, [Veith.] omnesque excusi usque ad Froben. qui anno 1531. dedit *ni potius, quam sortem, creditum solvat*: quod recentiores servarunt, et in reliquis superest codd. Id si recipitur, *sors* erit pecunia foenori data, *creditum* ejus usurae. Verum, cur usurae potius, quam ipsa sors, *creditum* vocentur, rationem datam oportuisset, quam nullam video. Faërno apud Ursinum consentit Latinius. Quemadmodum in Mstis exaratus hic locus foret, ex Gronovio quae-

sorte creditum solvat, corpus in nervum ac supplicia dare: et gregatim quotidie de foro addictos duci, et repleri vinctis nobiles domos? et, ubicumque patricius habitet, ibi carcerem privatum esse?

1 XXXVII. Haec indigna miserandaque auditu quum apud timentes sibimet ipsos, majore audien-

rentem Salmas. quo tempore librum de Usura ederet, v. ejus Epist. 94. qui nihil aliud quam codd. Palatinorum lectiones subgessit, ut constat ex Epist. edita a Cel. Burm. in Syllog. Epist. tom. 2. p. 545. Quod Nesselrodius Gronovium docuit, in membranis quibusdam Collegii S. J. scriptum reperiri, id a Mureto adnotatum, ex adnotatione autem Mureti Gronovium monuisse Nesselrodium, Doujatius tradit, in quo secutus est notas Gronovii, quemadmodum verbis Livianis in ed. anni 1665. conceptae subjiciuntur: sed respexisse debuerat addenda, fini voluminis subjecta, ubi verba ita corrigenda monet, ut ea postea a Cl. Jac. Gronovio edita sunt, et hic exhibentur. Verum, ne emendationem hanc viderit, illud Doujatio fraudi fuit, quod Gronovius eam per errorem retulerit inter ea, quae l. 7. lôco l. 6. emendanda erant. Ipse denique Doujatius, caussatus emendationem Gronovii a sententia Livii quidem non abhorrere, quae tamen ab eo adduntur, rem inplicare magis, quam explicare, duplicem deinde ipse proposuit emendationem, vel legendum esse *plebem, ni id potius, quam sortem creditam, solvat;* vel *plebem, ni id potius, quam sortem crediti, solvat;* quomodo fere huic loco succurrendum Klockius censuit. Verum, quidquid dicit, verior videtur Gronovii conjectura, praesertim quum eam cod. testimonio confirmatam invenerit, cui ex nostris nunc duo consentiunt. Rogant Sextius Liciniusque, utrum mallent patricii, plebejos foenore mersos eo adigi, ut corpus creditoribus in nervum et supplicium darent, quam concedere, ut creditum solverent restituendo sortem? Vocula *ni* perperam repetita est ex vocis praecedentis litera finali *m*, quae iisdem ductibus constat, eodem modo, quo ex eadem litera repetitur praepositio *in*. V. infra ad 37, 11, 4.

Corpus in nervum ac supplicia dare] *ad supplicia* Harlej. 2. reliquis invitis. Saepe *ad* et *ac* confunduntur in Mstis. V. infra ad 21, 32, 2.

Gregatim quotidie de foro addictos duci, et repleri vinctis nobiles domos] Vet. lib. *nobilium domos*. SIG. *de foro additos* Gaertn. et Harlej. 2. V. supra hoc lib. ad c. 15, 9. *de foro abdictos* Harlej. 2. *de foro adictos* Lovel. 4. *de foro abductos* Portug. in contextu, pro quo recte in margine *addictos* emendatur. *de foro adductos* Lovel. 5. V. ad 3, 56, 8. Deinde *repleri vinclis* Fragm. Hav. a m. 1. Tandem *nobilium domos* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. [Veith.] utramque lectionem *nobiles ac nobilium domos* jungit Gaertn. quod illi codici sollemne esse, supra vidimus ad 4, 55, 5. Optimis codicibus vulgatum tuentibus, caussam non video, cur eam lectio-

tium indignatione, quam sua, increpuiſſent: *atqui* 2
nec agros occupandi modum, nec foenore trucidandi plebem alium Patribus umquam fore, adfirmabant, *nisi alterum ex plebe consulem, cuſtodem suae libertatis, plebes feciſſet. Contemni jam tribunos plebis,* 3
quippe quae poteſtas jam suam ipsa vim frangat inter-

nem repudiarem: praesertim quum *domus nobilis* dici poſſit, ut *domus trabeata* apud Claudian. in Paneg. Mall. Theod. 337.

Decurrat trabeata domus, tradatque securis
Mutua poſteritas.

§. 1. *Haec indigna* etc. *quum apud timentes sibimet ipsos* etc. *increpuissent*] *In haec indigna* Harlej. 1. [*audita* Veith.] Deinde *apud tumentes* Gaertn. eodem errore, quo *timor* et *tumor*, ac *timidus* et *tumidus*, saepe in Mſtis commutari, supra vidimus ad 2, 52, 1. Praeterea *timentes sibimet ipsis* Harlej. 1. et editiones, quas vidi, ante Frobenianam anni 1535. quae prima dedit *sibimet ipsos*, quomodo est in reliquis scriptis. V. supra ad 2, 19, 5. Tandem *increpuisset* Fragm. Hav. errore librarii. Refertur enim ad Sextium Liciniumque cum parte collegarum unoque ex tribunis militum Fabio, de quibus cap. praec. dixerat *fatigabant*, mox autem hoc cap. *adfirmabant*, et inferius similia eadem forma.

§. 2. *Atqui nec agros occupandi modum, nec foenore trucidandi plebem alium Patribus umquam fore*] *atque nec agros* scribendum conjicit vir doctus ad marginem ed. Curionis. *atq; ui nec agros* habent Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. et Harlej. 1. quae lectio indicare videtur, librarios duplicem scripturam in codd. suis inveniſſe *atque* et *atqui*; et utramque hac ratione exprimere voluiſſe. V. supra ad 3, 44, 4. *atque* autem et *atqui* alibi etiam in codd. vetuſtis commutari, supra dictum est ad eumdem l. 3, 52, 8. Hic vero vulgatum *atqui* sensus requirit. Tum *ne foenore* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Hinc *Patribus alium umquam fore*, vocibus alio ordine propositis, Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Patribus auxilium umquam fore* Lovel. 4. et 5. [Veith.] *auxilium Patribus umquam fore* Voſſ. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Block. *aliud Patribus umquam fore* Florent. a m. 1. Insuper in verbis sequentibus *adfirmant*, pro *adfirmabant*, Voſſ. 2. et Lovel. 3.

Cuſtodem suae libertatis plebs feciſset] *plebi feciſset* Voſſ. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. Harlej. 1. et Florent. *plebes feciſset* Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. quod tamquam genuinum recepi. V. ad 1, 20, 6. Pro eo scriptum olim fuerat *plebis*, ut etiam alibi scribi solet a librariis. V. ad 2, 24, 2. et ad 5, 12, 11. Ejus autem vocis ultimam literam *s* elisit prima vocis sequentis ob ductuum similitudinem, ut alibi saepe factum. V. ad 4, 33, 11. inde ergo natum, quod in optimis codd. superest, *plebi*.

§. 3. *Contemni jam tribunos plebei*] Ita solus edidit Cl. Clericus; *tribunos plebi* solus Cel. Jac. Gronovius. Neque ullus meorum codd. consentit alterutri. *tribunos plebis*, ut antea edebatur, ob-

4 *cedendo. Non posse aequo jure agi, ubi imperium penes illos, penes se auxilium tantum sit. nisi imperio communicato, numquam plebem in parte pari reipublicae fore: nec esse, quod quisquam satis putet, si plebejorum ratio comitiis consularibus habeatur: nisi alterum con-*

ferunt Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 2. 3. 5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. Alii ambigue *tribunos pl.* vel *pleb.* Priorem itaque lectionem revocavi.

Quae potestas jam suam ipsa vim frangat] *suam vim*, omissa media voce, Gaertn. *suam ipsam vim* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. ambo, Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Et ita in contextu Aldus edidit, qui in erratis recte priorum editionum lectionem revocavit. Error, qui inest in scriptis plerisque, promanavit ex illo fonte, de quo dixi supra hoc lib. ad c. 3, 8.

§. 4. *Nisi imperio communicato, numquam plebem in parte pari reipublicae fore*] *imperio communicando* Gaertn. Facillime *communicato* et *communicādo* commutari potuerunt. V. ad 2, 48, 4. 4, 27, 5. 8, 17, 2. et 23, 31, 8. (*29, 38, 7. 35, 33, 8.) Passim enim literae *d* et *t* in Mstis confunduntur. V. infra ad 7, 16, 3. Hic reliquos codices sequor, qui praeferunt editam lectionem. Deinde *in parte plebem pari reipublicae fore* Voss. 2. et editi ante Aldum. *plebem in parte reipublicae pari fore* Leid. 2. et Lovel. 1. Sed verbum *fore* deficit in Leid. 1. Paullo ante *penes se auxilium tantum fit* Gaertn. pro *sit*, obvio errore. V. supra ad 5, 3, 8.

Quod quisquam satis putet, si plebejorum ratio comitiis consularibus habeatur] *quod satis quisquam putet* Gaertn. alio ordine verborum. Insuper *si plebejorum ratio coram ipsis comitiis consularibus habeatur*, duabus vocibus insertis, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et C. At voces illas reliqui codices, et cum illis optimi, constanter respuunt. Tum *ni plebejorum ratio* Haverk. *si plebejorum meio* Gaertn.

Nisi alterum consulem utique ex plebe fieri necessse sit, neminem fore] Illud *neminem fore* quid sibi velit, quidve ad sensum faciat, fateor plane me nescire, nisi in τῷ *nisi* incipiamus novam sententiam. GLAR. Si priores editiones diligentius Glareanus consuluisset, earum quasdam haec verba majori interpunctione a praecedentibus distinxisse vidisset.

§. 5. *An jam memoria exisse*] Hic locus, quem alii aliter interpungunt, sic mihi videtur legendus, atque interpungendus. *An jam memoria exisse, cum tribunos militum idcirco potius, quam consules creari placuisset, ut et plebejis pateret summus honos, quatuor et quadraginta annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse? Quis crederet duobusne in locis sua voluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint?* SIG. *Ante jam memoria exisse* Voss. 2. Lovel. 2. 3. ac Gaertn. *Aā jam memoria exisse* Lovel. 4. *Jam ante memoria exisse* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [*aut jam memoria* Veith.] *An jam memoriam exisse* Leid.

sulem utique ex plebe fieri neceſſe sit, neminem fore. An jam memoria exiſſe, quum tribunos militum idcirco 5 *potius, quam consules, creari placuisset, ut et plebejis pateret summus honos, quatuor et quadraginta annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse? Qui* 6

1. et Harlej. 1. Quae lectio tanto magis placebat Doct. Abresch. in Animadv. ad Aeschyl. p. 613. prae edita, quanto magis superare putat captum librariorum. Sed *memoria* hic est casus sextus. quod forte non cogitans vir doctus, qui casu primo accipiebat, in margine editionis Curion. *An jam memoria exisset* scribendum conjecit. At similiter *exire vita* Valer. Max. 9, 12. ext. 1. *exiiſſe* praefert Leid. 2. a m. 1. V. ad 1, 1, 7. et ad 36, 20, 3. Similiter *exit* et *exiit* confunduntur infra 9, 34, 22. Mox *tum tribunos militum*, pro *cum*, Voſſ. 1. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. *cur tribunos militum* Lovel. 2. Hinc *idcirca*, pro *idcirco*, Gaertn. et *creant*, pro *creari*, Leid. 1. Denique *potius creari placuisset*, *quam consules*, alio ordine, Lovel. 4.

Ut et plebejis pateret summus honos] *ut ex plebejis* Voſſ. 1. et Lovel. 1. qui error in scriptis frequens est. V. ad 26, 45, 1. *ut plebejis pateret* Lovel. 2. 5. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *ut plebes* Leid. 1. *ut et plebaes* Harlej. 1. *ut et plejus* Lovel. 3. *ne plebs pateret summos honores* Lovel. 4. [Veith.]

IIII. ac XL. annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse] Hic annus est CCCLXXXV. ab urbe condita. At ille, quo primi tribuni militum consulari poteſtate creati sunt, fuit annus CCCXI. Hos si ab illis subtraxeris, relinquentur anni LXXIV. Tot enim annis licuit tribunos militum consulari poteſtate creare, ac ex plebejis etiam. Sed quadragies quater [inquit] hoc neglectum eſt; imo vero saepius: nec enim rotundum hunc exhibuit numerum. GLAR. Reprehendit hunc numerum Glareanus, ut alios multos, quod a primis tribunis militum usque ad hunc annum multo plures numerentur anni, quam XLIIII. itemque, quod saepius quam quater et quadragies fieri ex plebe tribuni militum potuerint. Verum injuſta accusatio est. Mens enim auctoris est haec: Quater et quadragies tribunos militum ex patriciis solis factos eſſe, nullo admiſſo plebejo. Hinc error natus est Sex. Rufi, qui scribit [in breviar. c. 2.] Romam sub tribunis militum consulari poteſtate fuiſſe annos XLIII. Quamquam, re diligenter inspecta, ne patricios quidem solos in hoc magiſtratu fuiſſe reperire poſſum, nisi annos duos et quadraginta. SIG. *XLIIII. annis* Lovel. 1. 5. Voſſ. 1. et Leid. 2. *quatuor ac quadraginta annos* Portug. a m. 1. et Haverk.

§. 6. *Qui crederent, duobusne in locis sua voluntate impertituros plebi honorem*] Sic lego. *Quid? crederentne duobus in locis.* T. FABER. Sigonius, *Quis crederet.* Sed non tollit difficultatem. Potius deleret τὸ *ne.* Hoc si inducat, integra sententia est: qua credulitate persuadere sibi possent, ex duobus locis unum gratificaturos plebejo, qui octona loca tam avide occuparint? Ego tamen huc magis inclino, ut gra-

crederent, duobusne in locis sua voluntate impartituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint? et ad consulatum viam fieri pas-

vius ulcus hic sedere putem, et τὸ *ne* quidem genuinum, τὰ *qui crederent* insiticia esse. Quid enim rotundius hac oratione, ut integram proponamus: *An jam memoria exisse, quum tribunos militum idcirco potius, quam consules creari placuisset, ut et plebejis pateret summus honos, quatuor et quadraginta annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse? duobusne in locis sua voluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint?* Confirmat me, quod simile additamentum maculavit veteres libros l. 4, 35. *An portento simile miraculoque sit, fortem et strenuum virum aliquem existere ortum de plebe?* Nam hic excerpta duum Pall. *miraculoque, si fortem* etc. *de plebe crederetur.* Tertius *miraculoque sit, fortem* etc. *credatur.* Editiones primae *si crederent.* Quae a corruptoribus esse nemini potest esse ambiguum. Adde quae 2. Observat. [14.] notavimus. J. FR. GRON. Sigonio, supra ad §. 5. *Quis crederet* emendanti, consentiunt Lovel. 4. 5. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. [Veith.] Reliqui omnes *Qui crederent* pertinaciter defendunt; quare Gronovio vocabula haec ejicienti fidem habere non audeo. Voci *crederet* infra etiam controversiam idem vir magnus movit 9, 16, 4. Doujatius eumdem intellectum fore, quem Gronovius volebat, existimat, si, sola interpunctione mutata, legamus *Quid crederent? duobusne in locis.* Verum ita sensus inpeditissimus redditur, vel potius plane evertitur. Clericus ita legendum et distinguendum judicat *tribunum militum creatum? Essene, qui crederent, duobus in locis.* eamque minimam mutationem pronunciat. At longe minore mutatione Cl. Jac. Gronovius, quum Livium in scholis domesticis exponeret, legendum docuit *Quis crederet, duobus nunc in locis.* Et ita est in margine editionum Ascensii anni 1513. et 1516. quae in ipso contextu, utraque lectione simul juncta, praeferunt *duobus nuncne in locis.* Indocti librarii ex *nunc* sive *nc*, ut scribi solebat, fecerunt *ne*, quomodo et alibi peccare soliti fuerunt. Certe supra 5, 10, 8. ubi recte editur, *Quae nunc etiam vectigalis ad ultimum facta sit*, quidam codices *quae ne*, alii *quin ne* praeferunt. V. etiam ad 3, 54, 15. c. 60, 11. 4, 25, 14. hoc lib. cap. praec. §. 11. 8, 33, 18. et alibi. Et ita ei, quod *nunc* facturi essent, obponitur, quod facere *soliti* sunt, sive quod olim saepius fecerant. [*duobus* Veith.] Ceterum *impituros plebi honorem* Florent. a m. 1. sed supra scripta est litera *t*, ut sit *imptituros*, sive *impertituros*. At *impartituros plebi honorem* Lovel. 3. *impartituros plebi honores* Gaertn. De orthographia hujus verbi, utrum *inpartio*, an *inpertio*, dicendum sit, infra v. ad 38, 36, 8. *honores* autem dedisse librarius videtur, ut conveniret praecedenti *inpertituros*. V. supra hoc lib. ad c. 3, 8. Praefero hic *honorem*, quod servant reliqui codices. Videntur enim Sextius Liciniusque et alii majoris invidiae caussa potius numero singulari, quam plurali, usi esse. Praeterea de uno consulatu sermo est.

Qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint]

suros, qui tribunatum septum tam diu habuerint? Lege 7
obtinendum esse, quod comitiis per gratiam nequeat; et seponendum extra certamen alterum consulatum, ad

V. Perizon. Anim. Hist. c. 2. p. 45. Quot annos Sextius et Licinius in tribunatu fuerint, disputat ibidem c. 10. p. 459. et seqq. DUK. *optima loco* Lovel. 3. *octima loca* Voss. 2. *octava loca* Gaertn. et Haverk. *octena loca* Leid. 2. *centena loca* Fragm. Hav. Doujatius, adfirmans amplioris numeri, quam sex tribunorum consularium, nulla alibi vestigia esse, ita emendandum judicavit, ut *sena loca* scribatur. Non ausuros enim fuisse tribunos plebis coram universo populo adfirmare, illud sollemne esse, quod vix semel, ac ne semel quidem, contigisse apud omnes constaret. Verum mihi nihil mutandum esse videtur. Octo enim tribunos militum consulari potestate creatos semel memorat Livius 5, 1, 2. Viri docti quidem ad eum locum probarunt, Livium errasse, et duos censores, qui eo anno creati erant, inter tribunos consulari potestate numerasse: verum non tam hoc loco quaerendum esse existimo, utrum umquam re vera octo tribuni uno anno creati fuerint; quam quidem, an Livius illud crediderit. Id autem quum verum esse ex illis, quae ad eum locum notavi, pateat; nunc etiam, eamdem sententiam secutus, Sextium Liciniumque adfirmantes inducere potest, patricios *octona loca tribunis militum creandis occupare.* Neque obstat, quod *soliti sint* de eo, quod semel tantum accidit, dici nequeat. Cogitandum enim est, haec a patronis plebis animo accusatorio dici, adeoque mirum videri non debere, si omnia augeantur. Denique *soliti st'*, id est *sunt*, Gaertn. *soliti sunt* Lov. 4. et 5. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Tribunatum septum tam diu habuerint] *habuerunt* Lovel. 4. et Gaertn. qui similiter *soliti sunt* exhibuerant. *abluerint* Voss. 1. signo tamen addito, quo indicatur, literam *l* expungendam esse, ut sit *abuerint* omissa adspiratione, pro *habuerint*. V. ad 22, 59, 19.

§. 7. *Quod comitiis per gratiam nequeat*] *nequeant* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] ut subintelligatur *obtinere*. Sed optimi stant pro vulgata lectione, in qua ex praecedenti *obtinendum* revocandum est *obtineri*.

Et seponendum extra certamen alterum consulatum] Palat. sec. *aliorum consulatum*. Forte legendum *alium consulatum*. *Alius* pro alter. Gellius 5, 11. *Sed minime hoc esse videtur* ἀντιστρέφον, *quoniam ex altero latere conversum frigidius est infirmiusque.* Latinum hoc maxime. Captivor. Plauti Argum.

Captus est in pugna Hegionis filius,
Alium quadrimum fugiens servus vendidit.

GEBH. *aliorum consulatum* etiam meorum infimae notae Lovel. 2. Portug. et Haverk. exhibent. Sed utramque lectionem servare volens librarius cod. Gaertn. quum prius scripsisset *vel alterum eorum consulatum*, postea emendavit *vel alterum aliorum consulatum*. Interdum *alius* pro *alter* poni, monuerunt viri docti ad laud. Argumenti Plautinae comoe-

quem plebi sit aditus. quoniam in certamine relictus
8 *praemium semper potentioris futurus sit. Nec jam*
posse dici id, quod antea jactare soliti sint, non esse
in plebejis idoneos viros ad curules magistratus. Num-
quid enim socordius aut segnius rempublicam administra-

diae locum, et Casaub. ad Capitol. Anton. Pium c. 12. Hic tamen vulgatum praeferendum puto, quod uno consensu cum optimis reliqui omnes codices tuentur. *Alter* et *Alius* in Mstis confundi, infra videbimus ad Epit. Livii 50. Praeterea *ad se ponendum extra certamen* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. et Portug. Mox in verbis sequentibus *ad quem plebi fit aditus*, pro *sit*, Gaertn. V. supra hoc cap. ad §. 4. *ad quem plebi sit additus* Lovel. 5.

Praemium semper potentioris futurus sit] *figuris sit* Klock. *futurum sit* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et, ut Hearne docuit, Oxon. N. et C. [Veith.] Neque aliter priscae editt. usque ad Moguntinos, qui recte reposuerunt *futurus sit*, ut habent ceteri codd. In Florent. tamen ultima litera *τοῦ futurus* erasa, ejusque loco litera *m* suprascripta est.

§. 8. *Quod antea jactare soliti sint*] *jactari* Lovel. 2. 5. et Fragm. Hav. a m. 1. *antea actare* Lovel. 3. Tum *soliti sunt* Voss. 1. a m. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. 4. ac 5. Verum obliqua oratio et hic et §. 6. *sint* atque *habuerint* potius requirit: quamvis id tamen non ubique observetur. V. Cl. Duker. supra ad 3, 71, 6.

Non esse in plebejis idoneos viros ad curules magistratus] *non esse plebejos idoneos viros* Leid. 2. *non esse in plebejos idoneos viros* Lovel. 1. a m. 1.

Numquid enim socordius aut segnius rempublicam administrari post P. Licinii Calvi tribunatum] *Numqui enim* Florent. Harlej. 1. et apud Hearnium excerpta Pith. Alibi *qui* et *quid* commutari solent. V. ad 3, 50, 16. Sed *numquid* probum est. V. infra ad 7, 25, 1. Vox *enim* exsulat a Lovel. 1. Tum *secordius* Leid. 2. Lovel. 3. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et quaedam ex vetustioribus excusis. Et ita nonnulli codices infra 7, 35, 5. 9, 34, 13. et alibi. Eam scripturam probat Dausquej. in Orthogr, parte sec. in v. *Secordia*; altera magis placere videtur Vossio in Etym. ling. Lat. v. *Cor*. Sequentia verba variis modis in Mstis depravata exstant. *rempublicam administrare potest Publicini Calvi tribunatu* habet Leid. 1. ubi librarii errore *potest*, pro *post*, datum esse patet; deinde *Publicini*, pro *Pub. Licini*, vel *P. Licinii*; et tandem *tribunatu*, pro *tribunatū*, aut *tribunatum*. Similiter *rempublicam administrare potest P. Licinii tribunatum* est in Voss. 2. et Lovel. 3. Alii magis divertunt. Nam *rempublicam administrare potens post P. Licinii*, vel *Licini*, *Calvi tribunatum* Harlej. ambo exhibent. *rempublicam administrare potest post P. Licinii Calvi tribunatum* Voss. 1. Portug. Klock. Lovel. 1. 5. Gaertn. Fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. et N. atque Exc. Pith. *rempublicam administrari potest post P. Licinii Calvi tribunatum* Lovel. 4. et Oxon. L. 1. 2. et C. *rempublicam administrari potuit post P. Licinii Calvi*

ri post P. Licinii Calvi tribunatum, qui primus ex plebe creatus sit, quam per eos annos gesta sit, quibus praeter patricios nemo tribunus militum fuerit? quin contra patricios aliquot damnatos post tribunatum, neminem plebejum. Quaestores quoque, sicut tribunos mi- 9

tribunatum Neapol. Latinii. *respublica administrari potest P. Licinii Calvi tribunatu* Lovel. 2. *respublica administrare potest post P. Lucinii Calvi tribunatum* Haverk. *respublica administrari potest post P. Licinii Calvi tribunatum* Leid. 2. [Veith.] et priscae edd. pro quo Ascensius dedit *respublica administrata post P. Licinii Calvi tribunatum.* Ascensium autem, praeter Aldum priorum editionum lectioni adhaerentem, secuti sunt recentiores omnes usque ad Frobenium, qui anno 1535. vulgari curavit, ut nunc editur. Quae lectio etiam vera est, et auctoritate optimi Florent. probari videtur: certe ex eo in excerptis meis nullam varietatem scripturae notari video. Illud *potest post*, quod in plerisque codd. erat, vel ortum est ex conjunctione duarum lectionum *potest*, quod Leid. 1. et Voss. 2. habere vidimus, et *post;* vel profluxit ex eo, quod locutio, per verbum infinitum prolata, librariis displicuerit; ad quod idem saxum eos saepe offendisse, supra vidimus ad 1, 50, 5.

Quam per eos annos gesta sit, quibus praeter patricios nemo tribunus militum fuerit? quin contra patricios aliquot damnatos] *quam per eos ante nos gesta sint. Quin cor patricios aliquot*, reliquis omissis, Voss. 2. cui errori caussa fuit vocis *patricios* repetitio. V. ad 9, 11, 11. *quam per eos ante nos gesta sint* etiam Lovel. 3. *praeter patricius* Gaertn. ut *praeter* hic accipiatur pro praeterquam. V. ad 5, 52, 13. Quum tamen alii codices stent pro vulgata lectione, et hujus Msti librario admodum frequens fuerit, ut syllabas finales *us* et *os* confundat, hic etiam illam scripturam ejus errori adscribendam puto. Tum *tribunus militum fuerat* Lov. 4. et Fragm. Hav. [Veith.] *tribunus militum fuit* Harlej. 2. et Portug. quomodo datum esse adparet, quod scribae non adtenderint, per compendium scriptum fuisse *fu'it.* V. infra ad 40, 14, 11. Deinde *quin cor* Lovel. 3. *qui contra* Leid. 1. et Gaertn. Tandem *patricios aliquos* Leid. 2. et Lovel. 5. Alibi ita variant libri scripti. Exempla habuimus supra 4, 15, 4. et c. 44, 2. Et ita infra 7, 2, 8. aliisque locis. (*v. ad 30, 19, 5.) *Patricios aliquod* Klock. V. ad 6, 24, 2.

§. 9. *Paucis ante annis ex plebe coeptos creari?*] Tolle notam interrogationis. SIG. Notae interrogationis locum non esse, nullus non videt. Sed scire velim, in qua demum editione eam Sigonius invenerit. Certe mihi in nulla obvia fuit. Insuper *paucis annis ante* habent Lovel. 2. et Gaertn. Quorum scribis cur ordo ac series, quae vulgo exstat, displicuerit, non video. In Livio certe saepe eadem compositio verborum obcurrit. Ita *paucis post diebus* (*21, 47, 8.) 42, 37, 1. et 44, 1, 9. *tertio post die* 37, 38, 5. *diebus post paucis* 37, 12, 9. Quamvis autem *ante* hic loco adverbii ponatur, huc tamen facit, solitum fuisse Livium prae-

litum, paucis ante annis ex plebe coeptos creari: nec ullius
10 *eorum populum Romanum poenituisse. Consulatum superesse plebejis: eam esse arcem libertatis, id columen. si eo perventum sit, tum populum Romanum vere exactos ex urbe reges, et stabilem libertatem suam existi-*
11 *maturum. Quippe ex illa die in plebem ventura omnia, quibus patricii excellant, imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem, magna ipsis fruenda,*
12 *majora liberis relinquenda.* Hujus generis orationes

positionem mediam conlocare inter adjectivum ac substantivum. V. ad 2, 19, 8. Tum τὰ *ex plebe* desunt in Lovel. 3. Deinde *captos* Leid. 2. cujus codicis scriba etiam alibi ita errare solitus est. V. supra hoc lib. ad cap. 27, 4. In verbis sequentibus *Patres poenituisse* Lovel. 2. *populum poenituisse* Lovel. 4.

§. 10. *Eam esse arcem libertatis, id columen*] *ideo lumen* Leid. 1. male distinctis vocibus, quae olim perpetua serie scriptae erant, et confusis literis *c* et *e*, quod ob ductuum adfinitatem saepe fit. V. infra ad 39, 35, 8. *id ee lumen* Lov. 2. *id culmen* Fragm. Hav. Vulgatum verius est. Voce *columen* infra usus est Livius 38, 51, 4. *Unum hominem caput columenque imperii Romani esse.* Eamdem inlustrant, quae Rhenanus supra notavit ad Liv. 1, 39, 3.

Si eo perventum sit, tum populum Romanum etc. *stabilem libertatem suam existimaturum*] Vocula *si* male omittitur in Gaertn. Praeterea *cum populum Romanum* est in Florent. Leid. 2. et Harlej. 2. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Tum *extimaturum* Lovel. 4. Haverk. et Fragm. Hav. *extimaturam* Lovel. 5. *estimaturum* Leid. 2. et Portug. [*aestimaturum* Veith.] Saepe *aestimare* et *existimare* in Mstis confundi solent. V. infra ad 34, 2, 5. *tum pp. R.* etc. *stabilem libertatem suam extimaturi* Lovel. 2.

§. 11. *Imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem*] *imperia atque honorem* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Tum *gratiam belli* Leid. 1. Sed vulgatum verius est. Voces *gloria* et *gratia* saepe in Mstis commutari solent. V. ad Liv. 9, 18, 19. Ideo autem *genus* hic memoratur, quia plebeji gente carere censebantur, ut ad hunc locum in margine Livii notabat Cel. Jac. Perizonius. Ita infra 10, 8, 9. *Semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere, vos solos justum imperium et auspicium domi militiaeque. genus* autem et *gens* in hac re ejusdem esse significationis ac synonyma, docuit Sigonius ad Liv. 4, 1, 2. Idem tamen Perizon. etiam *generis nobilitatem* legi posse existimabat. Paullo ante *patricios excellant*, pro *patricii*, Lovel. 5.

Magna ipsis fruenda, majora liberis relinquenda] *magnam ipsius fruendam, majorem liberis relinquendam* Leid. 2. quasi ad solum proximum *nobilitatem* respiceretur, quum ad omnia simul haec referri debeant. *magnam ipsis*

ubi accipi videre; novam rogationem promulgant, ut pro duumviris sacris faciundis decemviri creentur; ita ut pars ex plebe, pars ex Patribus fiat: omniumque earum rogationum comitia in adventum ejus exercitus differunt, qui Velitras obsidebat.

XXXVIII. Prius circumactus est annus, quam a 1
Velitris reducerentur legiones. ita suspensa de legibus res ad novos tribunos militum dilata. nam plebis tribunos eosdem, duos utique, quia legum

fruendam Lovel. 1. a m. 1. in quo manus altera reposuit *magnam ipsis fruendam*, quod habet etiam Voss. 1. ultimae tamen literae τοῦ *magnam* signum subjicitur, quo indicatur, eam expungendam esse.

§. 12. *Pro duumviris sacris faciundis decemviri creentur; ita ut pars*] *sacris faciendis* Florent. Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. 5. Portug. Gaertn. et Haverk. V. infra ad 26, 36, 11. Deinde *decem creentur* Lovel. 3. *decemviri crearentur* Lovel. 2. Tum vox *ita* deficit in Lovel. 5. Harlej. 2. et Portug.

Omniumque earum rogationum comitia in adventum ejus exercitus differunt] *omnium earum* Lovel. 5. *omniumque rogationum earum comitia* Gaertn. Deinde *differant* Portug. et Haverk. *differuntur* Lovel. 2. V. ad 39, 22, 8. Mox etiam *Velitres*, pro *Velitras*, Voss. 2. et Lovel. 3. Ita peccabatur etiam cap. praec. §. 5. [*quod Velitras* Veith.]

§. 1. *Prius circumactus est annus, quam a Velitris*] *Primo circumactus est annus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. *Primi circumactus est annus* Lovel. 3. *Prius circumactus est armis* Gaertn. errore librarii. Saepe autem hae voces in scriptis commutari solent. V. quae olim notavi ad Silii Ital. 2, 94. Adde supra ad 4, 35, 10. et 10, 11, 11. (* 37, 32, 5.) Deinde *quam Velitris* Lovel. 1. Voss. 1. et Leid. 2. Forte scriptum fuerat *quā a Velitris*; ita vero praepositio facile elidi potuit ab ultima litera vocis proximae. V. ad 5, 52, 10. Mox *ita de legibus suspensa res* alio ordine Lovel. 4. [Veith.]

Plebis tribunos eosdem, duos utique, qui legum latores erant, plebes reficiebat] *plebes tribunos eosdem* etc. *plebes reficiebat* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. *plebs tribunos eosdem* etc. *reficiebant* Lovel. 5. et Haverk. *plebs tribunos eosdem* etc. *reficiebat* Lovel. 4. et Harlej. 2. *plebis tribunos eosdem* etc. *reficiebat* Lovel. 2. et Portug. in sex his codd. voce *plebes* omissa. *tribunos eosdem* etc. *plebs reficiebat* Lovel. 1. *tribunos eosdem* etc. *plebes reficiebat* Voss. 1. Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. et C. omisso priori loco τοῦ *plebis*: quae vox etiam necessaria non esse videri posset, quoniam non alios tribunos, quam plebis, intelligi ex eo satis patet, quod *plebes reficiebat* addatur. Et ita saepe simpliciter *tribuni* pro tribunis plebis memorantur, ubi eos innui sensus ostendit. V. supra ad 2, 56, 1. Vulgatum hic soli servant Voss.

2 latores erant, plebes reficiebat. Tribuni militum
creati T. Quinctius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpicius,
3 Sp. Servilius, L. Papirius, L. Veturius. Principio

2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. cum omnibus excusis, (exceptis Rom. anni 1472. et Parm. *plebis*, pro *plebes*, exhibentibus) quod etiam verum esse puto non tantum ob auctoritatem horum codicum, sed et optimorum, qui leviter depravati *plebes tribunos*, ut vidimus, praeferunt, pro *plebis*. Accedit etiam, quod voces *plebis tribunos eosdem*, *duos utique*, *qui legum latores erant* desint in Gaertn. cujus erroris non alia caussa esse censeri potest, quam quod post τὸ *plebis*, paucis vocibus interjectis subjiciatur *plebes*. unde sollemni socordia prius illud cum omnibus mediis scriba transiluit. V. ad 9, 11, 11. In hunc autem errorem librarius non incidisset, nisi is quoque *plebis tribunos*, vel *plebes tribunos* in codice suo reperisset. Neque conlocatio verborum *plebis tribunos*, pro *tribunos plebis*, obstare debet, quo minus hanc lectionem genuinam existimemus. V. quod de ea re supra notavi ad 4, 59, 11. Praeterea *quia legum latores erant* Florent. Leid. 1. Voss. 2. Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Fragm. Hav. et, quas vidi, editiones ante Frobenium, qui anno 1531. *qui legum latores erant* primus substituit. Utrum sequamur, parum interest, et res eodem redibit. Nam et reficiebantur duo, qui legum latores erant, et quidem ideo reficiebantur, quia erant. Saepe autem hae voculae in Mstis commutari solent. V. infra ad 36, 33, 5. Hic igitur ob fidem codicum integerrimorum *quia* revocavi. Alio ordine *legum qui latores erant* est in Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 2. *Tribuni militum creati T. Quinctius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpicius*] In nominibus horum tribunorum Livium inter et Fastos Capitolinos satis convenit, nisi quod in his addantur omnibus sua cognomina, et insuper Cornelio septimi, Sulpicio quarti tribunatus consularis notae; unde confirmari potest mos Livii, de quo supra egi ad 2, 16, 7. eum saepe in prioribus libris, etiam post tribunos militum constitutos, iterati honoris notam omittere solitum fuisse. Praeterea primus tribunorum in codd. meis plerisque recte vocatur *T. Quintius*, in paucissimis *T. Quintus*, vel *T. Q.* Neque a priori illa scriptura discedunt edd. nisi quod in una Frobeniana anni 1531. dicatur *L. Quintius*, quomodo se in uno Oxon. C. reperisse testatur Hearne, et apud me in solo Lovel. 2. superest. Eam lectionem secuti sunt Sigonius in Fastis ad annum CCCLXXXIV. et Pighius in Ann. ad eumdem ann. p. 257. neque caussam ullam reddiderunt, cur hanc, quam illam, scripturam maluerint. Fasti Capit. hic nihil juvant, utpote qui tantum trium posteriorum tribunorum nomina integra servarunt, priorum sola cognomina exhibuerunt. Praetexere autem nequeunt Sigonius et Pighius, T. Quinctium Capitolinum (id enim, non Cincinnatus, hujus anni tribuno cognomen fuisse, docent Fasti Capit. at male *T. Quintius Cincinnatus* vocatur in Lovel. 4.) eam dignitatem jam olim gessisse, ut Livius narrat supra hoc lib. c. 11, 1. eum itaque indicari non posse, qui ita secundum tribunus fuisset, quum tamen repetiti magistratus signum in fragmentis Fast. Capit. non conspiciatur. Id, inquam, praetexere nequeunt, nam idem

statim anni ad ultimam ventum: et, quum tribus vocarentur, nec intercessio collegarum latoribus obstaret, trepidi Patres ad dimicationem de legibus

obstabit, si statuamus, hujus anni tribunum *Lucii* praenomen habuisse. Eodem enim anno, quo T. Quinctius Capitolinus, etiam L. Quinctius Capitolinus illo honore functus supra memoratur c. 11, 1. Verius itaque est, ut, codd. et edd. fere omnium fidem secuti, ei Tito praenomen fuisse credamus, (quod Sigonius ipsi etiam in contextu Liviano reliquit) et, ex auctoritate Fast. Capit. diversum esse ab eo, qui antea hunc magistratum gessit; in quo posteriori Glareanus erravit, qui in Chronol. Liviana ejus nomini notam iterum gestae dignitatis adposuit. Verum Chronologiam edidit, priusquam marmorum Capitolinorum fragmenta effossa et inventa essent.

Sp. Servilius, *L. Papirius*, *L. Veturius*] Servilii praenomen male omittunt Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Ejus et praenomen et nomen deest in Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Deinde *L. Vecturius* Portug. et Haverk. *L. Vetirius* Lovel. 4. *L. Venturius* Lovel. 5. et Fragm. Hav. V. ad 3, 8, 2.

§. 3. *Et, quum tribus vocarentur, nec intercessio collegarum latoribus obstaret*] In hoc loco haereo. *Tribus vocari* dicuntur, quum suo quaeque ordine in comitiis ad suffragium ferendum citantur. 3, 71, 3. *Quum tribus vocari, et populum inire suffragium oporteret.* Ibid. c. 72, 6. *Vocatae tribus judicaverunt, agrum publicum populi Romani esse.* Sic 10, 24, 18. 25, 3, 15. 40, 42, 10. 45, 36, 7. et hic paullo post. *Concilioque plebis indicto tribus ad suffragium vocant.* Si nihil impedimento esset, quo minus ordine introvocarentur tribus, id, quod major pars jusserat, pro lege erat. Impediebatur autem res plerumque eo tempore vel intercessione collegarum, vel summo imperio dictatoris, quod saepe de comitiis tributis, e quo genere haec quoque, de quibus hic agitur, erant, memorat Livius. In his intercessio collegarum, ipso Livio auctore, non obstabat latoribus legum, quo minus tribus vocarentur. Nec obstare poterat vis imperii dictatorii, quum illo ipso articulo ac momento temporis, quo tribus in comitiis jam vocari coeperant, dictator dici non potuerit. Ad eam rem enim senatusconsulto opus erat, nec dictator, qui silentio noctis dicebatur, ante noctem, quae diem, quo tribus ad suffragium vocatae erant, insequuta est, dici potuit. Quum ergo non adpareat, quidquam impedimento fuisse, quo minus haec comitia, in quibus tribus jam vocari coeperant, perficerentur, quaeri potest, quis illorum exitus fuerit, aut qui factum sit, ut Sextius et Licinius in iis leges non pertulerint? Neque enim perlatae sunt, quarum jubendarum caussa deinde novum concilium plebis indictum est. Ex aliis locis Livii adferri potest conjectura, post primo vocatas tribus ceteras, oratione alicujus praecipuae auctoritatis viri motas, eo suadente prius concilium differendum existimasse, vel id vi turbatum fuisse. Sed quaecumque demum causa conatus Sextii ac Licinii leges suas in eo perferendi irritos fecerit, melius facturus fuisse videtur Livius, si hoc verbo indicare, quam lecto-

duo ultima auxilia, summum imperium summumque
4 ad civem, decurrunt. Dictatorem dici placet. dicitur M. Furius Camillus, qui magiſtrum equitum L. Aemilium cooptat. Legum quoque latores adversus tantum adparatum adversariorum et ipsi cauſſam plebis ingentibus animis armant: concilioque plebis indicto, tribus ad suffragium vocant.

rem incertum relinquere maluisset. DUK. *ut tribus vocarentur*, pro *et cum tribus*, eſt in Lovel. 4.

Ad duo ultima auxilia, summum imperium, summumque ad civem] *auxilia in summum imperium* MS. Lego *id eſt summum imperium*. KLOCK. *ad ultima auxilia* Fragm. Hav. *ad duo milia auxilia* Haverk. *ad duo aut ultima auxilia* Gaertn. Deinde *summum imperium, summumque civem* Fragm. Hav. Quae lectio probanda videretur, si plures codices consentirent. An forte cum Lovel. 3. legendum *ad summum imperium summumque ad civem?* ut prius *ad* interceptum sit ab ultima litera vocis praecedentis, cujus loco *in* erat in cod. quo Klockius usus eſt. Certe praepositionem omitti in designando priori auxilio, quae in poſteriori additur, non placet. Utroque enim loco eam repetere saepiſſime Livius solitus eſt. V. ad 6, 28, 6. Klockii conjectura huic difficultati non subcurrit. Deinde *currunt* Lovel. 5.

§. 4. *Magiſtrum equitum L. Aemilium cooptat*] *magnam equitum* Leid. 1. *magiſtratum equitum* Gaertner. Deinde *L. Camillum cooptat* Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 4. 5. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. errore scribarum, quorum auribus oculisve adhuc inhaerebat modo memorati dictatoris cognomen. Camillo dictatori Aemilium magiſtrum equitum additum fuiſſe, etiam ex Fragm. marmorum Capitolinorum colligere eſt, quae hic lacera ejus cognomen et ne id quidem integrum exhibent hoc modo -:-:- *AMERCINVS*, id eſt *Mamercinus*: quod Aemiliorum cognomen eſſe conſtat. Paullo ante *dicitur inde Furius*, pro *dicitur M. Furius*, Lovel. 3. V. ad 4, 52, 4. Mox in verbis sequentibus *Legumque latores*, pro *Legum quoque latores* Leid. 1. V. ad 5, 27, 1. Insuper *adversum tantum adparatum adversariorum* Florent. Verum, Livium potius *adversus*, quam *adversum*, usurpaſſe, infra videbimus ad Epit. Liv. 47. ne dicam, si vulgatum servemus, evitari concursum quatuor vocum syllaba *um* finientium.

Concilioque plebis indicto tribus ad suffragium vocant] *consilioque plebis* Lovel. 2. Haverk. et editiones principes, pro quo Mediol. primi anno 1505. tum Ascensius anno 1513. et inde reliqui recentiores *concilioque plebis* adoptarunt, ut servant alii omnes codd. Et recte. Indicantur enim comitia tributa, quae non *consilium*, sed *concilium*, plebis vocantur. V. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. Eumdem errorem nonnulli librarii commiserunt hoc ipso cap. §. 7. et c. 39, 1. Deinde *indictatoribus ad suffragium* perperam Leid. 1. *in dictatore tribus in suffragium* Lovel. 2.

Quum dictator, stipatus agmine patriciorum, ple- 5
nus irae minarumque consedisset, atque ageretur res solito primum certamine inter se tribunorum plebi, ferentium legem intercedentiumque, et, quanto jure potentior intercessio erat, tantum vinceretur favore legum ipsarum latorumque, et, *Uti rogas*, primae tribus dicerent; tum Camillus, *Quando-* 6

§. 5. *Quum dictator, stipatus agmine patriciorum*, etc. *consedisset*] *Tum dictator*, Leid. 2. Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] quae varietas in scriptis millies obcurrit. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Deinde *stipatus agmine patricio* Leid. 2. Lovel. 5. Harlej. 2. et Portug. Non sequor. Liv. 4, 14, 6. *Stipatus caterva patriciorum juvenum dictatori renunciat*. Praeterea *cum sedisset* Leid. 2. Lovel. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. [Veith.] De hoc lapsu frequenter in Mstis obvio v. supra ad 4, 24, 7.

Solito primum certamine inter se tribunorum plebei] Ita unus vulgari curavit Clericus, sed invitis omnibus Mstis. Priores editiones praeferunt *tribunorum plebis*; quod supereſt in Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. et Fragm. Hav. Pro eo deinde Cl. Jac. Gronovius substituit *tribunorum plebi*, concinentibus codicum optimis ac spectatissimae fidei Leid. 1. Harlej. 1. et Florent. etiam Voſſ. 1. a m. 1. in quo inter versus litera finalis *s* adscripta exstat, ut fiat *plebis*. Reliqui codices vel corrupte praeferunt *tribunorum plebē*, ut Gaertn. vel ambigue *tribunorum pl.* ut Lovel. 4. et Haverk. vel *tribunorum pleb.* ut Lovel. 5. vel *tribunorum p.* ut Portug. vel vocem *plebi* omiserunt, ut Leid. 2. et Lovel. 1. Gronovii igitur lectionem revocavi. V. supra ad 2, 42, 6. Mox *intercedentium*, sine addita copula *que*, Haverk.

Tantum vinceretur favore legum ipsarum latorumque] *tanto vinceretur* Lovel. 3. Voſſ. 2. Harlej. 2. et Portug. Quorum librarii id requiri existimasse videntur, quod *quanto jure potentior* praecesserit. Et id ferri etiam posset, si gravioris auctoritatis codicibus ea lectio niteretur. *Τῷ vinceretur* enim comparatio inest. Nam idem est, atque inpotentior esset. Verum, eo etiam casu *quanto* et *tantum*, ac *quantum* et *tanto* componi, supra vidimus ad 5, 10, 5. Quum itaque optimae ac certissimae membranae stent pro vulgato, id etiam verius esse, ac loco non movendum existimo. Deinde *legum latorumque favore*, una voce omissa, reliquis alio ordine propositis, Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *legum ipsarum latorumque favore* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *favore legum ipsarum latorumque* Fragm. Hav. *furore legum ipsarum latorque* Gaertn. a m. 1. quae eadem mox bene *favore* correxit. *Furore* enim ex errore est librarii. Solent autem hae voces commutari. V. supra ad 2, 42, 6.

Et, uti rogassent, primae tribus dicerent] Locus vehementer obscurus. *Cum rogassent*, tribuni scilicet. Et *cum primae tribus dicerent*, opinor legem exponendum. GLAR. Veteres libri ha-

9 ducturum. Terrorem ingentem incuſſerat plebi; ducibus plebis accendit magis certamine animos, quam minuit. sed, re neutro inclinata, magiſtratu se abdicavit; seu quia vitio creatus erat, ut scripsere quidam: seu quia tribuni plebis tulerunt ad plebem,

bent *addidit minas*. Et ita praeferunt etiam tum mei, tum Hearnii Oxonienses codd. quare eam scripturam contextui reddendam putavi. Deinde *ni pergerent* Lovel. 2. [Veith.] *si peregre gerent* Leid. 2. Vox autem *sacramento* deficit in Gaertn.

Exercitum extemplo ex urbe deducturum] Vet. lib. *exercitumque extemplo educturum*. SIG. Vetustae editiones *educturum*, ut est in Palat. sec. Sed reliqui duo, *sacramento omnes juniores adacturum*, *extemploque ex urbe educturum*. GEBH. *deducturum* primum comparuit in Frobeniana anni 1535. Priores habebant *educturum*, ut Sigonius reſtituit. Et ita plerique codd. nisi quod *adjecturum* sit in Gaertn. *adducturum* in Fragm. Hav. *ducturum* in Harlej. 1. Male. V. ad 9, 12, 11. Nullus tamen meorum ejusdem Sigonii vet. lib. voces *ex urbe* ejicienti consentit: quare tam dubiae fidei teſtem audiendum non censeo, licet alibi ita Livius locutus sit. ut 3, 20, 2. *Persequi quaerendo, quonam modo exercitum educturi consules essent*. V. supra ad 3,62,5. *extemploque ex urbe educturum*, ut Gebhardus in duobus Pall. invenit, soli tantum meorum Voſſ. 2. et Lov. 3. praeferunt. Ita ex praecedenti *juniores* repetendum foret, vel *educere ex urbe* absolute dictum eſſet, quemadmodum *educere in aciem*. V. ad 1, 23, 6. Sed, ob codicum in vulgatam lectionem consensum, eam praeferendam eſſe nullus dubito. Ceterum *et exercitum* habet Haverk. Frobenius copulam *que* anno 1535. omisit, quam recte Sigonius reſtituit. Nam eam quoque omnes libri scripti defendunt.

§. 9. *Terrorem ingentem incusserat plebi*] Vocem *ingentem* ignorat Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *incesserat plebi* Leid. 1. *incuſſit plebi* Portug. et Haverk. Mox voces *animos*, *quam minuit* perperam exsulant ab Harlej. 1.

Sed re neutro inclinata magiſtratu se abdicavit] Vocula *re* aberat a contextu Florent. sed inter versus adscripta est. Deinde *ne ultro* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. *ultro* Lovel. 4. [Veith.] Male. *neutro* est in neutram partem. Supra 1, 25, 4. *Neutro inclinata spe, torpebat vox spiritusque*. 5, 26, 9. *Teri tempus, neutro inclinata spe*. 8, 1, 4. *Quum tempeſtas eos neutro inclinata spe dimicantes diremisset*. 27, 2, 7. *Diu pugna neutro inclinata stetit*. 42, 7, 5. *Pugnatum est amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret spes*. Et alibi saepe. Insuper *inclinat* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Similiter fere edidit Curio *re neutro inclinat, a magiſtratu*; sed, ut puto, operarum lapsu. Errorem sensit vir doctus, sed minus recte ex conjectura emendat in margine *neutro inclinat, ac magiſtratu*. Praeſtitiſſet, ut priores editiones consuluisset. Tandem *magiſtratum se abdicavit* Gaertn. Male. Ita enim pronomen *se* delendum foret. Utrumque enim dici *abdicare se magiſtratu* et *abdicare magistratum*, supra vidimus hoc lib.

dam plebis partam, vobis eadem vi facitis irritam, qua peperistis; non reipublicae magis universae, quam vestra caussa, dictator intercessioni adero, eversumque vestrum

primi ita vulgarunt anno 1505. Id deinde probarunt recentiores, et omnium etiam codicum testimonio verum esse patet.

Nobis eadem vi facitis irritam] *vobis* habent MSS. et recte. SIG. Ita etiam Gebhardus et Gronovius in Mstis et Vett. edd. esse, ad verba sequentia hujus §. monuerunt. Illis codices suos concinere auctor est Hearne. Neque aliter legunt nostri. Operarum ergo errore, ut verisimile fit, Curio demum *nobis* anno 1549. edidit; neque tamen recentiores, quamquam opportune Sigonio monente, veram lectionem restituerunt usque ad Gronovium, qui *vobis* iterum in contextum recepit. Ceterum Scholion hoc Sigonii ex illis est, quae non nisi post mortem ejus adparuerunt in ed. anni 1592.

Non reipublicae magis universae, quam vestra caussa, dictator intercessioni adero, eversumque vestrum auxilium imperio tutabor] Veteres libri *intercessioni vestrae adero.* SIG. Ita habent Palat. sec. et Campani editio. Pall. autem reliqui duo: *non reipublicae magis universae, quam vestra caussa, intercessioni adhaerens eversum vestrum auxilium imperio tutabor.* De qua scriptura doctiorum esto judicium. Paullo ante edidi *vobis eadem vi facitis irritam,* quod sic exstet in Pall. tribus binisque vetustis edd. GEBH. Sigonius immisit *vestrae;* nos expulimus, quod nec in bonis libris reperiretur, et inconveniens esset. Quirites alloquitur Camillus, non tribunos: intercessio autem proprie non erat Quiritium, nec plebis, sed tribunorum plebis in usum et commodum ejus. Hac de causa statim ante *vobis eadem vi facitis irritam* scripsimus e MSS. et vett. edd. non *nobis*, quod habent novitiae. J. FR. GRON. *reipublicae magis invisae* Leid. 2. Vocem *universae* omittit Lovel. 2. Tum *quam nostra caussa* Gaertn. Deinde *intercessioni adhaerens, aversum vestrum auxilium imperio tutabor* Lovel. 2. *intercessoni adhaerens eversum vestrum auxilium imperio tutabor* Voss. 2. et Lovel. 3. *intercessioni adhaerens, eversumque vestrum auxilium imperio tutabor* Fragm. Hav. *intercessioni vestrae adhaerens, eversumque vestrum auxilium imperio tutabor* Gaertn. *intercessioni vestrae adero, eversumque* etc. Portug. et Haverk. *intercessioni vestrae, eversumque* etc. Harlej. 2. Sed nihil mutandum, nisi quod *vestrae*, a Sigonio insertum, recte iterum a Gronovio ejectum putem. Dictator non tantum *adhaerebat* intercessioni, verum eidem etiam *aderat*, id est, ei auxilio erat, non permittebat eam everti, sive, ut addit, imperio eam tutabatur. Eo sensu *adesse* Livio frequens est. Supra 3, 25, 8. *Et haec, inquit, sacrata quercus, et quidquid Deorum est, audiant foedus a vobis ruptum, nostrisque et nunc querelis adsint, et mox armis.* 21, 6, 1. *Certamina cum finitimis serebantur, maxime Turdetanis. Quibus quum adesset idem, qui litis erat sator.* Ubi alia vide. Ita contra *longe esse* dicitur, qui non prodest, qui non adjuvat. V. quae notavi ad Silii 17, 80. Gronovius duplici argumento τὸ *vestrae* expellendum docuit: primo, quod ea vox in bonis libris non reperiretur; quod verum es-

7 *auxilium imperio tutabor. Itaque, si C. Licinius et L. Sextius interceſſioni collegarum cedunt; nihil patricium magiſtratum inseram concilio plebis. si adversus intercessionem, tamquam captae civitati leges inponere tendent,* 8 *vim tribuniciam a se ipsa dissolvi non patiar.* Adver-

se, etiam illi, quibus usus sum, evincunt. Nulli enim eorum, nisi qui suspectae fidei sunt, illam admiserunt. Nec se in ullo inveniſſe Cl. Hearne memorat. Secundo, quod inconveniens esset; Camillum enim, Quirites adlocutum, *intercessioni vestrae* dicere non poſſe, quod jus intercedendi proprie non Quiritibus, sed tribunis plebis competeret. Doujatius ille, qui nullam Gronovio obloquendi occasionem omittit, prius viri magni argumentum ad se non pertinere judicans, aut ei se, quod placere poſſet, responsurum desperans, tutius exiſtimavit, id omne silentio transmittere; quum oportuiſſet, ut codices, qui Lutetiae in bibliotheca regia et alibi servantur, consuluiſſet, eorumque scriptura proposita Gronovium, si poſſet, erroris arguiſſet. Poſteriori autem respondet, quum omnes tribuni concioni interfuerint, se non videre, quid obsit, quo minus sermo Camilli ad tribunos quinque, interceſſionis auctores, pertinere potuerit. Sed caecum fuisse oportet profeſſorum regiorum primicerium, qui non viderit, plane obſtare vocem *Quirites*, qua modo usus est Camillus, ut Gronovius observavit, et non conveniens eſſe *Quirites*, *veſtrae intercessioni*, pro interceſſioni tribunorum plebis: inconveniens etiam eſſe, quod mox sequitur, *intercessioni collegarum cedunt*; nam et ibi dictum fuisset *intercessioni veſtrae*, si hic similiter Livius dediſſet. Sed praeterea firmi admodum stomachi eſſe debuit, qui, invitis optimis codd. tam facile concoquere potuit *vestra caussa dictator intercessioni vestrae adero, eversumque vestrum auxilium imperio tutabor.*

§. 7. *Si C. Licinius et L. Sextius interceſſioni collegarum cedunt*] *sicut Licinius* Lov. 1. 2. 3. 4. Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *si Licinius* Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Male. Cur enim Licinii praenomen omisiſſet, quod collegam ejus Sextium memorans addit? Tum *et L. Sextus* Gaertn. *et L. Sextilius* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. a m. 1. et Haverk. V. supra ad c. 35, 4. Deinde *cedunt* perperam deficit in Portug.

Inseram concilio plebis] *miseram consilio plebis* Gaertn. *consilio* etiam est in Lovel. 2. et in vetustis excusis, pro quo Ascensius anno 1516. deinde Aldus, et fere reliqui omnes recentiores dederunt *concilio*, quomodo etiam est in ceteris Mſtis. Recte. cauſſam supra v. ad §. 4.

Tamquam captae civitati leges inponere tendent] *tamquam captae civitatis* Lovel. 5. et Fragm. Hav. [Veith.] Tum *legē inponere* Gaertn. Insuper *tenderet* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Olim scriptum fuiſſe verisimile est *tendēt*: postea pro eo datum eſſe *tend'et*, atque ita *tenderet* factum eſſe. *tendunt* Lovel. 5. et Hearnii Oxon. N. Quomodo dediſſe librarius videtur,

sus ea quum contemtim tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent, tum percitus ira Camillus lictores, qui de medio plebem emoverent, misit. et addidit minas, si pergerent, sacramento omnes juniores adacturum, exercitumque extemplo ex urbe e-

quod praecedat *cedunt. tentent* Fragm. Hav. a m. 2. Verba haec, *tendere* et *tentare*, saepe in Mſtis mutantur. V. infra ad 10, 1, 6. N. Heinsium ad Claud. 1. in Eutrop. 15. et ad Nason. 11. Met. 533. quibus locis etiam ipsam locutionem inluſtrat. V. etiam infra ad 32, 32, 7. Mox *ab se ipsa*, pro *a se ipsa*, Portug. et Haverk.

§. 8. *Quum contemtim tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent*] *contemti* Leid. 1. *contenti* Voſſ. 2. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et quaedam ex vetuſtioribus excusis; sed librariorum errore, qui saepius has voces commutarunt. V. infra ad 25, 38, 20. *contēti* ambigue est in Lovel. 2. et 3. *contemptum* in Lovel. 1. *contentum* in Haverk. Nihil muto. *Contemtim peragere* eſt cum contemtu Camilli peragere, ita peragere, ut pateret, se Camillum contemnere. Supra 2, 35, 3. *Contemtim primo Marcius audiebat minas tribunicias.* Similiter *contemtim ad castra succedere* 7, 7, 2. *Nihilo segnius* ut supra 2, 47, 1. *Nihilo segnius in altero cornu Cn. Manlius consul pugnam ciebat.* 7, 18, 10. *Consules, relicti a parte populi, per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt.* Hoc ideo noto, quod Voſſ. 1. in contextu praeferat *nihilo senius*. unde forte suspicio nasci poſſet, legendum eſſe *nihilo secius*, quod, pro *nihilo segnius*, multis scriptoribus reſtituit N. Heinsius ad Ovid. 2. Metam. 809. Hic tamen vulgatum praeferendum. (v. Jac. Gron. ad Liv. 26, 12, 3.)

Tum percitus ira Camillus] Pall. duo *tum paratus ira*. Forte ut Ennius, *Iram atque inimicitiam in fronte promtam geſtare*, dixit. Nihil affirmo. Ad vulgatum alludit Camp. *parcitus*. GEBH. *partitus ira* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *parcitus ira* Gaertn. Et ita fuiſſe, vel certe librarii dare voluiſſe videntur, in duobus Pall. apud Gebhard. pro quo is se inveniſſe credidit, aut illi per errorem dederunt *paratus*. Ductus literarum *ci* et *a* in scriptura Longobardica simillimi sunt. *Percitus ira*, ut infra 7, 5, 4. *Percitum ira in patrem spes erat criminis aliquid novi deferre.* ubi eadem in iisdem codd. meis lectionum varietas obcurrit. apud Plaut. in Casin. 3, 5, 6. *Ne quid in te mali faxit ira percita.* Voler. Max. 5, 1, 11. *Ira percitus, protinus in eum animadvertit.* Auctor belli Afric. 46. *Ira percitus Scipio, atque animi dolore incensus, adnuit centurionibus.* Mox *quidem medio*, pro *qui de medio*, Leid. 1. duabus vocibus male conjunctis, quod in eo cod. frequens est, et litera initiali vocis sequentis in fine praecedentis repetita; de quo v. ad 28, 25, 2. Hinc *amoverent*, pro *emoverent*, Lovel. 2. Male. De verbo *emovere* v. infra ad 42, 50, 6. [mox *immisit* Veith.]

Addit minas, si pergerent, sacramento omnes juniores adacturum] Ita demum invenio in ultima Gruteri editione; cujus deinde lectionem sequuntur recentiores, praeter Hearnium et Londinenses. Omnes priores exhi-

9 ducturum. Terrorem ingentem incuſſerat plebi; ducibus plebis accendit magis certamine animos, quam minuit. sed, re neutro inclinata, magiſtratu se abdicavit; seu quia vitio creatus erat, ut scripsere quidam: seu quia tribuni plebis tulerunt ad plebem,

bent *addidit minas*. Et ita praeferunt etiam tum mei, tum Hearnii Oxonienses codd. quare eam scripturam contextui reddendam putavi. Deinde *ni pergerent* Lovel. 2. [Veith.] *si peregre gerent* Leid. 2. Vox autem *sacramento* deficit in Gaerta.

Exercitum extemplo ex urbe deducturum] Vet. lib. *exercitumque extemplo educturum*. SIG. Vetustae editiones *educturum*, ut est in Palat. sec. Sed reliqui duo, *sacramento omnes juniores adacturum*, *extemploque ex urbe educturum*. GEBH. *deducturum* primum comparuit in Frobeniana anni 1535. Priores habebant *educturum*, ut Sigonius reſtituit. Et ita plerique codd. nisi quod *adjecturum* sit in Gaertn. *adducturum* in Fragm. Hav. *ducturum* in Harlej. 1. Male. V. ad 9, 12, 11. Nullus tamen meorum ejusdem Sigonii vet. lib. voces *ex urbe* ejicienti consentit: quare tam dubiae fidei teſtem audiendum non censeo, licet alibi ita Livius locutus sit. ut 3, 20, 2. *Persequi quaerendo, quonam modo exercitum educturi consules essent*. V. supra ad 3,62,5. *extemploque ex urbe educturum*, ut Gebhardus in duobus Pall. invenit, soli tantum meorum Voſſ. 2. et Lov. 3. praeferunt. Ita ex praecedenti *juniores* repetendum foret, vel *educere ex urbe* absolute dictum eſſet, quemadmodum *educere in aciem*. V. ad 1, 23, 6. Sed, ob codicum in vulgatam lectionem consensum, eam praeferendam eſſe nullus dubito. Ceterum *et exercitum* habet Haverk. Frobenius copulam *que* anno 1535. omisit, quam recte Sigonius reſtituit. Nam eam quoque omnes libri scripti defendunt.

§. 9. *Terrorem ingentem incusserat plebi*] Vocem *ingentem* ignorat Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *incesserat plebi* Leid. 1. *incuſſit plebi* Portug. et Haverk. Mox voces *animos*, *quam minuit* perperam exsulant ab Harlej. 1.

Sed re neutro inclinata magiſtratu se abdicavit] Vocula *re* aberat a contextu Florent. sed inter versus adscripta est. Deinde *ne ultro* Voſſ. ambo, Leid. ambo. Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. *ultro* Lovel. 4. [Veith.] Male. *neutro* est in neutram partem. Supra 1, 25, 4. *Neutro inclinata spe, torpebat vox spiritusque*. 5, 26, 9. *Teri tempus, neutro inclinata spe*. 8, 1, 4. *Quum tempeſtas eos neutro inclinata spe dimicantes diremisset*. 27, 2, 7. *Diu pugna neutro inclinata stetit*. 42, 7, 5. *Pugnatum est amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret spes*. Et alibi saepe. Insuper *inclinat* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Similiter fere edidit Curio *re neutro inclinat, a magiſtratu*; sed, ut puto, operarum lapsu. Errorem sensit vir doctus, sed minus recte ex conjectura emendat in margine *neutro inclinat, ac magiſtratu*. Praeſtitiſſet, ut priores editiones consuluisset. Tandem *magiſtratum se abdicavit* Gaertn. Male. Ita enim pronomen *se* delendum foret. Utrumque enim dici *abdicare se magiſtratu* et *abdicare magistratum*, supra vidimus hoc lib.

idque plebs scivit, ut, si M. Furius pro dictatore quid egiſſet, quingentùm millium ei multa eſſet. Sed auspiciis magis, quam novi exempli rogatione, 10 deterritum ut potius credam, quum ipsius viri facit ingenium, tum quod ei subſectus est extemplo P.

ad c. 18, 4. Vulgatum autem, pro quo stant ceteri codd. hic verius puto.

Seu quia vitio creatus erat, ut scripsere quidam] *quia vitio erat creatus* Lov. 1. 5. Voſſ. 1. et Leid. 2. *Τὸ erat* deficit in Harlej. 2. et in contextu Portug. cujus deinde margini adscriptum fuit. Tres sequentes voces omisit scriba Leid. 2.

Tribuni plebis tulerunt ad plebem, idque plebes scivit] *tribuni populi* Lov. 2. V. ad 5, 11, 4. Tum *tulerant ad plebem* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *plebs scivit* Voſſ. ambo, Leid. 2. Lovel. quinque, Harl. 1. Florent. Gaertn. Fragm. Hav. et excusi usque ad Gruterum, in cujus ultima edit. datum est *plebis scivit*, pro quo deinde Dan. Heinsius in Elzevir. subſtituit *plebes scivit*, invitis plerisque melioribus. in uno Leid. 1. voces *idque plebes* ob similitudinem praecedentium *ad plebem* deerant. Veterem itaque lectionem revocavi. Quamvis enim saepiſſime, non tamen ubique ac semper Livius *plebes* pro *plebs* dicere solitus est. Mox voces *pro dictatore*, quae omnino requiruntur, non comparent in Leid. 2. et Lov. 1. iis transpositis *quid pro dictatore egisset* praefert Lovel. 4.

Quingentûm millium aeris ei mulcta esset] Vox *aeris* ignoratur a Flor. Rott. Voſſ. ut. Helm. J. FR. GEON. Eadem vox abest etiam a Leid. utroque, Lovel. quinque, Harlej. 1. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. neque obcurrit, nisi in minoris auctoritatis codd. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Ex suis Hearne unum L. 1. memoravit, in quo illam invenit. Vox sequens *ei*, quae a prioribus edd. aberat, ab Aldo addita est, et superest etiam in omnibus scriptis, nisi quod ab eodem Hearnii Oxon. L. 1. exsularit. Deinde, *τὸ mulcta* ab ed. Rom. principe abeſſe, monuit Hearnius. exſtat tamen in Rom. anni 1472. *mulctasset*, pro *mulcta esset*, habet Leid. 1. *multa esset* Florent. et Lovel. 2. ac 3. de qua orthographia v. supra ad 3, 67, 5. Denique *quingenta millia* Oxon. L. 1. apud eumdem Hearnium. *quingentorum millium* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Ceterum quam Livius *quingentûm millium multam* vocat, Plutarch. in Camillo p. 150. exprimit πέντε μυριάσιν ἀργυρίου ζημιώσειν. Unde colligo, eum per *quingenta millia* intellexiſſe quingenta millia aſſium, per ἀργύριον autem denarium, et ita quodlibet ἀργύριον sive denarium aeſtimaſſe decem aſſibus.

§. 10. *Auspiciis magis, quam novi exempli rogatione, deterritum*] Iidem codices *detentum*. GEBH. Similiter Voſſ. 2. et Lov. 3. Eamdem varietatem ex uno cod. supra notavimus ad 2, 54, 8. (* 22, 42, 7.) Praeterea vox *magis* deerat in Leid. 2. Et solet ea saepe omitti. V. infra ad 34, 49, 10. At uni teſti hic credere periculosum est.

Quum ipsius viri facit ingenium,

11 Manlius dictator: quem quid creari adtinebat ad id certamen, quo M. Furius victus esset? et quod eumdem M. Furium dictatorem insequens annus habuit, haud sine pudore certe fractum priore anno in se
12 imperium repetiturum: simul quod eo tempore, quo

tum quod ei subfectus est extemplo P. Manlius] *tum ipsius viri* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Portug. Fragm. Hav. Florent. a m. 2. Hearnii Oxon. N. et C. [Veith.] et vett. edd. ante Aldum. *tum rogatione ipsius viri*, insuper voce, quae modo praecesserat, perperam repetita, Haverk. *tum* et *cum*, sive *quum*, in hac locutione passim commutari, supra vidimus hoc lib. ad c. 23, 3. Hinc *fecit ingenium* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *quia ejus suffectus est* Haverk. *quia ei suffectus est* Harlej. 2. et Portug. Ubique voculae hae *quod* et *quia* confundi solent. V. ad 38, 36, 4. *quod eis affectus est* Leid. 1. et Harlej. 1. Tum *Publius dictator*, media voce *Manlius* omissa, Voss. 2. et Lovel. 3. Paullo ante voces *ut potius credam* deficiebant in vett. edd. Primi addiderunt Mediol. anno 1505. sequuntur Ascensius anno 1513. et 1516. Aldus, et recentiores inde reliqui. Easdem quoque agnoscunt omnes scripti.

§. 11. *Et quod eumdem M. Furium dictatorem insequens annus habuit*] Hic omnino annus rursus omissus est, cujus rei duae sunt suspiciones. Altera, quod Licinius Sextiusque statim post [cap. seq.] dicturi sunt *nonum se annum jam velut in acie stare*, cum alioqui hic octavus esset. Anno enim CCCLXXIX. coeperant hoc certamen. Item postea [c. 42, 2.] Livius dicet, decimum hos refectos ante annum CCCLXXXVIII. qui nonum refecti essent, si hic annus non inseratur. Altera suspicio, quod C. Licinium, primum ex plebe magistrum equitum, Livius dicat [cap. seq.] ante fuisse tribunum militum consulari potestate, cum nusquam antea legatur. Et loquitur quidem de C. Licinio Stolone, non Menenio. Quod quanquam ex hoc loco ostendi non potest, at l. 10, [8, 8.] in P. Decii oratione adversus nobilitatem de Pontificibus etiam ex plebe creandis satis luculenter patet. Quare Stolo, quando nullo alio anno invenitur, hoc anno fuisse videtur tribunus militum consulari potestate. Idem sentio de P. Valerio, hoc anno cum Stolone tribuno. Nam anno CCCLXXXVIII. [infra c. 42, 3.] sextum dicitur tribunus, quum, ubi quintum fuerit, non inveniatur. At ut tandem concludam, hic liber visus est mihi mutilus, et aliis plus justo brevior, ideoque haec omnia mihi suspecta. GLAR. Qui etiam videndus est infra ad c. 42, 3. Verum hanc Glareani sententiam per partes refellere Sigonius variis locis conatus est. Et quidem priorem ejus suspicionem dimovit in Scholiis ad Chronol. Livian. ad ann. CCCLXXXVIII. Alterius suspicionis priorem partem tum supra ad c. 31, 1. tum infra ad c. 39, 3. partem secundam supra hoc lib. ad c. 36, 3. Paullo ante *quidem creari*, pro *quid creari*, Lovel. 2. et *M. Furius motus*, pro *victus*, Voss. 2. et Lovel. 3.

Haud sine pudore certe fractum priore anno] *aut sine pudore* scribarum errore Voss. 2. Leid. 1. Lo-

nam de foenore atque agro rogationes jubebant, 2
de plebejo consulatu antiquabant. et perfecta utraque res effet, ni tribuni se in omnia simul consulere plebem dixiffent. P. Manlius deinde dictator 3
rem in cauffam plebis inclinavit, C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magiftro equitum de plebe

Quia *cons.* vel *cos.* per compendium scriptum erat pro *consulatu*, hinc factum est, ut alii ejus loco *consule*, alii *consules* dederint. Ita pro *cons.* id est *consularis*, simili errore librarios *consul* dediffe, infra videbimus ad Epit. Liv. 58. Praeterea *antiquam habebant*, pro *antiquabant*, Leid. 1. *antiqua habebant* Lovel. 1. et 4. [Veith.] De verbo *antiquare* in hac re sollemni v. Briffon. de Formul. l. 2. p. 133. Paullo ante transpositis dictionibus *jubebant rogationes* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Ni tribuni se in omnia simul consulere plebem dixissent] Vet. lib. *ni tribuni plebis se.* SIG. Non secus haec lectio concipitur in Pall. duobus melioribus cascisque editionibus, quam vulgo exftat. Palat. autem sec. *ni tribuni se plebis in omnia se plebem simul consulere plebem dixissent.* Unde Sigonius evolvit suam lectionem. GEBH. *ni tribuni se pl. in omnia simul consulere plebem dixiffent* Portug. et Haverk. Reliqui nihil mutant, nisi quod Leid. 1. omittat primam voculam *ni*; et *velle consulere*, addita voce, legat Lovel. 5. a m. 2. Non est itaque, cur Sigonii codici infido potius, quam aliis, qui in diversa eunt, credamus. Ita mox *tribuni* simpliciter pro tribunis plebis dixit in princ. hujus cap. *Ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito.* V. supra ad 2, 56, 1. In verbis proxime praecedentibus *perfecta utraque res est*, pro *effet*, male praefert Voff. 2.

§. 3. *P. Manlius deinde dictator rem in caussam plebis inclinavit*] Interpolatitia lectio. Pall. duo, abjecta inutili et hic inhonefta vocula *rem*, melius praeferunt *dictator in caussam plebis inclinavit.* Verbum absolute positum cum non intelligerent correctores, interposuerunt etiam contra sententiam τὸ *rem*. Supra c. 32. *Ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat.* 9, 45. *Eum, ad bellum pacemve inclinent animi, falli non poffe.* GEBH. Voculam *rem* duo apud me codices Fragm. Hav. et Lovel. 3. unus tantum apud Hearnium Oxon. C. non agnoscunt. *Inclinare* saepius absolute poni, verum est. Supra 3, 61, 4. *At si fortuna belli inclinet, omnium liberis ab tot millibus hoftium periculum fore.* ad quem locum plura vide. Eidem tamen etiam casum addere, Livio non infrequens est. Ita 4, 55, 4. *Inclinante deinde se fortuna ad caussam plebis, nuncii veniunt, arcem Carventanam Aequos invasisse.* ubi alia exempla vide. Et hoc loco reliqui omnes codices in vulgatum conspirant, nisi quod *dictatorem in caussam plebis inclinavit* mendose quidem sit in Leid. 1. ita tamen, ut aperte eidem lectioni faveat. Tutius itaque videtur, tot codicibus, et inter illos integerrimis, *rem* servantibus fidem habere, quam paucorum auctoritate vocem illam expungere.

C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magiftro equitum de plebe

tum viribus est, dictaturae semper altius faſtigium fuit.

1 XXXIX. Inter priorem dictaturam abdicatam novamque a Manlio initam, ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito, adparuit, quae ex promulgatis plebi, quae latoribus gratiora eſſent.

reliqui omnes: quod idem etiam Cl. Hearne de Oxon. B. et N. teſtatur, non addens, quemadmodum ceteri exhibuerint; quo silentio indicaſſe videtur, eos *quoad*, quemadmodum edidit, probaſſe. Primus autem, qui ita vulgavit, est Aldus: sed, praeter unum forte Juntam, (ejus enim editionem consulere non contigit) nullum diu invenit, qui sequeretur. Nam demum Lugdunenses anno 1553. tum Basileenses anno 1554. hinc Parisinos anno 1573. et poſtea reliquos omnes eam lectionem recepiſſe video. Solent autem voces *quod* et *quoad* saepius in Mſtis et edd. vett. confundi. V. supra ad 5, 51, 2. 8, 2, 4. c. 12, 11. c. 23, 12. 37, 20, 14. et c. 24, 8. Contra *quoad* etiam alibi pro *quod* dare librarii soliti sunt. V. infra ad 39, 45, 7. Ceterum Cel. Jac. Gronovius ad Taciti 14. Ann. 58. hunc locum adducens, una voce laudat *quoadusque*, ubi pluribus etiam exemplis inluſtravit. Praeterea copula *que* non adparet in Haverk.

Dictaturae semper altius faſtigium fuit] *dictatori* Voſſ. 1. *dictaturae semper alicujus faſtigium fuit* Haverk.

§. 1. *Ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito*] *tribunis*, omiſſa praepositione, Lovel. 4. [Veith.] *a tribunis* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. 5. Harl. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde *consilio plebis* Leid. 2. Lovel. 2. et quaedam vett. edd. Perperam. V. supra ad c. 38, 4. Insuper *habita* Portug. qui idem codex, ut et Harlej. 1. et Gaertn. in verbis praecedentibus praeferunt *Mallio*. V. ad 34, 53, 2. Vox etiam *abdicatam* exsulat a Gaertn. In verbis sequentibus *quae ex promulgatis plebis*, *quae latoribus*, pro *plebi*, Lovel. 3. *quae ex promulgatis plebis lationibus* Lovel. 5.

§. 2. *De plebejo consulatu antiquabant*] Vet. lib. *de plebejo consule*. SIG. Ambigua est scriptura in Pall. duobus. Sed sec. MS. codex cum Campani inpreſſione expreſſe praeit legenti *de plebejo consule*. GEBH. Helm. et Sig. *de plebejo consule antiquabant*. Voſſ. alter *de plebejo cons. antiq.* Alter *de plebejo consules antiq.* Videtur scripsiſſe *de plebe consules antiquabant*, eleganter mutata oratione. J. FR. GRON. *de plebejo consule* Leid. ambo, Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] *de plebejo cōs* Lov. 2. 3. 5. et Klock. *de plebejo cō* Fragm. Hav. *de plebejo consules* Lovel. 1. et Gaertn. Conjecturam Gronovii firmare potest locus mox hoc cap. *Quippe qui etiam omen plebejo consuli, magistro equitum ex plebe dicendo, dederit.* Quum tamen in eodem illo loco etiam *plebejus consul* memoretur, et hoc loco in omnibus codicibus conſtanter *plebejo* supersit, nisi quod *plejo* scribae errore habeat Harlej. 1. vulgatum mutandum non videtur.

sare solitum, simul negantem, magistri equitum majus, quam tribuni consularis, imperium esse.

dignitates etiam in tribunum plebis conferantur. Aliorum enim magistratuum alia erat ratio, quam tribunorum plebis. Creato enim dictatore, aliorum magistratuum jus ac potestas desinebant; tribuni contra eam retinebant. Polyb. 3, 87. Δικτάτωρ ἐ ἐστὶν αὐτοκράτωρ στρατηγός, ὃν κατασταθέντος παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ρώμῃ πλὴν τῶν δημάρχων. Plutarch. in Fabio Max. p. 179. Μόνη γὰρ αὕτη, δικτάτωρος αἱρεθέντος, ἡ ἀρχὴ (scil. δημαρχία) τὸ κράτος οὐκ ἀπόλλυσιν, ἀλλὰ μένει, τῶν ἄλλων καταλυθεισῶν. Jam autem inde eveniebat, ut consul, tribunus consularis, vel praetor ad dictaturam vel magisterium equitum evectus non tamen duos magistratus populi Romani eodem tempore gereret, quod de tribuno plebis dicendum fuisset, si is dictator vel magister equitum creatus foret. Praeterea idem Pighius, ne locus Livii ex l. 10, 8, 8. a Glareano laudatus obstaret, et magistrum equitum et tribunum plebis non tantum *Calvos* cognominatos fuisse, sed et *Stolones*, existimat ad d. annum CCCLXXXV. Quod et ipsum verius esse puto. Scrupulum tamen injicere potest locus Varron. 1. de Re rust. 2. *Stolonis illa lex, quae vetat plus quingenta jugera habere civem Romanum, et qui propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo.* Ex eo enim colligendum videtur, Licinium, qui legem de quingentis jugeribus tulit, ergo tribunum plebis, primum suae gentis cognomen Stolonis habuisse. Eo posito omnis haec sententia plane corruet. Inde enim sequeretur, cognomen Stolonis magistro equitum a tribuno plebis diverso non competiisse, adeoque Livium 10, 8, 8. narrantem, *C. Licinium Stolonem primum de plebe magistrum equitum factum esse*, Stolonem antea tribunum plebis intellexisse. Verum observandum est, Varronem non dicere, Licinium *propter diligentiam culturae Stolonis adeptum esse cognomen*, sed *Stolonum confirmasse cognomen*, quod nempe antea majoribus ejus inditum erat; adeoque non tantum tribunum plebis, sed et magistrum equitum ejus gentilem id habere potuisse. Ceterum *cum Licinio*, pro *C. Licinio*, Fragm. Hav. *M. Licinio* Hearnii Oxon. L. 2. *C. Lucinio* Lovel. 5. Tum *tribunus plebis* Gaertn. invitis reliquis scriptis et editis. Denique *magistro equitum dicto de plebe* alio ordine Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 4. *Magistri equitum majus, quam tribuni consularis, imperium esse*] *magrm*, id est *magistrum*, Gaertn. Verum ita etiam legendum foret *tribunum consularem*. Et tum locutio formata foret eodem modo, quo illa infra 23, 11, 10. *Magistrum equitum, quae consularis potestas sit, fusum fugatumque.* Ubi plura vide. Verum hic nihil mutandum puto ob consensum aliorum omnium codicum, qui stant pro vulgato. Deinde *magis, quam tribuni consularis* Florent. quomodo alibi variant codd. V. infra ad 26, 41, 16. Verum recte in eodem cod. alia manu emendatum est *majus*. Tum *tribuni esse consularis imperium* alio ordine Lovel. 4. Insuper verba praecedentia *Patres passos accipio; dictatorem propinqua cognatione Lici-*

4 dicto. Id aegre Patres paſſos accipio; dictatorem propinqua cognatione Licinii se apud Patres excu-

dicto] Hic non est C. Licinius, qui tribunatus plebis novem per hos annos geſſit cum L. Sextio, ut tradit Plutarchus in Camillo [p. 150.] Nam de eo vel hoc etiam anno tribuno plebis ita suggerit Livius [mox hoc cap.] *Licinius Sextiusque, cum tribunorum plebis creandorum indicta comitia essent, ita se gerere, ut negando jam sibi velle continuari honorem acerrime accenderent ad id, quod diſſimulando petebant, plebem.* Pauloque post iidem loquuntur: *Jam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obſtare, quippe qui etiam omen plebejo consuli, magistro equitum ex plebe dicendo, dederit.* Cum autem non exſtaret annus apud Livium, quo tribunatum hic militum cepiſſet, eum ipsum supra [c. 31, 1.] ex Diodori auctoritate tradidi. Eſt autem verisimile, si Livius Licinium tribunum plebis intellexiſſet, non *qui tribunus militum fuerat*, sed *qui tribunus plebis erat*, dicturum fuisse, quod ne animadvertit quidem etiam Glareanus. SIG. Glareanus C. Licinium, qui hoc anno magiſter equitum primus de plebe fuit, Stolonis cognomen habuiſſe credidit, supra ad cap. praec. §. 11. quod probat ex loco Liv. 10, 8, 8. *L. Sextius primus de plebe consul est factus, C. Licinius Stolo primus magiſter equitum.* Addo Dion. Coccejan. fragm. in Exc. Peiresc. p. 585. *Λικίνιον γὰρ Στόλωνα προσείλετο ὄντα ἱππαρχον.* Et quidem secundum Sigonium adsensus est Glareanus Plutarcho, qui magistrum equitum credebat eum Stolonem eſſe, qui multos annos cum L. Sextio tribunatum plebis geſſit, et variis legibus adversus opes patriciorum et pro commodis plebis rempublicam turbavit: neque id umquam negavit Glareanus in ſtricturis, quas Scholiis Sigonii postea obposuit. Jam autem sententiam illam Glareani falsam eſſe, non modo Sigonius ad hunc locum monuit, sed Pighius etiam, qui magiſtrum equitum P. Licinii Calvi, anno CCCLVII. tribuni militum, vel filium vel fratrem, C. autem Licinii Calvi Stolonis tribuni plebis fratrem patruelem eſſe credidit, novis argumentis firmavit in Annal. Rom. Et quidem ad annum CCCLXXVI. p. 243. probat, C. Stolonem ante tribunatum plebis non fuiſſe tribunum militum consulari poteſtate. Verisimile enim non eſſe, eum post curulem et maximum magiſtratum petiiſſe minorem ac plebejum: deinde eum ideo tribunatum plebis cepiſſe, ut in hoc magiſtratu *sibimet ipsi viam ad ceteros honores aperiret*, teſte Livio c. 35, 3. ejus uxorem etiam Fabiam patri queſtam eſſe, *quod juncta inpari esset, nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare posset*, c. 34, 9. Poſtea ad annum CCCLXXXV. p. 258. evincere conatur, magiſtrum equitum a tribuno plebis diversum fuiſſe; Livium enim, ut illum ab hoc distingueret, addidiſſe *C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magiſtro equitum de plebe dicto:* (quo eodem argumento etiam Sigonius usus erat) denique credendum non eſſe, Licinium eodem tempore tribunum plebis et magiſtrum equitum fuiſſe. Et haec etiam sententia verior videtur. Non enim evertit hanc opinionem, consules, tribunos consulares, ac praetores interdum vel dictatores vel magiſtros equitum creatos eſſe, adeoque nihil obſtare, quo minus eaedem

sare solitum, simul negantem, magiſtri equitum majus, quam tribuni consularis, imperium eſſe.

dignitates etiam in tribunum plebis conferantur. Aliorum enim magiſtratuum alia erat ratio, quam tribunorum plebis. Creato enim dictatore, aliorum magiſtratuum jus ac poteſtas desinebant; tribuni contra eam retinebant. Polyb. 3, 87. *Δικτάτωρ δ' ἐστὶν αὐτοκράτωρ στρατηγός, οὗ καταστάντος παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ πλὴν τῶν δημαρχῶν.* Plutarch. in Fabio Max. p. 179. *Μόνη γὰρ αὕτη, δικτάτωρος αἱρεθέντος, ἡ ἀρχὴ* (scil. *δημαρχία*) *τὸ κράτος οὐκ ἀπόλλυσιν, ἀλλὰ μένει, τῶν ἄλλων καταλυθεισῶν.* Jam autem inde eveniebat, ut conſul, tribunus consularis, vel praetor ad dictaturam vel magiſterium equitum evectus non tamen duos magiſtratus populi Romani eodem tempore gereret, quod de tribuno plebis dicendum fuisset, si is dictator vel magiſter equitum creatus foret. Praeterea idem Pighius, ne locus Livii ex l. 10, 8, 8. a Glareano laudatus obſtaret, et magiſtrum equitum et tribunum plebis non tantum *Calvos* cognominatos fuiſſe, sed et *Stolones*, exiſtimat ad d. annum CCCLXXXV. Quod et ipsum verius eſſe puto. Scrupulum tamen injicere poteſt locus Varron. 1. de Re ruſt. 2. *Stolonis illa lex, quae vetat plus quingenta jugera habere civem Romanum, et qui propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo.* Ex eo enim colligendum videtur, Licinium, qui legem de quingentis jugeribus tulit, ergo tribunum plebis, primum suae gentis cognomen Stolonis habuiſſe. Eo posito omnis haec sententia plane corruet. Inde enim sequeretur, cognomen Stolonis magiſtro equitum a tribuno plebis diverso non competiiſſe, adeoque Livium 10, 8, 8. narrantem, *C. Licinium Stolonem primum de plebe magiſtrum equitum factum eſſe*, Stolonem antea tribunum plebis intellexiſſe. Verum observandum est, Varronem non dicere, Licinium *propter diligentiam culturae Stolonis adeptum esse cognomen*, sed *Stolonum confirmasse cognomen*, quod nempe antea majoribus ejus inditum erat; adeoque non tantum tribunum plebis, sed et magiſtrum equitum ejus gentilem id habere potuisse. Ceterum *cum Licinio*, pro *C. Licinio*, Fragm. Hav. *M. Licinio* Hearnii Oxon. L. 2. *C. Lucinio* Lovel. 5. Tum *tribunus plebis* Gaertn. invitis reliquis scriptis et editis. Denique *magiſtro equitum dicto de plebe* alio ordine Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 4. *Magiſtri equitum majus, quam tribuni consularis, imperium eſſe*] *magrm*, id eſt *magiſtrum*, Gaertn. Verum ita etiam legendum foret *tribunum consularem*. Et tum locutio formata foret eodem modo, quo illa infra 23, 11, 10. *Magiſtrum equitum, quae consularis poteſtas sit, fusum fugatumque.* Ubi plura vide. Verum hic nihil mutandum puto ob consensum aliorum omnium codicum, qui stant pro vulgato. Deinde *magis, quam tribuni consularis* Florent. quomodo alibi variant codd. V. infra ad 26, 41, 16. Verum recte in eodem cod. alia manu emendatum est *majus*. Tum *tribuni eſſe consularis imperium* alio ordine Lovel. 4. Insuper verba praecedentia *Patres passos accipio; dictatorem propinqua cognatione Lici-*

5 Licinius Sextiusque, quum tribunorum plebi creandorum indicta comitia essent, ita se gerere, ut, negando jam sibi velle continuari honorem, acerrime accenderent ad id, quod dissimulando petebant,
6 plebem. *Nonum se annum jam velut in aciem adversus optimates maximo privatim periculo, nullo publice*

uii se apud desunt in Leid. 1. errore librarii, cui repetitio vocis *Patres* fraudi fuit. V. ad Liv. 9, 11, 11. *passos Patres accipio* trajectis vocibus legit Lovel. 2. cum edd. vetustioribus usque ad Aldum. Hinc *cogitatione*, pro *cognatione*, perperam Lovel. 1. Eadem scripturae varietas etiam supra obcurrit hoc lib. c.35,2. Praeterea *se apud Patres se excusare* habet Leid. 2. Verum posterius illud *se* natum est partim ex ultima litera praecedentis, partim ex prima sequentis vocis: nisi potius eo repetito librarius indicare voluerit, se id duplici loco scriptum invenisse.

§. 5. *Quum tribunorum plebis creandorum indicta comitia essent, ita se gerere*] *tribunorum plebi creandorum* Florent. Leid. 1. Voss. 1. et Harlej. 1. V. ad 2, 42, 6. Tum *indita comitia essent* Lovel. 3. V. ad 3, 65, 4. Hinc, litera *d* in *c* et *l* dissoluta, nata est lectio Voss. 2. *inclita comitia essent*. V. ad 10, 24, 2. Postea *ita se gessere* Lovel. 2. et 4. [Veith.] *ita se gesserunt* Hearnii Oxon. L. 2. et C. Sed, passim orationes per infinitivos enunciatas librariis displicuisse, supra vidimus ad 1, 50, 5.

Negando jam sibi velle continuari honorem, acerrime accenderent] *continuare honorem* Harlej. 2. Portug. Haverk. et priscae edd. Pro eo primi Mediol. anno 1505. dederunt *continuari*, quod imitati sunt Aldus, et tantum non omnes reliqui recentiores. Pro eadem lectione stant etiam ceteri codd. Deinde *accederent* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. et Gaertn. solito errore amanuensium. V. infra ad 23, 46, 2. Mox *patebant*, pro *petebant*, male Leid. 1. V. ad 7, 30, 11.

§. 6. *Nonum se annum jam velut in acie adversus optimates* etc. *stare*] *Novum se annum* Lovel. 3. 5. Gaertn. et nonnullae ex vett. edd. quomodo etiam alibi peccatur. V. viros doctos ad Plinii 5. Epist. 6, 10. Origo erroris est similitudo literarum *n* et *u*, quas in minuta scriptura vix distingui docet Gronov. 1. Obs. 15. p. 126. *Novum se alum*, id est *animum*, Haverk. Et hic lapsus in Mstis quam frequentissimus est, ut *annus* et *animus* confundantur. V. ad 32, 5, 2. *Donum se annum* Lovel. 4. Tum *Nonum se annum velut se in acie* Lovel. 1. *velut jam* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *jam velut* reliqui omnes codd. omnesque editiones, usque ad Clericum, qui, nescio qua auctoritate, *jam veluti* dedit: quod iterum mutavi. Deinde *in aciem stare* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. 5. Harlej. ambo, Florent. Portug. Klock. Haverk. Fragm. Hav. omnesque editi usque ad Gronovium, qui 1665. *in acie* vulgari curavit, quod multi ex recentioribus receperunt. Quum tamen tot codices, atque inter eos optimi, alterum malint, et, Livium *in potestatem*

emolumento stare. consenuisse jam secum et rogationes promulgatas, et vim omnem tribuniciae potestatis. Primo intercessione collegarum in leges suas pugnatum esse: deinde ablegatione juventutis ad Veliternum bellum: postremo dictatorium fulmen in se intentatum. Jam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obstare; quippe qui 7 8

esse, ac similia alia, usurpasse, constet ex illis, quae notantur ad 2, 14, 4. mirari subit, cur hoc loco *stare in aciem* displicere potuerit. Eam igitur lectionem revocandam censui. Praeterea *optumates* Florent. quomodo *optumus*, pro *optimus*, scribi solebat. V. quae supra notantur ad 3, 17, 5.

Maximo privatim periculo, nullo publico emolumento] Pall. pr. ac tert. *nullo publice emolumento.* GEBH. Ita etiam Gronovius anno 1665. edidit, quem plerique recentiorum secuti sunt. Hearne, qui *publico emolumento* servavit, testatur, eam lectionem in Mstis suis superesse. At contra *publico* apud me tantum exstat in minimae fidei codd. Harlej. 2. Portug. et Haverk. quum reliqui constanter habeant *publice*, cui obponitur *privatim*. V. supra ad 4, 13, 8. Praeterea *molumento* Florent. Sed primam literam elisit ultima vocis praecedentis. V. ad 2, 44, 6.

Consenuisse jam secum et rogationes promulgatas, et vim omnem] *cum senuisse* Fragm. Hav. a m. 1. De hoc errore v. supra ad 4, 24, 7. Mox vocula *et* priori loco deest in Leid. 1. Gaertn. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. quorum posteriores duo codices cum Lovel. 5. [et Veith.] etiam *promulgatas rogationes*, alio ordine conlocatis vocibus, praeferunt. Tum vocem *vim* non agnoscit Haverk.

§. 7. *Intercessione collegarum in leges suas pugnatum esse*] *in legiones suas* Haverk. Et ita nonnumquam variant codd. scripti. V. Vorstium ad Val. Max. 2, 3, 2. quae notantur ad Liv. 4, 48, 5. infra ad 8, 9, 4. c. 32, 1. et alibi. Praeterea *purgatum* Leid. 2.

Ablegatione juventutis ad Veliternum bellum] *allegatione* Gaertn. V. ad Liv. 4, 58, 12. Tum *Vellitrinum bellum* Fragm. Hav. *Velitrinum bellum* Lov. 2. et Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 36, 1.

Dictatorium fulmen in se intentatum] *dictatorum fulmen in se intentum* Leid. 2. et Lovel. 1. Sed unius dictatoris Camilli fulmen intelligitur. Nam P. Manlius, qui Camillo in dictatura successit, nullum fulmen intentasse legitur, sed contra rem in caussam plebis inclinasse. *dictatorum* itaque pro *dictatorium* eodem errore, quo *regum*, pro *regium*, *regis* pro *regiis*, et similia alia. V. ad 32, 6, 6. Rectum etiam est *intentatum*, quod ea ratione dictum, qua *intentare manus* supra 3, 47, 7. V. infra ad 38, 6, 4. *intentum*, pro *intentatum*, ex eo genere errorum est, de quo infra v. ad 9, 6, 2. *tentatum* praefert Lovel. 5.

§. 8. *Qui etiam omen plebejo consuli, magistro equitum ex plebe dicendo, dederit*] *qui se jam* Lovel. 2. et 4. Tum *omem* Gaertn. *omnem* Leid. 1. Lovel. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. *omnem partem* Voss. 2. et Lovel. 3. *omen* et *omne*, sive *omina* et *omnia*, saepe in Mstis com-

etiam omen plebejo consuli, magistro equitum ex plebe dicendo, dederit. se ipsam plebem et commoda morari
9 *sua. Liberam urbem ac forum a creditoribus, liberos agros ab injustis possessoribus extemplo, si velit, habere*
10 *posse. Quae munera quando tandem satis grato animo aestimaturos, si, inter accipiendas de suis commodis rogationes, spem honoris latoribus earum incidant? non*

mutantur. V. ad Epit. Liv. 117. *voûem* Harlej. 2. *communem* Portug. et Haverk. Deinde *magistrum equitum ex plebe dicendo* Lovel. 4. 5. et Gaertn. *magistrum equitum de plebe dicendo* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed reliqui codd. in vulgatum conspirant, nisi quod *ex plebe* desit in Leid. 2. De locutione *magistro dicendo* v. ad 1, 53, 3. Voculae autem *ex* et *de* saepe in Mstis confunduntur. V. infra ad 21, 6, 5. Denique *dederint* apud Hearnium Oxon. L. 1. Sed referendum hoc verbum ad solum dictatorem.

Se ipsam plebem et commoda morari sua] Vocula *et* omittitur in Leid. 2. et Lovel. 1. Insuper *commoderari sua* Leid. 1. et Fragm. Hav. *commoderari suae* Voss. 2. et Lovel. 3. *commoderari suam* Lovel. 2. et 4. *commoda morari*, ut *morator commodi* 2, 44, 6. *Quatuorque tribunorum adversus unum moratorem publici commodi auxilio delectum consules habent.*

§. 9. *Liberam urbem ac forum a creditoribus, liberos agros ab injustis possessoribus extemplo, si velit, habere posse*] *ab creditoribus* Portug. et Haverk. Tum *et liberos agros ab injustis possessoribus* Haverk. *et ab injustis possessoribus*, duabus vocibus omissis, Harlej. 2. et Portug. in contextu; in cujus margine emendatur *liberos agros et ab injustis possessoribus.* Sed sine caussa Livium ἀσυνδέτως loqui prohibent, quum id ipsi familiare sit. Ita *omnes patricii, omnes unius gentis* 2, 49, 4. *omnia praemia ab se, omnes honores sperare* eodem cap. *duo exercitus, duae potentissimae et maximae finitimae gentes* c. 53, 3. ubi quaedam vide. *nulla arma, nullam vim expertus* 8, 36, 9. ubi etiam quaedam vide. *in quaestoribus novis major vis, major auctoritas erat* 3, 25, 2. *fames pestilentiaque foeda homini, foeda pecori* c. 32, 2. *omne Hernicum nomen, omnis militaris aetas excitur* 7, 7. 4. *idem somnus, eadem negligentia* 31, 24, 5. ubi etiam alia vide. Deinde *exemplo* Leid. 1. et Fragm. Hav. V. ad 34, 33, 8. *si velint* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. nempe *plebs*, quae vox saepe conlective sumi solet: qua forma mox subjungitur *aestimaturos* et *incidant.* V. ad 2, 5. 2. Quum tamen optimi codd. stent pro vulgato, eam lectionem in contextum recipere non audeo. Praeterea *si* exsulat a Gaertn.

§. 10. *Satis grato animo aestimaturos*] *extimaturos* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. Solent autem *aestimare* et *extimare*, sive *existimare*, in Mstis commutari. V. ad 34, 2, 5. Mox *spem honoribus*, pro *honoris*, Gaertn. V. ad 22, 8, 7. *spei honoris* Lovel. 4.

esse modestiae populi Romani id postulare, ut ipse foenore levetur, et in agrum injuria possessum a potentibus inducatur; per quos ea consecutus sit, senes tribunicios non sine honore tantum, sed etiam sine spe honoris, relinquat. Proinde ipsi primum statuerent apud animos, 11 *quid vellent: deinde comitiis tribuniciis declararent voluntatem. Si conjunctim ferri ab se promulgatas vo-*

Non esse modestiae populi Romani id postulare] *non esse inmodestiae populi Romani* Leid. 2. *non esse modesti populi Romani* Florent. Male. Cicero 2. de Orat. 20. *Alterum divinitatis mihi cujusdam videtur; alterum humanitatis.* 1. de Offic. 19. *Non enim modo id virtutis non est, sed potius inmanitatis.*

Ut ipse foenore levetur, et in agrum injuria possessum a potentibus inducatur] *ut ipso foenere levetur* Fragm. Hav. de quo errore v. hoc lib. ad c. 3, 8. *ut id foenore levetur* Lovel. 4. Tum *et agrum in injuria possessum*, male transpositis duabus vocibus, Voss. 2. *et injuria in agrum possessum* Lovel. 2. *et in agrum injuria possessionum* Fragm. Hav. *Τῷ in* subjecta erant stigmata in Portug. quibus eam vocem delendam esse librarius indicare voluit. Deinde *indicatur* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. et Fragm. Hav. quomodo saepius librarios peccasse, videbimus ad 10, 38, 4.

Per quos ea consecutus sit, senes tribunicios non sine honore tantum, sed etiam sine spe honoris relinquat] Vox *ea* exsulat a Lovel. 5. verbum *sit* ab Harlej. 2. et Portug. Hinc *senex tribunos* praefert Harlej. 2. *senes tribunos* Portug. et Haverk. Mox *sed jam sine spe* omnes illi tres codd. Interdum *etiam* et *jam* a scribis permutantur. V. ad 5, 7, 2. Hic vero duae priores literae *τοῦ etiam* interceptae videntur ab ultimis praecedentis *sed*, vel, ut saepe scribitur, *set*. Denique *relinquant* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. De locutione *populus Romanus relinquant* infra v. ad 10, 13, 11. Hic vero ob aliorum codicum dissentientium auctoritatem nihil muto. *Ὁ πάνυ* Gronovius ad cap. seq. §. 10. *relinquere* legendum esse conjicit.

§. 11. *Deinde comitiis tribuniciis declararent voluntatem*] Vide, num legendum *comitiis tributis*, ut ad finem orationis Claudii etiam habetur. GLAR. Tribunicia vocat comitia, quibus plebs mandare tribunatum plebis Licinio Sextioque cupiebat. Quare non est, cur *tributis* legamus, ut placet Glareano. SIG. *tributus* et *tribunicius* saepe in Mstis confunduntur. V. ad 2, 56, 2. Hic tamen recte Sigonius receptam scripturam adversus Glareanum defendit, ac docuit, *comitia tribunicia* esse, quibus plebs mandabat tribunatum plebis. Ita Cic. 1. ad Att. Ep. 1. *Nos autem initium prensandi facere cogitaramus in campo comitiis tribuniciis.* Ita *comitia tribunicia*, *quaestoria*, quibus tribuni militum consulari potestate, quibus quaestores creabantur, supra 4, 54, 2. *Non alias aegrius plebs tulit, tribunicia sibi comitia non commissa. eum dolorem quaestoriis comitiis simul ostendit et ulta est. consularia comitia* ibid. c.

gationes vellent, esse, quod eosdem reficerent tribunos
12 *plebis: perlaturos enim, quae promulgaverint. sin, quod cuique privatim opus sit, id modo accipi velint; opus esse*

53, 13. *Consularibus comitiis est exclusus.* c. 13, 4. *Jam comitia consularia instabant.* hoc lib. c. 37, 4. *Nec esse, quod quisquam satis putet, si plebejorum ratio comitiis consularibus habeatur. comitia praetoria* 26, 23, 1. *Praetoria inde comitia habita.* Et ita Livius saepissime. Vulgatum etiam defendunt omnes scripti; nisi quod, ordine mutato, *comitiis declararent tribuniciis voluntatem* habeant Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *tribunicii comitiis declararent voluntatem* Gaertn. *comitiis voluntatem tribuniciis declararent* Lovel. 4. *comitiis tribuniciis declarent voluntatem* Leid. 1. et vox *tribuniciis* desit in Lovel. 1. Paullo ante *primo statuerent*, pro *primum*, Leid. 2. *primum statuerunt* Lovel. 5. a m. 1.

Si conjunctim ferri ab se promulgatas rogationes vellent] *conjuncte* Voss. uterque, Florent. Leid. 2. Lovel. 1. 3. Klock. et Fragm. Hav. Eo etiam ducunt lectiones, licet corruptae, in aliis codicibus obviae. nam *conjuxte* est in Leid. 1. et Harlej. 1. *conjucte* in Gaertn. *cum justle* in Lovel. 4. et contextu Portug. *tum justle* in Lovel. 5. a m. 1. *commix* in Haverk. *commixte* in Lovel. 2. At infra cap. seq. §. 9. tantum non omnes codd. *Ut rogationes, inquit, nostras omnes conjunctim accipiatis.* Deinde *fore* Haverk. *forē* Port. *forte* Lovel. 2. *fere* Lovel. 5. a m. 1. *ferre* Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. 5. a m. 2. Harlej. uterque, Gaertn. Florent. Klock. Fragm. Hav. omnesque editiones usque ad Modium; in qua lectione jungendum foret *ferre ab se*, id est a se accipere; quo sensu *ferre munus* inlustrat Broekhus. ad Tibull. 1. Eleg. 1, 24. et Livius supra dixit 2, 12, 15. *Ut beneficio tuleris a me, quod minis nequisti.* Verum in hac re populus potius dicebatur *accipere*, quam *ferre legem*, quum eam probaret. Infra hoc cap. *Sin, quod cuique privatim opus sit, id modo accipi velint.* et iterum §. 10. *Si, inter accipiendas de suis commodis rogationes, spem honoris latoribus earum incidant.* c. 40, 11. *Aut omnia accipe, aut nihil fero.* et iterum. *Si non tuleris, quod commodum est populo accipere.* Et adhuc semel. *Aut omnia accipite, aut nihil fero.* c. 42, 9. *Dictator senatusque victus, ut rogationes tribuniciae acciperentur.* 10, 9, 1. *Adparebatque accipi legem.* 24, 29, 9. *Aut eximendum id de foedere esse, aut legem eam foederis non accipiendam.* Servo itaque, quod Modius substituit, omnesque post eum receperunt, *ferri:* idem autem in Voss. utroque, et Leid. 2. ex quibus in excerptis nihil notatum invenio, superfuisse videtur. Ita vero *ab se* (pro quo *a se* praeferunt Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 4. Gaertn. et Fragm. Hav.) pendebit ex sequenti *promulgatas.*

Esse, quod eosdem reficerent tribunos plebis] *Τὸ quod* omittitur in Voss. 2. et Lovel. 3. *esse quod eos* habet Lovel. 4. *est quidem eosdem* Gaertn. Elegans est genus loquendi, *est, quod reficerent.* Supra c. 37, 4. *Nec esse, quod quisquam satis putet, si plebejorum ratio comitiis consularibus habeatur.* Terent. in Phorm. 5, 1, 11. *Quod*

num familiae nostrae semper objectum est ab seditiosis tribunis, id nunc ego quoque audiam: Claudiae genti jam inde ab initio nil antiquius in republica Patrum majestate fuisse; semper plebis commodis adversatos esse. Quorum alterum neque nego, neque inficias eo, nos, ex 4

ego, non ceteri Claudii infitiamur. In ipso textu scribitur *neque nego, neque infitior, sed nos ex quo acciti sumus.* Andreas vero, *cum nos ex quo adsciti.* GEBH. Quasi vero diversa pronunciatio esset in τῷ *nego*, diversa in τοῖς *inficias eo*. Sed etiam id ipsum alterum, quod se aït non negare, est plane id ipsum, de quo aït se inficias non ire, nempe de aucta patriciorum majestate. Vix dubito scripsisse Livium: *quorum alterum neque ego inficias eo.* Adjectae sunt voces ab illis, qui τὸ *neque* sine antapodosi non concoquebant. 9, 9, 4. *Neque ego inficias eo, tam sponsiones quam foedera sancta esse.* Vel si placet mitius consulere, legendum erit: *quorum alterum neque nescio neque inficias eo.* Is enim ordo est, ut rem, de qua consuleris, vel nescire te dicas, vel deinde, si concedas te scire, probes, ita quoque fieri debere. Sic Frontinus in praefatione jungit: *neque ignoro, neque inficior.* JAC. GRON. *Coram alterum* Klock. Praeterea voces *neque inficias* desunt in Lovel. 3. *neque nego, neque inficio* habet Lovel. 2. *neque nego, neque interficior eo* Lovel. 1. a m. 1. in quo *inficior eo* interpolavit manus altera. *neque nego, neque inficior* Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. Lovel. 4. 5. Portug. Haverk. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. L. 2. N. et C. [Veith.] quae lectio ex alterius expositione nata est. V. infra ad 31, 31, 9. *Quorum alterum neque ego, neque ceteri Claudii infitiamur, cum nos ex quo* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Quorum alterum non ego, non ceteri Claudii negamus* ejusdem Hearnii codex L. 1. Si majoris auctoritatis codices ita praeferrent, lectio illa non rejicienda videretur. Ita enim tolleretur, quod merito displicuit Cl. Gronovio. Nunc potius ejus prior conjectura praeferenda videtur. In Fragm. Hav. a m. 1. scriptum fuerat *Quorum alterum neque nego neque ego, nos, ex quo.* a m. 2. vero reposita erat vulgata lectio.

Nos, ex quo adsciti sumus simul in civitatem et Patres] *sed nos ex quo* Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] qui omnes etiam *inficio* vel *inficior*, pro *inficias eo*, exhibuerunt. Hinc illud *sed* ex ultima litera τοῦ *inficias* et ex vocula *eo* natum existimassem, nisi etiam in Fragm. Hav. in quo a m. 2. *inficias eo*, a m. 1. *ego* legitur, reperissem. Potius est igitur τὸ *sed* ex numero illarum particularum, quibus nasuti librarii orationem Livianam, ex eorum sententia male cohaerentem, melius connectere conati fuerunt. V. ad c. 32. hujus lib. §. 8. et mox hoc cap. §. seq. Tum *aciti sumus* Gaertn. *arciti sumus* Leid. 2. *acciti sumus* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed nihil mutandum. Attus Clausus enim, gentis Claudiae auctor et caput, non *accitus* est in civitatem; sed, quum seditione domestica ex patria profugus Romam commigrasset, in eam *adscitus*, et deinde *inter Patres lectus* est, ut Livius inquit 2, 16, 4. *inter patricios cooptatus*

2 lentiumque inde ceteros Patrum defixiſſet; Ap. Claudius Craſſus, nepos decemviri, dicitur odio magis iraque, quam spe, ad diſſuadendum proceſſiſſe, 3 et locutus in hanc fere sententiam eſſe: *Neque novum, neque inopinatum mihi sit, Quirites, si, quod u-*

§. 2. *Ap. Claudius Crassus*] Cognomen omiserunt Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. *Crassi* habet Lovel. 2.

Locutus in hanc fere sententiam esse] *locutū* Leid. 2. Harlej. 2. Lovel. 1. et Haverk. *locutā* Portug. *Tò fere* non erat in editt. primis: addidit deinde Aldus, ac servant scripti, nisi quod alio ordine *fere in hanc sententiam* praeferant Gaertn. et Lovel. 2. *fore*, pro *fere*, habent Lovel. 1. et 3.

§. 3. *Neque novum, neque inopinatum mihi sit, Quirites*] *Nec novum, nec inopinatum* Lovel. 5. *Nec novum, neque inopinatum* Lovel. 1. Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. et Portug. Quod ferri poſſet, nisi optimi codd. diſſentirent. Nam alibi saepe *nec* et *neque* se excipere solent. V. ad 9, 9, 14. Deinde, cur subjunctivo *sit* Livius hoc loco utatur, cauſſam non video. Haud displicet *inopinatum mihi fit*, quod invèni in Leid. 2. et Lovel. 2. Ita Terent. in Andr. 1, 3, 20. *Mihi quidem Hercle non fit verisimile: atque ipsis commentum placet.* Saepius autem *fit* et *fit* in scriptis commutari solent. V. ad Liv. 5, 3, 8. Mox *objectum sit*, pro *eſt*, Lovel. 5. Tum *a seditiosis tribunis*, pro *ab seditiosis*, Gaertn. et *ego quoque nunc*, transpositis vocabulis, Lovel. 2.

Claudiae genti jam inde ab initio nil antiquius in republica Patrum majeſtate fuisse] *Claudiae gentis* Florent. Voſſ. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 4. 5. a m. 1. Harlej. 1. Gaertner. Fragm. Hav. a m. 1. Hearnii Oxon. L. 2. N. C. et excerpta Pith. [Veith.] ac vett. edd. quo mutato recte Mogunt. et Aldus *Claudiae genti* dederunt. Non enim jungendum *ab initio Claudiae gentis*, sed *Claudiae genti nil antiquius*. Hinc *jam tum ab initio* Haverk. Male. Supra 1, 2, 3. *Jam inde ab initio minime laetus novae origine urbis.* ubi quaedam vide. 9, 17, 10. *Disciplina militaris jam inde ab initiis urbis tradita per manus.* 24, 5, 9. *Jam inde a puero in omnia familiaria jura adsuetum.* (* 36, 17, 6.) 44, 25, 3. *Cernebat et, Persea jam inde ab initio belli omni modo spem pacis tentasse. jam inde antiquitus* inquit Liv. eodem sensu 9, 29, 8. Deinde *nihil antiquius* Voſſ. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Alibi ita variant scripti. V. Sigon. supra hoc lib. c. 26, 7. etiam quae infra notantur ad 7, 5, 7. 8, 25, 2. 9, 31, 3. c. 43, 11. (* 10, 22, 3.) et paſſim. *nihil antiquus* Harlej. 1. *nil antiquus* Leid. 1. et Florent. De locutione *nihil antiquius* v. ad 1, 32, 2. Insuper *Patrum magiſtrate fuisse* Klock. *Patrum majeſtati favisse* Edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad Epit. Liv. 45. In verbis proximis *commodis plebis adversatos esse*, trajectis vocibus, Portug. et Haverk. *commodis plebis adversarios esse* Harlej. 2. V. ad 7, 41, 6.

§. 4. *Quorum alterum neque nego, neque inficias eo*] Palat. sec. superscriptam habet lectionem, quam in suis quoque editionibus secuti Andreas atque Camp. *non*

voluntatem fuerint) vere referri posse. An hoc, si 6
Claudiae familiae non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, et vivere in libera civitate sciam, reticere possim? L. illum Sextium et C. Licinium, perpetuos (si 7
Diis placet) tribunos, tantum licentiae novem annis, quibus regnant, sumsisse, ut vobis negent potestatem liberam suffragii, non in comitiis, non in legibus jubendis, se permissuros esse? Sub conditione, inquit, nos reficietis decimum 8
tribunos. Quid est aliud dicere, quod petunt alii, nos adeo

eedentibus voluntatem, pro *utilitatem*, praefert Lovel. 4. Praeterea *fiunt*, pro *fuerint*, Hearnii Oxon. C. Hinc *referre posse* Harlej. 2. et Haverk. *referre posset* Leid. 1. *referre posset* Fragm. Hav. a m. 1. *referri posset* Lovel. 2. Vox *referre* deficit in Haverk. Paullo ante vox *nostrum* non erat in Harlej. 2. et Portug.

§. 6. *An hoc, si Claudiae familiae non sim, nec ex patricio sanguine ortus*] *An haec* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde *neque ex patricio sanguine ortus* Haverk. *nec patriae sanguine ortus* Harlej. 2. *nec patricie sanguine ortus* Portug. *nec patricio sanguine ortus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Exc. Pithoei. Ita mox praepositionem omittit Livius verbis seqq. *Qui modo me duobus ingenuis ortum, et vivere in libera civitate sciam.* V. supra ad 2, 6, 2.

Sed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum] *Quiritum* Florent. Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 4. 5. Harlej. uterque, Portug. et Haverk. V. supra ad 3, 20, 7. *unus Quiritium quibus* Lovel. 1. *unus Quiritium qui licet* Lovel. 2. Tum pronomen *qui* deficit in Lovel. 2. *et non*, pro *qui modo*, legit Lovel. 4. [*quilibet non me duobus* Veith.] *duobus ingeniis ortum* Portug. Τὸ *ortum* non comparet in Leid. 2. Mox *in libera civitate nam*, pro *sciam*, Leid. 1. Praeterea *reticere possum*, pro *possim*, edd. vetustiores. Primi Mediol. anno 1505. et deinde Aldus alterum substituerunt, quod probant omnes codd.

§. 7. *Ut vobis negent potestatem liberam suffragii* etc. *se permissuros esse*] *aut vobis* Voss. 1. Leid. 1. et Lovel. 1. solito scribarum lapsu. V. ad 4, 12, 8. et mox §. 11. *ut nobis negent* Lov. 2. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. De qua varietate v. ad 34, 2, 2. V. etiam mox ad §. 9. et §. 13. Praeterea τὸ *se* exsulat ab edd. principibus. V. ad 1, 23, 5. Primi addiderunt Mediol. anno 1505. quos secuti sunt Ascensius anno 1513. et Aldus. At idem Ascensius anno 1516. per errorem operarum vulgavit *semper missuros esse.* Τὸ *se* in omnibus superest scriptis, nisi quod pro eo *sed* habeat Fragm. Hav. In praecedentibus *Lucinum Sextium* legit Lovel. 2. Deinde *perpetuo tribunos*, pro *perpetuos*, Lovel. 4. [Veith.] Tum *licentiae note*, id est *nomine*, pro *novem*, Lovel. 5. a m. 1.

§. 8. *Quid est aliud dicere, quod*

quo adsciti sumus simul in civitatem et Patres, enixe operam dedisse, ut per nos aucta potius, quam imminuta, majestas earum gentium, inter quas nos esse vo-
5 *luistis, dici vere posset. Illud alterum pro me majoribusque meis contendere ausim, Quirites, (nisi, quae pro universa republica fiant, ea plebi, tamquam aliam incolenti urbem, adversa quis putet) nihil nos, neque privatos, neque in magistratibus, quod incommodum plebi esset, scientes fecisse: nec ullum factum dictumve nostrum contra utilitatem vestram (etsi quaedam contra*

est, teste Sueton. in Tiber. 1. verbo *accipere* in ea re usus est Livius 4, 3, 14. *Claudiam certe gentem post reges exactos ex Sabinis non in civitatem modo accepimus, sed etiam in patriciorum numerum.* 10, 8, 6. *Sabinum advenam principem nobilitatis vestrae, seu Attum Clausum, seu Ap. Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum acceperunt.* At contra Numa, qui non sponte, sed evocatus, Romam migravit, *adcitus* fuisse dicitur 1, 18, 6. *Adcitus, sicut Romulus augurato urbe condenda, regnum adeptus est.* 4, 3, 10. *Numam Pompilium, non modo non patricium, sed ne civem quidem Romanum, ex Sabino agro adcitum, populi jussu, Patribus auctoribus, Romae regnasse. Adsciscere* autem, ut apud Cic. pro Arch. Poët. 2. *Perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, quum sit civis, a numero civium; verum etiam, si non esset, putetis adsciscendum fuisse. Adcitus* autem et *Adscitus* commutari solent. V. infra ad 45, 25, 13. Deinde *in civitatem, Patres* Leid. 2. et Lovel. 1. *in civitatem et in Patres* Haverk. Solet ita Livius praepositiones repetere. V. supra hoc lib. c. 28, 6. Hic tamen reliquos codices, vulgatum servantes, sequor.

Quam imminuta majestas earum gentium, inter quas nos esse voluistis] *quam minuta* Haverk. Quum tamen reliqui stent pro recepta scriptura, syllabam *in* elisam puto vel a praecedentis vocis litera ultima; v. ad 5, 27, 6. vel a litera sequenti *m*. V. ad 37, 1, 2. Deinde *intra quas nos esse* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 5, 27, 2. *in qua nos esse* Lovel. 2. *in quas nos esse* Leid. 1. V. ad 38, 57, 6. *inter quas non esse* Gaertner. V. supra ad 3, 9, 5. *inter quas esse nos* Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 5. *Illud alterum pro me majoribusque meis*] *Sed illud alterum* Hearnii Oxon. L. 2. V. modo ad §. praec.

Quae pro universa republica fiant, ea plebi, tamquam aliam incolenti urbem] *pro universa reip.* Leid. 1. Tum vox *aliam* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *incolendi urbem* Haverk. Mox *quod incommodis plebi esset*, pro *incommodum*, Gaertn. *plebei* Lovel. 5. V. ad 2, 42, 2.

Etsi quaedam contra voluntatem fuerint) *vere referri posse*] *contra utilitatem fuerint* Voss. 2. Sed vox *utilitas* ex praecedentibus verbis animo scribae contra sensum Livii adhuc inhaesit. Contra in prae-

res conjunctim accipiatis. Obsecro vos, Tarquinii tribuni plebis, putate me ex media concione unum civem subclamare: Bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse; antiquare 10

esse, antiquare alias. Non desunt in Harlej. 1.

Non, inquit, licebit, tu de foenore atque agris] Verba sunt tribunorum plebis, per μίμησιν ab Appio prolata. Verum cum ait, *Et hoc portenti*, nisi ex stomacho Appii intelligamus, non plane capio, quidnam sibi velit. GLAR. Foedata pulcherrima sententia est ab iis, qui eam non percipientes non recte distinxerunt: sic enim accipiendum est, ut illae voces: *non, inquit, licebit*, sint Licinii respondentis Appio succlamanti. SIG. Sigonius notat, *non licebit* esse Licinii respondentis Appio succlamanti; *Tu de foenore*, esse Appii, Licinium ex ejus responso arguentis; contra atque senserit Glareanus. Immo Glareanus recte sensit: sunt enim utraque unius, non necessario Licinii, sed ex tribunis plebis reliquorum nomine, aut omnium tribunorum simul μιμητικῶς prolata, sed ita concepta, ut Appium ea dixisse appareat. Refert verba tribunorum Appius, non qualia illa pronunciarant, aut qua sententia illi accipi ea voluerant, sed qualia ea populo videri, quamque sententiam ex iis educi atque elici cupiebant Appius et patricii. Tribunorum haec verba fuerant: *non esse modestiae populi Romani, id postulare, ut ipse foenore levetur, et in agrum possessum a potentibus inducatur*; (haec ita durius reddit Appius: *Non licebit ex rogationibus legere, quas salubres tibi censeas esse, antiquare alias. Tu de foenore atque agris, quod ad vos omnes pertinet, jubeas?*) *per quos ea consecutus sit, senes tribunicios, non sine honore tantum, sed etiam sine spe honoris relinquat?* Nisi tamen scripsit Livius *relinquere*. Haec invidiosissime incivilissimeque reddit Appius, non contentus dicere: *et tu idem*, nempe quicumque civis, *ex nostro collegio dubites creare consules?* quod ipsum quoque ingratum fuisset: sed multo asperius: *et hoc portenti non fiat in urbe Romana, uti illum L. Sextium atque hunc C. Licinium consules, quod indignaris, quod abominaris, videas. Hoc portenti* desumtum Livio ex illo in Ventidium: *Portentum inusitatum conflatum est recens, nam qui fricabat mulos, consul factus est.* Verba *jubeas, indignaris, abominaris, videas* intelligunt, tu quicumque civis Romane de plebe: et proferuntur tamquam ex ore Licinii, per Appium narratorem vitiata: non tanquam Appii contra Licinium, ut vult Sigonius, qui artificium hoc oratorium, adversarii sensus invidiose exponendi, tantus orator non pervidit. Sic Cicero 3. in Verrem [11.] *De cohorte mea rejicies, inquit.* (puta, Verres) *Quid? ista cohors quorum hominum est? Volusii haruspicis, et Cornelii medici, et horum canum, quos tribunal meum vides lambere.* Sic ille passim. Valerius Max. 2, 9, 5. *Quam enim imprudenter Duronius Rostra conscendit, ista dicturus: Freni sunt injecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi: alligati et adstricti estis amaro vinculo servitutis: lex enim lata est, quae vos esse frugi jubet.* etc. Sic ridicule Saturnum inducit Prudentius 1. adversus Symmach. [45.]

9 *fastidimus, ut sine mercede magna non accipiamus. Sed quae tandem ista merces est, quae vos semper tribunos plebis habeamus? ut rogationes, inquit, nostras, seu placent, seu displicent, seu utiles, seu inutiles sunt, om-*

petunt alii, nos adeo fastidimus] In sec. superadditum est *fastidimur*. Pall. duo et Camp. editio *nisi quod petunt alii*. GEBH. *nisi quod petunt alii* etiam Voss. 2. Lovel. 3. et Hearnii Oxon. C. V. infra hoc cap. ad §. 19. *dicere, quam quod petunt alii* Lov. 2.

§. 9. *Quae tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis habeamus*] Vox *ista* deficit in Leid. 2. sed ea transposita *merces ista est* legit Lovel. 2. *merces est ista* Lovel. 4. Deinde *nos semper tribunos plebis* Lovel. 3. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. V. paullo ante ad §. 7. *vos semper tribunos populi* Lovel. 2. Miror vero, non hic iterum, ut alibi saepe, monuisse Gebhardum, per ὑφ' ἓν accipiendum *semper-tribunos*. Sed v. quae supra notantur ad 5, 2, 2.

Seu utiles, seu inutiles sunt, omnes conjunctim accipiatis] Duae priores voces exsulant a Leid. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. 1. et Gaertn. tertia et quarta a Florent. Verum earum similitudine decepti librarii modo has modo illas perperam omiserunt. Deinde *sint* Leid. 2. et Lovel. 4. Verum praecessit *seu placent, seu displicent*. Tum *omnes conjuncti accipiatis* Harlej. 2. et quaedam ex vetustis edd. An voluerunt *conjuncte accipiatis?* V. ad cap. praec. §. 11. Sed vulgatum *conjunctim* servant recte ceteri codices. *conjunctim accipitatis* errore librarii Leid. 1. Paullo ante *seu placerent*, pro *seu placent*, est in Harlej. 1. *plac'ent* se scriptum invenisse scriba credidit. V. infra ad 39, 52, 6.

§. 10. *Obsecro vos, Tarquinii tribuni plebis*] Vox *Tarquinii* deest in Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. Male. Supra 3, 39, 3. *Decem Tarquinios adpellantem, admonentemque, Valeriis et Horatiis ducibus pulsos reges.*

Putate me ex media concione unum civem subclamare bona venia vestra liceat] Haec verba ita interpungenda, ut appareat, *Bona venia vestra* etc. esse Appii succlamantis, sic: *succlamare: Bona venia.* SIG. Recte Sigonius. Verum distinctio, quae in plerisque antiquioribus editionibus exstabat, id jam indicavit. Quaedam enim exhibent, ut Sigonius voluit; quaedam *succlamare. Bona venia.* At Mediol. anni 1505. *Obsecro vos, Tarquinii tribuni plebis, (putate me ex media concione unum civem succlamare) bona venia vestra liceat.* Ceterum vox *media* deest in Harlej. 2. et Portug. Hinc *condicione* legit Leid. 2. quomodo saepe peccatur in membranis vetustis. V. ad 4, 12, 7. Tum *subclamore* Leid. 1. Lov. 2. et Fragm. Hav. De quo errore v. ad 4, 24, 7. De verbo *subclamare* v. ad 3, 50, 10. Insuper *bona nostra venia* Haverk.

Ex his rogationibus legere, quae salubres nobis censemus esse, antiquare alias] *ex his regionibus* Gaertn. *ex legationibus legere*, pronomine *his* omisso, aliud agens dedit librarius Lov. 4. Tum *salubres censemus vobis esse* Lovel. 5. *salubres nobis scimus esse* Leid. 2. Deinde *antiquari* Harlej. 2. et Portug. *antiquate* Fragm. Hav. a m. 2. At voces *censemus*

nes conjunctim accipiatis. Obsecro vos, Tarquinii tribuni plebis, putate me ex media concione unum civem subclamare: Bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse; antiquare 10

esse, antiquare alias. Non desunt in Harlej. 1.

Non, inquit, licebit, tu de foenore atque agris] Verba sunt tribunorum plebis, per μίμησιν ab Appio prolata. Verum cum aït, *Et hoc portenti*, nisi ex stomacho Appii intelligamus, non plane capio, quidnam sibi velit. GLAR. Foedata pulcherrima sententia est ab iis, qui eam non percipientes non recte distinxerunt: sic enim accipiendum est, ut illae voces: *non, inquit, licebit*, sint Licinii respondentis Appio succlamanti. SIG. Sigonius notat, *non licebit* esse Licinii respondentis Appio succlamanti; *Tu de foenore*, esse Appii, Licinium ex ejus responso arguentis; contra atque senserit Glareanus. Immo Glareanus recte sensit: sunt enim utraque unius, non necessario Licinii, sed ex tribunis plebis reliquorum nomine, aut omnium tribunorum simul μιμητικῶς prolata, sed ita concepta, ut Appium ea dixisse appareat. Refert verba tribunorum Appius, non qualia illa pronunciarant, aut qua sententia illi accipi ea voluerant, sed qualia ea populo videri, quamque sententiam ex iis educi atque elici cupiebant Appius et patricii. Tribunorum haec verba fuerant: *non esse modestiae populi Romani, id postulare, ut ipse foenore levetur, et in agrum possessum a potentibus inducatur*; (haec ita durius reddit Appius: *Non licebit ex rogationibus legere, quas salubres tibi censeas esse, antiquare alias. Tu de foenore atque agris, quod ad vos omnes pertinet, jubeas?*) *per quos ea consecutus sit, senes tribunicios, non sine honore tantum, sed etiam sine spe honoris relinquat?* Nisi tamen scripsit Livius *relinquere*. Haec invidiosissime incivilissimeque reddit Appius, non contentus dicere: *et tu idem*, nempe quicumque civis, *ex nostro collegio dubites creare consules?* quod ipsum quoque ingratum fuisset: sed multo asperius: *et hoc portenti non fiat in urbe Romana, uti illum L. Sextium atque hunc C. Licinium consules, quod indignaris, quod abominaris, videas. Hoc portenti* desumtum Livio ex illo in Ventidium: *Portentum inusitatum conflatum est recens, nam qui fricabat mulos, consul factus est.* Verba *jubeas, indignaris, abominaris, videas* intelligunt, tu quicumque civis Romane de plebe: et proferuntur tamquam ex ore Licinii, per Appium narratorem vitiata: non tanquam Appii contra Licinium, ut vult Sigonius, qui artificium hoc oratorium, adversarii sensus invidiose exponendi, tantus orator non pervidit. Sic Cicero 3. in Verrem [11.] *De cohorte mea rejicies, inquit.* (puta, Verres) *Quid? ista cohors quorum hominum est? Volusii haruspicis, et Cornelii medici, et horum cunnii, quos tribunal meum vides lambere.* Sic ille passim. Valerius Max. 2, 9, 5. *Quam enim imprudenter Duronius Rostra conscendit, ista dicturus: Freni sunt injecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi: alligati et adstricti estis amaro vinculo servitutis: lex enim lata est, quae vos esse frugi jubet.* etc. Sic ridicule Saturnum inducit Prudentius 1. adversus Symmach. [45.]

11 *alias. Non, inquit, licebit. Tu de foenore atque agris, quod ad vos omnes pertinet, jubeas; et hoc portenti non fiat in urbe Romana, uti L. Sextium atque hunc C. Licinium consules, quod indignaris, quod abominaris, videas? Aut omnia accipe: aut nihil fero.*

Sum Deus, advenio fugiens, praebete latebras.

J.FR.GRON. Verba Sigonii Gronovius descripsit ex prima scholiorum ejus editione; in posterioribus enim postrema pars scholii, quae recte Gronovio displicuit, resecta est, et illa tantum exstant, quae hoc loco visuntur. Cujus rei forsitan caussa fuerit, quod ipse se erraſſe animadverterit. Ceterum *Tu foenore atque agris*, omiſſa praepositione, Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 11. *Quod ad vos omnes pertinet*] *quod ad nos omnes pertineat* Gaertn. et Lovel. 2. *quod ad nos omnes pertinet* Voſſ. 2. et Lovel. 3. ac 5. *quod ad vos omnes pertinebit* Leid. 2. Mox *hoc portentum*, pro *hoc portenti*, Harlej. 2. Portug. et Haverk. Male. Optimi enim stant pro vulgato. Infra 30, 13, 13. *Perdito tamen atque adflicto sibi hoc in miseriis solatii esse.* ad quem locum plura vide. Praeterea *non fiet*, pro *non fiat*, Portug. a m. 2. *m fiat*, id est *modo fiat*, Lovel. 2. V. ad 4, 56, 6.

Ut Sextium atque hunc C. Licinium] Vet. lib. *uti Sextium:* ex quo colligi potest, legendum *ut L. Sextium.* SIG. *uti illum* [*L. Sextium*] habent veteres Andreae, Becharii, Mogunt. Ascensii, et aliae. Haud scio, cur mutarint. J. FR. GRON. Lectio scholio Sigonii praescripta in nulla ed. obvia fuit. Earum principes praeferunt, quemadmodum Gronovius monuit. Aldus deinde *uti L. Sextium* in contextu dedit. Sed in erratis priorem lectionem revocavit, quam et proximi editores servarunt. Frobenius deinde anno 1531. *uti L. Sextium* similiter vulgavit; idque postea semper obtinuit. Gronovio roganti, cur vetuſtiſſimarum editionum lectio mutata fuerit, respondeo, id factum eſſe ob codd. auctoritatem. Certe meorum nullus illis concinit. Nam *ut Lutium*, vel *L. Sextilium* est in Voſſ. 1. et Lovel. 1. ac 5. *uti Sextilium* in Harlej. 2. *uti L. Sextilium* in Portug. *ut Sextium* in Hearnii Oxon. C. *uti Sextium* in ejusdem codd. L. 1. 2. B. et N. atque in Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *ut Sextium* Lovel. 2. *ut L. Sextium* Lovel. 4. *uti L. Sextium* in Florent. quod servavi. An priores Livii editores τὸ *illum* adscivere ex superioribus verbis hujus cap. §. 7. *L. illum Sextium et C. Licinium perpetuos tribunos?*

Videas. aut omnia accipe, aut nihil fero. Ut si quis ei, quem urgeat fames] Adde notam interrogationis Voci *videas?* Quae sequuntur verba, *aut omnia accipe, aut nihil fero*, verba sunt Licinii tribuni plebis ab Appio recitata per μίμησιν, perinde atque illa: *Non, inquit, licebit.* Jam vero illa, *Ut si quis ei, quem urgeat fames*, sunt Appii coarguentis Licinii sententiam illam: *Aut omnia accipe, aut nihil fero.* SIG. *aut omnia accipere* Lovel. 4. et Gaertn. quorum codicum librarii, se *accip'e* vel *acci pe* scriptum inveniſſe, exiſtimaſſe videntur. *omnia accipite* Harlej. 1. Male. Praeceſſit enim singulari numero *jubeas*,

Ut si quis ei, quem urgueat fames, venenum ponat cum 12
cibo; et aut abſtinere eo, quod vitale sit, jubeat, aut mortiferum vitali admisceat. Ergo, si eſſet libera haec civitas, non tibi frequentes subclamaſſent? Abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tuis. quid? si tu non tu-

indignaris, abominaris, videas. Illud *accipite* formatum est ex verbis, quae poſtea §. 13. subjunguntur. Verum ibi alia ratio. Hic enim Appius per *μίμησιν* exprimit verba unius tribunorum, respondentis uni civi ex media concione subclamanti; ibi Appius fingit patricium toti plebi dicentem *accipite.* Praeterea *aut nihil oro* Voſſ. 2. *aut nihil feras* Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] literis transpositis *aut nihil fore* Lovel. 3. Deinde *Aut si quis ei* Leid. 2. quae varietas scripturae in membranis frequens est. V. supra hoc cap. ad §. 7.

§. 12. *Venenum ponat cum cibo, et aut abſtinere eo, quod vitale sit*] *venenum ponat in cibo* Fragm. Hav. a m. 1. Male. Non enim indicat venenum cibo mixtum, sed venenum et cibum, quodque separatim. Nam mox demum subjungitur, *aut mortiferum vitali admisceat.* Tum *et* deest in Voſſ. 2. et Lovel. 3. Denique *quod vitales sit* Harlej. 1. Sed prima litera *τοῦ sit* male repetita est in fine vocis praecedentis. V. ad 28, 25, 2. *quod ni tale sit* Lovel. 5. qui idem mox *in tali*, pro *vitali*, praefert. In praecedentibus *fames urgeat*, transpositis vocibus, Lovel. 2. *urgebat fames* antt. edd. aberratione operarum.

Si esset libera haec civitas, non tibi frequentes subclamassent] *cum esset libera* Lov. 5. Hearnii Oxon. N. et Exc. Pithoei. Atque ita praefert Voſſ. 1. in contextu, pro quo alterum in margine emendatur. Pronomen autem *tibi*, quod in prioribus deerat excusis, primus addidit Aldus. Id autem exſtat in omnibus scriptis, nisi quod in Oxon. L. 1. deeſſe Hearne teſtetur.

Cum tribunatibus ac rogationibus tuis] Adde notam interrogationis. SIG. *cum tribunatibus tuis*, reliquis omiſſis, Leid. 2. *cum tribunatibus tuis ac rogationibus tuis* Harlej. 2. ac Portug. Conjunctio *ac* deerat in Gaertn. ejus loco *et* praeferunt Lovel. 5. atque Aldo antiquiores editi. *ac rogantibus* Voſſ. 2. et Lovel. 3. An forte voluerunt *ac rogatibus?* Sed vulgatum tuentur ceteri scripti.

Quid si non tuleris, quod commodum est populo accipere] *quod*, pro *quid*, Florent. Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 2. Ea lectio si placet, *quod* hic abundabit. Id autem frequens eſſe sequente particula *si*, supra vidimus ad 2, 29, 8. Contra, si vulgata scriptura verior videtur, post *τὸ quid* ponendum erit signum interrogationis. Et quidem ob codicum reliquorum consensum id praeferrem. Usitatum autem in interrogationibus eſſe, pronomen hoc ita absolute poni, infra videbimus ad 28, 41, 12. Ita mox hoc cap. *Quid? rogatio qualis est, quam a vobis antiquatam indignantur?* Praeterea *si tu non tuleris* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. uterque, Portug. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. omnesque editi usque ad Gruterum. Et hoc pro-

leris, quod commodum est populo accipere, nemo erit,
13 *qui ferat illud? Si quis patricius, si quis (quod illi volunt invidiosius esse) Claudius diceret, Aut omnia accipite, aut nihil fero; quis vestrûm, Quirites, ferret?*
14 *Numquamne vos res potius, quam auctores, spectabitis? sed omnia semper, quae magistratus ille dicet, secundis auribus, quae ab nostrûm quo dicentur, adversis accipi-*
15 *etis? At hercule sermo est minime civilis. Quid? Ro-*

nomen restitui; elegantis enim emphasis est. *si tu non tuleris, nemo erit, qui ferat illud.* in quibus *tu* et *nemo* obponuntur. Mox *qui fuerat*, pro *qui ferat*, Klock. et quaedam edd. antiquae: quomodo etiam in codd. scriptis librarii variarunt. V. supra ad 5, 44, 4. Poteras etiam aliter orationem interpungere hoc modo: *nemo erit, qui ferat? Illud si quis patricius.* At sensus eodem redit.

§. 13. *Aut omnia accipite, aut nihil fero*] *Aut omnia accipe* priscae edd. quod effictum est ex illis, quae supra §. 11. obcurrunt. Sed aliam hujus, aliam illius loci rationem esse, ibi dictum est. Recte itaque Aldus priorem lectionem mutavit, substituens *accipite*, quod habent etiam omnes calamo scripti. Doujatius tamen postea *accipe* iterum vulgari curavit: et simul monuit, induci Licinium plebem adloquentem. Sed ita referenda foret adnotatio ad verba §. 11. quamvis tamen, ut Gronov. ad §. 10. docuit, illa etiam non necessario verba Licinii sunt, sed unius ex tribunis plebis reliquorum nomine, aut omnium tribunorum simul. neque dicuntur plebi in genere, sed uni illi civi, quem ex media concione subclamantem, *Bona venia vestra*, etc. Appius induxerat. Praeterea *aut nihil fere* Gaertn. *aut nihil feres* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Port. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] quod positum foret pro accipies. Sed verum est alterum in reliquis obvium. *fero* tanquam legislator. V. ad cap. praec. §. 11. In verbis praecedentibus *invidiosius dicere*, pro *invidiosius esse*, Lovel. 4. [Veith.] Mox in sequentibus *quis nostrûm*, pro *vestrûm*, Gaertn. V. ad §. 7.

§. 14. *Numquamne vos res potius, quam auctores, spectabitis*] Pall. duo *exspectabitis*, ut et Andreae editio. Palat. sec. *Numquamne nos res* (superscriptum *reos*) *potius, quam auctores, explicabitis.* Non intelligo. GEBH. Perperam *nos*, pro *vos*, etiam Gaertn. et Haverk. Deinde *quam auctores explicabilis* Haverk. *exspectabitis* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. quinque, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et quaedam vett. edd. quae etiam lectio errantium est librariorum. V. supra hoc lib. ad c. 33, 1. Mox *sed et omnia*, addita media voce, Lovel. 2. Tum *magistratus ille dicit*, pro *dicet*, Harlej. 2. et Portug. *diceret* Harlej. 1. et quaedam ex vetustis edd. V. ad 2, 56, 7.

Quae ab nostrûm quo dicentur] Adscripta erat varia lectio in Pall. duobus, primo ac tertio, sive interpretatio potius τοῦ *quo*, quam curiosus librarius inseruit seriei sive textui, *quae ab nostrorum vel aliquo quo.* Palat. sec. et editiones

gatio qualis est, quam a vobis antiquatam indignantur? sermoni, Quirites, simillima. Consules, inquit, rogo, ne vobis, quos velitis, facere liceat. An aliter rogat, 16 *qui utique alterum ex plebe fieri consulem jubet; nec duos patricios creandi potestatem vobis permittit? Si ho-* 17 *die bella sint, quale Etruscum fuit, quum Porsena Janiculum insedit; quale Gallicum modo, quum praeter Capitolium atque arcem omnia haec hostium erant,*

veterrimae *quae ab nostrûm quoque dicentur*. GEBH. Lectio, quam Gebhardus in duobus Pall. invenit, et recte ex interpretatione natam, ac deinde contextui insertam existimavit, mihi quoque obvia fuit in Voss. 2. et Lovel. 3. quam vero ex Pal. sec. adfert, exstitit in nullo meorum. Fragm. Hav. a m. 1. vulgatum habuit; sed pro eo postea manu altera interpolatum est *quae ab nostrûm quoquam*. Et id posterius exhibent Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *quae ad nos que contra dicentur* est in Lovel. 2. *quae a nostrûm quo* in Lovel. 1. *quae nostrûm quo* in Lovel. 4. *quae ab nostrûm aliquo* in edit. Rom. principe, teste Hearnio, et in omnibus antiquis, quibus usus sum. Ut forte, quod Gebhardus de editionibus veterrimis dicit, de sola Campaniana intelligendum sit. *ab nostrûm quo* primus Frobenius anno 1535. edidit; cui consentiunt optimi, et alii omnes. Ex ejus autem interpretatione etiam *quoquam* natum esse patet.

§. 15. *Quid? rogatio qualis est*] *An rogatio qualis est* Gaertn. *Quae rogatio qualis est* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Male. V. supra hoc cap. ad §. 12. Paullo ante *At vero sermo*, pro *At hercule sermo*, Leid. 2. *At hercle sermo* Lovel. 2. et 4. V. ad 7, 11, 1. Mox in verbis sequentibus *indignantur antiquatam* primae editt. Pro eo primus Aldus dedit *antiquatam indignantur*. Et ita praeferunt omnes manu exarati libri.

Sermoni, Quirites, simillima. Consules, inquit, rogo] *similia* Haverk. *similia* scriptum forte fuerat, idque librario fraudi fuit, quod notam non animadverterit. Tum *Consules rogo, inquit* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *To rogo* deficit in Lovel. 4.

§. 16. *Nec duos patricios creandi potestatem vobis permittit*] *et lex duos patricios* Voss. 2. et Lovel. 3. *ne lex duos patricios* Fragm. Hav. a m. 1. Tum *vobis creandi potestatem permittit* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *creandi potestatem nobis permittit* Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] *creandi potestatem non permittit* Gaertn.

§. 17. *Si hodie bella sint, quale Etruscum fuit, quum Porsena Janiculum insedit*] *Sed hodie bella sint* Gaertn. [Veith.] Deinde *Porsenna* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Sed v. supra ad 2, 9, 1. Deinde *Janiculum obsedit* Lovel. 4. et Hearnii Ox. L. 2. et C. [Veith.] invito Livio, qui 2, 10, 3. *Janiculum repentino inpetu captum*, non obsessum fuisse, refert. Et ita alii scriptores. Mox *quale modicum modo*, pro *quale Gallicum modo*, Kloek. Hinc

et consulatum cum hoc M. Furio et quolibet alio ex Patribus L. ille Sextius peteret; possetisne ferre, Sextium haud pro dubio consulem esse, Camillum de repulsa
18 *dimicare? Hoccine est in commune honores vocare, ut duos plebejos fieri consules liceat, duos patricios non liceat? et alterum ex plebe creari necesse sit, utrumque*

vox *arcem* exsulat a Lov. 5. Deinde *omnia hostium erant*, omisso pronomine *haec*, Leid. 2. et quaedam vett. edd. *omnia hujus hostium erant* exhibet Lovel. 1.

Cum hoc M. Furio aut quolibet alio ex Patribus] Ita primus edidit Frobenius anno 1535. eamdemque lectionem reliqui omnes, qui postea Livium vulgarunt, retinuerunt. Antea legebatur *M. Furio et quolibet;* quod verum esse praestant Voss. ambo, Leid. ambo, Harl. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Port. Haverk. Fragm. Hav. Gaertn. Klock. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. ut et Excerpta Pith. Eamdem etiam veram praestat sana ratio. Si enim utique alter ex plebe consul faciendus foret, tum demum Furius de repulsa dimicaret, si ipse *et* alius ex ordine Patriciorum peterent. Contra si *aut* legas, aeque hic M. Furius, vel quicumque alius ex Patribus peteret, haud pro dubio consul erat, ac L. ille Sextius. Priscam igitur lectionem revocavi. *cum hoc M. Fabio* male praefert Latinii Neapol. Mox enim sequitur *Camillum de repulsa dimicare.*

Possetisne ferre, Sextium haud pro dubio consulem esse, Camillum de repulsa dimicare] *possetis non ferre* Haverk. Deinde *haud procul dubio consulem esse* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Verum ita negandi particula *haud* delenda foret. Ego vulgatum, in quod optimi codices conspirant, praefero. *haud pro dubio consul*, est haud dubius consul, haud dubie consul. Ita *pro bono facere*, est bene, bonum facere. Sallust. in Jug. 22. *Populum Romanum neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerint.* Ubi v. Cl. Cortium. Tum *et Camillum* Harlej. 2. Denique *de rep. dimicare* Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Gaertn. *de republica dimicare* Voss. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. *de re dubia dimicare* Latinii Neapolit.

§. 18. *Hoccine est in commune honores vocare*] Si hic atque sequens versus absque interrogatione legantur, cum quadam dicentis admiratione, plus gratiae habebunt, quum ut passim vulgo leguntur verba. GLAR. Codices quidam admodum variant. *Hos in omnes in communes honores vocare* Portug. a m. 1. *Hoccine in omnes communes honores vocare* a m. 2. *Hos omnes in commune honores vocare* Haverk. *Hoccine est in communes honores vocare* Harlej. 2. *Hoccine est in commune vocare* Gaertn. *Hocne est in commune honores vocare* Florent. *Hoccinesse in commune in honores vocare* Voss. 1. et Leid. 2. *Hoc inesse in commune in honores vocare* Lovel. 1. 4. 5. Sed nihil mutandum, nisi forte quam proxime scripturam ultimorum illorum Mstorum legendum sit *Hoccine esse in commune honores vocare. Vocare in commune*, ut *vocare in partes.* V. infra ad 7, 22, 9. An for-

XLI. *Quomodo extorqueant, non quomodo petant honores, quaerunt: et ita maxima sunt adepturi, ut nihil ne pro minimis quidem debeant; et occasionibus potius, quam virtute, petere honores malunt. Est aliquis, qui* 1 2

to honore prorsus nihil debituri sint, ne tantum quidem, quantum pro re minima et parvi pretii. *ne pro minimis quidem* itaque esse, tamquam minima, vel ne minimum quidem. Ita enim Livium supra dixisse 4, 7, 3. *Pro firmato fletit magistratus ejus jus.* id est, tamquam firmatum. 10, 35, 7. *Pro victis esse.* ut et 21, 9, 2. Plaut. in Menaechm. 2, 2, 24. *Pro sano loqui.* Propert. 1. Eleg. 10, 24.

Neu tibi pro vano verba benigna cadant.

Etiam Cl. Clericus locum sanum putabat, et *ne pro minimis quidem* accipiebat, quasi dictum foret, ne pro minimis quidem plebejorum, qui consulatum adepturi erant; quasi populus in illos etiam consulatum conferre necesse haberet. Codices pertinaciter in vulgatum conspirant: et tamen id ferri posse non videtur. An forte legendum? *ut nihil, ne minimum quidem debeant.* vel, si *pro* expungi nimis audax videatur, *ut nihil populo Romano, ne minimum quidem, debeant.* Sed considerent, qui promtiori praediti sunt ingenio. Coctierii expositionem non facile aliquem probaturum credo. Paullo ante *quaerant*, pro *quaerunt*, Harlej. 2. Portug. et Haverk. *quaeritur* Lovel. 2.

Et occasionibus potius, quam virtute, petere honores malint] Ita primus J. Fr. Gronovius edidit, utrum de industria, an operarum errore, incertum est: sane alibi ita mutandum esse non monuit; neque hic etiam mutationis caussam reddidit. Hanc autem Gronovii lectionem postea receperunt omnes, quos vidi, recentiores. At Gronovio priores dederunt *malunt:* quam lectionem habent omnes mei codd. Eamdem etiam superesse in Oxon. N. et C. Hearne monuit. Illam itaque restitui. Non enim pendet oratio ex vocula proxime praecedenti *ut*, sed potius cohaerent *et ita sunt adepturi, et occasionibus petere malunt.* Praeterea alio ordine *et malunt occasionibus potius, quam virtute, petere honores* Harlej. 2.

§. 2. *Est aliquis, qui se inspici, qui aestimari fastidiat.*] Haec quoque absque interrogatione legam eum ironia, et quasi per irrisionem: et *est aliquis* dixit, velut in Thrasonem, ut illud Satyrici [Juvenal. Satyr. 1, 73.]

Aude aliquid, brevibus Gyaris et carcere dignum,
Si vis esse aliquid: probitas laudatur, et alget.

GLAR. Et haec, et quae sequuntur, verba sine interrogatione legenda sunt. SIG. Pall. tres *inspici extimari fastidiat.* Campan. vero *qui se inspici aestimarique fastidiat.* GEBH. Campanus: *inspici aestimarique.* Tres Pall. et Thuan. *qui se inspici, aestimari, fastidiat.* Placet omnino, et nescio quid ponderis est in asyndeto. 8, [4, 6.] *Si quando umquam consociandi imperii, usurpandae libertatis tempus optastis.* 10, [24, 14.] *Quum periculum, dimicatio proposita sit.* Sic enim scripti. J. FR. GRON. *qui se inspici, qui aestimari fastidiat*, quemadmodum priores excusi praeferunt, in nullo est meorum codicum. *qui se inspici, exi-*

non estis, necessitatem vobis creandi, quos non vultis,
20 *inponam? Quid sequitur, nisi ut ne beneficium quidem debeat populo, si cum duobus patriciis unus petierit plebejus, et lege se, non suffragio, creatum dicat?*

a m. 2. et Hearnii Oxon. N. et B. [Veith.] *Quid est dicere, nisi quia indignos* legit Haverk. *Quid est dicere aliud, quod si indignos* Voss. 2. *Quod est dicere aliud, quam si indignos* Lovel. 3. *Quid est dicere aliud, quam indignos* Gaertn. *Quid est dicere aliud, quia indignos,* quemadmodum ante Sigonium edebatur, praeferunt Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 4. 5. Florent. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. Et sane haud magis τὸ *nisi* hic requiram, quam supra hoc cap. §. 8. *Quid est aliud dicere, quod petunt alii, nos adeo fastidimus, ut sine mercede magna non accipiamus.* Particulam igitur *nisi* a Sigonio additam iterum expunxi. *Quid est aliud dicere, quia indignos* alio ordine edd. ante Frobenianam anni 1535. Paullo ante *si duos liceat creari patricios,* pro *licebit,* Leid. 2. Insuper *neminem creas,* pro *creetis,* Lovel. 3.

§. 20. *Quid sequitur, nisi ut ne beneficium quidem debeat populo*] Pall. duo iterum omittunt τὸ *nisi.* In Palat. MS. sec. initio fuerat *Quid sequitur, nec beneficium quidem debere populo.* Camp. *Quid sequitur, nisi ne beneficium quidem debere populo.* GEBH. *Quid sequitur? nec beneficium quidem debere populo Ro.* Portug. et Haverk. in quorum tamen priori τὸ *nisi* in margine conspicitur. *Quid sequitur? ut ne beneficium quidem debeat populo* Lovel. 2. 3. et Leid. 1. *Quid sequitur? ut ne beneficium quidem debeatur populo Romano* Gaertn. *Quid sequitur? nisi ut beneficium* Lovel. 4. *Quid sequitur? nisi beneficium* Lovel. 5. qui etiam *populo Ro.* praefert.

Et lege se, non suffragio, creatum dicat] *et lege, non se suffragio* Gaertn. Praeterea *creatum* deficit in Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *creatum esse dicat* exhibet Fragm. Hav. a m. 1.

§. 1. *Ita maxima sunt adepturi, ut nihil ne pro minimis quidem debeant*] Isthaec non placent. Lege, *ut nihil pro iis, nec minimum quidem, debeant.* Is enim sensus Livii fuisse videtur. Sed quanto magis arrideat: *ut nihil populo Romano Quiritium debeant.* Hanc ego veram esse lectionem arbitror. T. FABER. Fortassis: *et ita maxima sunt adepturi, ut nihil quasi pro minimis debeant.* J. FR. GRON. Secundum Doujatium exigit sententia emendationem aliquam, ut cohaereat. Eidem tamen Gronovii et Fabri conjecturae displicent, quas contextus potius eversiones, quam correctiones, vocat. Ipsi igitur duorum alterum subcurrit, vel ut, iterata particula monosyllaba *ut,* legamus, *et ita maxima sunt adepturi, ut nihil, ne ut pro minimis quidem, debeant.* Id est, nihil pro maximis honoribus (consulatu puto) debeant in posterum, ne quantum quidem nunc pro minimis (tribunatu scilicet plebis, minore ac plebejo magistratu) debent. vel certe ut, vocibus *maxima* et *minimis* transpositis, refingamus, *et ita minima sunt adepturi, ut nihil, ne pro maximis quidem, debeant.* Cl. Coetierius ad marginem exemplaris, quo usus est, nihil mutabat; sed vulgatam lectionem ita exponebat: Ita accepturi sunt consulatum, quasi lege, non suffragio, ut pro tan-

XLI. *Quomodo extorqueant, non quomodo petant bo-* 1
nores, quaerunt: et ita maxima sunt adepturi, ut nihil ne pro minimis quidem debeant; et occasionibus potius, quam virtute, petere honores malunt. Est aliquis, qui 2

to honore prorsus nihil debituri sint, ne tantum quidem, quantum pro re minima et parvi pretii. *ne pro minimis quidem* itaque esse, tamquam minima, vel ne minimum quidem. Ita enim Livium supra dixisse 4, 7, 3. *Pro firmato stetit magistratus ejus jus.* id est, tamquam firmatum. 10, 35, 7. *Pro victis esse.* ut et 21, 9, 2. Plaut. in Menaechm. 2, 2, 24. *Pro sano loqui.* Propert. 1. Eleg. 10, 24.

Neu tibi pro vano verba benigna cadant.

Etiam Cl. Clericus locum sanum putabat, et *ne pro minimis quidem* accipiebat, quasi dictum foret, ne pro minimis quidem plebejorum, qui consulatum adepturi erant; quasi populus in illos etiam consulatum conferre necesse haberet. Codices pertinaciter in vulgatum conspirant: et tamen id ferri posse non videtur. An forte legendum? *ut nihil, ne minimum quidem debeant.* vel, si *pro* expungi nimis audax videatur, *ut nihil populo Romano, ne minimum quidem, debeant.* Sed considerent, qui promtiori praediti sunt ingenio. Coctierii expositionem non facile aliquem probaturum credo. Paullo ante *quaerant*, pro *quaerunt*, Harlej. 2. Portug. et Haverk. *quaeritur* Lovel. 2.

Et occasionibus potius, quam virtute, petere honores malint] Ita primus J. Fr. Gronovius edidit, utrum de industria, an operarum errore, incertum est: sane alibi ita mutandum esse non monuit; neque hic etiam mutationis caussam reddidit. Hanc autem Gronovii lectionem postea receperunt omnes, quos vidi, recentiores. At Gronovio priores dederunt *malunt:* quam lectionem habent omnes mei codd. Eamdem etiam superesse in Oxon. N. et C. Hearne monuit. Illam itaque restitui. Non enim pendet oratio ex vocula proxime praecedenti *ut*, sed potius cohaerent *et ita sunt adepturi, et occasionibus petere malunt.* Praeterea alio ordine *et malunt occasionibus potius, quam virtute, petere honores* Harlej. 2.

§. 2. *Est aliquis, qui se inspici, qui aestimari fastidiat.*] Haec quoque absque interrogatione legam cum ironia, et quasi per irrisionem: et *est aliquis* dixit, velut in Thrasonem, ut illud Satyrici [Juvenal. Satyr. 1, 73.]

Aude aliquid, brevibus Gyaris et carcere dignum,
Si vis esse aliquid: probitas laudatur, et alget.

GLAR. Et haec, et quae sequuntur, verba sine interrogatione legenda sunt. SIG. Pall. tres *inspici extimari fastidiat.* Campan. vero *qui se inspici aestimarique fastidiat.* GEBH. Campanus: *inspici aestimarique.* Tres Pall. et Thuan. *qui se inspici, aestimari, fastidiat.* Placet omnino, et nescio quid ponderis est in asyndeto. 8, [4, 6.] *Si quando umquam consociandi imperii, usurpandae libertatis tempus optastis.* 10, [24, 14.] *Quum periculum, dimicatio proposita sit.* Sic enim scripti. J. FR. GRON. *qui se inspici, qui aestimari fastidiat*, quemadmodum priores excusi praeferunt, in nullo est meorum codicum. *qui se inspici, esi-*

se inspici, aestimari fastidiat; qui certos sibi uni honores inter dimicantes competitores aequum censeat esse; qui se arbitrio vestro eximat; qui vestra necessaria suffra-
3 *gia pro voluntariis, et serva pro liberis faciat. Omitto Licinium Sextiumque, quorum annos in perpetua potestate,*

stimarique fastidiat praeferunt Lovel. 2. 4. 5. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *qui se inspici extimarique fastidiat* Fragm. Hav. a m. 2. *qui se inspici aestimarique fastidiat* Oxon. L. 2. apud Hearnium. [Veith.] *qui se inspici, extimari fastidiat* Lov. 1. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *qui se inspici, existimari fastidiat* Harlej. 2. *qui se inspici, aestimari fastidiat* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Florent. et Gaertn. Idem in suis L. 1. N. et C. conspici, Hearne testatur. Et ita jam Frobenius edidit anno 1535. quem secuti sunt Basileenses anno 1539. Gryphius annis 1548. et 1554. ac Curio. At Vascosanus et reliqui priorem lectionem revocarunt, usque dum Gronovius anno 1665. τὸ *qui* posteriori loco iterum ex contextu ejiceret. Saepe Livium copulas omisisse, infra videbimus est ad 9, 22, 6.

Cui certos sibi uni honores inter dimicantes competitores aequum censeat esse] *qui certos si . . . honores*, relicta parva lacuna, Gaertn. *qui ceteros sibi uni honores* Lovel. 2. et quaedam ex vett. edd. V. infra ad 34, 36, 4. Deinde *inter micantes competitores* Harlej. 1. Verum, has voces etiam alibi scribas commutasse, docuerunt viri docti ad Suet. Aug. 13.

§. 3. *Licinium Sextiumque, quorum annos in perpetua potestate, tamquam regum in Capitolio, numeratis*] Quid est *regum in Capitolio?* An signatorum in Capitolinis fastis? Quasi nusquam alibi numerari regum anni potuerint. An tribunorum? at illorum in fastis, quatenus supersunt, vestigium nullum. Acta urbana, vel si qua fuerunt collegii, his sufficiebant. An inseritur mentio Capitolii, tanquam loci, ubi tum temporis plerumque comitia tribunicia haberentur? Nam in area Capitolina nonnunquam habita esse constat. An potius legendum *in Campo*; vel *in comitiis?* hic enim saepius. Nisi resecta utraque voce Livius reliquit: *quorum annos in perpetua potestate, tamquam regum, numeratis.* Adjecerunt autem *in Capitolio*, qui semiplenam periodum putarent, nisi apponeretur aliquid regibus, ut adest tribunis *in perpetua potestate:* quasi non hoc quoque pertineret ad reges. J. FR. GRON. Respicit Livius regum statuas, quae erant positae in Capitolio, quarumque basibus numerus annorum, quibus regnaverant, erat inscriptus. Cum autem C. Licinius Stolo et L. Sextius per aliquot annos continui tribuni plebis fuissent, eorum annos ait Claudius numerari in perpetua potestate vel continuos, non secus ac in titulis, qui additi erant regum statuis. Nam cum ii, qui honores diversis vicibus gessissent, dicebantur tertium, quartum, quintum, etc. Consules vel tribuni plebis, hi e diverso poterant inscribi tribuni plebis verbi causa decem vel plurium annorum. Statuas autem

pulus creat patricios magiſtratus, non aliter, quam auſpicato, creet; ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus, et privatim auſpicia habeamus, quae iſti ne in magiſtratibus quidem habent. Quid igitur aliud, quam tollit ex civitate auſpicia, qui, 7 plebejos conſules creando, a Patribus, qui ſoli ea habere poſſunt, aufert? Eludant nunc licet religiones. Quid enim 8 eſt, ſi pulli non pascentur? ſi ex cavea tardius exierint?

interregem prodendum jubebat. Cic. pro Domo 14. *Quum interrex nullus sit, quod et ipsum patricium esse, et a patricio prodi necesse est.* 3. de Legib. 4. *Cum populo Patribusque agendi jus esto consuli, praetori, magistro populi, equitumque, eique, quem produnt Patres consulum rogandorum ergo.* Ascon. ad Cic. Orat. pro Mil. c. 5. *Interrex primus proditus est M. Aemilius Lepidus. Non fuit autem moris, ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi.* Mox in verbis sequentibus *habeant* edd. vett. pro quo Aldus dedit *habent*. Et ei consentiunt omnes scripti.

§. 7. *Quid igitur aliud, quam tollit ex civitate auspicia*] *Quid aliud igitur* Portug. et Haverk. Sed τὸ *igitur* deficit in Harlej. 2. Tum *quam quid tollit* Harlej. 2. *quam quod tollit* Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed *quid aliud, quam tollit* eodem modo dicitur, quo *nec quidquam aliud, quam ad spectaculum venire* infra 31, 24, 3. ubi plura notantur. *quam tolli* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 3. Fragm. Hav. a m. 1. et Voſſ. 1. in margine. Deinde *in civitate* Portug. et Haverk. Mox *auferet*, pro *aufert*, Hearnii Oxon. L. 2. *aufertur* Lovel. 1. et 2.

Eludant nunc licet religiones] *Eludat* Voſſ. 2. *Claudat* Lovel. 3. *Claudit* Harlej. 2. et Portug. in contextu, in cujus margine *Eludant* emendatur. Simili fere errore scribae *clausus* et *lusus* commutarunt. V. N. Heins. ad Nason. 4. Metam. 697. Τὸ *licet* omisit librarius Leid. 1.

§. 8. *Quid enim eſt, ſi pulli non pascentur, si ex cavea tardius exierint*] Verbum *eſt* exsulat a Portug. Deinde *si ludi non pascentur* Leid. 1. *si populi non pascentur* Harlej. 1. in quo emendatum, adscripta inter versus altera *l*, *populli*. at *si pulli non pascerentur* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] V. ad 2, 56, 7. Tum *ex cava* Lovel. 1. Poſtea *exiverint* Lovel. 4. *exierent* Harlej. 2. *exirent* Portug.

Si occinuerit avis] *si cecinerit* Leid. 2. *si hoc cecinerit* Voſſ. uterque, Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. 2. Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] *si hoc se cecinerit* Lovel. 3. *si occecinerint* Harlej. 1. *si occecinerit* Leid. 1. et Klock. quasi augmentum simplicis *cecini* etiam in composito servaretur. Sed potius syllabam *ce* perperam a librario repetitam exiſtimo. V. supra ad 3, 5, 13. ubi male datum erat in uno cod. *incicideritt*. V. etiam ad 3, 11, 2. Hoc autem verbum *cano* augmentum in compositis amittere, docet Diomed. loco mox laud. Tota vox deeſt in Florent. Ex edd. vett. aliae praeferunt *occinuerit*, aliae *occinierit*, aliae *occinerit*. De formatione praeteriti in hoc verbo olim non

dignitas ad homines pertinet) quid de religionibus atque auspiciis, quae propria Deorum immortalium contemtio atque injuria est, loquar? Auspiciis hanc urbem conditam esse, auspiciis bello ac pace, domi militiaeque, om-
5 *nia geri, quis est, qui ignoret? Penes quos igitur sunt auspicia more majorum? nempe, penes Patres. nam ple-*
6 *bejus quidem magistratus nullus auspicato creatur. Nobis adeo propria sunt auspicia, ut non solum, quos po-*

lent. V. ad 25, 38, 20. Insuper τὸ *est* deficit in Portug. et Haverk. In verbis proximis *loquitur*, pro *loquar*, Lovel. 3.

Quis est, qui ignoret] *quis est, qui ignoretur* Gaertn. V. ad 39, 22, 8. *quis est, qui ignorat* Haverk. *quis, qui ignoret* Voss. 2. *quis ignorat* Harlej. 2. Portug. et Hearnii Oxon. B. Paullo ante *conditam hanc urbem*, transpositis vocibus, Lovel. 2. Tum *bello et pace* edd. vett. pro quo Aldus dedit *bello ac pace:* et ita codd. manu exarati, nisi quod *bello aut pace* habeat Gaertn. sollemni errore. V. ad 21, 53, 3. Tandem *regi*, pro *geri*, Lovel. 1. V. ad 27, 40, 2.

§. 5. *Nullus auspicato creatur*] *auspicio creatur* Lovel. 4. Quod si gravioris auctoritatis codd. consentirent, defendi posset. Ita enim paullo ante hoc cap. dixit: *Auspiciis hanc urbem conditam esse.* quod ita effert 28, 28, 11. *Urbem auspicato Diis auctoribus in aeternum conditam.* et 5, 52, 2. *Urbem auspicato inauguratoque conditam habemus.* Nunc vero, vulgatum servantibus omnibus aliis, alteram unius cod. lectionem librario acceptam fero. Supra 1, 36, 6. *Tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi auspicato, gereretur.* 5, 38, 1. *Nec auspicato, nec litato instruunt aciem.* c. 52, 15. *Quid alia, quae auspicato agimus omnia.* Et mox eodem cap. *Comitia centuriata, quibus consules tribunosque militares creatis, ubi auspicato, nisi ubi adsolent, fieri possunt?* et alibi saepe.

§. 6. *Ut non solum, quos populus creat patricios magistratus, non aliter, quam auspicato, creet*] Vox *patricios* non adparet in Leid. 2. nec sequens in Leid. 1. Sed omnia illa *magistratus, non aliter, quam auspicato, creet* exsulant a Portug. *creat*, pro *creet*, habent Fragm. Hav. et quaedam ex antt. edd.

Sine suffragio populi auspicato interregem prodamus] Vox *populi* a librario praetermissa est in Leid. 2. At contra voce auctior Gaertn. *sine suffragio populi Romani* praefert. Deinde *interregem prodiamus* idem Gaertn. *interregem proclamamus* Fragm. Hav. a m. 1. *interregem procreamus* Harlej. 2. Portug. et Haverk. et Oxon. B. teste Hearnio, qui in codice C. *procreemus* invenit: quod et mihi obviam fuit in Lovel. 2. 4. et 5. Alibi quidem *creare interregem* Livius dixit, ut 4, 7, 7. *Patricii, quum sine curuli magistratu respublica esset, coire, et interregem creavere.* 5, 31, 8. *Interrex creatur M. Furius Camillus.* Verum in hac re usitatissimum est verbum *prodere.* Liv. 5, 31, 8. *Is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit.* 3, 40, 7. *Patricios coire ad*

ctores fiant. Sextius et Licinius, tamquam Romulus ac Tatius, in urbe Romana regnent, quia pecunias alienas, quia agros dono dant. Tanta dulcedo eſt ex alienis for- 11
tunis praedandi: nec in mentem venit, altera lege solitudines vaſtas in agris fieri pellendo finibus dominos: altera fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollitur. Omnium rerum cauſſa vobis antiquandas cen- 12
seo iſtas rogationes. Quod faxitis, Deos velim fortunare.

§. 10. *Nec centuriatis, nec curiatis comitiis Patres auctores fiant*] Ita, uno excepto, omnes praeferunt codd. scripti et vetustae editt. Ultima Gruteri ἔκδοσις omisit voces *nec curiatis* sine dubio operarum aberratione; licet easdem etiam culpa librarii neglexerit Lovel. 5. nam non solis centuriatis, sed et curiatis, comitiis Patres auctores esse debebant, ut ex Livio constat, qui refert, *cum populus regem jussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent*, 1, 17, 9. idque tempore interregni post mortem Romuli, quo non alia, quam curiata comitia, nota erant. V. etiam Dionys. 2. Antiq. p. 87. et l. 9. p. 598. Errorem tamen Gruteri recentiores omnes servarunt praeter Hearnium et, qui eum semper secuti sunt, Londinenses, qui omissa recte restituerunt. Paullo ante *feruntur*, pro *ferantur*, Gaertn. *ferant* Leid. 1. sollemni scribarum lapsu. V. infra ad 10, 10, 1.

Sextius et Licinius, tamquam Romulus ac Tatius] *Sextius Licinius* Lovel. 1. *Sextius Licinius-que* Leid. 2. Tum *Romulus ac sacitio* Lovel. 3. Mox *denodant*, pro *dono dant*, Fragm. Hav. a m. 1. *donant* Lovel. 5. *dono dabant* quaedam ex edd. antt.

§. 11. *Tanta dulcedo eſt ex alienis fortunis praedandi*] *Tanta dulcedo ex alienis eſt praedandi* Gaertn. In sequentibus *altera die lege*, addita media voce, praefert Lovel. 1. et *praebendo*, pro *pellendo*, Florent.

§. 12. *Omnium rerum caussa*] Librariorum oscitantia. Lege, *Quarum rerum caussa*. Est enim orationis conclusio. T. FABER. Et sic tamen 8, 13, 18. *Nostrum etiam fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset*. Quum illic tantummodo agatur de statu ac futura conditione Latii. Et 10, 26, 4. *Omnium rerum arbitrium et a populo et ab senatu Fabio permissum*. ubi solum quaeritur de collega. JAC. GRON. Cl. Ant. Perizonius in margine monuit, sibi scribendum videri *Quarum omnium rerum caussa*. Doujatius etiam eodem modo, vel *Harum omnium rerum caussa*, emendandum existimavit. Ego potius cum Cel. Jac. Gronovio sentio. 36, 42, 4. *Maturandum ratus omnium rerum caussa, pergit protinus navigare Peloponnesum*. Alibi etiam saepe praenomen demonstrativum vel relativum omittitur. Supra 2, 60, 2. *Nec ullo ante bello latius inde actae praedae, omnis militi data est*. ubi etiam nonnulli, sed pauci codd. et una editio male *ea omnis*. Mox *nobis*, pro *vobis*, Gaertn. et Haverk.

si occinuerit avis? Parva sunt haec: sed parva ista non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fece-
9 *runt. Nunc nos, tamquam jam nihil pace Deorum opus sit, omnes ceremonias polluimus. Vulgo ergo pontifices, augures, sacrificuli reges creentur: cuilibet apicem dialem, dummodo homo sit, inponamus: tradamus ancilia, penetralia, Deos, Deorumque curam, quibus ne-*
10 *fas est. non leges auspicato ferantur, non magistratus creentur: nec centuriatis, nec curiatis comitiis Patres au-*

convenit inter grammaticos. Quidam enim *occinui*, quidam *occini* dicendum contenderunt. Diomed. 2. Gramm. p. 370. *Occino, occini. est enim a cano, cecini. sed in compositione iterativum amittit unam syllabam. Sed Sallustius in primo historiarum dixit, Jussu Metelli cornicines occanuere.* Priscian. l. 10. p. 898. *A canendo quoque composita similiter praeteritum in ui divisas faciunt, succino, succinui; occino, occinui; quidam et occano occanui protulerunt, ut Sallustius in I. Histor. Jussu Metelli cornicines occanuere. Sed Probus occini quoque existimat posse dici, quum simplex cano cecini faciat; quomodo a cado cecidi, incido incidi; a tango tetigi, contingo contigi.* Jam autem plerorumque, si non omnium, codicum scriptura indicare videtur, praesertim si perperam repetita syllaba *ce* deleatur, potius *occinerit*, ut etiam est in quibusdam vett. edd. quam *occinuerit* scriptum fuisse. Id tamen recipere nondum audeo. Ceterum *occinere* et *occentus* propria in hac re vocabula sunt. (* Liv. 10, 40, 14.) Valer. Max. 1, 1, 5. *Occentusque soricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi caussam praebuit.* ubi locum ex Plinii 8. H. N. 57. laudant docti interpretes. Idem Valer. 1, 4, 2. *Tres deinde corvi in eum adversum occinentes partem tegulae decussam ante ipsum propulerunt.* Pro simplici canere usurpasse videtur Apulej. in Florid. p. 349. Edit. Elmenh. *Quippe haec animalia inter se vario tempore et vario modo occinunt et occipiunt canere.*

Non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fecerunt] *non conce .... majores*, lacuna relicta, Gaertn. Deinde *majores vestri* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Gaertn. et Lovel. 1. ac 5.

§. 9. *Tamquam jam nihil pace Deorum opus sit*] Vocula *jam* non comparet in Lovel. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Verum illa excidisse videtur ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis. V. infra ad 38, 4, 7. Ea transposita, *tamquam nihil jam* est in Lovel. 4.

Vulgo ergo pontifices, augures, sacrificuli reges creentur; cuilibet apicem] *Vulgo quoque pontifices* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Mox τὸ *augures* exsulat a Lovel. 4. Tum *sacrifiguli* legunt Gaertn. Lovel. 2. 3. Voss. 2. et Leid. 1. *sacrificoli* Lovel. 4. et Haverk. V. supra ad 2, 2, 1. Postea *creentur: civilibus ut apicem* Gaertn. Mox *modo*, pro *dummodo*, Lovel. 5. et *quibus necesse est*, pro *nefas est*, Harlej. 2. Portug. et Haverk.

ctores fiant. Sextius et Licinius, tamquam Romulus ac Tatius, in urbe Romana regnent, quia pecunias alienas, quia agros dono dant. Tanta dulcedo est ex alienis for- 11
tunis praedandi: nec in mentem venit, altera lege solitudines vastas in agris fieri pellendo finibus dominos: altera fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollitur. Omnium rerum caussa vobis antiquandas cen- 12
seo istas rogationes. Quod faxitis, Deos velim fortunare.

§. 10. *Nec centuriatis, nec curiatis comitiis Patres auctores fiant*] Ita, uno excepto, omnes praeferunt codd. scripti et vetustae editt. Ultima Gruteri ἔκδοσις omisit voces *nec curiatis* sine dubio operarum aberratione; licet easdem etiam culpa librarii neglexerit Lovel. 5. nam non solis centuriatis, sed et curiatis, comitiis Patres auctores esse debebant, ut ex Livio constat, qui refert, *cum populus regem jussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent*, 1, 17, 9. idque tempore interregni post mortem Romuli, quo non alia, quam curiata comitia, nota erant. V. etiam Dionys. 2. Antiq. p. 87. et l. 9. p. 598. Errorem tamen Gruteri recentiores omnes servarunt praeter Hearnium et, qui eum semper secuti sunt, Londinenses, qui omissa recte restituerunt. Paullo ante *feruntur*, pro *ferantur*, Gaertn. *ferant* Leid. 1. sollemni scribarum lapsu. V. infra ad 10, 10, 1.

Sextius et Licinius, tamquam Romulus ac Tatius] *Sextius Licinius* Lovel. 1. *Sextius Liciniusque* Leid. 2. Tum *Romulus ac sacitio* Lovel. 3. Mox *denodant*, pro *dono dant*, Fragm. Hav. a m. 1. *donant* Lovel. 5. *dono dabant* quaedam ex edd. antt.

§. 11. *Tanta dulcedo est ex alienis fortunis praedandi*] *Tanta dulcedo ex alienis est praedandi* Gaertn. In sequentibus *altera die lege*, addita media voce, praefert Lovel. 1. et *praebendo*, pro *pellendo*, Florent.

§. 12. *Omnium rerum causta*] Librariorum oscitantia. Lege, *Quarum rerum caussa*. Est enim orationis conclusio. T. FABER. Et sic tamen 8, 13, 18. *Nostrum etiam fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset.* Quum illic tantummodo agatur de statu ac futura conditione Latii. Et 10, 26, 4. *Omnium rerum arbitrium et a populo et ab senatu Fabio permissum.* ubi solum quaeritur de collega. JAC. GRON. Cl. Ant. Perizonius in margine monuit, sibi scribendum videri *Quarum omnium rerum caussa*. Doujatius etiam eodem modo, vel *Harum omnium rerum caussa*, emendandum existimavit. Ego potius cum Cel. Jac. Gronovio sentio. 36, 42, 4. *Maturandum ratus omnium rerum caussa, pergit protinus navigare Peloponnesum.* Alibi etiam saepe praenomen demonstrativum vel relativum omittitur. Supra 2, 60, 2. *Nec ullo ante bello latius inde actae praedae. omnis militi data est.* ubi etiam nonnulli, sed pauci codd. et una editio male *ea omnis*. Mox *nobis*, pro *vobis*, Gaertn. et Haverk.

1 XLII. Oratio Appii ad id modo valuit, ut tempus
2 rogationum jubendarum proferretur. Refecti decimum iidem tribuni, Sextius et Licinius, de decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere. creati quinque Patrum, quinque plebis: graduque eo jam via facta ad consulatum videbatur.

Quod faxitis, Deos velim fortunare] *quod facitis* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *quod fas scitis* Lovel. 1. Leid. 2. et Voſſ. 1. in margine pro varia lectione. *quod sanxiſtis* Lovel. 2. in contextu, altera lectione margini adscripta. Deinde *Deos vel infortunare* Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. et Harlej. 1. *Deos vel velima fortunare* Gaertn. Sed eadem, quae hoc loco, formula obcurrit infra 34, 4, 21. *Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo. Vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.*

§. 1. *Oratio Appii ad id modo valuit*] *Oratio Appii Claudii* Portug. Tum *modo valuit ad id* Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 2. *Refecti decimum iidem tribuni*] *decumum* Florent. Lovel. 5. Harlej. 1. et Gaertn. V. supra ad 2, 59, 11. *decimo* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. supra ad 5, 16, 1. et mox §. 3. 4.

Licinius. De decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis pertulere] Vet. lib. *legem pertulere.* SIG. Immittendum est vocabulum *legem pertulere*, quod habent Pall. codd. MSS. et Camp. editio. Monuit quoque Sigonius. GEBH. Mutem diſtinctionem, et scribam: *Refecti decimum iidem tribuni, Sextius et Licinius, de decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere.* Inserendum eſſe τὸ *legem* monuit prior Sigonius, cui tres Pall. et Campani editio adſtipulantur. In diſtinctione consentiunt etiam veteres quaedam nobiscum. J. FR. GRON. Vocem *legem*, quam viri docti addendam docuerunt, servant omnes mei, cum Neapol. Latinii, omnibusque Oxoniensibus, quos Hearne consuluit: qui etiam auctor est, se illam vidiſſe in ed. Romana principe. Insuper eam receptam vidi ab edd. Parm. et Mediol. anno 1505. quas secuti sunt Ascensius annis 1513. 1516. et 1531. Moguntini, Colonienses anno 1525. Cervicornus, et Parisini anno 1529. Omisit iterum Frobenius, et inde alii. Praeterea *decemviris sacrorum* priores excusi, omiſſa praepositione *de*, quae absorpta est a prima syllaba vocis proximae. Eam restituerunt modo memorati Mediolanenses, et servant omnes codd. Denique *ex parte et plebe* Portug. et Haverk. Forte voluerunt *ex Patribus et plebe.* Supra de hac re dixerat c. 37, 12. *Ita ut pars ex plebe, pars ex Patribus fiat.* Sed optimi et reliqui omnes stant pro vulgato. Mox *gradu quoque jam via facta*, pro *graduque eo jam via facta*, Harl. 2.

§. 3. *Hac victoria contenta plebes ceſſit Patribus*] *Ac victoria* Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. omiſſa adspiratione. V. ad 35, 26, 7. Tum *contenta plebs* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 5. et Haverk. cum ed. Basil. anni 1555. Sed reliqui consentiunt codd. et excusi in *plebes.*

Hac victoria contenta plebes cessit Patribus, ut, in 3
praesentia consulum mentione omissa, tribuni militum crearentur. creati A. et M. Cornelii iterum, M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius sextum. Quum praeter Velitrarum obsidionem, tardi 4
magis rem exitus, quam dubii, quietae externae res

V. ad 1, 20, 6. *concione omissa*, pro *mentione*, Lovel. 4. *mentione emissa* Lovel. 3. [*contentione* Veith.]

P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius sextum] Hic Valerius quartum fuit tribunus militum anno CCCLXXVIII. [c. 32, 3.] interea nusquam invenitur. Suspicor eum quintum fuisse superiore, qui omissus est, anno, quemadmodum paullo ante [c. 38, 11.] testati sumus. Caeterum P. Manlius et L. Veturius iterum hic fuere, quod omissum est. GLAR. *P. Mallius* Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde Veturii praenomen omittitur in Florent. Sed *L. Veterius* vocatur in Leid. 1. *L. Victurius* in Harlej. 2. Portug. et Haverk. At *L. VETVRIVS* recte dicitur in Fastis Capitolinis, quod etiam servant reliqui codd. Tum Valerii praenomen exsulat a Gaertn. Insuper *Sextius* habet Lov. 4. *sexto* Harl. 2. Port. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad §. 2. hujus cap. Ceterum Pighius etiam in Annal. ad ann. CCCLXXXVI. p. 260. numerorum notas, quae in Livii exemplaribus desunt apud L. Veturium dumtaxat et P. Manlium, ex fragmento Capitolino restituendas esse existimat; quod necesse non est. V. ad 2, 16, 7. *P.* autem *Valerius* quintum tribunus supra memoratur c. 36, 3. quo loco olim *Aulus*, pro *Publius*, edebatur. Id vero Glareanum in errorem induxisse, ibidem Sigonius observat. Paullo ante male *A. et M. Cornelius*, pro *Cornelii*, Gaertn. et Lovel. 4. V. supra hoc lib. ad c. 22, 1.

§. 4. *Quum praeter Velitrarum obsidionem, tardi magis rerum exitus, quam dubii, quietae externae res Romanis essent*] Sic jam a Curione: sed MSS. et priscae edd. *magis rem exitus*. Utrum tota vox abolenda, an scribendum *quieta externa Romanis?* J. FR. GRON. *Velitrarum obsidionem, tardi magis rem exitus, quam dubii* haud dubie vera lectio. 24, 17, 8. *Omissa spe Nolae potiundae, rei nunquam prospere tentatae.* 6, 9, 1. *Animus ducis rei majori, Antio, imminebat.* JAC. GRON. *Dum praeter* Lovel. 4. 5. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. Male. V. supra ad 1, 40, 7. Tum *Velitrarum* Fragm. Hav. Deinde *tardi magis rem exitus*, quod recte Cel. Jac. Gronovius defendit, omnes codd. mei; nisi quod *rerum* sit in Lovel. 3. *res* in Lovel. 4. Pro eo *tardi magis rerum exitus* non Curio primus dedit, ut existimat J. Fr. Gronovius, sed jam ante eum Frobenius anno 1535. Basileenses anno 1539. et Gryphius anno 1548. Et quidem idem Gronovius, nonnullam mendi suspicionem in hoc loco sibi esse, supra testatus est ad 2, 18, 2. Sed fraudi illi fuit, quod Livio indignum crediderit, ut tam exiguo verborum ambitu eadem voce bis uteretur. Sed v. quae supra dicta sunt ad eumdem locum, et ad 1, 3, 9.

Fama repens belli Gallici adlata

Romanis eſſent; fama repens belli Gallici adlata, perpulit civitatem, ut M. Furius dictator quintum diceretur. is T. Quinctium Pennum magiſtrum equitum

perpulit civitatem] Palat. sec. *fama repens belli Galli perculit civitatem. bellum Gallum* pro *Gallicum*. Sic l. 29, 5. habent Palat. pr. secundusque *Commeatus quoque omnis generis occulte ad eum a Gallis populis mittebantur*. GEBH. *fama repentis belli Gallici* Lovel. 5. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Male. V. infra ad 8, 29, 1. *fama repens belli Gallici* Lovel. 1. *fama repens belli Gallii* Leid. 1. *fama repens belli Galli* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. quae viri docti notarunt ad Silii Ital. 1, 252. Verum optimi plerique codd. vulgatum defendunt. Infra etiam loco a Gebhardo laud. ubi in multis codd. *Gallis populis* proſtat, Gronovio lectio illa displicuit, pro quo *Galliae populis* legendum censuit. Si quid hic mutandum, poſſet optimi Leid. scriptura *belli Gallii* recipi. Similiter enim *duae Galliae mulieres* Salluſtius dixit in fragm. l. 4. Hiſt. p. 990. ubi v. Cl. Cortium. et ita *terra Gallia, Italia*, et similia, de quibus infra v. ad 25, 7, 4. Puto tamen vulgatum praeferendum ob reliquorum codicum auctoritatem. Tum *eſſet allata*, perperam addita priore voce, Lovel. 1. Praeterea *pertullit civitatem* Lovel. 1. V. ad 35, 27, 16. *perculit civitatem* Leid. 2. Lovel. 4. Haverk. et Hearnii Oxon. C. Et ita legiſſe videtur Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXXVI. p. 260. Male. V. supra ad 3, 30, 5. Mox *quinto diceretur* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad §. 2. *diceretur quintum* Leid. 2. et Lovel. 1.

Is T. Quinctium Poenum magiſtrum equitum dixit] *Pennum* ex Capitolinis lapidibus. SIG. Sigonius indicare voluit, in Faſtis Capitolin. si quando hoc nomen obcurrat, semper *Pennus*, non *Poenus*, scribi: non vero ita etiam hujus anni magiſtrum equitum ibi adpellari. Laceri enim sunt faſti illi hoc anno, ita tamen ut pars cognominum magiſtri equitum supersit. Exſtat autem *NATVS. CAPITOLINVS. MAG. EQ.* id eſt, *Cincinnatus Capitolinus*. Inde vero colligendum non est, Livium atque auctores faſtorum diſſentire; sed potius, T. Quinctium tria cognomina, *Poenus*, vel *Pennus*, *Cincinnatus Capitolinus* habuiſſe; et quidem priori a Livio, poſterioribus a faſtorum conditoribus adpellatum eſſe; nisi potius hi ipsum omnibus illis tribus adpellasse censendi sint, et non modo praenomen ac nomen, sed et cognomen prius cum parte secundi interiiſſe. Quidquid eſt, id certum videtur, Quinctios Poenos, vel Pennos, ex Quinctiis Cincinnatis Capitolinis ortos eſſe. Nam, *T. Quinctio L. F. Capitolino*, forte hujus avo, et *Poeno*, vel *Penno*, *cognomen additum* fuiſſe, Livius supra teſtatur 4, 26, 2. Insuper qui in Fragm. Capit. anno CCCXCII. *CAPITOLINVS. CRISPINVS. DICT.* dicitur, similiter Livius 7, 9, 3. *T. Quinctium Poenum*, vel *Pennum*, vocat. *Pennus* autem, non *Poenus*, Quinctiorum cognomen fuiſſe, si antiquis et librorum et lapidum monumentis credatur, Sigonius etiam supra monuit ad 4, 20, 8. Quod autem ad libros antiquos adtinet, ii hoc et aliis locis apud Livium, si non omnes, certe et plerique et optimi, vel *Poeno*, vel *Peno*, praeferunt. Contra *Pennus* quidem tamquam Quinctiorum cognomen numquam in marmoribus Capitolinis reperitur; at tamquam Juniorum cognomen semel obcurrit anno

dixit. Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem 5
flumen, auctor eſt Claudius; inclitamque in ponte
pugnam, qua T. Manlius Gallum, cum quo provo-

DLXXXVI. et scribitur *PENNVS*. Quum autem pro eo saepe in editis vetuſtioribus et multis manu exaratis *Poenus* etiam et *Penus* scribi soleat, admodum verisimile est, librarios in Quinctiorum cognomine similiter erraſſe, idque non *Poenus*, sed *Pennus*, fuiſſe. Ceterum Quinctii praenomen deerat in Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Id vero *Ti.* scribitur in Lovel. 3.

§. 5. *Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen, auctor est Cincius*] In quibusdam codicibus, nec adeo paucis, mendose *Claudius*, pro *Cincius*, legitur. SABELL. Pighius monuit in Annal. ad ann. CCCLXXXVI. p. 260. Claudii sententiam probaſſe Plutarch. in vita Camilli p. 150. et Polyaen. 7. Strateg. 8, 2. qui insupertradunt, proelium hoc commiſſam eſſe anno XIII. poſt Romam captam, quum secundum Livium decennio poſtea decertatum sit cum Gallis, secundum Polyb. 2, 18. anno trigesimo post urbem expugnatam. Verum neque Plutarch. neque Polyaen. eodem illo tempore Manlium singulari certamine cum Gallo provocatore congreſſum memorarunt, quod tamen, teſte Livio, Claudius narrarat. Ceterum antiquiores excusi habent *Cincius*; pro quo Aldus *Claudius* reposuit. Et recte. Non modo enim ita praeferunt omnes scripti, verum etiam Q. Claudium Quadrigarium Manlii cum Gallo pugnam primo annalium puriſsime atque inluſtriſſime simplicique et incomta orationis antiquae suavitate descripsiſſe, auctor est Gellius 9, 13. ubi etiam illam descriptionem nobis servavit. In qua quum inter alia haec verba legantur: *Metu magno ea congreſſio in ipso ponte, utroque exercitu inspectante, facta eſt:* et Livius verbis sequentibus teſtetur, auctore Claudio *inclitam in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum, cum quo provocatus manus conseruit, in conspectu duorum exercituum caesum torque spoliavit, tum pugnatam* eſſe, omnino *Claudius* hic legendum, et Q. Claudium Quadrigarium intelligendum eſſe, certiſſimum videtur.

Inclitamque in ponte pugnam, qua T. Manlius] *insignemque pugnam* Lovel. 2. quod ex gloſſa ortum puto. *inditamque* Haverk. errore librarii. Similiter variant codices supra hoc lib. c. 11, 2. (*21,43,11.) et apud Seren. Samm. de medic. v. 7. ubi v. viros doctos, et inprimis Cel. Burm. Paſſim autem scribae confuderunt literas *cl* et *d*. V. infra ad 10, 24, 2. *inclitaque in ponte pugna* etc. *tum pugnatam* Leid. 2. quasi voluerit *pugna pugnatum;* quod supereſt in Lov. 1. Sed vulgatum rectum eſt. Locutionem *pugnare pugnam* inluſtrat Sanctius in Minerv. 3, 3. in verbo *Pugno, inclitam in ponte pugnam*, omiſſa copula, Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *Mallius* Gaertner. et Haverk.

Cum quo provocatus manus conseruit] Vet. lib. *manum*. SIG. Sic frequentius loqui exiſtimo cum Livium ipsum, tum alios rerum scriptores. Quare non ausculto neque Palatino sec. neque Campano edenti *manum conseruit;* multo minus Sigonio idem avide probanti. 7, 26. *Namque conserenti jam manum Romano corvus repente in galea consedit in hoſtem versus.* 8, 30. *Neu absente se cum hoſte manum consereret.* 7, 40. *Vel*

catus manus consuerit, in conspectu duorum exercituum caesum torque spoliavit, tum pugnatam.
6 Pluribus auctoribus magis adducor, ut credam, decem haud minus post annos ea acta: hoc autem

iniquis standum est potius, quam impias inter nos conseramus manus. 9, 27. *Avectus a suis nondum conserentibus manus.* c. 35. *Quo celerius manus consererent.* GEBH. Praepositio *cum* deest in Portug. et Harlej. 2. Deinde *manum conseruit* Portug. Harlej. 2. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Utrumque loquendi genus et Livio et aliis auctoribus frequens est, qui passim *conserere* et *conferre manum*, aut *manus* dixerunt. Et quidem *conserere* et *conferre manum* infra 9, 5, 10. *Sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre.* 10, 43, 4. *Quocumque in loco fuisset obvius, obsisteret ac moraretur, manumque, si forte ita res posceret, conferret.* 21, 39, 3. *Ut cum hoste nondum refecto manum consereret.* 22, 29, 4. *Priusquam ad conjectum teli veniret, aut manum consereret.* 25, 11, 3. *Non sine illa etiam spe, cum prohibentibus opus Romanis manum posse conseri.* 27, 33, 10. *Consules nimia cupiditate conserendi cum hoste manum in necopinatam fraudem lapsos esse.* 38, 21, 5. *Quorum, quum manum hostis non consereret, nullus usus erat.* 45, 39, 16. *Ex omnibus, cum quibus manum conserui, spolia retuli.* Florus 2, 18, 14. *Sic conserta manu plurimi occisi.* Justinus 9, 8, 15. *Pater de convivio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere obferre.* Silius Ital. 15, 188.

Si conferre manum libeat, coëantque vocatae
Hinc atque hinc acies.

Ita ibi N. Heinsius ex scriptis et vett. edd. emendavit, pro *conferre manu.* Dausquej. ex conjectura legebat *manus. conserere manum* saepissime apud Nepotem obvium est. At *conserere* vel *conferre manus* supra obcurrit 6, 12, 8. *Ut decet certae spei plenos et cum inparibus manus conserturos.* 9, 27, 11. *Avectus ab suis nondum conserentibus manus.* c. 35, 3. *Quo celerius manus consererent.* 21, 29, 6. *An cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret.* c. 31, 3. *Cum quo, priusquam in Italiam ventum foret, non erat in animo manus conserere.* ubi quidam etiam *manum.* 23, 27, 5. *Jam primi conseruerant manus, quum alii catervatim currerent.* c. 47, 5. *Ibi nullo ad evagandum spatio cominus conserentur manus.* 25, 34, 8. *Cum obviis hostibus manus conseruit.* ubi Sigonii vet. lib. similiter *manum.* c. 40, 11. *Monuisse duces dicitur, ne absente se cum hoste manus consereret.* 27, 16, 2. *Prius pene, quam conserverent manus, terga dederunt.* c. 18, 14. *Instabilem eumdem ad cominus conserendas manus expulerunt loco.* 34, 13, 6. *Nunc justa pugna hostes cum hostibus conseretis manus.* 42, 59, 6. *Nec regii, sparsi jam ipsi passim sequendo, cum ordinatis et certo incedentibus gradu manus conserere audebant.* Silius Ital. 7, 599.

— — fisumque manus conferre Mahalcem.

Valerius Flacc. 2, 222.

Pars conferre manus etiam, magnisque paratae
Cum facibus.

Calpurn. Ecl. 6, 21.

Vis conferre manus? veniat licet arbiter Alcon.

anno in Albano agro cum Gallis, dictatore M. Furio, signa collata. Nec dubia, nec difficilis Romanis (quamquam ingentem Galli terrorem memoria priſtinae cladis adtulerant) victoria fuit. multa 7

ubi etiam plures codd. *manum*. V. quae ad eum locum notavit Cel. Burmann. Quum itaque utrumque dicatur, optimos codices, qui nihil mutant, secutus, vulgatum servo.

In conspectu duorum exercituum caesum torque spoliavit, tum pugnatam] *in conspectu auorum exercitum caesum* Haverk. literarum *a* et *d* similitudine in scriptura Longobardica *duorum* et *auorum* facillime commutari potuerunt. V. Sciopp. in arte Crit. p. 41. *in conspectũ* Portug. Tum *expoliavit* Fragm. Hav. De verbo illo v. infra ad 38, 14, 10. Hic tamen, diſſentientibus optimis ac reliquis aliis, vulgatum praefero. Deinde *tum pugnatum* Voſſ. uterque, Leid. 1. Lovel. quinque, Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *pugnatum pugnam* eadem ratione dictum eſſe videri potest, qua *eam congreſſionem factum est* in Claudio Quadrigario, eamdem pugnam Manlii cum provocatore Gallo referente, apud Gellium 9, 13. ex libro Buslid. emendavit Lud. Carrio 2. Ant. Lect. 1. At recte Gronov. ad d. l. Gellii docuit, sermonem similem exemplo carere. Hic ergo etiam mala manus videtur. Ita tamen praeferunt etiam edd. Mediol. anni 1505. et Ascensianae annorum 1513. et 1516. verum ita diſtinguunt *spoliavit. Tum pugnatum pluribus auctoribus magis adducor: ut credam.* Sed sine sensu.

§. 6. *Decem haud minus post annos ea acta*] *decem aut minus* Voſſ. 2. Leid. ambo, Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. sollemni scribarum errore, qui adspirationem vel detraxerunt, vel addiderunt. V. infra ad 28, 2, 11. Praeterea voces *ea acta* desunt in Harlej. 2. Portug. et Haverk. Exſtant autem in Lovel. 5. sed additis signis, quibus eas delendas eſſe librarii indicare voluerunt. *post annos acta* praefert Fragm. Hav. a m. 2. *post annos exacta* Leid. 2. qui error natus eſt ex similitudine literarum *a* et *x*. V. ad 40, 59, 8.

Hoc autem anno in Albano agro cum Gallis] Hac de re sic Polybius 2, [18.] *Παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ.* Hoc tamen a Livio discrepat. Nam a Roma capta ad hunc annum non xxx, sed xxxiii. apud Livium numerantur. SIG. *in Albano cum Gallis*, omiſſa voce *agro*, Portug. et Haverk. *Eodem anno in Albano cum Gallis* Klock. Sed, optimis aliisque omnibus codd. *τὸ agro* servantibus, ei controversiam movendam non existimo. V. supra ad 2, 59, 5.

§. 7. *Ingentem Galli terrorem memoria priſtinae cladis adtulerant*] *attulerat* Voſſ. 2. Lovel. 3. 5. a m. 1. et Harlej. 2. quasi foret *memoria cladis attulerat terrorem Galli*, et *terror Galli* diceretur, quem Gallus incuteret. Ita *terror suus*, quem ipse alteri infert, apud Hirtium in bell. Afric. 32. *Concione advocata de terrore suo desperationeque exercitus Caesaris verba fecit.* ubi v. Davis. et *injuria veſtra* supra 5, 54, 3. *Etsi minus injuriae veſtrae, quam meae calamitatis meminisse juvat.* Ve-

millia barbarorum in acie, multa captis castris
8 caesa: palati alii Apuliam maxime petentes, quum fuga se longinqua, tum quod passim eos simul pavor terrorque distulerant, ab hoste sese tutati sunt. Dictatori, consensu Patrum plebisque, triumphus
9 decretus. Vixdum perfunctum eum bello atrocior

rum recepta scriptura, aliorum codicum auctoritate firmata, longe praestat. [ante *difficilis Romano* et post *multa alia millia* Veith.]

§. 8. *Quum fuga se longinqua, tum quod passim*] Dele *τὸ se*, quod superfluum est. J. FR. GRON. Post Gronovium *τὸ se* deleri posse Doujatius monuit. Superest autem in omnibus scriptis, nisi quod *fugace longinqua* praeferat Florent. Deinde *tum*, pro *quum*, Voss. 2. Leid. 2. Florent. Lovel. 1. 4. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. N. et C. [Veith.] V. supra hoc lib. ad c. 23, 3.

Quod passim eos simul pavor terrorque distulerat, ab hoste sese tutati sunt] *eos* deest in Voss. 2. *eo simul* habet Harlej. 1. Sed ultimam literam *τοῦ eos* absorpsit prima vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5. Deinde *tutati sunt sese* alio ordine Leid. 2. et Lovel. 1. *se secuti sunt* Florent. Hinc conjici posset *sese tuiti sunt*, vel *sese tuti sunt*. Sed v. quae supra notantur ad 3, 7, 1.

Consensu Patrum plebisque triumphus decretus] Pighius in Annal. Rom. ad ann. CCCLXXXVI. p. 261. testatur, Camilli triumphum omitti quidem a Plutarcho, at Appian. Alex. in libri fragmento vel epitome, qui Celticus inscribitur, eum non praeterisse. Verum in fragmentis ejus libri nullam istius triumphi a Camillo acti mentionem invenio. Ceterum *consensu Patrum plebeique* Block.

§. 9. *Comitia consulum adversa nobilitate habita*] *aversa nobilitate* Lovel. 2. *adversa voluntate* Haverk. *adversus nobilitatem* Portug. Nihil mutandum. V. supra ad 1, 46, 2. Paullo ante *perfunctum eo bello*, pro *eum bello*, Lovel. 2. [Veith. qui *domi* omittit.] Mox vero in sequentibus *primum consul factus*, pro *primus*, Lovel. 4. *primus consul factus est*, addito verbo substantivo, Fragm. Hav.

§. 10. *Et ne is quidem finis certaminum fuit*] Contraria mente Pall. tres, binaeque editiones, *Et in his quidem finis certaminum fuit*. GEBH. *Et in hiis quidem finis certaminum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Fragm. Hav. *Et in his quidem finis certaminum* Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Florent. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B. et primae edd. *Et in his quidem certaminum finis* Voss. 2. Harlej. 2. et Portug. *Et in is quidem finis certaminum* Hearnii Oxon. C. et Excerpta Pith. *Et in his finis certaminum* Lovel. 2. *Et ne is quidem* primus vulgavit Frobenius anno 1531. quod rectum est. V. ad 1, 44, 2. Praeterea *certaminis* Leid. 1. V. supra ad 2, 53, 1.

Quia patricii se auctores futuros negabant] J. Fr. Gronovius in priori edit. notarum ad Liv. 1, 17. pro *quia patricii*, legendum conjecit *quia Patres*, partim quia mox Livius in fine hujus cap. subjungit, *Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent*: partim

domi seditio excepit: et per ingentia certamina dictator senatusque victus, ut rogationes tribuniciae acciperentur; et comitia consulum adversa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus consul factus. Et ne is quidem finis certaminum fuit. 10 quia patricii se auctores futuros negabant, prope

quia Patrum id juris, non patriciorum omnium. Postea tamen 1. Observ. 15. quo, multis additis, quibusdam mutatis, retulit, quae olim ad d. l. Livii notarat, et in iterata editione omisit, monuit, se Ciacconio, ad Sallustii 3. Hist. in orat. Licinii, *libera ab auctoribus Patribus suffragia*, pro *auctoribus patriciis*, emendanti, non accedere, quoniam *patriciorum* in ea re Livius hoc loco meminerit, et Cicero tradat orat. Domo 14. si omnes *patricii* adoptione ad plebem transeant, populum Romanum brevi tempore non habiturum *auctores centuriatorum et curiatorum comitiorum*. Ea sententia verior videtur. Ex Ciceronis enim loco omnino colligendum, non omnium senatorum id jus fuisse, sed illorum tantum, qui erant ex ordine patricio. *Τὸ futuros* deest in Harlej. 2. et Portug.

Prope secessionem plebis res etc. *venit*] Veteres libri *prope ad secessionem*. Probo. Nam l. 8, [29, 10.] ait: *Prope ad ultimum dimicationis ventum est*. et 10, [22, 5.] *Quam prope ad ultimum discrimen nuper ventum foret*. SIG. Solus Palat. sec. *prope ad seditionem plebis*, et mox *terribilis ad alias minas*. In primo ac tertio Pall. MSS. desideratur praepositio *ad*, ut et in editionibus caeis, manuscriptorum codicum auctoritate jure pollentibus. GEBH. Ante Sigonium legebatur: *prope secessionem*: et recte puto. l. 26, 48. *Ea sententia cum prope seditionem veniret*. ubi *τὸ ad* similiter novitiae quaedam male adoptarunt. Epit. l. 49. *Quum prope vitae finem ultimum esset*. Hic iterum praesto est cum suo *ad* Sigonius. Tacitus 3. Hist. [21.] *Id aegre tolerante milite prope seditionem ventum*. Idem 6. Ann. [13.] *Iisdem consulibus gravitate annonae juxta seditionem ventum*. Sic Liv. 7, 10. *Inter carminum prope modum incondita quaedam joculantes Torquati nomen auditum*. Quod ita explicabamus: inter joculantes militariter incondita quaedam dicta prope modum carminum, vel proxime modulos versuum. J. FR. GRON. *prope ad secessionem plebis* apud me supereft in Portug. et Fragm. Hav. a m. 2. apud Hearnium vero in uno Oxon. B. [Veith.] Et ita loqui videtur Livius 2, 24, 5. *Quum hostes prope ad portas essent*. et 3, 40, 10. *Quum hostes prope ad portas sint*. At reliqui omnes codd. praepositionem constanter repellunt. Jam autem et illud loquendi genus, ut *τὸ prope* cum casu quarto jungatur, Livio frequens est, eique restituit Gronovius ad 2, 50, 11. et 10, 22, 5. Et ita supra loquitur 3, 27, 8. *Ut sensere, se jam prope hostes esse, signa constituunt*. 27, 33, 9. *Quum duo consulares exercitus tam prope hostem sine ducibus essent*. Idem restituendum Curtio 7, 4. *Inopia frumenti prope famem ventum erat*. Ita Bernegg. conjiciebat, cujus conjecturam probat Florentinus codex. At editur nunc *prope ad famem*. 10, 6. *Jamque prope se-*

secessionem plebis res terribilesque alias minas ci-
11 vilium certaminum venit: quum tamen per dictatorem conditionibus sedatae discordiae sunt, concessumque ab nobilitate plebi de consule plebejo; a plebe nobilitati de praetore uno, qui jus in urbe diceret,

ditionem pervenerant, Nearcho pervicacius tuente sententiam. ubi male plerique codd. *prope ad seditionem.* In his tamen praepositionem *ad* per ellipsin omitti, docuit Sanctius in Minerv. 1, 16. Similiter τῷ *propius* additur casus quartus. V. ad 2, 41, 11. et τῷ *proxime* etiam. V. ad 1, 21, 1. Recte itaque Gronovius priscam lectionem revocavit, quam optimi ac numero plures codices tuentur. *propere*, loco τοῦ *prope*, est in Florent. solito scribarum errore. V. infra ad 39, 31, 4. Ceterum transpositis vocibus *certaminum civilium* Harlej. 2. Portug. et Haverk. quorum posterior etiam voces *certaminum fuit, quia patricii se auctores futuros negabant, prope secessionem plebis res terribilesque alias minas* neglexit, cujus rei caussa est vocis *certaminum* repetitio. *Τὸ alias* deficit in Portug. et Harlej. 2. eam vocem transponunt vett. edd. *minas alias.* Aldus vulgavit eo ordine, quo nunc edi solet. Et ita habent reliqui scripti, nisi quod *terribilesque ad minas* praeferant Lovel. 2. 4. et 5. [*res terribilis ad alias minas civ. cert. venit. Concessumque* Veith.]

§. 11. *Quum tamen per dictatorem conditionibus sedatae discordiae sunt*] Aliquando conjeci *tum tamen.* GRUT. Quemadmodum Gruterus conjecit, praeferunt Leid. 2. et Lovel. 2. Et solitos fuisse librarios has voces confundere, infra videbimus ad Epit. Liv. 48. circa finem. At Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii existimavit, omnino scribendum esse *quum tandem.* Alibi saepe vocabula haec in Mstis commutantur. V. infra ad 22, 2, 11. Si quid mutandum, potius Grutero consentirem. Mihi tamen vulgatum praeferendum videtur.

Concessumque ab nobilitate plebi de consule plebejo] Pall. duo, primus et tertius, *consensumque.* GEBH. *consensumque* Voss. 2. et Lovel. 3. quae varietas in libris scriptis frequens est. V. ad 9, 7, 7. Hic tamen nihil mutandum puto ob aliorum codicum in vulgatum conspirantium consensum. *concedere de consule*, ut 3, 60, 4. *Postquam concessum propemodum de victoria credebant.* 4, 6, 6. *Adparebat, aut hostibus aut civibus de victoria concedendum esse.* Tum *a nobilitate* Lovel. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. Mox *et ab plebe nobilitati* Portug. et Haverk. *et a plebe nobilitati* Fragm. Hav. a m. 2. *ac plebe nobilitati* Leid. 1. ut forte Livius dedisse videatur *ab plebe nobilitati.*

§. 12. *Ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus*] *a diutina ira* Gaertn. et Fragm. Hav. Vox autem ultima male deficit in Hearnii Oxon. L. 2.

Quum dignam eam rem senatus censeret esse] Quam rem *dignam* vocet, ex prioribus non satis liquet. Quidam post *facturos* adjiciunt *fore*, sed ad sequentia verba, nihilominus in obscuro manente sensu. GLAR. Livius *eam rem*, quod nempe ordines ab diutina ira tandem in concordiam redacti

T. LIVII PATAVINI
ORIARUM
URBE CONDITA
QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS QUARTUS.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXII.

13 ad triduum adjiceretur; recusantibus id munus aedilibus plebis, conclamatum a patriciis eſt juvenibus, se id honoris Deûm inmortalium cauſſa libenter a-
14 cturos, ut aediles fierent. Quibus quum ab universis gratiae actae eſſent, factum senatus consultum, ut duo viros aediles ex Patribus dictator populum rogaret: Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent.

§. 13. *Conclamatum a patriciis est juvenibus, se id honoris Deûm inmortalium*] Palat. sec. *conclamatum ab Patribus est juvenibus.* GEBH. *ab patriciis est juvenibus* Portug. et Haverk. *a patribus est juvenibus* Leid. 2. Deinde *Deorum immortalium* vett. edd. pro quo Aldus *Deûm* dedit, concinentibus omnibus calamo exaratis. Paullo ante *id minus*, pro *id munus*, praeferunt Haverk. et Lovel. 4.

§. 14. *Quibus quum ab universis gratiae actae essent, factum senatusconsultum*] *quibus quum universis gratiae actae essent* Portug. et Haverk. Praeterea *factum senatusconsulto* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4.

Ut duo viros aediles] *ut duos aediles* Lovel. 3. Voſſ. 2. et Leid. 2. *ut duumviros aediles* Harlej. 1. *ut duos viros aediles* Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Klockian. Haverk. Fragm. Hav. omnesque Oxonienses apud Hearnium. Neque aliter editi usque ad Gronovium, qui in notis ad 35, 21, 5. teſtatus, membranas Thuaneas clare hoc loco *duo viros aediles* praeferre, eamdem lectionem deinde anno 1665. in contextum recepit. Et ita etiam ab initio exhibuit Florent. in quo alia manu litera *s* poſtea inter versus adscripta eſt, ut foret *duos viros*. V. plura ad eum locum Livii.

Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent] Verba *ejus anni* MS. non habet: sed erasis iis lacuna relicta eſt. KLOCK. Illa conſtanter supersunt in omnibus meis; nisi quod Gaertn. habeat *ejus concomiciis fierent*. Lovel. 2. *comitiis ejus anni fierent*. Ceterum ad finem adjiciuntur haec, *Hoc anno primum consul plebejus. Hoc anno primum praetor urbanus. Hoc anno primum aedilis curulis* in Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et apud Hearnium in Oxon. L. 2. B. et C. [Veith.] quae eadem in Lovel. 3. et Harlej. 1. in principio libri sequentis legebantur. Verum, illa olim pro lemmate margini adscripta, et poſtea in contextum recepta fuiſſe, nullus non videt. V. infra ad 7, 40, 4.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS QUARTUS.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXII.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS QUARTUS.

PARS PRIOR.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS QUARTUS. PARS PRIOR.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXII.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA LIBRI.

EPITOME LIBRI SEPTIMI.

Duo novi magistratus adjecti sunt, praetura et curulis aedilitas. Pestilentia civitas laboravit, eamque in-

Duo novi magistratus adjecti sunt] In vet. lib. non est vox *novi*. et sine ea sensus stare potest. SIG. Vocem *novi* etiam in Oxon. N. deesse, monuit Cl. Hearne. Eadem deest quoque in Voss. 1. ita tamen, ut ejus loco exhibeat *igitur*. At reliqui mei τὸ *novi* constanter servant. Largior equidem Sigonio, abesse posse. Quo minus tamen vocabulum illud expungendum censeam, facit tot codicum in eo tuendo consensus. Tuetur etiam Livius, l. 7. ita incipiens: *Annus hic erit insignis novi hominis consulatu, insignis novis duobus magistratibus, praetura et curuli aedilitate.* Ubi quidem unus et alter codex similiter τὸ *novis* neglexerunt; sed illi minoris sunt auctoritatis. Ceterum *Aliquot novi magistratus* praeferunt Berg. et Boenderm. Male. Nam et hic in vocem *Duo* reliqui codices constanter conspirant, et Livii verba modo laudata eam lectionem probant.

Praetura et Aedilitas curulis] *et curulis aedilitas* transpositis vocibus Leid. Voss. 1. 2. 3. et Berg. quod recepi. Eodem enim ordine effert etiam Liv. 7, 1, 1. verbis modo productis. V. supra ad 4, 59, 11. Male *aedilis curilis* Boend. Male etiam *praeterea*, pro *praetura*, Voss. 4. Boend. et edd. vetustae ante Moguntinos et Aldum, qui recte primi *praetura* substituerunt.

Pestilentia civitas laboravit] *Pestilentia cum civitas laboraret* Voss. 1. Verum nihil est, quod huic membro respondeat, nisi forte in verbis sequentibus τὸ *que* delendum, ac scribendum sit, *eam insignem fecit mors Furii Camilli.* Reliquis tamen et scriptis et editis vulgatum tuentibus, nihil muto. Praeterea *Pestilen-*

signem fecit mors Furii Camilli. cujus remedium et finis quum per novas religiones quaereretur, ludi scenici tunc primum facti sunt. Quum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis propter delectum acerbe actum, et T. Manlium filium rus relegatum sine ullo

tia civitatem laboravit male Voss. 2. et 3. a m. 1.

Cujus remedium et finis quum per novas religiones quaereretur] *cujus remedium infirmis quum* etc. Boend. invitis ceteris codicibus, qui receptam lectionem defendunt; nisi quod *cujus remedium est finis* male praeferant Voss. 2. 3. a m. 1. et 4. Insuper *per novam religionem* Berg. Verum Livius in his amat numerum multitudinis. V. supra ad 5, 55, 1. Neque alii codd. a vulgato recedunt.

Ludi scenici tunc primum facti sunt] *tum primum* Berg. et Boend. Supra in Epit. l. 5. *Equites tum primum equis suis merere coeperunt.* ubi unus codex habet *tunc primum*. Contra Liv. 5, 13, 6. *Lectisternio tunc primum in urbe Romana facto.* ubi varii codd. legunt *tum primum*. Quaedam ad eum locum notavi. *ludi scenici primum facti*, duabus vocibus omissis, Leid. *ludi scenici tunc facti sunt* Voss. 1. quod non placet. Diligenter enim Livius ejusque exemplo auctor Epitom. adnotare soliti fuerunt, quando quid *primum* factum sit, aut cui quid *primo* evenerit. V. Cl. Perizonii Animadv. Hist. c. 8. p. 345.

Dies L. Manlio dicta esset a M. Pompejo tribuno plebis] Lege *a M. Pomponio* ex Livio [7, 4, 1.] et Cicerone [3. de Offic. 31.] SIG. *L. Manilio* Boend. Tum *a M. Pomponio* Leid. Voss. 1. Berg. Boend. et omnes Hearnii Oxonienses praeter Norvic. qui, vulgatis prioribus, ut solet, consentiens, *a M. Pompejo* praefert. quomodo olim etiam erratum erat in quibusdam edd. Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. 28. Et hoc modo variatur etiam supra 3, 54, 13. (* 21, 51, 6. 22, 35, 5.) *a Pompenio* Voss. 4. *a Pomponio* sine praenomine Voss. 2. et 3. At voces *tribuno plebis* deficiunt in Berg.

Propter delectum acerbe factum] Vet. lib. *actum*. SIG. Praepositio *propter* deficit in Voss. 2. 3. et 4. Deinde *delictum* Berg. et Boend. *dilectum* Voss. 2. 3. et 4. V. ad 37, 51, 7. Tum *acerbe actum* habent omnes mei, ut et Hearnii Oxonienses praeter Norvic. qui *factum* servat. Sed *facere delectum* improbat Valla 5. Elegant. 60. ubi tamen dubitat, an apud Quinctil. 2. Inst. Orat. 8. *studiorum facere delectum* vitio librariorum scriptum sit, an etiam sic dicere liceat. Saepius autem *factus* et *actus* librariorum socordia in codicibus Mstis commutantur. V. supra ad 6, 28, 2.

Et T. Manlium filium, relegatum sine ullo crimine] Vet. lib. *filium rus relegatum*. recte. Sic enim Livius. SIG. *et ob T. Manlium* Berg. Hearnii Norvic. omnesque, quas vidi, editiones usque ad ultimam Gruteri, quae prima praepositionem omisit. Ipse Livius similiter praepositiones saepe variare consuevit. 42,

crimine; adolescens ipse, cujus relegatio patri objiciebatur, venit in cubiculum tribuni, strictoque gladio coëgit eum in verba sua jurare, non perseveraturum se in accusatione. Quum telluris hiatu tota ad ultimum territa patria foret, tunc omnia pretiosa missa sunt in

24, 4. *Quem ob nullam aliam caussam, quam propter constantem fidem erga populum Romanum, odissent.* Plura exempla v. ad 6, 28, 3. Si itaque plures codices consentirent, id epitomarum auctori ex assidua Livii lectione ac meditatione adhaesisse existimarem, ac scripturam illam in contextum admitterem. Nunc vero non audeo. *et C. Manlii filium* Voss. 1. *et T. Manilium, τῷ filium* omisso, Boend. *et T. Manilium filium* Voss. 2. 3. et 4. V. ad 34, 53, 2. Deinde *rus relegatum* Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. N. Livium quidem pro hac lectione laudat Sigonius; in eo tamen c. 4. ubi haec historia refertur, eadem locutio non obcurrit. Rectius itaque laudasset Cic. 3. de Offic. 31. *Quod Titum filium, qui postea est Torquatus adpellatus, ab hominibus relegasset, et ruri habitare jussisset.* vel Valer. Max. 6, 9, 1. *Ut a patre L. Manlio amplissimo viro rus relegatus agresti opere fatigaretur.* vel denique Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. 28. *T. Manlius Torquatus ob ingenii et linguae tarditatem a patre rus relegatus.* Eam lectionem in contextum admisi.

Adolescens ipse, cujus relegatio patri objiciebatur] Pronomen *ipse* deficit in Leid. Deinde *objiciebatur patri* Berg.

Non perseveraturum se in accusatione] Negandi particulam omiserunt Voss. 2. 3. et 4. sed pronomen *se* Leid. Voss. 1. et 2. Id autem librarii saepius neglexerunt; neglexit et ipse Livius. V. ad 1, 23, 5. Et ita auctor Epit. Liv. 2. *Brutus jurejurando populum adstrinxit, neminem regnare Romae passurum.* Vocibus transpositis *se non perseveraturum* habet Berg. Denique *in actione* Voss. 1. Quae lectio si plurium codicum consensu firmaretur, eam probare non dubitarem, ac crederem, *accusatione* ex alterius interpretatione marginali in contextum inrepsisse. Nam et alibi vox *accusatio* pro expositione sive varia lectione *τοῦ actio* in Mss. obcurrit. V. Cel. Burmann. ad Quinctil. Declam. 12, 1. Nunc *τὸ actione* ex compendio, quo vox *accusatione* scribi solet, natum existimo.

Tunc omnia perniciosa omissa sunt. In patentem voraginem urbis Romae Curtius armatus etc.] Hic locus ita legendus: *Tunc omnia preciosa missa sunt in patentem voraginem urbis Romae. In eam Curtius armatus* etc. Quam lectionem veteribus in libris se reperisse, mihi affirmavit juvenis eruditissimus Claudius Puteanus; et Livius ipse comprobat, cum scribit [c. 6, 5.] *Donaque ac fruges super eum a multitudine virorum ac mulierum congesta.* SIG. *Tunc omnia preciosa missa sunt in patentem voraginem* MS. Pal. Antea fere excusi *Tunc omnia perniciosa omissa sunt. In paten-*

praealtam voraginem urbis Romanae. in eam Curtius armatus, sedens equo, se praecipitavit, eaque expleta

tem etc. inepte. Nam ultimae antiquitatis impressi agnoscunt illud *preciosa*. Et sic est. Romani, male interpretati oraculum, quidquid habebant domi forisque pretiosum, auro, argento, gemmis constans, in eum specum conjecere. Videatur modo Plutarchus in Parallel. §. 5. aliique scriptores. GRUT. Deesse hic aliquid, videre cuivis licet. Supplet membranaceus Barberinus hoc modo. *Cum telluris hiatu tota ad ultimum territa patria foret, tunc omnia pretiosa missa sunt in praealtam voraginem urbis Romanae.* Idem, *armatus sedens equo se praecipitavit, et expleta est.* Tum *a tribunicia vexatione vindicaverat*. Denique *singulare certamen feliciter iniit.* J. FR. GRON. Quae hic nomine Sigonii vulgantur, petita sunt ex tertia editione scholiorum ejus, quae demum eo jam diu mortuo lucem vidit. Voces autem *Quum telluris hiatu tota ad ultimum territa patria foret*, quas Gronovius in cod. Barberino reliquis praemissas invenit, et in quibus, nescio quo consilio, alia serie edidit *patria territa*, desunt non modo in Hearnii Oxon. N. et Norvic. sed etiam in omnibus meis, excepto solo Leid. qui Barberino consentit. Doujatio tamen haec lectio, quam falso non modo Gronovium, sed Gruterum etiam, probasse dicit, suspecta est. Displicet enim *tota patria*, pro universa civitate; deinde *ad ultimum*, quum de eo agatur, cujus nulla antea mentio facta fuerat. Fateor equidem *patria* pro quavis civitate, regione, frequentissime apud posterioris aevi scriptores obcurrere. V. Barthium ad Gul. Britonis 7. Philipp. v. 827. et Vossium l. 6. de Vitiis Serm. Verum quis nobis definiet, quo seculo auctor harum epitomarum vixerit? Non enim Annaeum Florum esse, cujus extat epitome rerum Romanarum, ex differentia stili et aliunde hodie inter viros doctos constat. Insuper autem Du Cange in Gloss. ad Script. mediae Latin. in v. *patria*, ubi etiam plura ex posteriorum temporum scriptoribus exempla laudat, jam ipsum Virgilium fere similiter locutum fuisse observat. 1. Aen. 539.

Quod genus hoc hominum, quaeve hunc tam barbara morem
Permittit patria?

Facile etiam fero *ad ultimum*, de quo v. J. Fr. Gronov. ad Liv. 45, 19, 15. Ipsi vero Doujatio vetusta lectio *Tunc omnia perniciosa omissa sunt* minus laciniosa, et brevitate magis probabilis videtur. *perniciosa* autem interpretatur respectu non modo Manlii patris, cui propter delectum acerbe habitum, et filium nullo suo crimine rus relegatum diem dixerat, sed etiam Manlii filii, qui tribunum plebis sacrosanctum domi suae invitum intentato mortis metu patris accusationem omittere coëgerat. At si vetustas editiones consuluisset, *perniciosa omissa* demum ab Ascensio receptum reperisset, priores vero *pretiosa omissa* exhibere. Tanto minus autem ei consentire possum, quod omnes codd. quos adhibui, et Hearnii Oxon. N. uno ore legant *pretiosa missa sunt*, eaque verba cum sequentibus jungant. Praeterea *in patentem voraginem* servant Voss. 1. et Boend. *in parentem voraginem* Berg. solito scribarum errore,

est. T. Manlius adolescens, qui patrem a tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum, provocantem

qui alibi *parere* et *patere* confundere consueverunt. V. ad Livii 9, 18, 7. *in praealtam voraginem* Voſſ. 2. 3. 4. et apud Hearnium Exc. Pith. Ita Liv. 5, 37, 7. *Allia e Crustuminis montibus praealto defluens alveo.* 10, 2, 5. *Inde esse ostium fluminis praealti.* 22, 2, 5. *Per praealtas fluvii ac profundas voragines hausti pene limo.* 44, 8, 6. *Praealtas voragines cavatoque medio alveo ripas utrimque praecipites.* Colum. 4, 1. *Nec sane positio seminum praealtum cubile substerni desiderat.* Ita cod. Sangerm. ubi nunc editur *sibi altum.* Et ita, licet alio sensu, *praealtae rupes* dixit Livius 40, 58, 6. (* 28, 20, 2.) *mons praealtus* 43, 19, 8. (* 28, 6, 10.) *praealta fluminis ripa* (* 21, 54, 1.) 44, 39, 8. (* *praealta nix* 21, 36, 5.) Neque aliter dare voluiſſe videtur librarius cod. Leid. qui tamen male trajectis literis scripsit *in praelatam voraginem.* De simili errore supra v. ad 5, 37, 7. Adde Cl. Cortium ad Salluſtii Jug. 78, 2. Utraque lectio *praealtam* et *patentem* ex Livio praesidium petere poteſt. Non modo enim c. 6, 1. *forum conlapsum in inmensam altitudinem* dixit, sed etiam *patentes terrae hiatus* vocavit. Prius tamen recepi; quoniam verisimilius videtur, librarios *praealtam* per *patentem*, quam *patentem*, per *praealtam*, exposuiſſe. Denique *urbis Romae. In ea Curtius* Boend. *urbis Romanae. In eam Curtius* reliqui noſtri, et cum illis Hearnii Oxon. N. *In eam Curtius* Sigonii tertia, inde Gruteri ultima, poſtea reliqui receperunt; *urbis Romanae* autem demum Gronovius admisit, de quo v. infra ad Epit. Liv. 49. Doujatius, qui profitetur, religionem sibi fuiſſe, veterem lectionem mutare, attamen tanta negligentia ad eam adtendit, ut Gronovium secutus contra fidem datam *urbis Romanae* ediderit.

Curtius armatus equo se praecipitavit, eaque expleta est] *Curtius armatus sedens equo* Berg. *Curtius armatus equo sedens* Leid. Voſſ. 1. 2. 3. 4. et Boend. *equo insidentem armatum se in specum inmisisse* Curtium, Livius dixit c. 6, 5. Hanc etiam lectionem non modo Gronov. ex Barberino cod. et recentiores eum secuti receperunt; verum insuper quoque Doujatius, licet teſtatus sit, religionem sibi fore, veterem lectionem mutare. Deinde pronomen *se* non adparet in Voſſ. 2. 3. et 4. Livium etiam eo omiſſo verbum *praecipitare* absolute, quasi neutrum foret, adhibere solitum fuiſſe, infra videbimus ad 25, 11, 6. Hic tamen *se praecipitavit* praefero, ut ita pateat, sponte Curtium se in hanc voraginem inmisiſſe, non autem casu incidiſſe. Praeterea *et expleta est*, ut Gronov. in Barber. invenit, praefert etiam Leid.

Manlius adolescens, qui patrem a tribunicia vexatione liberaverat] Vet. lib. *T. Manlius.* SIG. *Lucius Manlius* Voſſ. 2. 3. et 4. *T. Lucius Manlius* Berg. *T. Lucius Manilius* Voſſ. 1. *T. Manlius* Leid. *T. Manilius* Boend. Deinde *liberaverat* servant Voſſ. 1. Hearnii Oxon. N. et Norvic. *liberavit* Berg. et Boend. *vindicaverat*, quod Gronovius ex Barber. in contextum admisit, praeferunt Leid. ac Voſſ. 2. 3. et 4. Livius ipse c. 10, 2.

aliquem ex militibus Romanis, in singulare certamen descendit, eique occiso torquem aureum detraxit; quem ipse postea tulit, et ex eo Torquatus est nuncupatus. Duae tribus additae, Pomptina et Publilia. Licinius

T. Manlius, Lucii filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat.

Provocantem aliquem ex militibus Romanis, in singulare certamen descendit] *aliquem de militibus* Voſſ. 2. 3. et 4. Livius de singulari certamine Valerii cum alio Gallo c. 26, 1. *Provocat per interpretem unum ex Romanis.* Deinde verbum *descendit* deeſt in Voſſ. 1. 2. 3. 4. et Berg. Ejus loco *feliciter pugnavit* praefert Leid. Solus hic recte vulgatum Boend. tuetur. *Descendere* autem proprium huic rei verbum eſt. V. Tennul. ad Front. 2, 1, 11. Mox *eoque occiso*, pro *eique*, Voſſ. 1. et Berg.

Torquem aureum detraxit] *torquem auream* et mox *quam*, pro *quem*, Berg. Utroque genere *torques* live *torquis* usurpari solet. V. Voſſ. 3. Gramm. 29. sed praesertim Inl. N. Heinſium ad Nason. 1. Faſt. 599. At reliqui codices hoc loco vulgatum servant, et masculino etiam usus eſt Livius 7, 10, 11. *Ab omni alia vexatione intactum uno torque spoliavit.*

Et ex eo Torquatus est nuncupatus] *Torquatus vocatus*. sine τοῦ *est*, Voſſ. 1. *vocatus Torquatus* Boend. *Torquatus vocatus est* Leid. Voſſ. 2. 3. 4. Berg. Hearnii Oxon. N. et Exc. Pithoei.

Duae tribus additae] Ita constanter editi, et ex scriptis meis Boend. At *Duae tribus adjectae* Leid. Voſſ. 1. 2. 3. 4. Berg. et Hearnii Oxon. N. Utraque locutio in hoc scriptore obvia eſt. Prior supra Epit. l. 6. *Quatuor tribus additae sunt.* Altera Epit. l. 2. *Ob hoc Claudia tribus adjecta est.* l. 9. *Tribus duae adjectae sunt.* l. 10. *Duae tribus adjectae sunt.* et l. 19. *Duae tribus adjectae sunt.* Si itaque plurium codicum scriptura praeferenda foret, poſterior recipi deberet. Nihilominus priorem non ejeci, quod Livius non modo 6, 5, 8. 8, 17, 11. 9, 20, 6. et 10, 9, 14. verum etiam hoc libro c. 15, 11. verbo *addere* utatur. Solent autem verba *addere* et *adjicere* a librariis commutari. V. infra ad 36, 40, 9.

Pomtina et Publilia] Prior harum tribuum in excuſis antiquioribus vocatur *Pompejana*, vel *Pomponiana*. quod poſterius etiam servat Hearnii Norvic. *Pomponia* etiam in Ascenſianarum anni 1513. et 1516. aliarumque margine. sed *Ponturia* in Berg. et Boend. *Pomptinia* in Voſſ. 2. et 3. *Pontinia* in Leid. et Voſſ. 4. *Pomtina*, quod Gruterus in contextum ultimae ed. recepit, et recentiores omnes servarunt, in solo supereſt Voſſ. 1. *Pontina* Aldus dederat; quod usque ad memoratam Grut. edit. obtinuit. In inscriptionibus antiquis modo per compendium *POM.* vel *POMP.* vel *POMPT.* vel *PONT.* dicitur, modo plene *POMPTINA*, vel *PONTINA*. Quoniam autem sine dubio tribus haec ab agro Pomptino dicta sit, idque nomen apud Livium, addita litera *p*, *Pomptinus* edi soleat, v.

Stolo lege ab ipso lata damnatus est, quod plus quingentis jugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo provocatus erat, insidente galeae corvo, et unguibus rostroque hostem infestante, occidit,

supra ad 2, 34, 4. quin et infra ita apud Livium vulgetur hoc lib. c. 15, 11. similiter etiam hic scribendum credidi. Posterior *Publicia*, vel *Publitia* dicitur in excusis, *Publia* in Leid. Berg. et Boend. *Publitia* in Norvic. apud Hearnium, *Plublia* in Voss. 4. *Publilia* primum edidit Cl. Jac. Gronovius, quomodo est in Voss. 1. 2. et 3. Ejus autem mentio est in lapidibus apud Gruter. *ΠΟΠΛΛΙΙΑ* p. 503. *PVBLIL.* p. 1110. num. 9. *PVBLILIA* p. 568. num. 1. et apud alios. V. P. Manut. ad Cic. 8. ad famil. Epist. 8.

Licinius Stolo lege ab ipso lata damnatus est] *Lucinius Stollo* Boend. *Lucinius Stolo* Voss. 2. *Licinius Stollo* Berg. Deinde *lege latia damnatus* Leid. et Voss. 1. *lege data damnatus* Voss. 2. et 3. *lege dato damnatus* Voss. 4. Sed *datus* et *latus* saepe in Mstis confunduntur. V. ad 1, 4, 7. *lege lata damnatus* Boend. et apud Hearnium Exc. Pithoei. *lege damnatus* Berg. Quamvis autem omnes codd. vocabula *ab ipso* omittant, illa tamen servanda esse credidi, quod Livius Licinium *sua lege* damnatum dicat c. 16, 9. Et ita plures alii scriptores.

Quod plus quingentorum jugerum agri possideret] Aut lege *plus quingenta jugera*, ut Livius [6, 35, 5.] aut *plus quingentis jugeribus*, ut in Epit. l. 6. SIG. *plus quingentis jugeribus agri* Leid. Voss. quatuor, Berg. Boend. et Hearnii Oxon. N. Se idem quoque in membranis Palat. invenisse, Gruterus infra testatur. Non opus igitur est, ut cum Doujatio conjiciamus *quod plus quingentorum jugerum agrum possideret*. Accedit, tria vocabula eadem syllaba *rum* desinentia proxime juncta ingratum sonum efficere. Quamvis enim auctorem Epitomarum vix ad similia adtendisse existimem, ea tamen adversantibus Mstis ipsi obtrudenda non videntur. Insuper ex hac lege sequeretur, nulli plus possidere licitum fuisse, quam agrum quingentorum jugerum; non itaque aedes urbanas, non pecuniam numeratam, non alia quaevis: quod ubi Antecessorum Parisiensium primicerius cautum repererit, vellem addidisset. Video, quid voluerit. Sed ita dandum fuisset *plurium quingentorum*, vel *quam quingentorum jugerum agrum*.

M. Valerius tribunus militum Gallum] *militem* Leid. et Voss. 1. Male. Valerius enim similiter *tribunus militum*, is autem, cum quo ex provocatione congressus est singulari certamine, simpliciter *Gallus*, non addita voce *miles*, vocatur apud Liv. 7, 26, 1. et Aurel. Vict. de Vir. Inl. 29. Livius inferius eodem cap. Gallum et Valerium *militum* nomine designat: *Adeo duorum militum eventum utraque acies animis perceperat.* Ex eo vero, quod et Valerium, qui tribunus militum erat, *militem* vocarit, eam vocem non stricte accipiendam esse patet. Quin et ipse Livius *ducem* appellat eodem capite, dicens: *Circa jacentem ducem sterne Gal-*

et ex eo Corvi nomen accepit; consulque proximo anno, quum annos viginti tres haberet, ob virtutem creatus est. Amicitia cum Karthaginiensibus juncta. Campani, quum urguerentur a Samnitibus bello, auxilio adversus eos a senatu petito, quum id non inpetrarent, urbem atque agros populo Romano dediderunt. ob quam

lorum catervas. Et Gellius ex libris Annalibus 9, 11. *Dux interea Gallorum vasta et ardua proceritate.* Et postea: *Sic tribunus ducem hostium ferocissimum vicit interfecitque.*

Insidente galea corvo] *galeae* in v. l. legitur. DELR. Delrii lectionem recepit Gruterus in ultima ed. eamdemque probant Leid. Voss. 1. Berg. et Boend. *Gallo*, pro *galea*, praeferunt Voss. 2. 3. et 4. Similiter Florus 1, 13. *Insidente galeae sacra alite adjutus, retulit spolia.* Ita enim Salmas. ex vetustissimo cod. aliisque emendavit, quum ibi etiam *insequente Gallo* legeretur. Aurel. Vict. de Vir. Inl. 29. *Corvus ab ortu solis galeae ejus insedit.* Praeterea *insedente* Boend. V. ad 9, 2, 3.

Unguibus rostroque hostem infestante, interemit] *et ungue et rostro hostem infestante* Leid. *et ungue rostroque infestante hostem* Berg. *et unguibus rostroque hostem infestantem* Voss. 1. *et unguibus rostroque infestante hostem* Boend. atque edd. usque ad ultimam Gruteri, quae prima ordinem inmutavit. Livius 7, 26, 5. *Os oculosque hostis rostro et unguibus adpetiit.* Deinde *occidit* omnes septem codices mei, et Hearnii Oxon. N. V. ad Epit. Liv. 57. circa finem. Eam autem lectionem recepi.

Et ex eo Corvini nomen accepit] *Corvi nomen*, ut post dicam. SIG. *ex eo Corvi nomen* membranae Palat. ut et supra *plus quingentis jugeribus.* GRUT. *Corvini* servant Voss. quatuor, Berg. Boend. Hearnii Norvic. et Exc. Pithoei. *ex quo Corvi nomen accepit* habet Leid. Id si placet, ita distinguam *occidit*, (*ex quo Corvi nomen accepit*) *consulque* etc. Ipse Valerius *Corvus*, ejus posteri *Corvini* cognominati sunt. V. infra ad 7, 26, 12.

Consulque proximo anno creatus est ob virtutem, quum vigesimum tertium ageret annum] *haberet* Hearnii Norvic. Exc. Pithoei, et primae edd. usque ad Vascos. qui *ageret* substituit. *habere* et *agere* saepius in Mstis confundi, supra vidimus ad 3, 14, 5. At in hac locutione etiam confunduntur apud Gellium 17, 21. *Quum septimum et sexagesimum annum ageret.* ubi, teste Gronovio alii praeferunt *haberet.* At insuper *quum annum XXIII. haberet* Boend. *quum annos XXIII. haberet* Voss. 2. 3. 4. Berg. et Hearnii Oxon. N. *quum annos viginti tres haberet* Leid. et Voss. 1. Scripturae varietas ex eo orta, quod numerus annorum per notas scriptus fuerit. V. ad 7, 3, 3. His autem in octo proxime memoratis codicibus verba *ob virtutem creatus est* subjiciuntur, quae, et ipsa in alium ordinem digesta, in vulgatis editt.

caussam ea, quae populi Romani facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. Quum ab A. Cornelio consule exercitus in iniquum locum deductus in magno discrimine esset, P. Decii Muris tribuni militum opera servatus est. qui, occupato colle super id jugum, in quo Samnites consederant, occasionem consuli in aequiorem

praecedunt. Eorum itaque fidem secutus ita etiam edi jussi.

Amicitia cum Karthaginiensibus juncta] *firmata est* Voss. 2. 3. et 4. *inita est* Boend. *juncta est* Berg. et Hearnii Oxon. N. Nihil mutandum puto; nisi forsan *est* ex tot codicibus recipiendum sit. De locutione *jungere amicitiam* infra v. ad 35, 12, 9. Et ita etiam auctor Epit. Liv. 44. *Nisi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam jungeret.* Ita enim ibi legendum, pro *conjungeret*, ex auctoritate codicum Mstorum.

Quum urguerentur a Samnitibus bello] *quum a Samnitibus bello urgerentur* Voss. 1. Berg. et Boend.

Quum id non inpetrarent, urbem atque agros populo Romano dediderunt] Particulam negandi male omisit Berg. a m. 1. Tum *urbem et agros* Leid. Voss. quatuor, et Berg. Insuper *dederunt* Voss. 2. 3. 4. et Boend. lapsu librariorum, qui voces *dedi* et *dedidi*, unius syllabae iteratione neglecta, saepius commutarunt. V. quae infra notantur ad 39, 50, 9.

Ob quam caussam ea, quae populi Romani facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit] *ob quam caussam populi Romani facta recte defendi in bello* Berg. et Boend. Deinde *contra Samnites* Berg. Sed passim in his Epitt. *τὸ contra τοῖς adversus* subponitur. V. infra ad Epit. Liv. 57.

Quum ab A. Cornelio consule exercitus in iniquum locum deductus] *ab A. Cornelio omnis exercitus* Voss. 1. Deinde *in locum iniquum* Berg. et Boend.

P. Decii tribuni militum opera servatus est] Vet. lib. *P. Decii Muris tribuni.* SIG. Haud aliter Pal. *Muris* hactenus defuit editionibus. Epitomas omnes ex MSS. Pall. infinitis locis auxi, emendavi, supplevi, etiam post Sigonianam operam. quae tamen monenda non duxi. Qui scire vult, quid praestiterim, conferat nostra cum olim cusis. GRUT. Decii praenomen *P.* sive *Publii* deficiebat in Leid. Voss. 2. 3. 4. Berg. Boend. et Hearnii Oxon. N. Ejus autem cognomen *Muris* servant Leid. Voss. 4. et idem Hearnii N. Verum illius loco *Muri* est in Voss. 2. et 3. *Murenae* in Boend. Berg. Hearnii Norvic. et, ut idem testis est, in edit. Romana principe. *D. Murenae*, pro *P. Decii*, inveni in Rom. anni 1472. et Parm. At monstrum lectionis *decemviris e Ro. militibus opera servatus est* habet Voss. 1.

In quo Samnites sederant] Vet. lib. *consederant.* SIG. *consederant* etiam Leid. Voss. 1. Berg. Boend. Hearnii Oxon. N.

locum evadendi dedit: ipse ab hostibus circumsessus erupit. Quum milites Romani, qui Capuae in praesidio erant relicti, de ea occupanda urbe conspirassent, et, detecto consilio, metu supplicii a populo Romano defecissent; per M. Valerium Corvum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat, patriae restituti sunt. Res praeterea contra Hernicos, et Gallos, et Tiburtes, et Privernates, et Tarquinienses, et Samnites, et Volscos prospere gestas continet.

et Exc. Pithoei. *insederant* Voſſ. 2. et 3. *insiderant* Voſſ. 4. ut forte dare voluerint *quod Samnites insederant.* Sed lectionem a Sigonio indicatam, pluriumque codicum fide firmatam, sequi praeſtat.

Ipse ab hostibus circumsessus erupit] *circumseptus* Leid. Tum *eripuit* Voſſ. quatuor, Hearnii Oxon. N. et Exc. Pith. *erripuit* Berg. Alibi librarii has voces confundere consueverunt. V. supra ad 4, 33, 6. infra ad 9, 37, 9.

Milites Romani, qui Capuae in praesidio erant relicti, quum de ea occupanda urbe conspirassent] Vet. lib. *Cum milites Romani, qui Capuae in praesidio erant relicti, de ea occupanda urbe conspirassent.* SIG. Particulam *Cum*, sive *Quum*, ex media periodo in initium ejus retulerunt etiam Leid. Voſſ. 1. Berg. et Boend. Ea vero priſtino loco servata, nihilominus *Cummilitones*, pro *Milites*, habent Voſſ. 2. et 3. *Commilitones* Voſſ. 4. Praeterea *in praesidio relicti erant* Leid. Voſſ. 1. et Berg. *in praesidio erant*, una voce expuncta, Boend. Deinde *de occupanda ea urbe* Leid. et Berg. *de occupata urbe*, pronomine neglecto, Voſſ. 1. *de occupanda urbe* Voſſ. 2. 3. et 4. Mox *et decreto consilio, et metu supplicii* Voſſ. 1.

Per M. Valerium Corvinum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat] *Corvum*, ut dicam. SIG. *Corvum* etiam Leid. et Voſſ. 2. 3. ac 4. V. supra hac Epit. Deinde *a furore* exsulant ab Hearnii Oxon. N. Male. Adprime enim *furor* hic convenit. V. ad 2, 34, 11. Tum *revocarat* Berg. ut in quibusdam exſtat editis.

Patriae restituti sunt] Praeter haec adde: *Res praeterea contra Hernicos, et Gallos, et Tiburtes, et Privernates, et Tarquinienses, et Samnites, et Volscos prospere gestas continet.* Sic enim eſt in veteribus libris, atque ita eſt apud Livium. SIG. Quae Sigonius ex veteribus libris addidit, exſtant etiam in Leid. Voſſ. 1. Boend. Hearnii Oxon. N. et Excerptis Pith. Similiter quoque in Berg. nisi quod in illo omittantur voces *et Privernates.* At contra omnia desunt in Voſſ. 2. 3. et 4. Insuper vox *patriae* non adparet in Leid.

T. LIVII PATAVINI

LIBER SEPTIMUS.

1. Annus hic erit insignis novi hominis consulatu, 1
insignis novis duobus magistratibus, praetura et

§. 1. *Annus hic erit insignis novi hominis consulatu*] *Novus homo* apud Livium dicitur, et is, qui magistratum cepit, quem non antea gessit, et qui primus ex familia sua curulem magistratum cepit. Priore modo locutus est 22, [35, 7.] *Nec cuiquam eorum, praeter Terentium consulem, erat mandatus honos, quem jam non antea gessisset. praeteritis aliquot fortibus ac strenuis viris, quia in tali tempore nullus novis magistratus videbatur mandandus.* Posteriore hoc loco: *hominem* enim *novum* L. Sextium plebejum vocat, qui primus e gente sua curulem magistratum consulatum ceperit. *Novis* autem *hominibus*, *Nobiles* opponuntur, et *Novitati Nobilitas. Nobiles* autem ii dicti, qui majorum suorum habent imagines. Imagines autem sibi sumere ac posteris tradere non possunt, nisi qui curulem magistratum gesserunt, quorum primus erat aedilitas. Qui magistratus quoniam solis patriciis primum patuerunt, idcirco soli patricii nobiles primum appellati. Ubi vero plebi honores etiam curules sunt communicati, tum plebeji etiam *nobiles* nominati ii, qui majorum suorum imagines haberent. Est autem imago, auctore Polybio 6, [51.] *simulacrum, oris similitudinem offabre miroque artificio effictam coloribus, pigmentisque adumbratam referens, quam in insigniori ac celebriori domus parte collocabant.* De jure autem ponendarum imaginum sic Cicero in Verrem [5, 14.] *Ego me ob aedilitatem mihi delatam adeptum esse intelligo antiquiorem in senatu sententiae dicendae locum, togam praetextam, sellam curulem, jus, imagines ad memoriam posteritatemque prodendam.* Et contra Rullum [orat. 2, 1.] *Est hoc in more positum, Quirites, ut ii, qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude conjungant.* Est autem *consequi imagines familiae*, magistratus curules a majoribus suis item gestos capere. Et post: *Me hominem novum consulem fecistis.* Item: *Mihi apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur, non quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos disciplinisque institutos videtis, sed quod laude populari*

curuli aedilitate. Hos sibi patricii quaesivere ho-
2 nores pro conceſſo plebi altero consulatu. Plebes
consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit:
Patres

atque honoris vestri luce caruerunt. Item [c. 36.] *Quemadmodum, cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: sic, si quid deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecentur.* Et in Pisonem [1.] *Commendatio fumosarum imaginum.* Et Livius 1. [34, 6.] *Ancus Marcius nobilis una imagine Numae.* Et Paedianus in Oratione in Toga. *Cicero competitores quatuor plebejos habuit, ex quibus duo nobiles, duos, qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant.* Et Livius 22, [34, 7.] *Nec finem ante belli habituros, quam consulem vere plebejum, hominem novum, fecissent. Nam plebejos nobiles jam iisdem initiatos esse sacris, et contemnere plebem, ex quo contemni desierint a Patribus.* SIG. Delerem illud *erit*, si quae mihi in Livium eſſet auctoritas. Editio certe vetuſtior praefert *erat*; ut ex bilinguitate ipsam se falsi arguat lectio. GRUT. Non persuadet mihi Sigonius, a Romanis illos quoque *novos homines* dictos fuiſſe, qui magistratum capiebant, quem nondum ante geſſerant. Unicum fundamentum hujus sententiae ponit in loco Liv. 22, 35, 7. ubi et idem, quod hic annotat. Sed hoc evertit scriptura cod. Put. *nulli novus magistratus*: quam veriſſimam eſſe, oſtendunt verba Livii eodem loco, *honos, quem jam non antea gessisset.* Praetereo alia, quibus hoc subrui poſſet, quae quilibet, antiquitatis Romanae etiam multo inperitior Sigonio, facile per se videt. Ac ne ipse quidem 2. de Ant. Jur. Civ. Rom. 20. ubi ex profeſſo de *nobilibus* et *novis hominibus* agit, duplicem illam significationem τοῦ *novus homo* attingit. DUK. *erat* praeferunt etiam Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. eamque lectionem Gruterus, Heinsius in Elzevir. et Gronovius in prioribus edd. exhibuerunt. *fuit insignis* Harlej. 2. Inmerito autem illud *erit* Grutero displicuit. Infra 21, 46, 8. *Hic erit juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est.* Ad quem locum v. Gronov. Voces *insignis novi hominis consulatu* desunt in Leid. 2. et Lovel. 1. Cui errori cauſſam dedit vocis *insignis* repetitio. V. ad 9, 11, 11.

Insignis novis duobus magistratibus, praetura et curuli Aedilitate] *duobus novis magistratibus* Gaertn. *novis magistratibus duobus* Lovel. 4. At vox *novis* deeſt in Lovel. 3. Harlej. 2. et Portug. Sed v. ad Epit. hujus libri. Ceterum quae de numero praetorum variis reipublicae et imperii Romani temporibus Modius ex Lipsio in excursu D. ad Tacit. 1. Annal. huc contulit, iterum expungi juſſi, quod ad inluſtrationem hujus loci non magis, quam ad cujusvis alterius, ubi praetorum mentio obcurrat, pertineant.

Hos sibi patricii quaesivere honores] Corrupte Palat. pr. *etiam sinere.* GEBH. *quaesiere honores* Lovel. 1. Voſſ. 1. a m. 2. et Leid. 2. Ita Livius alibi verbum hoc contrahere amavit. V. quae infra notantur ad 27, 11, 15.

Patres praeturam Sp. Furio M. filio Camillo; aedilitatem Cn. Quinctio Capitolino et P. Cornelio Scipioni, suarum gentium viris, gratia campestri ceperunt. L. Sextio collega ex Patribus datus

Verum hoc loco reliqui codd. in receptam lectionem conspirant.

§. 2. *Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit*] *Plebs* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Alterum servant fide digniores codd. V. ad 1, 20, 6. Deinde *L. Sergio Sextio, cujus* Voss. 1. Lovel. 5. Harlej. 2. et Haverk. *L. Sergio, cujus* Voss. 2. Hearnii Oxon. L. 2. et Exc. Pithoei. Utrumque scribarum errore: ut et *L. Sexto, cujus*, quod praefert Florent. nec non *L. Sergio, cujus lege Sextio partus erat*, quod est in Lovel. 1.

Patres praeturam Sp. Furio M. filio Camillo] Hic M. Camilli quinquies dictatoris filius fuit, auctore Suida; qui ita scribit in voce *Πραίτωρ. Πρῶτος στρατηγὸς ἀπεδείχθη Φούριος Κάμιλλος, παῖς Καμίλλου, τοῦ πολλάκις μοναρχήσαντος, ὃν πραίτωρα τῇ ἰδίᾳ γλώττῃ οἱ Ῥωμαῖοι ὠνόμασαν.* SIG. *Sp. Furio M. Furio Camillo* Voss. 2. et Lovel. 3. *M. Furio M. Camilli filio* Fragm. Hav. a m. 1. *Sp. Furio M. Camilli filio* a m. 2. ut et Portug. atque Haverk. *Sp. Furio M. Furii Camilli filio* Lovel. 2. et Gaertn. *Sp. Furio Marcio Furio Camillo* Lovel. 4. *Sp. Furio Marti F. Camilli.* Lovel. 5. Malc. supra 4, 26, 1. *T. Quinctius L. filius Cincinnatus et C. Julius Mento consules facti.* hoc lib. c. 5, 3. *Nunciaret T. Manlium L. filium esse.* c. 10, 2. *T. Manlius L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat.* 22, 34, 1. *Interreges proditi a Patribus C. Claudius Ap. filius Cento, inde P. Cornelius Asina.* et saepissime alibi. Variant etiam apud Hearnium Oxonienses. Nam *M. Furio Camillo* invenit in L. 1. *Martio Furio Camillo* in L. 2. *M. Camillo filio* in B. et *Sp. Furio Camillo* in C.

Suarum gentium viris gratia campestri dederunt] Quidam *ceperunt* legunt, quasi Patres illis, hoc est praetori ac aedilibus, ceperint praeturam aedilitatemque per gratiam, quam in campo Martio apud populum Romanum invenerint, technis videlicet, quibus in comitiis uti consueverunt. Id autem lectoris judicio relinquimus. GLAR. Vet. lib. omnes *dederunt*. Sic post [c. 23, 1.] *Ab Patribus L. Cornelius Scipio consul datus.* SIG. Ita [*dederunt*] quidem Sigonius. Et sic 2, [42, 7.] *Ea igitur pars Reipublicae vicit: nec in praesens modo, sed in venientem etiam annum M. Fabium et L. Valerium consules dedit.* Libroque 6, [30, 2.] *Plebes C. Sextilium, M. Albinium, L. Antistium dedit.* Sed quod aït veteres libros omnes sic habere, nollem dictum, aut certe de illis tantum, quibus ipse usus est, intelligemus. Nam Thuaneus, duo Voss. Helm. Basl. Chiff. clare *ceperunt*, ut priores editiones. Cumque sequatur statim: *L. Sextio collega ex Patribus datus*, non video, cur Livio hanc varietatem invideamus. Nam ut *dederunt* est effecerunt, ut ei daretur; ita *ceperunt* est effecerunt, ut ille caperet. 5, [13, 2.] *Licinius ut ceperat haud tu*

3 L. Aemilius Mamercinus. Principio anni et de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari jam fama erat, et de Hernicorum defectione agitata men-
4 tio. Quum de industria omnia, ne quid per plebejum consulem ageretur, proferrentur, silentium om-
5 nium rerum ac justitio simile otium fuit: nisi quod,

multuose magistratum. Hoc libro infra [c. 25, 2.] *Qui legis Liciniae spretae mercedem consulatum cepisset*. J. FR. GRON. Vet. lib. Sigonii favent ex meis Lovel. 2. 5. Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. ex Hearnii Oxoniensibus autem L. 2. B. et C. nec longe recedit Portug. qui *dederint* praefert; vel Lovel. 4. qui exhibet *dederant*. Reliqui omnes, et inter eos optimi commatis scripti, *ceperunt* servant. Ex editis autem *dederunt* primum invenio apud Venetos anno 1495. inde apud Ascensium, qui tamen alteram lectionem anno 1513. et 1516. in margine conspici voluit. Gronovio *ceperunt* probanti consentio. Nam, ne codicum auctoritatem memorem, non modo, quemadmodum Gronovius monuit, *datus* mox sequitur; verum etiam, ut Cl. Ant. Perizonius in margine observavit, mox praecessit, *Plebes consulatum L. Sextio dedit*. Non exciderunt equidem, quae de vocibus saepissime a Livio in eadem periodo repetitis notavi ad 1, 3, 9. nolenti tamen Livio haec obtrudenda non sunt. Quemadmodum *capere magistratum*, ita *sumere* mox hoc cap. *Quod pro consule uno plebejo tres patricios magistratus nobilitas sibi sumsisset*.

L. Aemilius Mamercinus] *T. Aemilius* Florent. Μάρκος Αἰμίλιος vocatur apud Plutarch. in Camillo p. 152. Pro quo Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXXVII. p. 262. Μαμερκῖνος Αἰμίλιος legendum conjicit. Quod hujus anni consul apud Diodor. Sic. 15. Bibl. p. 500. et alios Λεύκιος sive *Lucius* vocetur. Quum tamen Plutarchus collegae ejus praenomen omiserit, id in Aemilio neglexisse vix videtur, nisi id alibi Plutarchum facere solitum fuisse constet. Potius igitur receptam lectionem in eo servem, ipsumque errasse existimem. Ceterum *Mamercius* Lovel. 5. *Mamercus* tantum non omnes reliqui codd. et edd. usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui *Mamercinus* dedit, praeeunte Pighio eodem loco, ac monente, ita in emendatissimis tabulis Capitolinis legi. Et recte. *Mamercus* enim praenomen, *Mamercinus* autem gentis Aemiliae cognomen est. V. quae supra notantur ad 5, 1, 2.

§. 3. *Et de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari jam fama erat*] Ex glossa iterum Palat. pr. *populatos*. Palat. sec. *quos primum palatum per Apuliam congregari*. At negat sciolus quidam, homo mimicus, reperiri in probis auctoribus *palatus*. Vides, ut isti propudio os canis ferreum obsideat, affirmare auso tale quid, qui tamen nullum umquam scriptorem, sive Graecum, sive Latinum, integrum legit. V. Livium supra 2, 50. 3, 5. 4, 46. 7, 11. c. 36. et 37. 8, 24. 9, 45. 10, 2. 31, 2. *Ad septem millia hominum palata per segetes*

non patientibus tacitum tribunis, quod pro consule uno plebejo tres patricios magistratus, curulibus sellis praetextatos tamquam consules sedentes, nobilitas sibi sumsisset, praetorem quidem etiam ju- 6
ra reddentem, et collegam consulibus, atque iisdem auspiciis creatum, verecundia inde inposita est se-

sunt caesa. GEBH. Vocula *et* omittitur in Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed v. ad 2, 44, 3. Sequens *de* non adparet in Florent. Deinde *palatos* adversus anonymum recte defendit Gebhardus. Supra 1, 11, 1. *Ad hos Romana legio ducta palatos in agris obpressit.* ubi plura vide. Tum *congregari per Apuliam jam fama erat* Portug. a m. 2. in quo *τὸ congregari* a m. 1. omittebatur. *per Apuliam jam congregari fama erat* Harlej. 2. et Haverk. quem ordinem ingratus sonus in vocibus *Apuliam jam* proxime junctis refellit. *Τὸ erat* deficit in Lovel. 5.

Et de Hernicorum defectione] Praepositio *de*, quae jam praecesserat, non conspicitur in vetustioribus excusis. Eam primus adoptavit Aldus, cujus lectionem firmant omnes scripti. Et recte. Solet enim Livius praepositiones iterare. V. ad 6, 28, 6.

§. 4. *Omnia, ne quid per plebejum consulem ageretur, proferrentur*] *Τὸ ageretur* omisit librarius Gaertn. Deinde *perferrentur* idem cod. et Voss. 2. solito errore. V. ad 5, 4, 12. corruptius *perferretur* Fragm. Hav. a m. 1. *praeferrentur* Lovel. 3. *proferretur* Florent. *proferentur* Leid. 1. una voce auctius *etiam proferrentur* Lovel. 1. Mox *justitio simile fuit otium* transpositis vocibus Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 5. *Nisi quod, non patientibus tacitum tribunis, quod pro uno consule*] *non patientibus tribunis tacite* Harlej. 2. Vox autem *tacitum* deest in Portug. quam omnes reliqui, et scripti et editi, recte tuentur. Non modo *tacitus* dicitur, qui silet, sed et illud *tacitum* dicitur passiva significatione, de quo nemo loquitur. Eo sensu supra 1, 50, 9. *Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt.* ubi v. Gronov. Et ita multi codices praeferunt 6, 12, 3. *Quod quum ab antiquis tacitum praetermissum sit.* ubi v. quae notavi. De similibus adjectivis utroque modo usurpatis v. notas meas ad Silii 2, 98. Posterius autem *quod*, in omnibus scriptis constanter existens, et sensui etiam necessarium, omiserant priores editiones; quare recte primum a Parm. tum ab Aldo revocatum est. Mox alio ordine *magistratus patricios* Lovel. 2. et *curulibus et sellis*, addita media vocula, Lovel. 5. [*tres plebejos magistratus* Veith.]

Nobilitas sibi sumsisset] *sibi praesumsisset* Lovel. 4. [Veith.] *sibi assumsisset* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed, quum paullo ante *ceperunt*, non *acceperunt*, dixerit, hic etiam simplex *sumsisset*, quod reliqui scripti tuentur, sufficit. Ita *imperatorem, judicem sumere.* V. viros doctos ad Nepot. Miltiad. 1. *aliquem consicium sumere* Hygin. fab. 4. *Rei consciam, quam captivam esse*

natui ex Patribus jubendi aediles curules creari primo, ut alternis annis ex plebe fierent, convene-
7 rat: postea promiscuum fuit. Inde, L. Genucio et Q. Servilio consulibus, et ab seditione et a bello

credebat, ipsam Inonem sumsit. sumere liberos, pro adoptare, Sallust. Jug. 10. *Ne ego meliores liberos sumsisse videar, quam genuisse.* ubi Cl. Cortius observat, eodem sensu *adsumere* dixisse Plin. in Paneg. 8. *sumere dictaturam* Tacit. 1, Ann. 1. *Dictaturae ad tempus sumebantur.*

§. 6. *Collegam consulibus*] Praetor *collega consulum* dicebatur, quod iisdem auspiciis crearetur, auctore Messala apud Gellium 13, 15. SIG. V. Pighium in Annal. ad ann. 387. p. 263. Mox τὸ *creatum* non comparet in Leid. 2. et Lovel. 1.

Ex Patribus jubendi aediles curules creari] Ultima vox abest a Leid. 2. quae tamen abesse nequit. *jubere* enim *magistratus* non senatus, sed populus dicitur, quum eos comitiis creat. V. ad 3, 30, 6. At contra hoc tempore adhuc in potestate Patrum fuit, habendis comitiis conditiones dicere, negando se auctores futuros, nisi, quod jusserant, observaretur. V. Gronov. 1. Observ. 25. Ita non in solius populi potestate olim fuerat decernere, utrum tribunorum consularium, an consulum, comitia haberentur, verum ad id etiam senatusconsultum requirebatur. Dionys. l. 11. p. 735. *Τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον αὖθις συνελθόντας διαγνῶναι, πότερον ὑπάτους ἢ χιλιάρχους βούλονται παραλαβεῖν τὴν ἀρχήν. ὅ, τι δ' ἂν ἅπασι δόξῃ ψῆφον ἐπενέγκασι, τοῦτ' εἶναι κύριον. ἐπιτελεῖσθαι δὲ τὸ προβούλευμα καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν.* Et ita apud Liv. 4, 12, 4. *Quum magno certamine obtinuisset, ut consulerentur Patres, consulum an tribunorum placeret comitia haberi, consules creari jussi sunt.* Ut autem hic verecundia senatui imposita dicitur ex Patribus jubendi aediles curules creari, ita etiam secundum legem Liciniam alterum consulem plebejum creari jubent Patres infra hoc lib. c. 21, 4. *Patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiae caussa observare legem Liciniam comitiis consularibus jussere.*

Ut alternis annis ex plebe fierent, convenerat: postea promiscuum fuit] Videtur aliquid scabri in oratione esse. Omnia a verbis, *nisi quod non patientibus tacitum tribunis* usque ad *creari*, satis procedunt; sed, quae hinc sequuntur, *primo, ut alternis annis e plebe fierent, convenerat*, non optime cum praecedentibus cohaerent. Hoc etiam Pighium animadvertisse arbitror, qui ad A. V. CCCLXXXVIII. haec verba Livii describens post *primo* addit *igitur*. Nec male fluceret oratio, si, sublato *est* ante *senatui*, legi liceret, *verecundia inde imposita senatui ex Patribus jubendi aediles curules creari, primo ut* etc. *convenit*. Quidquid est, locum non omnino sanum esse puto. DUK. *ut alt'io*, id est *ut alterius*, Gaertn. saepius obvio scribarum errore. Alia exempla supra v. ad 4, 53, 11. Tum *convenerant* Florent. et Fragm. Hav. quomodo dedisse librarii indocti videntur, quod praecesserat *fierent*, cum quo id convenire debere perperam crediderunt:

quietis rebus, ne quando a metu ac periculis vacarent, pestilentia ingens orta. Censorem, aedilem 8
curulem, tres tribunos plebis mortuos ferunt, pro portione et ex multitudine alia multa funera fuisse.

quam eamdem ob cauſſam contra *fieret* datum videtur in Lovel. 1. Deinde *fuit promiscuum* Gaertn. *promiscum fuit* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 10, 41, 3.

§. 7. *Inde L. Genucio et Q. Servilio consulibus*] Prior vox abeſt ab Hearnii Oxon. L. 1. Sed male. Paſſim enim Livius ea utitur in proponendis novi anni consulibus. Et quidem vel inter duorum consulum nomina mediam conlocat; ut 2, 49, 9. *L. Aemilius inde et C. Servilius consules facti.* ubi plura exempla vide. Vel mox ab initio; ut 2, 8, 9. *Inde P. Valerius iterum, T. Lucretius consules facti.* 3, 32, 5. *Ab hoste otium fuit. Inde consules C. Menenius P. Sestius Capitolinus.* c. 65, 5. *Inde M. Geganius Macerinus et C. Julius consules facti.* et alibi.

Et ab seditione et a bello quietis rebus] Pall. duo *et bello quietis.* sec. *et ab bello quietis.* GEBH. *et a seditione et bello* Gaertn. *et ab seditione et bello* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Haverk. Male. V. ad 45, 8, 4. *et ab seditione et ab bello* Lovel. 5. *et ab seditione ac a bello* Harlej. 2. contra morem sollemnem Livii. V. infra ad 10, 36, 17. [*et seditione et bello* Veith.]

A metu ac periculis vacarent] *a metu periculis* Lovel. 1. *a metu et periculis* Voſſ. 1. Lovel. 5. Harlej. 2. et Portug. *a metu et a periculis* Haverk. De more Livii in repetenda praepositione v. ad 6, 28, 6. Unum tamen, et quidem hunc, codicem sequi temerarium eſt.

§. 8. *Censorem* etc. *mortuos ferunt*] Nomina censorum per hos annos edit nulla Livius. In Capitolinis tabulis eſt *Postumius Albinus Regillensis et C. Sulpicius Peticus.* Albinus procul dubio mortuus. Nam de Petico poſt magna mentio fit. SIG. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. CCCLXXXVII. p. 262. ubi Albini praenomen, quum Fasti Capitol. hic laceri sint, in ambiguo eſſe dicit, quia plures ejus tempeſtatis Poſtumii Albini consulari poteſtate tribuni militum obcurrunt. Sigonius etiam comm. in Faſt. in incerto eſſe fatetur, *Aulus* an *Lucius* dictus fuerit, qui ambo tribuni militum ante fuerunt. Ceterum *tribunos plebi*, non *plebis*, Leid. 1. et Gaertn. V. ad 2, 42, 6. *fuerunt* etiam, pro *ferunt*, idem Gaertn. V. ad 5, 44, 4. *ferí*, id eſt *fertur*, Lovel. 2. quod dictum foret exemplo eorum, de quibus egi ad 1, 31, 8. Verum neque hic unum illum codicem audiendum exiſtimo.

Pro portione et ex multitudine alia multa funera fuisse] Id etiam obscurum, quamquam relatione intelligitur. quod tamen non dico ad eum modum, quo nunc ex praepositione ablativoque fecimus nomen *proportio*, quod haud scio, fueritne in aliquo apud veteres usu. GLAR. Omnino, disjuncte *pro portione* legendum eſſe, Glareano consentio. Livius infra 34, 50, 7. *Adjice nunc pro portione quot verisimile sit totam Graeciam habuisse.* Colum. 1, 4. *Pro portione etiam facultatum quam optime pater familiae debet habitare.* (* ubi nuperus editor unica voce dedit

maximeque eam pestilentiam insignem mors quam
9 matura, tam acerba, M. Furii fecit. Fuit enim

proportione.) Est enim *portio* id, quod vulgo *proportio* dicitur. Curtius 7, 11. *Praemium erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta decem: uno minus accipiet, qui proximus ei venerit: eademque ad decem homines servabitur portio.* ubi consulendus Doct. Snakenb. Id tamen ferri nequit, quod dubitaverit idem Glareanus, fueritne nomen *proportio* in aliquo apud veteres usu. Ut enim taceam, eo usum fuisse Gellium 1, 1. 2, 25. ubi ἀναλογίαν Latine *proportionem* vocari docet, et, ubi idem tradit, 15, 9. certe ante eum idem monuit Quinctil. 1. Inst. 6. *Omnia tamen haec exigunt acre judicium, analogia praecipue, quam proxime ex Graeco transferentes in Latinum proportionem vocaverunt.* Similiter eo antiquior Vitruvius 3, 1. *Ea autem paritur a proportione, quae Graece ἀναλογία dicitur. Proportio est ratae partis membrorum in omni opere totiusque commodulatio.* Quin et Cicero ac Varro usurpare non refugerunt. Ille in Fragm. de Univ. c. 4. *Id optime adsequitur, quae Graece ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur) comparatio proportiove dici potest.* et saepius in sequentibus. Hic 9. de ling. Lat. p. 126. *Dicam de quatuor rebus, quae continentur declinationibus verborum: quid sit simile ac dissimile, quid ratio, quam adpellant λόγον, quid proportio, quod dicunt ἀναλογον, quid consuetudo.* Verum quemadmodum docendi caussa in expositione artis cujusque Cicero eumque secuti optimi scriptores adhibuerunt, qui simili ratione multa alia nova vocabula finxerunt, ita oratores, historici, similesque eo vocabulo abstinuisse videntur. Haec ratio est, cur non inprobanda videatur conjectura Turnebi ac Lambini apud Cic. 4. in Verr. 21. *Ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peraeque pro portione cetera.* ubi vulgo editur *peraequa proportione.* Non videtur enim Cic. tam audacter ac simpliciter usus esse, quod sine praefatione in Philosophicis, ubi majorem novandi licentiam sibi datam esse existimavit, non adhibuit. Hinc divisit vocabulis scribam 2. de Orat. 73. *Oportet caussis principia pro portione rerum praeponere.* et Orat. pro Flacco 14. *Quum omnes Asiae civitates pro portione in provincias descripsisset.* ubi in nupera Cl. Gronovii edit. una voce *proportione* vulgatur. Certe eadem recte exhibuit 5. in Verr. 21. *Numquam in Sicilia frumentum publice est emtum, quin Mamertinis pro portione imperaretur.* Ceterum *alia funera multa fuisse* transpositis vocabulis praefert Haverk. *multa alia funera fuisse* Lovel. 1. et 5.

Maximeque eam pestilentiam insignem mors quam matura, tam acerba, M. Furii fecit] Acute, neque aliter in Palat. pr. MS. atque editione principe. Palat. vero sec. *maximeque eam pestem insignem mors, quam nemo sic maturam, sic acerbam flevit, Marci Furii fecit.* Quae profecto sunt mera interpretamenta ac nugamenta commentatorum: quae tamen quoque editioni suae infulsit J. Campanus, *maximeque eam pestilentiam insignem mors, quam nemo sic matura non ut acerbam flevit, M. Furii fecit.* Pal. tert. *quam matura caussa acerba M. Furii fecit.*

vere vir unicus in omni fortuna: princeps pace belloque prius, quam exsulatum iret; clarior in exsi-

GEBH. Primo conjunctio *que* deficit in Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *eam pestem* proxime memoratus Haverk. *pestem* pro quovis noxio, pro omni re, quae nocet, perniciem adfert, usurpari notissimum est: an autem pro morbo, qui proprio nomine *pestilentia* vocatur, adhiberi possit, non consentiunt viri docti. Quidam existimant, illos barbarissare, qui hac voce eo sensu utuntur: alii adstricta oratione scribentibus permittunt, soluta *pestilentiam* dicere malunt. V. Salvagn. ad Ovidii Ibin 577. Verum neque prosaici scriptores eodem sensu adhibere detrectarunt. Ex Livio olim exemplum dedi ad Silii 14, 582. ubi observavi, cum 25, 26, 12. et 15. bis *pestem* vocasse, quam antea *pestilentiam* dixerat. Aliud exemplum supra est 5, 14, 3. *Non prodigia, sed jam eventus, pestilentiam agris urbique inlatam, haud dubia ira Deûm, quos pestis ejus arcendae caussa placandos esse, in libris fatalibus inventum sit.* Similiter Just. 2, 13. de Xerxe ex Graecia redeunte: *Multorum deinde dierum inopia contraxerat et pestem.* ubi *pestem* vocat, quam λοιμὸν Herod. 8, 115. *pestis* etiam vocatur morbus, qui revertentis Xerxis exercitum invasit, apud Orosium 2, 10. qui, quum morbum hujus, cujus Livius meminit, temporis bis *pestilentiam* dixisset, tandem etiam *pestem* vocat 3, 4. *Pro depellenda temporali peste corporum, arcessitus est perpetuus morbus animarum.* Plura exempla v. in Freinshem. ind. Justin. Videri ergo posset illa lectio etiam hoc loco probanda esse, praesertim quum hoc loco *pestilentia* praecesserit: quo casu *pestis* etiam commode generaliori significatione accipi potest. At quum praeter Haverk. et Gebhardi Palat. sec. reliqui codd. in vulgatam lectionem conspirent, eorum consensum non spernendum existimo. Insuper *mors, quam nemo sic matura, tam acerba, M. Furii fuit* Harlej. 1. Voss. 1. in margine, ac Leid. 1. *mors quam sic matura, tam acerba, M. Furii fuit* Leid. 2. qui etiam vocem *insignem* omisit. *mors, quam nemo sic matura, tam acerba, M. Furii fecit* Lovel. 1. et 2. *mors, quam nemo sic maturam, tam acerbam flevit, M. Furii fecit* Lovel. 4. 5. et Harlej. 2. [Veith.] *mors, quam nemo sic maturam, quam acerbam flevit, M. Furii fecit* Portug. et Haverk. quam lectionem recte damnat, et interpolatam censet Gebhardus. In Florentino ab initio scriptum fuit *quam matura, tam tamen acerba*, juncta, ut videtur, duplici lectione *tam acerba*, et *tamen acerba*, quam forte librarius codici suo adscriptam invenerat. Verum illud *tamen* ortum est ex errore scribarum, qui frequenter *tam* et *tamen* confuderunt. V. infra ad 22, 59, 13. Errorem autem errore cumulavit, qui postea interpolavit *quamvis matura, tamen acerba.* Vulgatum verum est. Indicat enim Livius Camilli mortem aeque acerbam, ac maturam fuisse. V. Cl. Cortium ad Sallust. Jug. 31, 14. et Cel. Burmann. ad Ovid. 12. Met. 220.

§. 9. *Fuit enim vere vir unicus in omni fortuna*] *fuit enim vir vere mitis* Gaertn. Sed *unicus* loco non est movendum. V. ad 44, 1, 5. Mox *pceps*, id est *praeceps*, Gaertn. Sed hoc modo etiam alibi lapsi sunt scribae. V. infra ad 21, 18, 3. Hinc *bello paceque*, alio ordine, Lovel. 2.

lio vel desiderio civitatis, quae capta absentis inploravit opem, vel felicitate, qua restitutus in pa-
10 triam secum patriam ipsam restituit. Par deinde per quinque et viginti annos (tot enim postea vixit) titulo tantae gloriae fuit, dignusque habitus, quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanae ferrent.

Clarior in exilio] Etsi hic nulla varietas scripturae adnotatur, tamen *in* suspectum est. *in exsilio* satis respondet priori ex his, quae statim addit, *vel desiderio civitatis*, non tam bene posteriori, *felicitate, qua restitutus in patriam* etc. nam haec eum demum post exsilium secuta est. Ac ne prius quidem membrum *desiderio civitatis* etc. plane desiderat praepositionem *in*. Vellej. 2, 15. *Nec triumphis honoribusque, quam aut caussa exsilii, aut exsilio, aut reditu clarior fuit Numidicus*. DUK. [*exilio ut desiderio* Veith.]

Capta absentis inploravit opem] *rapta* Harlej. 2. et Haverk. saepius in codd. obvia aberratione. V. ad 6, 23, 5. In verbis sequentibus *felicitatem*, pro *felicitate*, Leid. 1. et Harlej. 1. perperam praeferunt.

Restitutus in patriam secum patriam ipsam restituit] *restitutus patriam, patriam ipsam restituit* Harlej. 1. *restitutus in patriam secum ipsam patriam restituit* Voss. 2. Hav. et Fragm. Hav. Neque aliter habent Lovel. 2. et Gaertn. nisi quod insuper legant *in patria. secum ipsam patriam* etiam Lovel. 3. At *secum patriam ipse restituit* Lovel. 4. et principes editt. usque ad Aldum, qui recte *ipsam* reposuit, concinentibus reliquis scriptis.

§. 10. *Par deinde per quinque et triginta annos*] Impudens hoc omnium codicum erratum, ac mirum ab nemine animadversum, cum nihil facilius correctu fuerit. Anni enim captae urbis sunt CCCLXV. ut ipsemet Camillus in oratione, ne Vejos migretur, ad finem 5, [54, 5.] Hi autem anni, quando mortuus est Camillus, CCCXC. a quibus si priores subduxerimus, relinquentur XXV. non XXXV. anni. GLAR. Libri veteres *viginti quinque*. egregie. tot enim a Roma capta ad hunc usque annum numerantur, id est ab anno CCCLXV. ad annum CCCXC. †. „Hoc Glareanus ante Sigo„nium notavit. Sed hoc obti„cet." †. SIG. *quinque et viginti* Voss. 1. a m. 2. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii L. 1. et 2. Ita quidem legendum esse, judicat etiam Cl. Jac. Perizonius in Anim. Hist. c. 10. sed tamen simul censet, ab urbe liberata ad mortem Camilli non nisi viginti quatuor annos ex historia Liviana exsculpi posse; atque illa, quae Glareanus, Sigonius, Pighius et alii, variis locis annum unum interjicientes, commenti sunt, ex ipso Livio erroris argui. Existimat igitur, Livium sui oblitum a se ipso diversum abire, quod ex variis antiquiorum annalibus suas ab urbe condita historias colligere debuerit. V. quae pluribus ibi disputat p. 453. et seqq. Alio modo nuper Livio auxilium ferre conatus est Henr. Dodwell. de Cyclis differt. 10, 82. qui post an-

II. Et hoc et insequenti anno, C. Sulpicio Petico, 1
C. Licinio Stolone, consulibus, pestilentia fuit. eo 2
nihil dignum memoria actum, nisi quod pacis Deûm
exposcendae caussa tertio tum post conditam urbem
lectisternium fuit. et quum vis morbi nec humanis 3
consiliis nec ope divina levaretur, victis supersti-

num Urbis conditae CCCLXXVIII. proxime ante anarchiam unum annum addidit. V. quae notata sunt ad Liv. 6, 34, 1. [*quinque et triginta* Veith.] Praeterea *Par inde per quinque* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Hav. *Per inde quinque* Gaertn. Mox *tot enim post vixit*, pro *postea vixit*, Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanae ferrent] *quem secum* Fragm. Hav. a m. 1. Tum *ab Romulo* Portug. *a Romolo* Leid. 1. Deinde *conditore urbis Romanae ferrent* Lovel. 4. *conditorem urbis ferrent* Haverk. *conditorem urbis Romae ferrent* Lovel. 2. et Frobenius anno 1535. eumque secuti recentiores fere omnes usque ad Gronov. qui *urbis Romanae ferrent* anno 1665. edidit, quemadmodum habuerunt excusi vetustissimi et reliqui scripti mei. V. infra ad Epit. Liv. 49. *conditorem urbis Romani ferrent* se in Oxon. C. invenisse, testis est Hearnius. Et ita Sigonius in priori edit. scholiorum emendavit, quum *urbis Romanae* in vet. lib. invenisset, eamque lectionem in contextum recepit, quam etiam in sequentibus servavit, licet ibi ipsum scholion expunxerit. Ita autem Sigonius emendasse videtur, quod non esset nominativus τῷ *ferrent* additus. Verum, saepius eum omitti, infra videbimus ad 34, 56, 11.

§. 1. *Et hoc et insequenti anno T. Sulpitio Potito*] *C. Sulpitio Petico* legendum, non *T. Sulpitio Potito*. GLAR. Lege *C. Sulpicio Petico* ex lapidibus Capitolinis, ex Diodoro [l. 15. p. 507.] Cassiodoro, omnibus. †. „Et hoc quoque Glareanus anno„tavit." †. SIG. Praenomen Sulpicii abest a Fragm. Hav. a m. 1. *T. Sulpicius* vocatur in eodem a m. 2. ut in Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. 2. Florent. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. *L. Sulpicius* in Lovel. 2. Tum *Potito* habent Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. iidemque Hearnii codices. *Petito* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *Poetico* Klock. Sed recte, *C. Sulpicio Petico* legendum esse, praeter viros doctos ad hunc locum, monuit etiam Pighius in Annal. ad ann. CCCLXXXIX. p. 273. Ceterum in lapidibus Capitolinis ejus cognomen *Peticus* hoc anno tantum exstat: at in secundo consulatu, quem triennio postea gessit, omnia ejus nomina integra supersunt. Gruterus in postrema ed. male dederat *Paetico*, quod servarunt Heinsii Elzeviriana, Gronovianae, et nupera Amstelaedamensis. Idem error infra hoc libro capp. 17. 18. 19. et 22. commissus est. Insuper *Et hoc insequenti* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. Portug. a m. 1. Lovel. 1. 2. 4. 5. *Et haec et insequenti* Lovel. 3.

§. 2. *Pacis Deûm exposcendae*

tione animis, ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo, (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia coelestis irae placamina instituti dicuntur.
4 Ceterum parva quoque (ut ferme principia omnia) et ea ipsa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etru-

caussa tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit] *pacis Deûm exposcendae cû* Gaertn. V. ad 4, 44, 10. *tertium tum* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *post urbem conditam* trajectis vocibus Voss. 2.

§. 3. *Nam circi modo spectaculum fuerat*] Hoc quid sit, declarat Valerius 2, [4, 4.] *Itaque placandi coelestis numinis gratia compositis carminibus vacuas aures praebuit, ad id tempus circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, Consualium nomine celebravit.* SIG. *circinoso spectaculum fuerat* Lovel. 5. in quo tamen primae vocis quatuor ultimis literis subjecta stigmata indicant, librarium credidisse, eas delendas esse. *circli* pro varia lectione adscriptum erat margini Voss. 1. Insuper *spectaculum fuit* Harlej. 2. et Portug. *spectaculum fuit*, id est *fuerit*, Gaertn. qui insuper in verbis sequentibus exhibet *inter alia coelestis irae placamina instituuntur*, pro *instituti dicuntur*.

§. 4. *Parva quoque (ut ferme principia omnia) et ea ipsa peregrina res fuit*) Prima vox non adparet in Leid. 2. Deinde *ut firma principia omnia* Voss. 1. et Lovel. 1. *ut infirma principia omnia* Leid. 2. Insuper *peregrina fuit res* transpositis dictionibus Lovel. 1. et 5.

Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu] De hoc loco egerunt viri doctissimi Casaub. de Rom. Sat. c. 1. Dan. Heinsius de Sat. Horat. l. 1. p. 20. seqq. Salmas. ad Vopisci Carin. c. 19. et postremus omnium, quod quidem sciam, Dacerius in Dissert. de Satira, quae est in tom. 3. Memoriar. literar. Acad. Regiae inscriptionum et elegantiorum literar. edit. Amstel. In ea verba haec Livii *sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu*, interpretatur *sans aucun vers, sans aucun acte de pièce reglée, qui consiste dans l'imitation.* Non scio, quam bene. Mihi Livius simpliciter hoc dicere videtur, sine cantore, qui pronunciaret, et sine histrione, qui saltando et gesticulando ea, quae pronunciabantur, exprimeret: nam haec deinde addita sunt, quum antea ludiones nihil aliud, quam ad tibicinis modos saltarent. Sic paullo post *fabellarum actum* dicit Livius: *histrionibus fabellarum actu relicto.* DUK. *sine crimine ullo* Haverk. sollemni errore. V. supra ad 1, 26, 6. *sine certamine ullo* Lovel. 4. et ed. Mediol. anni 1480. aliaeque plures. Sed, et has voces per compendia scribarum confundi, docuit Cel. Burmann. ad Gratii Cyneg. 22. Tum posterius *sine* non adparet in Leid. 2. Male. Supra 5, 41, 4. *Sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die urbem.* c. 44, 6. *Sine munimento, sine stationibus ac cu-*

ria adciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. imitari deinde eos 5
juventus, simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus, coepere; nec absoni a voce motus erant. Accepta itaque res saepiusque usurpando 6
excitata. vernaculis artificibus, quia hister Tusco

stodiis passim ferarum ritu sternuntur. 6, 30, 3. *Volsci provincia sine sorte, sine comparatione extra ordinem data.* 8, 19, 7. *Sine consilio, sine audacia depugnat.* 9, 5, 10. *Se solos sine vulnere, sine ferro, sine acie victos.* c. 20, 10. *Se sine legibus certis, sine magistratibus agere querebantur.* c. 45, 10. *Aequorum exercitus, sine ducibus certis, sine imperio, trepidare.* 23, 27, 5. *Sine imperio, sine signo, incompositi, inordinati in proelium ruunt.* 28, 25, 14. *Suam seditionem sine vulnere, sine sanguine fuisse.* 40, 15, 11. *Sine advocatis, sine patronis pro me dicere cogor.* 45, 42, 2. *Is triumphus sine captivis fuit, sine spoliis.* Sallust. in Catil. 6. *Aborigines genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum.* V. infra ad 8, 38, 11. et ad 38, 18, 12. (* 10, 17, 7. 35, 49, 13.) *sine inimitandorum* habet Lovel. 1.

Ludiones ex Etruria adciti, etc. *haud indecoros motus more Tusco dabant*] *ludii oēs*, id est *omnes*, Fragm. Hav. a m. 1. *Ludi oñis et ex Etruria* Lovel. 5. Male. Sic infra hoc cap. *Quia hister Tusco verbo ludio vocatur.* 39, 6, 8. *Convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. Ludi omnes essent curia acciti* Lovel. 4. Tum *aut inde choros sinotus* corruptissime Leid. 1. *haud indecores motus* Lovel. 1. 4. et Leid. 2.

§. 5. *Simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus*] Haec idem Dacerius ita vertit, *en continuant toûjours ses railleries, ses plaisanteries en vers grossiers et informes.* Non est interpretatio, sed παράφρασις, magis ex ipsius, ni fallor, quam ex Livii sententia, qui nihil de illa, quam interpres narrat, continuatione dicit. DUK. *simul conditis inter se jocularia* Lovel. 4. *simul inconditis in se jocularia* Lovel. 2. Paullo ante *iminitari deinde* Lovel. 1. *more deinde* Lovel. 3.

Nec absoni a voce motus erant] *nec absona voce* Lovel. 1. 4. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Male. *absoni a voce*, ut *dissoni ab re* infra 8, 8, 2. *Adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana re, praeter animos, erat.* alia constructione *absonus fidei* dixit 1, 15, 6. *Quorum nihil absonum fidei divinae originis divinitatisque post mortem creditae fuit.*

§. 6. *Accepta itaque res, saepiusque usurpando excitata vernaculis artificibus*] Post *excitata* distinguendum: nisi quis *accepta re* in auferendi casu legere malit. GLAR. Jam Aldus aliique ante Glareanum post *excitata* distinxerunt. Eamdem autem interpunctionem recentiores editores fere retinuerunt usque ad Gruterum, cujus ultima ἔκδοσις distinguit, *Accepta itaque res, saepius-*

verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus indi-

que usurpando excitata, vernaculis artificibus, quia hister etc. quod posteriores plerique servarunt, vel pejus etiam dederunt *excitata, vernaculis artificibus*; *quia hister*. Ceterum *exercitata* Lovel. 2. V. ad 10, 33, 1. Deinde *vernaculis artificiis* Lovel. 1. Voss. 1. Leid. 2. et Portug. a m. 1. quo errore *principiis*, pro *principibus*, similiaque plura in Mllis obvia sunt. V. ad 21, 60, 7. Vocem *artifex* hoc sensu inlustrat Gronov. ad Sueton. Vespas. 18.

Quia hister Tusco verbo ludio vocabatur] Quidam libri *histrio* habent. At Plutarchus etiam in Problematis [p. 289.] a Tuscis Ἱστρον vocatum scribit, ut recte *Hister* legatur. SIG. *quia iter* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *quia ister* Leid. 1. et Klock. *quia histrio* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Gaertn. quod ex verae lectionis interpretatione receptum est. De voce *hister* v. Cel. Graevium ad Sueton. Aug. 70. Deinde *ludius vocabatur* Lovel. 4. 5. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. *ludios vocabatur* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. Sed v. supra ad §. 4. *ludius* est apud Valer. Max. 2, 4, 4. *Et quia ludius apud eos Histrio adpellabatur, scenico nomen Histrionis inditum est.*

Nomen histrionibus inditum] Pighius ad Valerii Max. locum modo laudatum legendum censet *nomen histrionis*, quia ita etiam ibidem Valer. Max. loquitur. At vetant omnes codices scripti et editi, qui constanter *histrionibus* servant. Et recte. Ita enim Livius ubique loqui amavit. 1, 1, 3. *Troja vocatur, pagoque inde Trojano nomen est.* et mox eodem cap. *Trojae et huic loco nomen est.* ad quae loca plura notantur. 3, 57, 10. *Leges decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in aes incisas in publico proposuerunt.* c. 65, 4. *Insectandisque Patribus, unde Aspero etiam inditum est cognomen, tribunatum gessit.* 4, 26, 2. *T. Quinctius, L. filius, Cincinnatus (eidem et Penno cognomen additur) et C. Julius Mento consules facti.* Silius Ital. qui Livium imitari solet, 11, 58.

Pacuvio fuit haud obscurum crimine nomen.

quo quaedam ex Livio aliisque scriptoribus exempla olim contuli. Justin. 13, 7. *Cui nomen Batto fuit.* Florus 1, 7. *Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum.* Praeterea *indictum* Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. et Haverk. atque ita inter versus emendatur in Voss. 1. Saepius hoc modo errarunt scribae. V. supra ad 3, 65, 4. Et ita in loco Valer. Max. laudato codex Traject. prior pari lapsu praefert, *scenico nomen Histrionis indictum est.*

§. 7. *Qui non, sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis jaciebant*] *Fescennino versu* quidam in dandi casu antique dictum putant: quod, nescio, quam probem. Neque enim necesse est, ut ab accusativo *similem* regantur, quod absolute positum videtur, ut illud *incompositum*. GLAR. Hic locus partim librariorum vitio, partim antiquitatis ignoratione obscurissimus est. Habent tamen libri veteres impressa aliqua vestigia verae lectionis. Nam in quibusdam est *Fescennino similem versu incompositum temere.* Quibus adductus sum, ut credam legendum

tum: qui non, sicut ante, Fescennino versu simi- 7

esse, *Fescennino similem versum, compositum temere.* ita ut prima syllaba vocis *incompositum* sit ultima litera vocis *versum.* Quid enim significat *versus incompositus temere?* Est autem sensus: primum ludiones ex Etruria acciti sine carmine ad tibicinis modos saltarunt. post versus, sed inconditi, et motus a voce non absoni accesserunt. tum diligentia quoque major adhibita est. Non enim Fescennino similis versus, temere compositus ac rudis, ut ante, allatus est, verum descripto ad tibicinem cantu saltuque congruenti satyras peregerunt. Quo fit, ut mos ille explicetur, qui ab Aristotele in poëticis recitatur [c. 1.] veteres nimirum histriones imitatos esse ῥυθμῷ, ἁρμονίᾳ καὶ λόγῳ. id est. *saltu, concentu, et versu.* atque earum primum duo genera exstitisse. Unum eorum, qui tibiarum modis, alterum eorum, qui pedum motibus verbisque imitarentur. deinde vero tria evasisse, tum cum alius saltaret, alius canere coepit. cujus initium moris tribuit Livio poëtae hic auctor: Sophocli autem in tragoedia Aristoteles, cum aït ab eo inventum esse τὸν τριταγωνιστήν. †. „Hunc locum reprehen„dit Robortellus 2. Emendat. „33. concedens, ea quidem se ita „habere, quae ab Aristotele ex„ponuntur, at simul ostendens „aliud esse, quod ab Andronico „factum Livius scribit. Cum e„nim unus esset, qui imitaretur „cantu et sermone, separare is „coepit, quia impedire illum, „qui duo simul faceret, videbat. „Aristoteles vero histriones tres „fuisse introductos primum a „Sophocle, qui sermone imita„rentur, ut hic esset primarum „partium, alter secundarum, ter„tius tertiarum." †. SIG. Vossianus quoque [sec.] et Helm. *versum.* Hoc igitur accipio ab Sigonio. At non transpono voces, non fero *compositum*: abnuunt enim scripti. Quaerit, quid sit *incompositus temere?* sed jungit diffociabilia. Livius vult, versus incompositos ac rudes, Fescenninis versibus similes, alternis temere ac sine arte jactasse. J. FR. GRON. Vulgatam lectionem *versu similem incompositum* Oxonienses suos retinere, auctor est Cl. Hearne. Et ita tantum non omnes mei. Nam, praeter Voss. 2. a Gronovio memoratum, tantum Lovel. 3. *versum* praefert; at Klock. *Fescennino versui similem, compositum temere.* Et sane ne id quidem, quod Gronovius ab Sigonio accepit, probandum videtur. Sed vel cum Klockiano *Fescennino versui similem* legendum est, vel *versu,* quod servant reliqui, pro *versui* more antiquo, ut quidam apud Glareanum putant, accipiendum. V. infra ad 24, 19,6. Utrumque autem *Fescennino versu,* vel *versui, similem* et *Fescennino versum similem,* dici potuisse, Liviumque utroque modo locutum esse, patet ex illis, quae supra notavi ad 3, 9, 4. Si plures etiam codd. probarent, *compositum temere* non displiceret. Facile enim syllaba initialis *τοῦ incompositum* repeti potuit ex proximae vocis litera finali *m.* V. supra ad 5, 23, 5. Nunc tamen Gronovio cedo. Ceterum illis, quae Robortellus de sensu Aristotelis contra Sigonium disputavit, ipse postea Sigonius respondit 1. Emendat. 36. ac sententiam defendere conatus est. In repetitis tamen editionibus, quae post verba Aristotelis subjiciuntur, expunxit: ut ea ipsi postea displicuisse verisimile sit. Ea tamen, contra quam semper observavi, hic restitui; quod,

lem incompositum temere ac rudem alternis jaciebant; sed inpletas modis saturas, descripto jam ad

iis resectis, commode intelligi nequeant, quae Glareanus ad Sigonii Scholion in fine monuit. Insuper *alterni* Leid. 2. *alterius* Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad 4, 53, 11. Tum *faciebant* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. quemadmodum saepe variant codd. scripti. V. inferius notata ad 41, 4, 2.

Inpletas modis saturas] *inpletis modis* Lovel. 2. et Gaertn. Deinde varie libri manu exarati praeferunt, vel *satiras*, vel *satyras*, vel, ut optimi Florent. Leid. 1. Voss. 1. et Harlej. 1. habent, *saturas*. V. Vossium in Etymol. ling. Lat. v. *Satyra* et v. *Satura*, quosque ibi laudavit.

Descripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant] Dacerius redarguit Casaubonum, ut qui crediderit, omnia, quae hic tradit Livius, in unum illum annum concludenda esse, quo Sulpicius Peticus et Licinius Stolo consules fuerunt. Non scio, unde hoc colligere potuerit, nec quidquam apud Casaubonum invenio, ex quo intelligatur, eum hoc credidisse. Postquam retulerat verba superiora Livii, addit: *Haec Livius in A. V. C. CCCXC. consulibus C. Sulpicio Paetico, C. Licinio Stolone, quando gravi pestilentia urbs laboravit.* Ex his nemo praeter hunc censorem exsculpet, opinor, quod is Casaub. tribuit; non enim dicit Casaubonus, Livium tradere, omnia illa hoc uno anno gesta esse, sed ab eo in historia hujus anni referri. DUK. *motu congruenti pangebant* Haverk. Scriptum fuerat *pagebant*; hinc, omissa linea per caudam literae *p* trajecta, factum est *pagebant* et *pāgebant*. Ita *peractus*, seu *pactus*, et *pactus* supra commutabantur 5, 50, 7.

§. 8. *Livius post aliquot annos*] *Lucius*, pro *Livius*, Lovel. 2. Tum *post aliquos annos* Harlej. 2. V. supra ad 6, 37, 8. *post aliquod annos* Haverk. V. ad 6, 24, 2. *post aliquot annis* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Harlej. 1. Gaertn. et Klock. quod eodem modo dictum accipi potest, quo *post aliquanto*, *post paucis diebus*, de quibus egi ad 2, 31, 4.

Qui ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere] Hanc sententiam his verbis tradidit Valerius 2, [4, 4.] *Paulatim deinde ludicra ars ad satyrarum modos perrexit, a quibus omnium primus poëta Livius ad fabularum argumenta spectantium oculos et animos transtulit. Isque sui operis actor, cum saepius a populo revocatus vocem obtudisset, adhibito pueri et tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit.* SIG. Alii *ausus est primus argumentum fabulam serere.* Ut supra 3, [44, 9.] *Notam judici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit.* vel alii *argumento fabulam facere*, vel *argumentosam fabulam facere.* Lege *argumentum suum fabulam serere*, vel *facere.* vel *argumento suo fabulam inserere.* Gallicus interpres: *qui, après l'usage des satyres, osa le premier entremesler des choses vrayes parmi ses farces.* vel lego *argumento suo fabulam cerere*, pro *quaerere.* Ita infra [c. 8, 7.] *carta pars*, quo *quarta*, *in* Mſto. KLOCK. *Argu-*

tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant.
Livius poſt aliquot annos, qui ab saturis ausus eſt 8

mentum fabulae saepe dicunt veteres. Terentius Prol. Andr. et Heautont. Auctor ad Herenn. 1, 12. Suet. Calig. 52. Ner. 12. et alii. Sed quid eſt *argumento fabulam serere?* Ferrar. l. 2. Elect. 5. interpretatur *fabulam argumento componere*, seu *fabulam condere*, et profert verba Quintil. 5. Inſt. Or. 10. *Fabulae ad actus scenarum compositae argumenta dicuntur.* et Livii 3, 44, 9. *Notam judici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit.* Ex his et aliis, quae laudavi, locis quidem intelligitur, quid sit *argumentum*, sed nondum liquet, quid sit *fabulam serere.* Credo tamen hoc a Ferrario recte exponi *componere*, quod etiam *contexere* dicas et *conserere.* Livius hoc cap. *Consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt.* 25, 6, 6. *Fati lege immobilis rerum humanarum ordo seritur.* Quintil. 5, 10. *Ordo rerum tribus momentis consertus est.* V. Cl. Drakenb. ad Silii Ital. 8, 266. Ita sensus erit, qui primus ausus eſt, spreta satyra, argumentis fictis fabulas componere et contexere. Fortaſſis etiam *serere*, quasi de re nova et Romanis ante id tempus incognita, dicit: quemadmodum in hoc Horatii Art. Poët. 46.

In verbis etiam tenuis cantuque serendis,

Acron et plerique alii *serere* exponunt *novare*, *nova verba facere.* DUK. Sex priores voces exsulant a Lovel. 5. a m. 1. Earum loco has quinque *quia a saturis ausus est* reposuit manus altera. *quibus a saturis*, pro *qui*, praefert Lovel. 4. [*quibus ab satyris* Veith.] *qui a satiris* Portug. et Gaertn. *qui a saturis* Fragm. Hav. et Lovel. 1. *qui a satyris* Haverk. *qui ab sacris* Leid. 2. Tum *ausus est primo* Portug. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. Deinde *argumento fabulam serere* omnes scripti praeter Portug. et Haverk. qui *inserere* praeferunt, ut Klockius ex conjectura emendavit. *argumento fabulam facere* editt. principes. *argumentosam fabulam facere* Mediol. anni 1505. quod Ascensius annis 1513. et 1516. recepit. Sed, vox *argumentosus* an seculi Liviani sit, admodum dubito. V. Voſſ. de Vitiis Sermon. l. 3, 1. et l. 7. ea voce. Aldus deinde *argumento fabulam serere* substituit: quod ob codd. consensum verum puto. Id autem Ferrarius 2. Elect. 5. exponit fabulam argumento componere, seu fabulam condere, quia teſte Quinctiliano 5. Inſtit. 10. *fabulae, ad actus scenarum compositae, argumenta dicebantur.* (* *fabulam serere* dixit Liv. 38, 56, 8.) Ceterum memoratu digniſſima sunt verba Doujatii, quibus hunc locum enarravit, ut peritia ejus in arte Chronologica et Historia literaria nulli deinceps incognita sit. Ita igitur inquit. „Vult, ni fallor, cum Lucilius satyrico carminis genere fabulas instituisset, quo, de re quaque, versus nullo certo argumento adſtricti ab histrionibus recitabantur: Livium, eo genere relicto, fabulas suas, Graecorum more, ad quaedam argumenta certo ordine tractanda revocare ausum fuiſſe.“ Ergo, auctore Doujatio, Livius Andronicus, quem ipse Claudio Centone, Appii Caeci filio, et M. Sempronio Tuditano consulibus, id eſt, anno urbis conditae DXIII. primum

primus argumento fabulam serere, (idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor)
9 dicitur, quum saepius revocatus vocem obtudisset, venia

omnium fabulas Romae docuisse ex Gellii 17, 21. tradiderat, vixit post Lucilium satyrarum scriptorem, et morem a Lucilio institutum mutavit, quum tamen Lucilium Livio, Naevio, Ennio, Plauto, Caecilio, Terentio, Pacuvio, et Accio juniorem, et in obtrectandis eorum poëmatis clarum fuisse, Gellius eodem loco narravit. Eodem adfirmante, Livius, qui ante natum Scipionem Africanum majorem jam fabulas Romae docuit, attamen natu minor fuit Lucilio, qui *sub P. Africano* (prioris nepote adoptivo) *Numantino bello eques militavit*, teste Vell. Paterc. 2, 9. Quid non orbi literato ab hoc antecessorum Parisiensium primicerio exspectandum fuisset, si desultor juris totus se nostris literis dedidisset, ex hoc specimine satis patebit.

Idem scilicet, id quod omnes tum erant, carminum suorum actor] *i*, pro *idem*, habet Portug. *id* Lovel. 5. *scilicet* autem deficit in Haverk. Deinde *id quod omnes tantum erant* Leid. 2. Ita etiam supra variant libri 5, 36, 6. Simili modo *tum* et *tantum* commutantur supra 4, 51, 4. *tam* et *tantam* apud Cl. Corte ad Plinii 1. Epist. 2, 2. *id quod omnes timuerant* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. atque non nullae ex editt. principibus. simili errore ac *reliquerat* pro *reliqua erat*, *etiam* pro *et jam*, aliaque passim in Mstis obvia sunt. V. ad 1, 47, 9. 23, 29, 16. et pluribus locis. Praeterea *carminum suorum auctor* Lovel. 2. et Gaertn. V. ad 1, 26, 5.

§. 9. *Quum saepius revocatus, vocem obtudisset*] Dacerius: *on le fit jouer si souvent, qu'il s'enroua.* Parum adcurate. Nam haec verba, *on le fit jouer si souvent* etiam de diversis temporibus accipi possunt, et accepta esse videntur, contra mentem Livii, qui de uno et unius diei actu loquitur. *Revocare aliquem* est, jubere repetere ea, quae dicta sunt. V. Passeratium ad Cic. pro Arch. 8. Abramum ad Cic. pro Sextio 58. Livius 33, 32, 8. *Revocatus praeco* etc. *iterum renunciaret eadem.* Hoc Florus 2, 7. de eadem re dicit, *iterum iterumque praeconem illam vocem repetere jubebant.* Ad hanc significationem verbi *revocare* non satis adtendisse Dacerium ex eo adparet, quod dicit, *on ne pouvoit se lasser de voir les pièces de Livius, et on le fit jouer si souvent.* DUK. *vocem obtulisset* lapsu scribarum Portug. et Haverk. Nam Valer. Max. 2, 4, 4. eamdem rem referens, eamdem etiam locutionem usurpavit. *Quum, saepius a populo revocatus, vocem obtudisset. obtundere vocem* obcurrit etiam apud Cic. 2. de Orat. 70. *Patrono malo, quum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet.* Similiter, inter varias qualitates vocis, etiam *obtusam vocem* refert Quinctil. 11. Inst. Or. 3. qui ibidem insuper *obtusas fauces* vocem obscurare dicit.

Puerum ad canendum ante

venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quum statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis usus inpediebat. inde ad manum cantari histrionibus coeptum, 10

tibicinem quum statuisset] Ingratum et supervacuum mihi hic videtur *quum*, et locum, quem corruptum putabam, levi emendatione ita restituere conabar: *vocem obtudisset, et venia petita p. a. c. a. tibicinem statuisset*, vel *vocem obtudisset, venia petita p. a. c. a. tibicinem statuisse. et canticum egisse.* Sed cohibuit me, ne quid tentarem, adnotatio Gronovii ad 28, 40, 2. etsi hoc interest, quod ibi longe plura, quam hic, interponuntur. DUR. *ad cantandum* Leid. 2. et Voss. 1. in margine. Tum *tibicinam* Florent. *tibicen* Lovel. 4. Ceterum hic etiam locus docet, quanta cura Doujatius ad verba Livii adtenderit. Dicit enim, Livium, voce jam nimio usu obtusa, tibicinis concentum adhibuisse: ut adeo *puer ad canendum* ipsi sit tibicen. Sed quid erit *tibicinem ante tibicinem statuisset?* Livius hic aperte *tibicinem* a *puero ad canendum* distinguit. Ante Livium *cantus jam erat descriptus ad tibicinem*, ut Livius modo dixit: sed insuper Andronicus adhibuit *puerum ad canendum*, tragoedum nempe, qui fabulam modulata voce pronunciaret, eumque *statuit ante tibicinem.*

Canticum egisse aliquanto magis vigenti motu] *ingenti motu* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. ad 2, 30, 14. *ingentem motu* Lovel. 2. et 5. *vigentem motu* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. ubi ultima litera adhaesit ex initiali vocis sequentis. V. infra ad 40, 7, 8. legendum enim *vigente motu*, ut praeferunt Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. Gaertn. omnesque edd. usque ad Paris. anni 1573. quae prima *vigenti* dedit, quod in nullo cod. supersit, nisi in modo memorato Harlej. 2. a m. 2. *vigente motu* itaque revocavi. V. ad 6, 14, 13. Adde viros doctos ad Sueton. Ner. 20. Mox *votis*, pro *vocis*, perperam Portug.

§. 10. *Inde ad manum cantari histrionibus coeptum*] *cantari ad manum* dixit, pro cantare in promtu, et in praesentia, coramque. Hesychius *ad manum quae sunt*, prompta et parata interpretatur, et *servum ad manum* ad multa utilem, hoc modo. Κατὰ χεῖρα, ἕτοιμα, εὐχερῆ, ἢ ὁ νῦν πρὸς χεῖρα καὶ εἰς πολλὰ χρήσιμος οἰκέτην TURNEB. 3. Advers. 23. quem etiam v. 5, 11. Ego intelligo *ad manum*, id est, ad tacitam histrionum gesticulationem, quae manu vel praecipue peragitur. HLOCK. Haec verba Livii ita in editis leguntur. Sed quis ea mihi sana esse et incorrupta praestabit? quid enim est *ad manum cantare?* hoc contra mentem auctoris est, qui post illud Livii factum histriones canere desiisse vult, et, qui antea voce motuque cantica agerent, solo motu et tacita gesticulatione exinde agere coepisse, et diverbia tantum ipsorum voci relicta. Nam diverbia pronunciabant histriones, cantica saltabant, puero accinente et responsante tibicine. Ante Livium poëtam et cantu simul et motu corporis ea peragebant. Valer. Max. 2, 4. de poëta Livio: *isque sui operis actor cum,*

11 diverbiaque tantum ipsorum voci relicta. Post-

saepius a populo revocatus, vocem obtudisset, adhibito pueri et tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit. inde igitur mos deductus, ut pantomimi in comoediis taciti cantica desaltarent. quare legendum apud Livium: *inde ad manum saltari histrionibus coeptum, et diverbia tantum ipsorum voci relicta.* Dubitatione prorsus caret haec emendatio. *saltari* in *cantari* mutaverunt, qui non intelligebant, quid esset *ad manum saltare*, et mentem Livii non percipiebant. *ad manum saltare*, est manibus saltare et gesticulari. Verbum Graecum non poterat melius exprimi. Nam Χειρονομεῖν omnino est *ad manum saltare.* Genus autem hoc ipsum loquendi vulgare et protritum Latinis, *ad manum*, aut *ad manus saltare*, pro manibus saltare. Sic *ad tibias canere*, pro tibiis canere. Lampridius in Heliogabalo [32.] *Ipse cantavit saltavit, ad tibias dixit.* Sic *ad tabulam ludere. ad manum lapides jactare* apud Vegetium. Ita etiam *ad digitum pugnare* dicebant, pro digitis pugnare, quod uno verbo *micare.* Quintilianus 8, 5. *Contra eamdem sororem gladiatoris, cujus modo feci mentionem, ad digitum pugnavi.* Ita in vetustissimo et optimo codice legebatur, quem olim a Bongarsio habui, τῷ πάνυ. vulgo editur, *at digito pugnavi. ad digitum concurrere* dixit incertus auctor veteris epigrammatis:

Lex erat ad digitum posita concurrere palma.

Quem ego versum semper et ita legendum, et de micatione intelligendum judicavi, quod alibi pluribus probabo. *decernere digitis* apud Calpurnium Ecl. 2.

Et nunc alternos magis ut distinguere cantus
Possitis, ter quisque manum jactate micantes.

igitur *ad digitum pugnare* et *digitis pugnare* idem, ut *ad manum saltare*, et *manibus saltare.* quod est Χειρονομεῖν. Hesychius Χειρονόμος, ὀρχηστής. SALMAS. ad Vopisci Carinum c. 19. p. m. 830. Salmasius ad Flavii Vopisci Carinum *saltari*: et hanc emendationem dubitatione prorsus carere scribit. Sed illud habent omnes codices: accipiendumque, non ut ipsi histriones *cantare ad manum* dicantur coepisse, sed alii, illis gestum sine voce agentibus. Est enim *cantare* alicui *ad manum* non, ut Turnebus voluit, cantare in promtu et in praesentia, coramque, sed gesticulationi ejus, quae saltando fiebat et loquaci manu, cantando respondere, et pronunciare modulate, quae histrio agat. Sueton. Calig. 54. *Canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret; quo minus et tragoedo pronuncianti concineret, et gestum histrionis, quasi laudans vel corrigens, palam effingeret.* Et hinc intelligendum apud eumdem in Nerone 24. *Atque in quodam tragico actu cum elapsum baculum cito resumsisset, pavidus et metuens, ne ob delictum certamine summoveretur, non aliter confirmatus est, quam adjurante hypocrita, non animadversum id inter exsultationes succlamationesque populi.* Ubi fatetur Torrentius, se non intelligere, quis hic sit *hypocrita*: et suspicatur aliquem, qui adstiterit canenti, ut phonascus verba facienti, monendi caussa vel subjiciendi, si quid fugeret memo-

quam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco

riam. Alii *hypocritam* conjiciunt fuiſſe ex illis, qui cum principe tragoediae partem cantaverint, aut denique simplicius, ut ajunt, *hypocritam* pro adulatore Caesaris accipiunt. Nimium illi quidem simpliciter se. Nec cantabat ille cum principe, sed principe cantante saltabat. Nimirum Nero hic, quod in Caligulae verbis *Tragoedus*, agit; *hypocrita*, quod *histrio*. Tragoedus canebat, id eſt, modulate pronuntiabat: hiſtrio, vel hypocrita, vel pantomimus saltabat et geſticulabatur, et praeter hos aderat tibicen. Ut hic *puer ad canendum* pro tragoedo; tibicen, ante quem statutus puer; Livius Andronicus *actor suorum carminum*. Sic *cantare ad tibias*, sicubi, non utique semper, ut vult *ὀπάνυ*, eſt solummodo tibias inflare, sed, alio tibias animante, carmen voce accinere: *cantare ad fides*, Ovidio *ad citharam ora vocalia movere*, et *subjungere* vel *sociare carmina nervis* [5. Met. 332. 340. l. 11, 5.] simul pulsare citharam, simul canere. Varro apud Nonium [v. *Naenia*.] *Ibi a muliere, quae optima voce esset, praefica laudari, dein naeniam cantari solitam ad tibias et fides*. Sic conjicimus, pro *per quam*. Cicero 4. Tuscul. 2. *Gravissimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clararum virorum laudes atque virtutes: ex quo perspicuum est, et cantus tum fuisse descriptos vocum sonis et carmina*. Sic autem legendum, non *rescriptos*, vel docent verba hic apud Livium: *descripto ad tibicinem cantu*. Idem l. 1. ejusdem operis [44.] *Non intelligo, quid metuat), cum tam bonos versus fundat ab tibiam*. Et secunda Agraria [34.] *Hostiae majores ad praeconem et ad tibicinem immolabantur*. 2. de legibus [24.] *Honoratorum virorum laudes in concione memorantor, easque etiam ad cantus ad tibicinem prosequuntor*. Varro 2. de re ruſt. ult. *Sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem Graecum*. Donatus de tragoed. et com. *Hujusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo ante discerent, quam fabulam acturi scenici essent. Cantabat* igitur puer *ad manum* Livio Andronico, ipse ad tibicinis modos saltabat agens canticum. Lucianus de Saltatione [p. 798.] *Πάλαι μὲν γὰρ αὐτοὶ καὶ ᾖδον, καὶ ὠρχοῦντο. εἶτ' ἐπειδὰν κινουμένων τὸ αἴσθημα τὴν ᾠδὴν ἐπεταράττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλους αὐτοῖς ὑπᾴδειν*. Feſtus in *Salva res est. Inventum esse ibi C. Pomponium libertinum, mimum magno natu, qui ad tibicinem saltaret*. Idem: *Nenia, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam*. J. FR. GRON. Salmasii ad Vopisci Carin. 19. emendationem hujus loci multis poſt Gronovium refellit Ferrarius 2. Elect. 5. sed *ad manum cantare* exponit cum Turnebo 3. Advers. cap. ult. et confirmat e Quintil. 12. Inſtit. 5. *arma habere ad manum*. et ex Livio [9, 19, 6.] *Supplementum Romanis ad manum domi esse*. Adde Plinium 35. H. N. 10. *ad manum intuenti demum adparere*. et African. l. 19. §. 5. D. ad SCtum Vellej. *Quia ad manum nummos non habebam*. Itaque ex horum sententia *ad manum cantari histrionibus coeptum* eſt, hiſtriones coeperunt ad manum habere, qui cantaret, et quo pronunciante ipsi saltarent. Gronovii interpretatio-

res avocabatur, et ludus in artem paullatim verterat; juventus, histrionibus fabellarum actu re-

nem horum verborum eo praecipue improbat Ferrarius, quod cantor cantando non respondebat gesticulationi histrionis, quae saltando et loquaci manu fiebat; sed quod contra histrio saltando et gesticulando ea exprimebat, quae cantabantur. Hoc recte animadversum videtur. DUK. Salmasii conjectura recte a viris doctis explosa est. Ei autem erroris fons exstitit, quod *ad manum cantari histrionibus* acceperit pro ab histrionibus; quum accipiendum sit ad manum cantari histrionibus sive histrionum caussa a pueris ad canendum ante tibicines statutis. Quin et, *saltare ad manum*, pro saltare manibus, an sit locutio temporis Liviani, admodum dubito. Certe ipse Salmas. ad Vopisci Procul. 13. veteres dixisse tradit *ludere alea, tesseris, latrunculis*, at recentiores scriptores *ad aleam, ad tabulam, ad latrunculos*. Similiter *jacere ad fundas*, pro fundis, *destinare ad balistas*, pro balistis, locutiones Vegetianas esse, Stewich. ad eum docuit ad 4, 8. et 18. Pluribus aliis argumentis, post Gronovium ad hunc locum, Salmasium verba Livii tentantem refellit Ferrarius 2. Elect. 5. cui neque Gronovii expositio satisfecit per omnia. Postquam enim, Salmasii conjectura refutata, docuisset, *cantare ad manum* esse, prope et in vicino cantare, quomodo fere Turnebus interpretatus est, plures adfert difficultates, quae contra expositionem Gronovii moveri possent, et apud ipsum videndae sunt, quod omnia recenseri adnotationum ratio non permittat. Tandem tamen hujus rei judicium eruditis committit.

Diverbiaque tantum ipsorum voci relicta] Hinc est, quod ait Donat. in Andr. [immo de Tragoed. et Comoed. circa finem] *Diverbia* a solis histrionibus fuisse pronunciata. *Histriones* enim videtur vocasse eos tantum, qui canerent, non qui item saltarent, aut tibias inflarent. Quasi vero intelligendum sit, canticis rem actam esse tibiis, saltu, et versu: in diverbiis autem versu tantum, modo, id quod veteres Latini *assa voce* dixerunt. *Diverbia partes comoediarum sunt*, auctore Diomede [3. Gramm. p. 489.] *in quibus plures personae versantur: Cantica, in quibus una tantum*. SIG. Immo contra per *histriones* intelligendi videntur, qui saltabant ac gesticulabantur, quorum ipsorum voci diverbia relicta, cantica vero relata ad tragoedos, qui histrionibus gestum sine voce agentibus ad manum cantabant. Certe apud Sueton. in Calig. 54. quem modo Gronov. laudavit, Caligula *tragoedo pronuncianti concinebat*, et *gestum histrionis effingebat*. Et ita Livius Andronicus, *puerum ad canendum, ante tibicinem cum statuisset*, non totam fabulam, sed *canticum egisse aliquanto magis vigente motu* dicitur in verbis praeced. Ceterum *de verbi atque tantum* mendose Voss. 2. *deverbiaque tantum* Leid. 1. Florent. Portug. Gaertn. Lovel. quinque, Haverk. et Fragm. Hav. cum edd. antt. Sed altera lectio verior est.

§. 11. *Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur*] *lege ac fabularum* omissa adspiratione Florent. Leid. 1. Voss. 2. Lovel. 2. 3. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 35, 26, 7. *lege ab fabularum risu ac soluto joco*

licto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare coepit: quae inde exodia postea

Fragm. Hav. a m. 2. Haverk. et Portug. *lege ab risu fabularum ac soluto joco* Harlej. 2. *lege hac fabularum ac risu ac solito joco* Leid. 2. a m. 1. sed *soluto* inter versus adscriptum est. Solent hae voces saepius commutari. V. infra ad 35, 34, 10. Vulgatum praestat. Virgil. 2. Georg. 385.

Nec non Ausonii, Troja gens missa, coloni
Versibus incomtis ludunt risuque soluto.

Deinde *re avocabatur* Haverk. *res evocabatur* Leid. 2. et Lovel. 1. *res advocabatur* Harlej. 1. Fragm. Hav. et quaedam ex antiquioribus editis. De hoc scribarum errore v. supra ad 1, 6, 1. *res abnotabatur* Lovel. 2. errore librarii. Solent autem alibi verba *vocare* et *notare* in Mſſis confundi. V. Brockh. ad Prop. 3. El. 9, 48. et Cel. Burm. ad Ovid. 11. Met. 173.

Ludus in artem paullatim verterat] *in partem* nullo sensu Harlej. 1. Sed saepius ita variarunt librarii. V. supra ad 1, 15, 4. et 10, 3, 7. Deinde, duplici lectione recepta, *parum al' paullatim verterat* Gaertn. *verteretur* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Malc. V. ad 2, 62, 2. *paullatim verterat in artem*, transpositis vocibus, Lovel. 5. [*et ludos in artem* Veith.]

Juventus, histrionibus fabellarum actu relicto] *juvenem* male Florent. Deinde *fabularum actu* Portug. Gaertn. et Haverk. Et vulgo diſtinguunt viri docti, ut *fabulae* sint argumenta ex hiſtoria fabulari petita, *fabellae* apologi. V. quae notarunt ad Phaedri 4. Fab. 6, 22. In vulgatum tamen *fabellarum* conspirant et plures et melioris notae cod. Et ita fere Cic. 2. ad Quint. Fratr. Ep. 16. Σινδείπνους Σοφοκλέους, *quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi.* Mox *jactare*, pro *jactitare*. Leid. 2. V. ad 5, 40, 3. Contrario errore *jactitare*, pro *jactare*, praeferunt codd. infra 9, 41, 9.

Quae exordia postea adpellata] Vetuſti codices *quae inde exodia*. GELEN. Absque *r* hoc legendum, non eſt dubium. Sed, num etiam absque adspiratione, non ita clarum. Quamquam si *exodia* sunt dicta, quod extra cantum eſſent, videlicet ridicula versibus intexta, quae sine cantu jactitare juvenes solebant, non eſt omnino dubium. At in his quid *deverbia*, quid *exodia*, quid *ad manum canere*, nemo non exponit, sed non etiam ita nemo non intelligit. GLAR. *Exodia* idem sunt, atque apud Ariſtotelem in Poëticis *Episodia*; haec quod extra rem sint, illa quod rei inserantur, appellata. Etenim Suidas aït: Ἐπεισόδιον τὸ εἰς τὰ δράματα εἰσαγόμενον κατὰ προσθήκην τινὰ, καὶ αὔξησιν τοῦ δράματος. Item Ἐπεισόδιον τὸ εἰσφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν, ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὄν. καταχρηστικῶς δὲ τὸ ἐξαγώνιον ἅπαν πρᾶγμα. Sic Livius vocat, *ridicula intexta versibus: Conserta fabellis potissimum Atellanis.* Nonius Marcellus exempla saepe profert ex fabula Nonii poëtae comici, *Exodio*. SIG. Temere inſersit Rhenanus voculam *inde*, quae neque in ullo Mſto noſtrorum, neque in priscis editionibus remanet. GEBH. *quae exodia postea ap-*

adpellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis
12 sunt. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus, nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur, et stipendia, tamquam expertes
13 artis ludicrae, faciant. Inter aliarum parva principia rerum, ludorum quoque prima origo ponenda

pellata, omissa voce *inde*, etiam Voss. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. *quae exordia postea appellata* Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 4. et Haverk. cum ed. Rom. anni 1472. *quae exordia postea appellata est* Lovel. 5. *quae exordia postea appellata* Harlej. 1. *unde exodia, quae exordia postea appellata* Florent. Neapol. Latinii, et, teste Hearnio, ed. Rom. princeps. *unde exordia, quae exordia postea appellata* Mediol. anni 1480. *unde exodia, quae exordia postea appellata* Parm. *unde exodia, quae exodia postea appellata* Tarvis. utraque, Veneta anni 1495. et quaedam aliae. Hinc primas duas voces abjecit Mediol. anni 1495. quod pleraeque usque ad Gelenium servarunt. At Gelenii lectionem probarunt Voss. 1. et Klockianus, ac τοῦ *inde* vestigia manent in illis scriptis atque excusis, quae *unde* praeferunt. Quare Gebhardo vocem *inde* iterum delenti consentire non possum. Ceterum, *exodus* et *exodium* scribendum esse, non male docuit Dausquej. de Orthogr. part. 2. in v. *Exodus*. Certe adspiratione in ullo quidem meorum codicum exstat, si excerptis fides habenda sit. Neque ejus etiam meminit Gronov. in exc. ex cod. Salmasiano Suet. in Tib. 45. et Dom. 10. De voce *Exodium* v. Voss. Etym. ling. Lat. ea voce.

Consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt] *conspectaque* Gaertn. *conservataque* Klock. Deinde *Attellani*, vel *Attelani*, *sunt* Leid. 1. Lovel. 2. Portug. et Haverk. Sed literam ultimam τοῦ *Attellanis* intercepit prima proximae vocis *sunt*. V. ad 37, 29, 5.

§. 12. *Ut actores Attelanarum*] Nemo nescit, apud Romanos omnes, qui artis ludicrae pronunciandive causa in scenam prodibant, infamia notatos, tribuque motos, et a stipendiis atque honoribus repulsos fuisse. Hoc dudum multi docuerunt ex Edicto praetoris sub tit. D. de his, qui not. infam. ex Cicerone apud Augustinum 2. de Civ. Dei 13. ex hoc loco Livii, et ex Val. Max. 2, 4, 4. Nec quidquam aliud reconditae antiquitatis sub his verbis Livii latet. Tamen apertam ac simplicem eorum sententiam miris modis implicant, et nodos, nescio quos, nectunt quidam, interque eos Vir plurimae lectionis, et eruditionis minime vulgaris H. Dodwellus. Hic in App. Praelect. Camden. p. 713. adversus doctos quosdam, sed mihi incognitos, disputans scribit, eos hoc ita intelligere, *quasi tribu moti gratis, nec ullo publico stipendio militarent*. Deinde, quibusdam interjectis, *non tamen*, inquit, *negat ille* (Livius) *tribu motos stipendia accepisse, sed fecisse tantummo-*

visa est: ut adpareret, quam ab sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit.

III. Nec tamen ludorum primum initium, pro- 1
curandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit. quin etiam, quum me- 2
dios forte ludos circus Tiberi superfuso inrigatus

do. Idque voluit, ni fallor, ut stipendia acceperint, non tamen stipendia fecisse, ut scilicet prodesset illis stipendiorum numerus legitimus ad honores rite capiendos. Nihil horum intelligo, nec credo, quemquam veterum hoc sensu dixisse *stipendia facere.* Certe Dodwellus nulla auctoritate novam hujus phraseos interpretationem confirmat. Et quod putat actores Atellanarum non potuisse honores consequi, de eo neque ex Livio, neque ex aliis, quidquam adhuc didici. DUK. *auctores* Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. quinque, Portug. Haverk. et Fragm. Hav. sollemni errore. V. ad 1, 26, 5. Non tantum enim Atellanarum, sed et aliarum fabularum auctores infamia non notabantur. Deinde *Attellanorum* Portug. quasi ex proximo intelligenda esset vox *ludorum.* Sed recte vulgatum servant reliqui. Subauditur enim *fabula* vel *fabella.* V. Sanctii Minerv. 4, 4. sive de Ellipsi nominum in v. *Fabula.* Paullo ante *passa res est,* addita media voce, Lovel. 4.

§. 13. *Ludorum quoque prima origo ponenda visa est*] *primo origo* Gaertn. Vox *prima* vero deficit in Leid. 2. Male. V. ad 6, 12, 10. Deinde *ponenda est visa* Fragm. Hav. Ceterum *ludorum primum nuncium, quorum prima origo ponenda visa est* corrupte praefert Portug. per errorem enim *nuncium,* pro *initium,* et *quorum,* pro *quoque,* datum est. Quibus emendatis patet, voces *primum initium* huc inrepsisse ex principio cap. seq. quae scribere librarius inceperat, quod ibi quoque *ludorum,* ut hoc loco, obcurreret. Sed, iis jam exaratis, animadvertens se multa omisisse, non deletis, quae perperam scripta erant, praetermissa addidit. V. ad 3, 56, 11. et ad 5, 29, 2.

Ut adpareret, quam ab sano initio] *ut appareat* Leid. 2. Tum *quam absono initio* aberrantes dederunt librarii Lovel. 4. et 5. Mox vocabulum *insaniam* non agnoscit Harlej. 1. Deinde *venit,* pro *venerit,* Haverk. et Lovel. 2. De quo errore v. ad 40, 14, 11.

§. 1. *Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum*] *Nec tũ,* pro *Nec tñ,* Gaertn. V. ad 22, 17, 5. *Nec tamen primum religionis initium* Leid. 2. *Nec tamen primum ludorum initium* Lovel. 1.

Aut religione animos, aut corpora morbis levavit] *haud,* pro *aut,* priori loco praefert Harlej. 2. posteriori Portug. a m. 2. V. infra ad 28, 2. 11. At vocula *aut* posteriori loco deest in Leid. 2. Deinde *corpora le-*

inpedisset, id vero, velut aversis jam Diis adspernantibusque placamina irae, terrorem ingentem fe-
3 cit. Itaque, Cn. Genucio, L. Aemilio Mamercino secundum consulibus, quum piaculorum magis conquisitio animos, quam corpora morbi, adficerent, repetitum ex seniorum memoria dicitur, pestilen-
4 tiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam. Ea

vavit morbis Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. ac Lovel. 1. et 5. In quorum ultimo tria priora verba deerant a m. 1. Sed a m. 2. margini adscripta sunt, verum non suo loco poſt voces *corpora levavit morbis*.

§. 2. *Quum medios forte ludos circus Tiberi superfuso inrigatus inpedisset*] *tum medios* Lovel. 4. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Hinc vocem *forte* non agnoscunt Harlej. 2. Portug. et Haverk. quae in reliquis supereſt. Tum *Tibri superfuso* Haverk. At eos errare, qui *Tibris* scribunt, *Tybris* autem poëtas tantum apud Latinos usurpare, auctor eſt Cluverius 2. Ital. Ant. 10. p. 799. *Tiberis superfuso* Florent. Leid. 1. et Lovel. 1. Sed ultima litera sibilans repetita eſt perperam ex initio vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. Tum *irrogatus* Voſſ. 2. ac Lovel. 3. et *impendisset* Leid. 1.

Aversis jam Diis, adspernantibusque placamina] *adversus jam Diis* Lovel. 2. et Haverk. *adversis jam Diis* Voſſ. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. Ita 9, 1, 11. *Rerum humanarum maximum momentum sit, quam propitiis rem, quam adversis agant Diis.* Deos tam *adversos*, quam *aversos*, recte dici, monuit Cel. Burmann. ad Ovid. Epiſt. 7. Heroïd. 4. Hic igitur, ubi optimi codd. receptam lectionem tuentur, eam etiam praeferendam eſſe, nullus dubito. Paſſim hae voces in codd. scribarum errore commutantur. V. ad 2, 31, 6. Tum copula *que* non conspicitur in Gaertn.

§. 3. *Itaque C. Genutio, L. Aemilio Mamercino secundum consulibus*] *Cn. Genucio* ex tabulis Capitolinis et Diodoro [l. 16. p. 510.] qui *Γναϊον Γενύκιον* edit. SIG. *Caji* praenomen priori consuli tribuunt Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lovel. quinque, Florent. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Klock. Apud Diodor. etiam codd. scriptos *Γάϊον*, pro *Γναϊον*, praeferre, margo editionis Rhodomanni adfirmat. Cedendum tamen puto auctoritati marmorum Capitolinorum. Nam alibi etiam saepe pronomen *Cn.* sive *Cnaeus*, in *C.* sive *Cajus*, abiit. V. ad 5, 11, 1. infra hoc lib. c. 12, 1. c. 28, 2. 8, 18, 13. et alibi. *Genucio* autem, non *Genutio*, scribendum eſſe, Sigonius jam supra observavit ad 2, 52, 3. Deinde alterius consulis nomen gentilicium exsulat ab Hearnii Oxon. C. Tum *Mamerco* tantum non omnes codd. mei, nisi quod *Marco* sit in Lovel. 3. Sed, *Mamercini* cognomen eum habuiſſe, supra vidimus ad c. 1. hujus libri §. 2. Denique *duobus consulibus*, pro

religione adductus senatus dictatorem clavi figendi caussa dici jussit. dictus L. Manlius Imperiosus, L. Pinarium magistrum equitum dixit. Lex vetusta est, 5 priscis literis verbisque scripta, ut, qui praetor maximus sit, Idibus Septembribus clavum pangat. Fixa fuit dextro lateri aedis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervae templum est. Eum clavum, 6

secundum, Voss. 2. *secundis consulibus* Gaertn. Sed error natus est ex eo, quod per notas scriptum fuerit *II. consulibus*, ut in multis codd. superest. Alia exempla v. ad 4, 16, 6. Epit. l. 7. et alibi. *N. consulibus* Lovel. 3. Vox *secundum* deficit in Lovel. 2. et 4.

Repetitum ex seniorum memoria dicitur] Hac de re nihil ante tradidit. SIG. Omnia haec verba perperam deficiebant in Voss. 2.

Pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam] *pestilentiam quandam clavo a dictatore fixo* Gaertn. *pestilentiam quodam clavo ad dictatore fixo* Leid. 2. et Lovel. 1. Voces *quodam* et *quódam*, sive *quondam*, alibi commutarunt librarii. V. infra ad 37, 11, 6.

§. 4. *Ea religione adductus senatus*] *In ea religione* Portug. *In eaque religione* Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. et Haverk. *Eaque religione* Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *Ea qua religione* Leid. 1.

Dictatorem clavi figendi caussa dici jussit. dictus L. Manlius] *clavi ficendi* Leid. 2. *clavi fiendi* Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc *dici* male deficit in quibusdam edd. antt. Tum *dictus Lelius Manlius* Portug. V. ad 29, 7, 2. *dictus L. Mallius* Gaertn. et Lovel. 3.

§. 5. *Lex vetusta est, priscis literis verbisque scripta*] Respiciendos hic monet Cl. Hearnius Franc. Balduinum Comm. de Legg. XII. Tabb. p. 251. ed. Basil. anni 1557. et Tennulii notas in Jamblichum p. 157. Ceterum *Lex vetusta ex priscis literis* nonnullae edd. antt. pro quo Ascens. anno 1513. dedit *est*. Et ita praeferunt omnes scripti, nisi quod Gronov. paullo post moneat, *τὸ est* in altero Vossianorum inter versus demum manu sequiori adscriptum esse.

Ut, qui praetor maximus sit, Idibus Septembribus clavum pangat] V. Festum in *Maximum praetorem*. KLOCK. *imbribus Septembribus* Klock. *Idibus Septembris* Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. 5. et Fragm. Hav. a m. 1. Ambigue *Idibus Septemb̄*. Leid. 1. V. ad 4, 37, 3. Deinde *clavum apangat* Voss. 1. addita nota, literam initialem *a* delendam esse. Sed *clavum impungat* idem margini adscriptum habet. *impungat clavum* Lovel. 1. *impingat clavum* Leid. 2. *clavum figat* Harlej. 2. Gaertn. Haverk. Klock. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. [Veith.] Et ita a m. 1. praefert Portug. pro quo deinde altera interpolavit *pagat*. Sed *pangat*

7 quia rarae per ea tempora literae erant, notam numeri annorum fuisse ferunt: eoque Minervae

verum est, ex cujus interpretatione natum est alterum *figat*. Festus. *Pangere, figere. Unde plantae pangi dicuntur, cum in terram demittuntur. Inde etiam versus pangi vel figi in cera dicuntur.*

Fixus fuit dextro lateri aedis Jovis optimi maximi, ea ex parte, qua Minervae templum est] Membranae Thuani, et Voss. Andreas, Beccarius: *maximi ea qua parte*. Voss. alter: *eaque parte*. Moguntini mutarunt. Sed fuit scribendum: *Fixus fuit dextro lateri aedis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervae templum est*. Ut infra [c. 12, 6.] *Fines Romanos, qua ex parte Etruriam adjacent, peragravere*. De vicissitudine elementorum *A* et *X* diximus 4. Observ. [4. p. 52.] Sed et alia hujus loci obscura et ambigua. Libri MSS. fere omnes *Fixa fuit*: tamquam de lege loquatur, non de clavo. Video etiam in Vossiano post *vetusta τὸ est* inter versus demum manu sequiore adscriptum. Quasi fuerit: *Lex vetusta, priscis literis verbisque scripta, ut, qui praetor maximus sit, Idibus Septembribus clavum pangat, fixa fuit dextro lateri*. De clavo ipso si quaeras, verisimile in eodem pariete sub ea lege depactum. Et istud videtur confirmare, quod subnectit: *eoque Minervae templo dicatam legem*. Nam si de clavo loqui voluisset, dixisset potius *dicatum lege*. Ne vero censeas, hoc verbi magis convenire clavo, quam legi, dicamus licet, *dicatam* nihil aliud esse, quam fixam, suspensam. Sic Tiberius Parrhasii tabulam, satis indecoram, *in cubiculo dedicasse*, dicitur Suetonio 44. J. FR. GRON. *Fixa fuit* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. Eam itaque lectionem, in quam conspirant certissimi codices, recepi. [*Fixus est* Veith.] Proprium de legibus verbum *figere*. Cic. 14. ad Attic. Ep. 12. *Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem, a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani*. Orat. Philipp. 1, 1. *Adsentiri etiam nos Ser. Sulpicio, clarissimo viro, voluit, ne qua tabula post Idus Martias ullius decreti Caesaris aut beneficii figeretur*. Philipp. 2, 36. *Ne qua post Idus Martias inmunitatis tabula, neve cujusquam beneficii figeretur*. Eodem cap. *Inspectantibus vobis, toto Capitolio tabulae figebantur: neque solum singulis veniebant inmunitates, sed etiam populis universis*. 12. ad famil. Ep. 1. *Tabulae figuntur, inmunitates dantur*. Virgil. 6. Aen. 622.

— — *fixit leges pretio, atque refixit.*

Ubi Servius notat. *Fixit autem ideo, quia incisae in aereis tabulis adfigebantur*. Deinde *ea ex parte, qua Minervae templum est* primum inveni in editione Curionis. Neque ulli codicum meorum eam lectionem firmant. *ea parte, qua Minervae templum est* est in Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Atque ita Ascensius anno 1513. omnesque recentiores usque ad Curionem ediderunt. *ea qua parte templum Minervae est* Lovel. 4. *ea qua parte Minervae templum est* Florent. Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. 1. Klock. Fragm. Hav. editique us-

templo dicatam legem, quia numerus Minervae inventum sit. Volsiniis quoque clavos, indices nu-

que ad Ascens. Pro quo recte Gronovius, mutata unica litera, *ex qua parte Minervae* dedit. De literis autem *A* et *X* saepius male inter se confusis v. infra ad 40, 59, 8.

§. 6. *Quia rarae per ea tempora literae erant*] *raro* Portug. et Haverk. Male. Supra 6, 1, 2. *Quod parvae et rarae per ea tempora literae fuere.* Tum *erant literae* Lovel. 2.

Notam numeri annorum fuisse ferunt] Quomodo unicus clavus numeri nota esse potuerit, lectori expendendum: nam ego plane non intelligo. GLAR. Scilicet, ut quot anni, tot clavi numerarentur. Quod Glareano obscurum videtur; cum tamen scribat Festus: *Clavus annalis appellatur, qui figebatur in parietibus sacrarum aedium per annos singulos, ut per eos colligeretur numerus annorum.* SIG. Prima vox deerat in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. secunda in Hearnii Oxon. L. 1. tertia in Lov. 2. Deinde *fecerunt*, pro *ferunt*, obfert Harlej. 1. Ita *fecimus*, pro *ferimus*, in multis codd. male exaratum exstabat supra 4, 3, 5. *ferre* et *facere* infra commutantur 9, 15, 5. Ceterum apud rusticos, literarum vel memoriae per literas servandae, temporisque per annos ab urbe condita aut alia ratione notandi ignaros plerumque et rudes, atque antiquae simplicitatis, ut plurimum, retinentissimos, numerantem istum clavum diutissime in usu mansisse, Cl. Jac. Perizonius in Animadv. Hist. c. 5. p. 181. probat ex Petronio in Satyr. 135.

At paries circa palea satiatus inani,
Fortuitoque luto, clavis numerabat agresteis.

Ad quem locum v. etiam viros doctos, et Thom. Dempster. de Etrur. regali 1, 15. p. 63.

Eoque Minervae templo dicatam legem, quia numerus Minervae inventum sit] Vet. lib. *a Minerva inventus sit.* SIG. *a Minerva inventus sit* placet legi Sigonio. Sed ego plus tribuo consensui optimorum multorum codicum, quam libro ipsius unico, nescio quam probo; legoque, volentibus jubentibus illis, *quia numerus Minervae inventum sit.* Et sic poëta, nescio qui, in persona Phoebi:

Inventum medicina meum est; opiferque per orbem
Dicor, et herbarum subjecta potentia nobis.

MOD. *quia numerus a Minerva inventus sit* lectio nihili est, e novissimo codice inculcata a Sigonio. Pall. duo, et prisca editio, *quia numerus Minervae inventum sit.* Campani vero editio, *quia numerus et Minervae inventum sit.* GEBH. *numerus a Minerva inventus sit* ab Sigonio est. Priores et duo Pall. Chiflet. Thuan. Voss. *quia numerus Minervae inventum sit.* Vel Ovidio dandum fuit, ne mutaretur, qui 1. Met. [521.]

Inventum medicina meum est.

quae adduxit Modius. Gratius [v. 399.]

— *priscas artes inventaque simplicis aevi.*

meri annorum, fixos in templo Nortiae, Etruscae Deae, comparere, diligens talium monimentorum

Cicero 5. Tusc. [31.] *Maximisque doloribus adfectus eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat.* Voss. alter, et Buslid. *numerus Minernae inventus sit.* Helm. *numerus Minervae inventus fuit.* J. FR. GRON. *numerus a Minerva inventus sit* Portug. Haverk. Lovel. 2. 4. et Hearnii Oxon. B. et C. *numerus Minervae inventus sit* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. *numerus a Minerva inventum sit* Harlej. 2. Reliqui *Minervae inventum*, quod recte viri docti alteri lectioni, cui Sigonius adhaesit, praeferendum esse docuerunt. Seren. Samonic. de Medic. v. 1.

Phoebe, salutiferum, quod pangimus, adsere carmen,
Inventumque tuum promto comitare favore.

Plinius 8. H. N. 45. *Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare.* 25, 5. *Linozostis sive parthenion Mercurii inventum est.* 35, 12. *Dibutadis inventum est rubricam addere, aut ex rubrica cretam fingere.* qui ita saepius locutus est. *quia numerus Minervae inventum est* Gaertn. quasi τοῦ *quia* subjunctivum addere nefas foret; qua de caussa etiam factum videtur, ut *fuit*, pro *sit*, in Helmst. apud Gronov. scriptum fuerit. At v. superius notata ad 2, 8, 5.

§. 7. *Volsiniis quoque clavos*] *Vulsiniis* ex veteribus lib. et Capitolinis lapidibus. SIG. *Volscinii* Lovel. 2. *Volscius* Lovel. 4. *Volscinis* Gaertn. et Haverk. *Volsinis* Portug. *Volsciniis* Lovel. 5. et quaedam ex antt. edd. Utroque modo haec urbs vocatur. *Volsinii* et *Vulsinii*. V. supra ad 5, 31, 5. et adde Broekhus. ad Propert. 4. El. 2, 4. Tum *quom clavos*, pro *quoque*, Gaertn.

Fixos in templo Nortiae, Etruscae Deae, comparere] Joannes Annius in commentario in Berosum, Propertiique Vertumnum aït, hanc Deam *Horchiam* vocatam; quod, ut solet, non admodum firmis probat rationibus. GLAR. Juvenalis [Satyr. 10, 74.]

— — idem populus, si Nortia Tusco
Favisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Sejanum diceret hora
Augustum.

Nortia, vel potius, ut libri meliores, *Nurscia* Volsiniensium peculiaris Dea. Tertullianus [in Apolog. 24.] *Asculanorum Ancaria Dea, Volsiniensium Nurscia, Ocriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia.* LIPS. ad Taciti 4. Ann. 1. Lege *Nursciae.* Haec Nurscia, ut puto, Prisciano l. 5. [p. 643.] *Nurano* dicitur forma Graeca. Sic enim ibi Augiae vetustissimum Mstum habet, non *Ruscino.* KLOCK. Palat. sec. *Noritiae.* Campanus *Nuritiae.* Lipsius legit *Nursciae.* GEBH. Lipsius ad Taciti 4. Ann. 1. in libris melioribus *Nurscia* scribi aït. Scriptura variat in Juven. Sat. 10, 74. et Tertull. Apolog. 24. Sed *Nortia* habent inscriptiones veteres. V. quae nuper adnotavit Doct. Gorius ad Inscript. Donii Class. 1. n. 149. e quibus patet, non Vulsiniensium tantum, sed etiam aliorum Etruscorum Deam fuisse. *Nortia* et-

:tor Cincius adfirmat. M. Horatius consul ex 8
e templum Jovis optimi maximi dedicavit anno

eſt in Martiano Cap. l. 1. p. abi Grotius eam diſtinguit a -sia, Volsiniensium Dea, cu- meminit Livius. Sed credo numen fuiſſe, nec quidquam riminis inter *Nortiam*, *Nur-m*, et *Nursiam*, praeter va- atem scripturae eſſe. DUK. -tiae Lovel. 4. *Noritiae* Lo- 5. a m. 2. Harlej. 2. Por- et Haverk. *Norciae* Gaertn. -sciae Lovel. 1. Leid. 2. et varia lectione Voſſ. 1. in gine. Sed verum hujus Deae en *Nortia* eſſe, quemadmo- eam etiam reliqui codices ellant, ex veteri inscriptione d Reines. claſſ. 1. n. 131. do- Cl. Haverk. ad l. l. Tertull. arne autem auctor eſt, *Nur-m* et *Mursiam* a nonnullis ari, ac respiciendos monet ald. in Syntag. Deor. p. 459. Guil. Burtoni Graecae linguae toriam p. 36. Adde Dempſter. Etruria reg. 1, 15. p. 62. Fa- tt. inscript. p. 742. et quos dat Cel. Burm. ad Suet. Ve- s. 1. Ceterum *comparare* per- am, pro *comparere*, Leid. 2. el. 4. et Haverk. De hoc lapsu harum supra v. ad 6, 1, 10.

Diligens talium monimento- *auctor Cincius adfirmat*] sius ad Taciti Ann. 4, 1. le- *diligens talium monumen-* *m Cincius affirmat*, deleto *uctor*. Palat. tert. *offirmat*. BH. Vellem, libri Mſii con- arent conjecturam Lipsii, d. ocem *auctor* pro gloſſemate entis. *Diligens* cum casu se- do a Cicerone, Plinio, et Sue- io dici, oſtendunt Lexica, et lius ad Phaedri Prolog. l. 4. K. *talium munimentorum* rtn. sollemni, scribarum er- e. V. ad 4, 10, 6. *monumen-* *m* Leid. ambo, Lovel. 1, 3. 4. 5. Haverk. et Fragm. Hav. Vocem vero *auctor*, quam Lipsius expungit, conſtanter servant omnes scripti: quibus invitis eam relegandam non censeo. Deinde perperam *Cintius* Voſſ. 2. *Cinnus* Leid. 1. *Circius* Lovel. 4. *Cicius* Lovel. 5. Conspirant etiam, quos consului, codices in vulgatum *affirmat*.

§. 8. *M. Horatius consul ex lege templum Jovis*] Dedicatio templi Jovis optimi maximi l. 2. quid attinebat ad solenne clavi figendi? Neque enim Livius eo in loco quicquam de clavo pangendo scripsit. GLAR. Quid hujus loci intereſt, Pulvillus ex lege, an ex senatusconsulto, an absque et hoc et illa, jure magiſtratus dedicaverit? Quid igitur hic *ex lege templum Jovis optimi maximi dedicavit*? Nullius hic legis tempeſtiva mentio, nisi de clavo pangendo. Utrum igitur scribendum *eam legem templo Jovis optimi maximi dedicavit*? an sufficit *ea lege*, ut significet, dedicationis quoddam caput fuiſſe, ut in eo clavus annalis pangeretur. De Minerva Jovis et Junonis συνναίῳ Rycquius in Capitolio suo c. 13. J. FR. GRON. Horatii consulis praenomen omisit scriba Florent. *Inde Oratius consul* praefert Voſſ. 2. et Lovel. 3. Sed, alibi *M.* praenomen in *iñ*, sive *inde*, ob ductuum similitudinem abiiſſe, vidimus supra ad 4, 52, 4. At Gaertn. corruptius legit, *al Marcus*, *Meueius Horatius consul*. ubi scriba iterum duplicem lectionem *Marcus* et *Meueius* junxit. In reliquis verbis hujus loci codices scripti nihil mutant, sed uno ore in vulgatam lectionem conspirant: quam tamen servari non poſſe, patet ex illis, quae

post reges exactos: a consulibus postea ad dictatores, quia majus imperium erat, sollemne clavi figendi translatum est. Intermisso deinde more, digna etiam per se visa res, propter quam dictator
9 crearetur. qua de caussa creatus L. Manlius, per-

Glareanus et Gronovius ad hunc locum notarunt. Et quidem Gronovius duplicem conjecturam proposuit: vel enim legendum esse existimat: *eam legem templo Jovis optimi maximi dedicavit*, vel *ea lege templo Jovis optimi maximi dedicavit*. Duplicem postea etiam Doujatius proposuit, vel *ex lege*, vel *ea lege templo Jovis optimi maximi dedicavit*. Ex his constat, posteriorem Doujatii in nullo a posteriore Gronovii dissentire. Quo nomine itaque adpellabimus, cujusve fidei esse dicemus, quod Doujatius principi juventutis Francicae aliisque lectoribus persuadere conatus sit, non modo Glareanum, sed ne Gronovium quidem aliquid adtulisse, quo locus emendatior fiat? quum tamen alteram conjecturarum, quam ipse vulgavit, Gronovio clam sublegerit. Verba autem ita a se emendata id indicare addidit, primam clavi annalis fixionem seu dedicationem una cum consulibus coepisse anno post reges exactos, eodem quo ipsum Jovis Capitolini templum dedicatum fuerat; idque lege aliqua tunc ea de re constituta, quum antea regum annis numerata tempora fuissent. Verum hunc sensum inde eruere non possum. Sed potius *τὰ ex lege*, vel *ea lege templo Jovis optimi maximi dedicavit*, nempe clavum annalem, mihi notare videntur, M. Horatium ex auctoritate legis, vel ea lege, quam Livius antea vetustam priscis literis verbisque scriptam vocarat, et dextro lateri aedis Jovis optimi maximi fixam fuisse dixerat, jubente, clavum fixisse in templo Jovis. Ceterum quum verbis hujus legis constitutum fuisse dicatur, ut *praetor maximus clavum pangat*, et M. Horatius *eam legem dedicasse*, vel *ea lege dedicasse* clavum annalem referatur, inde omnino refellitur sententia Cl. Jac. Perizonii, existimantis, consules primis temporibus *Judices*, et postea demum *Praetores* dictos esse: quam aliis argumentis falsi convici supra ad 3, 55, 12.

Dedicavit; anno post reges exactos, a consulibus] Ita prave locum interpungi, monuit Jensius in Ferculo literario p. 100. Illa vero distinctio non alibi, quam in Cel. Jac. Gronovii editionibus, obcurrit, sed verisimiliter neglegentia typographorum. Veram interpunctionem ante Jensium jam Clericus in Amstelaed. editione revocavit. Cl. Hearne auctor est, Reinesium aliter, et quidem hoc modo, distinxisse: *dedicavit anno post reges exactos a consulibus. postea ad dictatores*. Verum ita etiam sensus Livii perit. Distinguendum est, ut edidi. Et ita ipse Hearne distinxit. *anno post exactos reges* alio ordine legit Lovel. 4.

A consulibus postea ad dictatores, quia majus imperium erat] *ab consulibus* Portug. et Haverk. Tum vox *majus* non comparet in Leid. 1. culpa de

inde ac reipublicae gerendae, ac non solvendae religione, gratia creatus esset, bellum Hernicum adfectans, delectu acerbo juventutem agitavit; tandemque, omnibus in eum tribunis plebis coortis, seu vi, seu verecundia victus, dictatura abiit.

scriptoris. Poftea *imperium sit* praeferunt Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Digna etiam per se visa est res] *To est* deficit in Voff. 2. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. utroque, Florent. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quorum auctoritate etiam expunxi. [*visa est res* Veith.] Praeterea *per se res visa* transpositis vocibus habent Harlej. 2. et Portug. Mox *per quam*, pro *propter quam*, Lovel. 4. V. ad Epit. Liv. 84.

§. 9. *L. Manlius, perinde ac rei gerendae, ac non solvendae religionis, gratia creatus esset*] Melius antiqua lectio, *perinde ac reipublicae gerendae, ac non solvendae religione gratia creatus esset.* GELEN. Non poffum non vehementer diffentire a Sigism. Gelenio, qui, cum antea legeretur, *rei gerendae, ac non solvendae religionis gratia*, et recte legeretur, emendavit, *reipublicae gerendae ac non solvendae religione gratia.* Dissentio autem ab eo non solum, quod a veterum auctoritate librorum, sed etiam quod ab ipsa ratione alienam attulit lectionem. Neque enim dictatorem umquam traditum eft creatum effe, *reipublicae gerendae causa*, sed *rei. Rem* autem *gerere* eft bellum reipublicae causa gerere. Itaque, cum aliis multis de causis dictator creari solitus fuerit, hae tamen duae praecipuae semper habitae sunt, pacis et foris et domi praeftandae. Quorum illud *rei gerendae* dixerunt, hoc *seditionis sedandae*, quemadmodum ex Capitolinis dictaturis intelligi poteft. Neque vero solum *rei*, sed etiam *belli gerendi causa* inquit Livius, ut l. 8. extremo [c. 40, 2.] *Id ambigitur, belline gerendi causa creatus sit.* et l. 36, 41. *Novum imperatorem rei gerendae causa ex Italia venisse. Solvere* autem *religione* et *religionem* non sunt idem. Nam illud eft, liberare eo officio, quo per religionem tenemur; hoc, praeftare illud, quod ipsi ut faciamus, noftra nos religio admonet. SIG. Pall. omnes *rei gerendae.* neque aliter vetufti cusi. GEBH. Praeclare scriptus apud Sigism. Gelenium: *reipublicae gerendae, ac non solvendae religione gratia*: nisi quod pofterius *ac* superfluum videtur. Firmat ipse Livius 5. [25, 4.] *Furere civitatem, quae damnata voti omnium rerum priorem curam, quam religione se exsolvendi, habeat.* 9, [8, 6.] *Exsolvamus religione populum, si qua obligavimus.* 29, [18, 1.] *Et vos audire et exsolvere rempublicam vestram religione, si ita vobis videbitur, velimus.* 40, [44, 8.] *Q. Fulvius consul, priusquam ullam rem publicam ageret, liberare et se et rempublicam religione votis solvendis dixit velle.* Quam vehementer igitur Sigonius a Gelenio hic dissentit, tam vehementer errat. Causatur, numquam dictatorem dictum effe *reipublicae gerendae causa*, sed *rei. rem* autem *gerere* effe bellum reipublicae causa ge-

1 IV. Neque eo minus principio insequentis anni, Q. Servilio Ahala, L. Genucio consulibus, dies Manlio dicitur a M. Pomponio tribuno plebis. Acer-

rere. At, qui bellum gerit, is etiam *rempublicam gerere* dicitur: et non modo dictator, sed ipsi etiam milites: ut monuimus ad 8, 31, 2. ubi offendit ad eundem lapidem Sigonius. Causatur deinde *solvere religione* et *religionem* non esse idem: cum sit illud, liberare eo officio, quo per religionem tenemur: hoc, praestare, quod ipsi ut faciamus, nostra nos religio admonet. Atqui optima ratio liberandi se illo officio, quo per religionem tenemur, est exsequi religionis officia, seu praestare illud, quod ut faciamus, religione admonemur. Et ita accipere perpetuo Livium tot locis demonstratum est. Sic et *solutos religione animos* dicit 36, [1, 4.] postquam litatum et secunda responderunt aruspices. Nec me fugit tamen, quod est 2, [32, 2.] *Nullam scelere religionem exsolvi.* Quantum autem Gelenianus liber Sigonianis praestet, nihil attinet dicere. J. FR. GRON. *reipublicae gerendae, ac non solvendae religionis gratia* Voss. 1. et Harlej. ambo. *rei gerendae, ac non solvendae religioni gratia* Haverk. *rei gerendae ac non solvendae religionis gratia* Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. quinque, Portug. Gaerta. Klock. Fragm. Hav. [Veith.] et Hearnii Oxonienses, nisi quod *caussa*, pro *gratia*, habeat codex B. V. ad 8, 29, 9. *rei gerendae, ac non solvendae religione gratia* Florent. Sed praefero etiam cum Gronovio lectionem, quam in suo Gelenius invenit. De locutione *rempublicam gerere*, quae de ducibus ac militibus bellum gerentibus usurpatur, v. supra ad 2, 64, 5. Modius etiam, relata illa parte scholii Sigonii, qua *rei gerendae* ei substituendum existimat, addit, Sigonium meminisse debuisse, utrumque formulam *rempublicam*, et *rem gerere*, veteribus crebro usitatam fuisse. Deinde utriusque illiusque illius multa exempla adfert, sed quae verbotenus descripsit ex Brisson. 2. de Formul. pag. m. 206. Quum itaque tota ejus adnotatio nihil novi contineat, eam universam expunxi. *Solvere religione* autem ut 3, 20, 4. *Cavillari tum tribuni, et populum exsolvere religione velle.* 5, 23, 8. *Cui se decimam vovisse praedae partem quum dicere Camillus, pontifices solvendum religione populum censerent.* et mox eodem cap. *Qui se domumque religione exsolvere vellet.* 8, 9, 13. *Romani exsolutis religione animis, velut tum primum signo dato coorti, pugnam integram ediderunt.* Auctor Epit. Liv. 56. *Ad exsolvendum foederis Numantini religione populum Mancinus, deditus Numantinis, non est receptus.* Ut autem *solvere religionem* et *solvere religione*, ita etiam non tantum *solvere obsidionem*, sed et *solvere obsidione* Livius infra dixit 44, 30, 13. *Parabat ducere in Illyricum, maxime ut Bassanitas solveret obsidione.* Posterius ac servant omnes codices, at prius non adparet in Portug.

Delectu acerbo juventutem agitavit] *dilectu* Florent. Leid. 1. et Lovel. 1. V. ad 37, 51, 7. *delectu acerrimo* Lovel. 4. 5.

Acerbitas in delectu, non damno modo civium, sed 2
etiam laceratione corporum lata, partim virgis caesis, qui ad nomina non respondissent, partim in vincula ductis, invisa erat: et ante omnia invisum 3

Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. [Veith.] Supra 2, 28, 5. *Decernunt, ut delectum quam acerrimum habeant.* ubi vide. Verum hoc loco vulgatum praefero. Mox c. 4, 2. *Acerbitas in delectu invisa erat.* Auctor Epitom. Liv. hoc lib. *Quum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis propter delectum acerbe actum.*

Omnibus in eum tribunis plebis coortis, seu vi, seu verecundia victus, dictatura abiit] *in eum omnibus tribunis* Leid. 1. Tum *verecundia ductus* Lovel. 4. [Veith.] Sed v. ad 5, 26, 8. Deinde *habiit* Fragm. Hav. V. infra ad 37, 59, 6.

§. 1. *Q. Servilio Hala, L. Genutio secundum consulibus*] Legendum *Q. Servilio Hala II. L. Genutio II. consulibus.* GLAR. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. cccxci. p. 275. Tantum autem abest, codices nostros Glareano et Pighio consentire, ut potius Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. quinque, Harlej. ambo, Gaertn. Block. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et codices, quos Hearne Oxonii consuluit, etiam altero loco τὸ *secundum* omittant. Deest etiam in vetustioribus editt. et demum iterati consulatus nota *II.* adparuit in Coloniensi anni 1525. et inde in omnibus recentioribus, nisi quod Sigonius *iterum consulibus* ediderit. Vocem itaque, quam a Liviana manu profectam esse tot testes constanter negant, iterum expunxi. V. ad 2, 16, 7. Ceterum *Ahala*, quod paucis exceptis plerique codices, et inter illos omnes optimi, servant, jam Sigonius in contextum recepit. V. ad Epit. Liv. 4. *Q. Fabio Ahala* perperam apud Hearnium praefert Oxon. C. Deinde recte etiam Sigonius *Genucius*, pro *Genutius*, edidit, in quo plerosque codices Mstos consentientes habet. V. supra ad 2, 52, 3. In initio cap. *Neque minus eo* praefert Lovel. 3. In verbis sequentibus autem *ab M. Pompinio* Lovel. 1. *ab M. Pomponio* Portug. et Haverk. *a M. Pompinio* Voss. 1. et Leid. 1. a m. 1. V. supra ad 3, 54, 13.

§. 2. *Partim in vincula ductis, invisa erat*] *partim invidia ductis* Gaertn. *partim in vincla ducti* Lovel. 3. *partim in vincla ductis* Voss. 2. et Leid. 1. quemadmodum se etiam invenisse in Pall. duobus Gebhardus supra testatus est ad 3, 56, 4. Sed v. quae ibidem notavi. Tum *inviserat* Leid. 1. eodem errore, quo *reliquerat* datum est, pro *reliqua erat*, 23, 29, 16. ubi plura similia exempla videnda sunt. Paullo ante *acerbitas in dilectu* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7.

§. 3. *Invisum ipsum ingenium atrox, cognomenque Imperiosi*] *invisum ipsum genium* Leid. 1. Sed prima syllaba vocis *ingenium* intercepta est ab ultima litera vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6. Tum *cognomen Imperiosi* Lovel. 4. *cognomineque Imperiosi* Lovel. 5. Ipsum cognomen duplice sibilo *IMPERIOSSVS* scribitur in Fast. Ca-

ipsum ingenium atrox, cognomenque Imperiosi grave liberae civitati, ab ostentatione saevitiae adscitum; quam non magis in alienis, quam in pro-
4 ximis, ac sanguine ipse suo exerceret. criminique ei tribunus inter cetera dabat, *quod filium juvenem, nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penati-*

pitol. ad ann. cccxc. Ceterum Livius hic a se ipso diffentit. Nunc enim agnoscit, L. Manlium *Imperiosi* cognomen habuisse. At supra 4, 29, 6. id filio ejus T. Manlio inditum dixit. V. quae ad eum locum notantur. Livium ita conciliare conatur Rupertus ad Flori 1, 14, 2. cognomen illud jam cepisse in patre, confirmatum fuisse in filio. Simile quid de *Stolone* Liciniorum cognomine vidimus supra ad 6, 39, 3.

Ab ostentatione saevitiae adscitum] *scevitiae* Haverk. V. ad 2, 44, 10. Deinde *adsitum* Florent. *accitum* Leid. 2. sollemni varietate in libris scriptis saepe obvia. V. ad Liv. 45, 25, 13.

Non magis in alienis, quam in proximis] Ita primus Aldus vulgavit, cui consentiunt omnes scripti. Priores ediderant *quam proximis*, omissa praepositione, contra morem Livii. V. supra ad 4, 58, 4.

Ac sanguine ipso suo exerceret] Veteres libri *sanguine ipse suo*. SIG. *ac sanguine ipso suo* servant Florent. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. et Harlej. 1. *sanguine suo*, omissa media voce, Lovel. 4. Portug. et Hearnii Oxon. B. *sanguine suo ipso* Lovel. 5. et Gaertn. *sanguine suo ipse* Voss. 2. et Lovel. 3. Reliqui mei et apud Hearnium Oxon. L. 1. et 2. Sigonio consentiunt. Et amavit hanc orationis compositionem Livius. Ita 2, 56, 4. *Res suo ipsa molimine gravis*. 7, 25, 2. *Ut se ipse consulem dictator crearet*. et alibi. Ceterum *ac in sanguine ipso suo* editi antiquiores; pro quo Froben. anno 1535. primus *ac sanguine* dedit. Et recte; non modo quia eam lectionem firmant cod. scripti, sed etiam ob illa, quae notantur infra ad 10, 36, 17.

§. 4. *Criminique ei tribunus inter cetera dabat*] Voss. 1. *criminique rei*. Sed Rottend. *criminique tribunus*, absque τῷ *ei*. Nec puto id a Livio insertum fuisse. l. 1, 5. *Crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri*. JAC. GRON. *criminique rei* praeter Voss. 1. etiam exhibent Lovel. 1. et Leid. 2. pro quo legendum censerem *reo*, vel cum Cel. Jac. Gronovio τὸ *ei* delerem, modo plures codd. alterutram scripturam firmarent. Certe pronomen in hac locutione omitti, non aegrius fero, quam in simili *vitio dare*, in qua itidem omisit Terent. in prolog. Andr. 8.

Nunc, quam rem vitio dent, quaeso, animum advortite.

et in Adelph. 3, 4, 64. *Hoc vitio datur*. Nunc tamen, quum reliqui omnes, et cum illis optimi codd. stent pro vulgata scriptura, ei mutandae rationem idoneam non video. Additur enim etiam infra hoc lib. c. 20, 6.

rbis, foro, luce, congressu aequalium probibitum, in opus servile, prope in carcerem atque in ergastulum, dederit: ubi summo loco natus dictatorius juvenis quotidiana miseria disceret, vere imperioso patre se natum esse. At quam ob noxam? quia infacundior sit, et lingua inpromtus. Quod naturae damnum utrum nu- 5 6

Populationis ejus, quae sibi crimini detur, comites.

Filium juvenem, nullius probri compertum] Sic Tacitus dixit Annal. 1, [3.] *Nullius tamen flagitii compertum.* MOD. Apulej. 10. de Asin. aur. [p. 242. ed. Elmenh.] *Evidenter noxae compertum insui culleo pronunciaret.* BLOCK. Liv. 22, 57, 2. *Duae Vestales eo anno Opimia atque Floronia stupri compertae.* 32, 1, 8. *Quos sacrilegii compertos in vinculis Romam misisset.* Justin. 11, 11. *Qua ex caussa Olympiadem, velut stupri compertam, repudio dimiserat.* Perperam igitur *coopertum* quaedam edd. vett.

Extorrem, urbe, domo] Hearnius adnotat, Sigonium et alios distinctionem post *extorrem* tollere. Non male tollunt, mea sententia. *Extorris* quidem etiam sine casu ponitur. Liv. 2, 6. *Qui nos extorres expulit patria.* Gellius 2, 12. *Exsul, extorrisque esto.* Justin. 14, 4. *Ut inopes extorresque omne aevum in hoc castrensi exsilio degatis.* Sed plerumque additum habet ablativum. Virgil. 4. Aen. 616. Sallust. Jug. 14. Tacit. 6. Ann. 36. Livii loca supra v. ad 2, 6, 2. Ita hic quoque conjungi possunt *extorrem urbe, domo, penatibus* DUK.

In opus servile, prope in carcerem atque in ergastulum] *ut opus servile proin carcerem* Leid. 2. Ceterum quod ad vocem *ergastulum*, v. quae notantur supra ad 2, 23, 6. *Tò in* ultimo loco negligit Lovel. 2. Sed Livius praepositiones repetere solet. V. ad 6, 28, 6.

§. 5. *Summo loco natus dictatorius juvenis*] *summo loco conatus* Leid. 1. ultima praecedentis vocis *loco* syllaba in initio sequentis perperam repetita. Eodem modo male *Marco cognomen*, pro *Marco nomen*, datum esse censet Sigonius ad Epit. Liv. 6. Liv. 1, 34, 4. *Ducta in matrimonium Tanaquil summo loco nata.*

Quotidiana miseria disceret, vere imperioso patre se natum esse] Pall. duo, primus ac tertius, *et vere imperioso patre se natum esse.* GEBH. Ita et Voss. 2. ac Lovel. 3. Sed illud *et* natum est ex ultima syllaba vocis praecedentis. V. infra ad 39, 18, 8. *disceret verum, imperioso patre* Gaertn. Vulgatum praefero. disceret nempe, patrem non nomine tantum, sed re etiam imperiosum esse, ex re et animi indole id nomen ei inpositum esse. *vere imperiose patre natum esse* Haverk. et Lovel. 4.

At quam ob noxam? quia infacundior sit, et lingua inpromtus] *Ac quam ob noxam* Harlej. 2. et Portug. solito scribarum errore. V. supra ad 3, 61,

triendum patri, (si quidquam in eo humani esset) an castigandum ac vexatione insigne faciendum fuisse? ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere, si quid ex
7 *progenie sua parum prosperum sit. At, Hercule, L.*

4. *Ac quam ob noxiam* Lovel. 3. et Haverk. V. supra ad 2, 54, 10. *Ad quam ob noxam* Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 5. a m. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 6, 24, 8. Similem fere varietatem in vocula *at* mox habemus iterum hoc cap. §. 7. *Et eam ob noxam* Lovel. 2. Tum *quod infacundior sit* editt. principes. Quomodo forte datum a viris doctis, quod *τὸ quia* indicativum requirere exiſtimarent. V. supra ad 2, 8, 5. Primus deinde Aldus *quia infacundior sit* vulgari curavit. Neque aliter eſt in omnibus scriptis meis. *quod* et *quia* alibi saepe in Mſtis commutari solent. V. infra ad 38, 36, 4.

§. 6. *Quod naturae damnum utrum nutriendum patri, si quidquam in eo humani esset* etc.] Ego hunc locum ita legendum puto: *nutriendum patri, ac vexatione insigne faciendum, an castigandum potius, si quicquam in eo humani esset, fuisse?* Quasi dicat, nutriebatur id vitii in agro, patris deinde vexatione insigne fiebat, caſtigari poterat in urbe, si voluiſſet pater. GLAR. Glareanus sine veterum librorum auctoritate ita legendum putat: *utrum nutriendum patri, ac vexatione insigne faciendum, an castigandum potius, si in eo quicquam humani fuisset.* Quae lectio alienam edit sententiam ab ea, quae vulgata continetur, quaeque germana videtur. Induxit autem eum in hunc errorem, quod ignoravit, quemadmodum filiorum vitia a patribus nutrirentur. Qua de re Horatius 1. Satyr. 3, 43.

At pater ut gnati, sic nos debemus, amici
Si quod sit vitium, non fastidire. strabonem
Appellat paetum pater, et pullum, male parvus
Si cui filius est: ut abortivus fuit olim
Sisyphus. hunc varum distortis cruribus, illum
Balbutit scaurum, pravis fultum male talis.

Eſt igitur sensus: Nutriendum potius fuiſſe patri vitium filii pro humanitate ejus, quam relegatione caſtigandum, atque insigne faciendum. *Nutrire* autem dixit Livius, quod Horatius *non fastidire.* SIG. Loritus putat hunc locum ita legendum: *utrum nutriendum patri ac vexatione insigne faciendum, an castigandum potius, si quicquam in eo humani esset, fuisse?* Stolidissime directo contra mentem Livii, quod animadvertit quoque C. Sigonius, sententiae vix tenuem stricturam eliciens. Quare interpretor: damnum iſtud naturae in filio a L. Manlio potius inter privatos parietes nutriendum ac tegendum, quod facere solent humani patres, fuiſſe, quam puniendo, relegando, et quasi abiciendo nobilitandum. Nimium iſtius imperiosi saevitiam provectam, ut etiam domesticam calamitatem evulgaret, damnando filium lingua impromptum ad opus servile, prope ad carcerem atque ergaſtulum. Pall. duo *ac vexatione insigne faciendum* plane faſtidiunt. Medius vero MSS. Palatinorum *an ad castigandum ac vexatione insi-*

Manlium, malum malo augere filii, et tarditatem ingenii insuper premere; et, si quid in eo exiguum naturalis vigoris sit, id exstinguere vita agresti et rustico cultu, inter pecudes habendo.

gnem faciendum. Inepte. GEBH. Sic lego: *utrumne nutriendum patri* etc. *an castigandum, ac vexatione*. T. FABER. Non inelegante hic Sigonus contra Glareanum: vim tamen *τοῦ nutrire* non satis percepit, quod non modo est non fastidire, sed aliquo modo remediis et fomentis adhibitis curare. Ut 4, [52, 3.] *Pestilentia coorta, minacior tamen, quam perniciosior, cogitationes hominum a foro certaminibusque publicis ad domum curamque nutriendorum corporum avertit*. Rutilius Lupus l. 1. [circa finem.] *Fer fortiter laborem: jam brevi domum venies exspectatus: excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor: ea sedulo ac blande praeministrando detrahet languorem, et simul seniles nutriendo recuperabis vires*. Seneca ad Helviam 17. *Illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger convalui*. Sic Graecis medici *ἀνατρέφειν* dicuntur. Unde scite Cicero ad Atticum 6. Ep. 1. *Appius cum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit, detraxerit, mihi tradiderit enectam: προσανατρεφομένην eam a me non libenter videt*. Nec abeunt longe ista nostri 1, [39, 3.] *Proinde materiam ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus*. 2, [1, 6.] *Dissipatae res nondum adultae discordia forent: quas fovit tranquilla moderatio imperii, eoque nutriendo perduxit*, etc. Quintilianus declam. 306. *Nobis tollendus infans et adversus frigora nutriendus*. Columella 4, 3. *Liberos suos nonnulli nuptiis votisque quaesitos avare nutriunt, nec disciplinis aut caeteris corporis excolunt instrumentis*. Intellige igitur, utrum fovendum et indulgentia leniendum medicandumque, an plectendum et acerba coërcitione irritandum. Quod posterius etiam Postumo Agrippae novercae artibus nocuit, et Claudio, paedagogum *barbarum et olim superjumentarium ex industria sibi appositum, ut se quibuscumque de caussis quam saevissime coërceret*, jure conquesto, ut refert Suetonius [vit. Claudii 2.] J. FR. GRON. Adde, quae Victorius notavit ad locum Cic. a Gronovio laudatum 6. ad Att. Ep. 1. ubi produxit locum Aristoph. ex Ranis 975. Huc facit, quod *canalibus hortos nutrire* dixerit Calpurn. Ecl. 2, 35. ubi v. Cel. Burmann. (* Colum. 12, 30. *convenit vinum nutriri refrigerarique*.) *utrumne*, quod Faber reponendum censuit, in nullo est codice: nec caussam etiam video, cur vulgato praeferendum sit. Deinde *ac casticandum* Leid. 1. et Gaertn. *an id castigandum* Portug. *an ad castigandum* Haverk. *τὸ an* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. quemadmodum etiam voces *ac vexatione insigne faciendum* in Voss. 2. et Lovel. 3. Sed *an vexatione* habet Fragm. Hav. *ad vexatione* Florent. *hac vexatione* Lovel. 4. V. ad 35, 26, 7. *vexatione insignem* Harlei. 2. Portug. et Haverk. *vexatione insigni* Leid. 1. Denique *fuisse* non comparet in Hearnii Oxon. B. *fuisset* praefert Lovel. 4.

1 V. Omnium potius his criminationibus, quam ipsius juvenis, irritatus eſt animus: quin contra, se quoque parenti cauſſam invidiae atque criminum eſſe,
2 aegre paſſus, (ut omnes Dii hominesque scirent, se parenti opem latam, quam inimicis ejus, malle)

Ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere, si quid ex progenie] Vocula initialis exsulat a Gaertn. vox *bestias* ab Harlej. 2. sequens *minus* a Leid. 2. Deinde *alere*, *quam fovere* Lovel. 4. Tum *sed quid*, pro *si quid*, eſt in Haverk.

§. 7. *At*, *Hercule*, *L. Manlium*] Palat. sec. *Ac*, *Hercule*. GEBH. *Ab Hercule* Voſſ. 1. et Lovel. 1. *Ac*, *Hercule* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. *Ad*, *Hercule* Gaertn. V. modo ad §. 5. Praeterea *Hercle* edidit Cl. Jac. Gronovius, eumque secuta eſt editio Amſtelaedamensis. At *Hercule* servant omnes scripti et editi, quod propterea in contextum revocavi. V. infra hoc lib. ad c. 11, 1. Mox *malum malo agere*, pro *augere*, Harlej. 1. quomodo alibi saepe peccarunt librarii. V. infra ad 27, 9, 11.

Si quid in eo exiguum naturalis vigoris sit] *naturalis ingenii sit* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Verum librarii hic perperam vocem illam ex praecedentibus verbis repetierunt. Intelligitur autem *naturalis vigor in eo*, id eſt, in ingenio. *vigor ingenii* autem, ut apud Ovidium 8. Met. 254.

Sed vigor ingenii quondam velocis in alas
Inque pedes abiit.

quomodo et *ingenium vigere* dicitur supra 6, 22, 7. *Vegetum ingenium in vivido pectore vigebat*, *virebatque integris sensibus*. Animo *vigorem* tribuit Livius infra 9, 3, 5. *In corpore tamen adfecto vigebat vis animi consiliique*. c. 16, 12. *Non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens*. 10, 13, 6. *Nec corporis nec animi vigorem remanere eumdem*. Ovidius Epiſt. 16. Her. 51.

Forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar,
Indicium tectae nobilitatis erant.

ubi quemadmodum *forma* et *vigor animi* junguntur, sic etiam apud Vell. Paterc. 2, 41. *Forma omnium civium excellentissimus*, *vigore animi acerrimus*. Apud Cic. quidem ipsa vox *vigor* aut raro, aut numquam obcurrit; at infinitis locis animus dicitur *vigere*. Et ita etiam apud Liv. 6, 23, 4. *Cum corporibus vigere et deflorescere animos*. *Ingenii* et *animi vigorem* jungit Vell. Paterc. 2, 18. *P. Sulpicius tribunus plebis disertus*, *acer*, *opibus*, *gratia*, *amicitiis*, *vigore ingenii atque animi celeberrimus*. Mox *vita agresti*, *cultu et rustico* trajectis dictionibus Leid. 1.

§. 1. *Quam ipsius juvenis irritatus est animus*] *quamquam ipsius juvenis* Leid. 2. quomodo alibi peccant scribae. Exemplum supra habuimus 2, 54, 9. Contrarium, ubi *quam* pro *quamquam* scriptum erat, 8, 4, 1. Similiter *quidquid*, pro *quid*, supra dabatur 5, 52, 13. V. quae

capit consilium, rudis quidem atque agreſtis animi, et quamquam non civilis exempli, tamen pietate laudabile. Inscientibus cunctis, cultro subcinctus, 3 mane in urbem, atque a porta domum confeſtim ad M. Pomponium tribunum pergit: janitori, *opus eſſe*

his locis notantur. Praeterea, *irritatus animus est*, alio ordine verborum, Haverk. *irritatus animus*, voce expuncta, Harlej. 2. et Portug. In praecedentibus etiam τὸ *his* deerat in Lovel. 4. et ed. Parm.

Quin contra, se quoque parenti caussam invidiae atque criminum esse, aegre passus] *quin citra* Leid. 2. *quin cĕ* Lovel. 1. *quin cĕ* Lovel. 3. *qui contra* Harlej. 2. Deinde *se parentis caussam* Voſſ. 2. et Lovel. 1. ac 3. *se quoque parentis caussam* Leid. 2. Poſtea *criminum aegre esse passus* transpositis dictionibus Voſſ. 2. Sed τὸ *aegre* deeſt in Harlej. 2. *esse* in Lovel. 4. cujus loco *esset* exhibet Lovel. 1.

§. 2. *Se parenti opem latam, quam inimicis ejus, malle*] *parenti opem laturum* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *parenti opus laturum* Lovel. 2. Tum *quam inimici ejus* Lovel. 3.

Rudis quidem atque agrestis animi, et quamquam non civilis exempli] V. Gronov. Observ. ad script. eccles. c. 19. p. 207. DUK. *nimis rudis* addita voce in Voſſ. 2. a m. 1. scriptum fuit; sed poſtea τοῦ *nimis* adjectae sunt notae, quibus id delendum indicatur. Et sane in nullo alio codice supereſt. Praeterea vox *quidem* in Haverk. sequens *atque* in Portug. non conspiciuntur, quas reliqui recte tuentur; nisi quod poſterior ex rasura desit in Lovel. 5. Paullo poſt *pietate laudabilis*, pro *laudabile*, Lovel. 1.

§. 3. *Inscientibus cunctis cultro subcinctus*] Campani editio *cultro accinctus*. GEBH. Ita *gladio adcinctus* infra eſt 40, 13, 2. *Volui, quum comissatum gladiis adcincti me secuti sunt, ferro interficere.* et alii scriptores passim. Verum nulli codicum Mſſorum huic lectioni consentiunt, sed uno ore in vulgatum *succinctus* conspirant, nisi quod *succintus* sit in Leid. 1. *sucinctus* in Fragm. Hav. Et ita *subcinctus ferro* infra 40, 7, 7. *Praecucurrit index ad Persea, ferro subcinctos nuncians cum Demetrio quatuor adolescentes venire.* Suet. in Caes. 84. *Duo quidam gladiis subcincti, ac bina jacula gestantes.* In Auguſt. 32. *Grassatorum plurimi palam se ferebant, subcincti ferro.* In Vitell. 11. *Urbem deinde ad classicum introiit paludatus, ferroque subcinctus.* Vox *cultro* male in uno deficit Harlej. 2. *cultrum* memorat mox infra hoc cap. Sed pro *cultro* vocarunt *gladium* Cic. 3. de Offic. 31. et Aurel. Victor de Vir. inluſtr. 28. Primo *ferrum*, mox *gladium* Seneca 3. de Benefic. 37.

Mane in orbem atque a porta domum confestim etc.] Pall. tres *in urbem*. Deinde Pall. pr. et tert. *atque porta domum*. GEBH. *in orbem* operarum errore datum erat in prioribus Gruteri, qui in poſtuma ipse *in Urbem* emendavit. *in urbe* perperam

sibi domino ejus convento extemplo, aït. *nunciaret*, *T.*
4 *Manlium L. filium esse*. Mox introductus, (etenim percitum ira in patrem spes erat aut criminis aliquid novi, aut consilii ad rem agendam, deferre) salute accepta redditaque, *esse* aït, *quae cum eo agere arbi-*

Gaertn. Tum *atque p ortus* Lovel. 2. *atque p ortos* Lovel. 4. *atque p orta domum* Leid. 1. quae lectiones, quamvis manifesto scribarum errore vitiatae sint, tamen indicant, praepositionem *a* in exemplaribus eorum non exstitisse, quemadmodum neque exstat in Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Malo tamen *a porta*, quod reliqui codd. defendunt, servari. Infra 45, 39, 14. *L. Paullus privatus, tamquam rure rediens, a porta domum ibit?*

Ad M. Pomponium tribunum pergit] Vet. lib. *tribunum plebis pergit*. SIG. *tribunum p. pergit*. Portug. *tribunum pl. pergit* Haverk. *tribunum plebis pergit* Harlej. 2. et Hearnii Oxon. B. Quum tamen optimae notae codices pertinaciter additam vocem non agnoscant, eam etiam non admittendam existimo. Saepe enim Livio *tribuni* simpliciter sunt tribuni plebis. V. ad 2, 56, 1. Praesertim autem Livius ita loqui solitus est, si jam in praecedentibus *tribunum plebis* nominasset. Ita in hac ipsa historia quum cap. anteriore dixisset, diem Manlio dictam esse *a M. Pomponio tribuno plebis*, quibusdam interjectis subjungit: *Criminique ei tribunus inter cetera dabat*. Quin et mox hoc cap. habemus, *Pavidus tribunus adjurat*. Praeterea, mutato ordine vocabulorum, *ad M. Pomponium pergit tribunum* praeferunt codd. principes; Aldus primus in eum ordinem digessit, qui nunc vulgo exstat. Aldo autem consentiunt scripti. Insuper *ad M. cum Pomponium tribunum* Leid. 1. unde Livius dedisse videri potest *ad M. eum Pomponium*. Nihil enim in scriptis frequentius est, quam voces *cum* et *eum* ob ductuum similitudinem confundi. V. supra ad 4, 19, 2. Verum quum reliqui codd. τὸ *cum* non agnoscant, verius videtur, voculam illam inde in contextum irrepsisse, quod olim scriptum fuerit *M'cum*, pro *Marcum*.

Janitori, opus esse sibi domino ejus convento extemplo, aït] *esse opus sibi domino* Fragm. Hav. *opus esse si domino* Haverk. Tum vox *convento* deficit in Klock. quam reliqui recte servant. Eadem tamen transposita, *extemplo convento* exhibet Lov. 3. a m. 1. *convocato extemplo* Lovel. 2. Hinc *exemplo* Leid. 1. solito errore. V. infra ad 34, 33, 8. Deinde τὸ *aït* deest in Fragm. Hav. sed pro eo *agit* praeferunt Leid. 2. et Lovel. 1. De hoc lapsu scribarum v. infra ad 8, 33, 23.

Nunciaret, *T. Manlium L. filium esse*] *nunciare* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed ultima litera ejus vocis ab illa, qua sequens praenomen *Titum* indicatur, absorpta est. V. ad 23, 8, 9. Deinde *T. Mallium Lutium Furium filium esse* Gaertn. *T. Mallium Lutium Furium esse* Lovel. 3. *T. Manlium L. Furium esse* Voss. 2. V. supra ad 7, 1, 2. Similiter

tris remotis velit. Procul inde omnibus abire jussis, 5 cultrum stringit: et, super lectum stans ferro intento, nisi, in quae ipse concepisset verba, juraret, *se patris ejus accusandi caussa concilium plebis numquam habiturum*, se eum extemplo transfixurum minatur.

erratur infra hoc lib. c. 10, 2. Hinc *adesse* Leid. 2. et Lovel. 1. reliquis scriptis adversantibus. Coripp. 1. de Laud. Justini 77.

Ante fores domini Calinicum nunciat esse.

§. 4. *Mox introductus, (etenim percitum ira in patrem spes erat)* Respuunt Palatini duo τὸ *etenim*. GEBH. Scripti duo Pall. et Vossianus [sec.] carent particula *etenim*. Et potest abesse. Revise ad 5, 32, 8. J. FR. GRON. Eadem particula abest insuper a Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. [Veith.] Eam autem abesse posse, Gronovio consentio. Similes enim abruptas parentheses Livius saepissime secutus est; quas librarii, ut oratio rectius connecteretur, passim variis particulis interpositis fulcire conati sunt. V. infra ad 34, 56, 1. Utrum tamen eorum codicum auctoritate hinc expellenda sit, vehementer dubito. Caussa est, quod eam servent optimus Florent. eique bonitate proximi Leid. 1. Harlej. 1. Voss. 1. Block. et multi alii. Accedit, Livium eadem particula in similibus parenthesibus alibi usum fuisse. Ita 3, 24, 9. *At illi (etenim extremum anni jam erat) quartum adfectantes tribunatum.* Deinde *partitum ira* Voss. 2. et Lovel. 3. *parcitum ira* Gaertn. et ed. Parm. V. supra ad 6, 38, 8.

Aut consilii ad rem agendam deferre] *referre* Gaertn. Sed vulgatum verius est. *deferre* enim est indicare, nunciare. V. infra ad 21, 6, 5. Mox τὸ *esse* male ejusdem Gaertn. codicis librarius omisit.

§. 5. *Nisi, quae ipse concepisset verba, juraret*] Pall. tres et vetustiores edd. *nisi, in quae ipse concepisset verba, juraret.* Sic mox, *adjurat, in quae adactus est verba.* GEBH. A Curione hoc acceperunt: nam anno ante Gryphius etiam dederat: *nisi in quae ipse concepisset*, ut in prioribus editis et scriptis constanter habetur. Idque Latinum magis esse scias vel ex illo: *jurare in verba magistri.* Moxque ipse Livius: *adjurat in quae adactus est verba.* J. FR. GRON. Similiter est in omnibus nostris, et Hearnii Oxonn. libris scriptis. Ita supra 3, 20, 3. *Nihil delectu opus est, quum omnes in verba juraverint, conventuros se jussu consulis, nec injussu abituros: Edicimus itaque, omnes, qui in verba jurastis, crastina die adsitis.* 7, 16, 8. *Nihil enim non per milites, juratos in consulis verba, quamvis perniciosum populo, si id liceret, ferri posse.* Justin. 14, 4. *Quater intra hunc annum in mea verba jurejurando obstricti estis.* Petron. in Satyr. 117. *In verba Eumolpi sacramentum juravimus.* Ordo autem est, *nisi juraret in verba, quae ipse concepisset.* In uno Lovel. 3. deest τὸ *ipse*; qui etiam in praecedentibus male praefert *ferro con-*

6 Pavidus tribunus (quippe qui ferrum ante oculos micare, se solum, inermem; illum praevalidum juvenem, et, quod haud minus timendum erat, stolide ferocem viribus suis cerneret) adjurat, in quae adactus eſt verba; et prae se deinde tulit, ea vi
7 subactum se incepto deſtitiſſe. Nec perinde, ut maluiſſet plebes, sibi suffragii ferendi de tam crudeli

tento, pro *intento*. V. ad 10, 5, 11.

Concilium plebis numquam habiturum] *consilium plebis* nonnulli ex vetuſtioribus excusis. Sed recte alii ediderunt *concilium*, ut eſt in omnibus scriptis. Intelliguntur enim comitia tributa. Supra 3, 18, 6. *Si edoceri se sissent, quae fraus a tribunis occulta in lege ferretur, se concilium plebis non inpedituram*. 6, 38, 7. *Nihil patricium magistratum inseram concilio plebis*. Et eo sensu *plebi concilium edicere* infra eſt 39, 15, 11. Similiter *concilium populi* pro comitiis centuriatis supra dixit 6, 20, 10. *In campo Martio quum centuriatim populus citaretur, et reus* etc. *Ita prodicta die in Petelinum lucum concilium populi indictum est*. Quamvis tamen, alios inter *comitia* et *concilium* diſtinxiſſe, ex Gellio constet 15, 27. Jam autem comitia sive conventum populi cujusque non *consilium*, sed *concilium* vocari Gronov. infra docet ad 44, 2, 5. Mox *minaretur*, pro *minatur*, perperam Haverk.

§. 6. *Se solum inermem, illum praevalidum juvenem*] Pronomen *se* deficit in Leid. 1. tres voces ultimae in Harlej. 1. *et illum praevalidum* legunt edd. principes. Voculam autem *et* omisit primus Aldus, neque in ullo scripto obvia fuit. Paullo ante etiam *quippe ferrum*, omiſſa media voce *qui*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. in verbis sequentibus *stolidum ferocem*, pro *stolide*, legit Lovel. 4.

Prae se deinde tulit, ea vi subactum se incepto destitisse] *pro se deinde tulit* Voſſ. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. Male. 5, 41, 8. *Majestate etiam, quam vultus gravitasque oris prae se ferebat, simillimos Diis*. Librarios autem ita saepe erraſſe, supra monitum eſt ad 6, 40, 1. *prae se inde tulit* Lovel. 4. [*prae se tum tulit* Veith.] Praeterea poſterius *se* non adparet in Gaertn. At contrario errore id perperam iteratur in Florent. *subactum se incepto destitisse se*. Verum ultimo loco repetitum eſt ex syllaba finali vocis praecedentis *destitisse*. V. supra ad 2, 15, 3.

§. 7. *Maluisset plebes, sibi suffragii ferendi de tam crudeli et superbo reo potestatem fieri*] Palat. tertius *de causa crudeli et superbo reo*. GEBH. Error in eo codice inde promanavit, quod *cā*, sive *caussa*, et *tā*, sive *tam*, librarius confuderit, ut alibi quoque factum eſt. Alia exempla v. ad 8, 14, 1. Ceterum *maluisset plebis* Lovel. 2. *maluisset plebs* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. 5. Portug. Haverk. et editi, quos vidi, Aldo priores. Is enim *ple-*

et superbo reo poteſtatem fieri; ita aegre habuit, filium id pro parente ausum. eoque id laudabilius erat, quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil a pietate avertiſſet. Itaque non patri modo remiſſa 8 cauſſae dictio eſt, sed ipsi etiam adolescenti ea res honori fuit. et quum eo anno primum placuis- 9 set, tribunos militum ad legiones suffragio fieri,

bes dedit. V. ad 1, 20, 6. Praeterea *sui suffragii ferendi* Leid. 1. At *reo* deficit in Lovel. 4. et 5. [Veith.] *fieri* in Lovel. 2.

Ita aegre habuit, filium id pro parente ausum] Non aliter vetuſtae editiones. Sed Palatini duo, *ita aegre tulit;* quod superadditum Palat. secundo. GEBH. Quidam libri *tulit*, vel *abstulit.* sed Voſſianus [prior,] ut editur. Plautus in Bacchid. 5, 1, 16. *Si alibi plus perdiderim, minus aegre habeam, minusque id damni ducam.* Salluſtius [in Catil. 51.] in orat. Caesaris. *Neque cuiquam mortalium injuriae suae parvae videntur: multi eas gravius aequo habuere.* Plebes non aegre habuit, filium pro parente hoc ausum. J. FR. GRON. *aegre abstulit* Leid. 1. Lovel. 4. Harlej. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. *aegre tulit* Voſſ. 2. Lovel. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et apud Hearnium N. At sine dubio lectio illa nata eſt ex grammatici gloſſa, et, tamquam notior et magis obvia, ab inperitis librariis in contextum recepta eſt. Insuper *pro patre ausum* Leid. 2. Sed et haec scriptura ex interpretis expositione profluxit. Similis varietas etiam supra erat 5, 49, 7.

Laudabilius erat, quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil a pietate avertisset] *Τὸ erat* deficit in Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. Dein *acerbitas patris* Lovel. 1. quod pro varia lectione erat in margine Voſſ. 1. at insuper Leid. 2. *acerbitas patris a patria pietate non avertisset.* Sed *acerbitas patria* hic eſt acerbitas patris, ut *animus patrius* supra 2, 5, 8. *Eminente animo patrio inter publicae poenae ministerium.* Praeterea *non* iterum eſt ex scholiaſtae expositione. Saepius *nihil* eo sensu poni, infra videbimus ad 37, 54, 23. *acerbitas patria nulla pietate avertisset* Gaertn. *nil a pietate avertisset* Voſſ. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. Ita alibi variare librarii consueverunt. V. supra ad 6, 40, 3. *nil a pietate advertisset* Fragm. Hav. Sed, saepiſſime *avertere* et *advertere* perperam in Mſtis confundi, supra dictum eſt ad 6, 23, 8. *τὸ nihil* perperam omittitur in Lovel. 1.

§. 8. *Remissa caussae dictio est*] *venisse caussae dictio est* Gaertn. *remissae caussae dictio est* Leid. 1. et Harlej. 1. cum plerisque antiquiſſimarum edd. *remissa caussa dictio est* Haverk. *remissa caussae edictio est* Florent. Qui idem codex etiam mox scribit *adulescenti*, pro *adolescenti.* V. supra ad 6, 34, 11. *Τὸ fuit* vero exsulat ab ed. Parm.

§. 9. *Tribunos militum ad le-*

(nam et antea, sicut nunc, quos Rufulos vocant, imperatores ipsi faciebant) secundum in sex locis tenuit, nullis domi militiaeque ad conciliandam gratiam meritis; ut qui rure et procul coetu hominum juventam egisset.

giones suffragio fieri] Eo modo dixit *tribunos militum ad legiones*, quo Cicero, *Cum in Africam venissem tribunus militum ad quartam legionem*, 6. de Republica, [sive in Somn. Scip. in princ.] SIG. *tribunos pl. ad legiones* perperam Leid. 2. *tribuni militum ad legiones* sunt tribuni militum legionarii, ut distinguantur a tribunis militum consulari potestate nuper abrogatis. Ita *milites ad naves*, sunt navales, classiarii, infra 22, 19, 4. *Delecto milite ad naves inposito, quinque et triginta navium classe ire obviam hosti pergit.* ubi v. Gronov. *machinae ad subducendas naves* 25, 11, 18. *Machinae ad subducendas naves admotae, munitumque iter.* Ceterum paullo ante *quum anno*, omisso medio pronomine *eo*, Lovel. 5.

Nam et antea sicut nunc, quos Ruffulos vocant] Festus item. *Rufuli appellabantur tribuni militum a consule facti, non a populo, de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli, ac post Rutuli sunt appellati.* SIG. Festus. *Rufuli tribuni militum appellabantur, quos consul faciebat, non populus: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerat, qua eis cavebatur multis modis (sic enim elevaverant eorum jus, ac tunc elevabant, qui populi suffragio creabantur) Rufuli a cognomine Rutilii, ac post Rutili appellati sunt.* Palat. codex sec. *quos refalos vocant*, in ora *Rufolos.* GEBH. Distinctio ponenda est ante *sicut*, ut apud Sigonium 2. de Ant. jure provinc. 2. Gruch. de Comit. 2, 2. p. 175. et Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 9. Nec male deesset *et*, si permitterent libri scripti. Satis apertus est sine eo sensus: *nam imperatores ipsi antea faciebant omnes tribunos, sicut nunc eos, quos Ruffulos vocant.* DUK. Omnes, quas vidi, editt. praeterquam quae a Sigonio curatae sunt, *Ruffulos*. at *Rufulos*, ut is dedit, praeferunt Florent. Lovel. quinque, Voss. uterque, Leid. uterque, Gaertn. Harlej. 1. Fragm. Hav. et apud Hearnium Orion. N. L. 2. et C. itaque adpellandos esse auctor est Festus, qui a Rutilii cognomine *Rufus Rufulos* vocatos esse testatur. De his etiam Asconius ad Cic. 1. in Verr. 10. *Tribunorum militarium duo sunt genera: primum eorum, qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari solent. Alii sunt comitiati, qui Romae comitiis designantur.* Ceterum *refalos* vitiose etiam Haverk. Tum *vocent* Leid. 2.

Secundum in sex locis tenuit] Sigonius l. 2. de jure Provinc. c. 2. existimat, ex quot millibus militum legio constiterit, tot etiam tribunos ei praefuisse: quum autem legio olim et etiamnum hoc tempore trium esset millium militum, cuique legioni tres, quatuor autem legionibus duodecim tribunos additos fuisse, qui olim constituebantur ab imperatoribus; id autem hoc anno mutatum esse, ita ut populus ex illis duodecim tribunis sex loca sibi

VI. Eodem anno, seu motu terrae, seu qua vi 1
alia, forum medium ferme specu vasto conlapsum
in inmensam altitudinem dicitur: neque eam vora- 2
ginem conjectu terrae, quum pro se quisque gere-
ret, expleri potuisse prius, quam Deùm monitu quaeri

vindicaverit, totidem imperatoribus reliquerit. At Lipsius rectius docuit 2. de milit. Rom. Dial. 9. jam hoc tempore sex tribunos in unam, viginti quatuor autem in quatuor legiones creatos fuisse. Sensum itaque verborum esse, ex viginti quatuor locis sex tantum populo data esse. Id probat ex eo, quod, quum populus plures tribunos creare inciperet, *antea perquam pauca suffragio populi relicta loca* fuisse ipse Livius dicat 9, 30, 3. quod de parte dimidia intelligi nequit. Ceterum *secundum s*, id est secundum scilicet, *in sex locis tenuit* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Nullis domi militiaeque ad conciliandum gratiam meritis] Vet. lib. *ad conciliandam gratiam*. SIG. *conciliandam* etiam Hearnii codd. Probabile tamen est, primos editores Livii in suis invenisse *conciliandum*; idque deinde ab aliis, qui hoc insolens, aut fortasse vitiosum, putabant, mutatum fuisse. Ab eadem causa ortam credo in hoc genere loquendi varietatem scripturae, cum in Livio, tum in aliis, ut in Cic. 5. ad fam. ep. 17. Orat. 3. Cat. 8. Or. 4, 11. 3. de Off. 5. Justin. 13, 3, 2. 22, 8, 15. Flor. 1, 9. et l. 50. §. 3. D. de Pecul. V. Periz. ad Sanct. Minerv. 3, 8. Adde Serv. ad Virg. 10. Aen. 628. Gisan. Ind. Lucret. v. *Gerundium*, et Fabrit. ad Cic. 3. de Off. 5. DUK. *ad conciliandum gratiam* editos scriptosque veteres praeferre, Gronovius in priori edit. notarum monuit ad Liv. 30, 37. Interim tamen in scriptis meis lectionem illam non inveni, nisi in Lovel. 4. Fragm. Hav. et forte Florent. editionum vero nulla ante Aldinam ita exhibuit. Omnes enim priores excusi et scripti reliqui *ad conciliandam gratiam* servant; quod idem de Oxoniensibus suis Hearne testatus est. V. infra ad 40, 49, 1. Insuper *domi militiae q;*, id est *quoque*, Leid. 2. V. ad 5, 27, 1.

Qui rure et procul coetu hominum juventam egisset] Pall. duo, *procul coetu hominum juvenem vitam egisset*. ex glossa, ut palam est. GEBH. *jumentam egisset* scribae culpa praefert Florent. sed postea id in *vitam egisset* mutatum est. Contra Gebhardi duobus Palat. consentiunt Voss. 2. et Lovel. 3. Praeterea *tute*, pro *rure*, Gaertn. ex adfinitate ac similitudine literarum *t* et *r*. V. supra ad 5, 55, 3.

§. 1. *Conlapsum in inmensam altitudinem dicitur*] *collassum in inmensam altitudinem dicunt* Fragm. Hav. a m. 1.

§. 2. *Conjectu terrae, quum pro se quisque gereret, expleri potuisse*] Puta, terram. Nisi malis *quam*. Plautus Pseudolo [1, 1, 100.]

Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum geras.

Cato de re Rust. 152. *Si non habebis, unde irriges, gerito inditoque leniter*. Liv. 28, [19, 13.] *Saxa in muros munientibus gerunt.*

coeptum, quo plurimum populus Romanus posset?
3 Id enim illi loco dicandum, vates canebant, si rempublicam Romanam perpetuam esse vellent. Tum M. Curtium, juvenem bello egregium, castigasse ferunt dubitantes, an ullum magis Romanum bonum,
4 quam arma virtusque, esset. Silentio facto, templa Deorum inmortalium, quae foro inminent, Capito-

37, [5, 1.] *Foeminae tela omnis generis saxaque in muros gererent.* J. FR. GRON. *quum* et *quam* alibi commutarunt librarii. V. infra ad 27, 28, 5. Quia tamen omnes scriptiám vulgatum conspirant, iis invitis nihil innovandum existimo. Subficit enim, id quod Gronovius ipse jam vidit, ex proxima voce *terrae* hoc loco *terram* intelligendam esse. V. supra ad 2, 30, 4. et c. 40, 10. Praeterea Gronov. infra hoc lib. c. 19, 2. *gererent* scribendum arbitratur. *Quisque* cum verbo plurali saepissime construi, jam supra vidimus ad 2, 22, 7. Verum hic etiam numerum singularem unanimi consensu scripti codd. defendunt: quare ei mutando legitimam rationem non video. *pre se quisque* habet Leid. 2. V. ad 6, 40, 1. *pro se usque* Gaertn. Deinde *regeret*, syllaba transposita, Florent. V. ad 27, 40, 2. Tum *explere potuisse* Florent. Lovel. 1. 2. 4. 5. a m. 1. Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. 1. et Portug. Verum ita in praecedentibus legendum foret *conjectum terrae*, ubi in omnibus libris *conjectu* superest. Potius itaque librarii hic aberrasse videntur. *expleri placuisse* Gaertn. Denique in verbis praecedentibus *nam eum voraginem*, pro *neque*, Haverk. *nec eam voraginem* Lovel. 4. in sequentibus autem *Deùm metu*, pro *monitu*, perperam Haverk. Propria enim in hac re vocabula *monere* et *monitus*. V. quae notavi ad Silii 5, 117. Hinc *receptum*, pro *quaeri coeptum*, Lovel. 4. *quaeri* deficit in Lovel. 5. a m. 1. [*monitis quaeri coeptum est* Veith.]

§. 3. *Id enim illi loco dicendum, vates canebant*] *Id esse illi loco* Lovel. 2. 4. *Id enim illo loco* Lovel. 5. Harlej. 2. Haverk. et ed. Parm. *Idem illi loco* Florent. a m. 1. Scriptum fuerat *Id eni*, quod in *Idem* corrumpi facile potuit. Deinde *dican*, omissa ultima syllaba *dum*, Harlej. 1. *dd*^{m} Gaertn. *dictandum* Klock. Mox *si rempublicam Romanam perpetuum esse vellent*, pro *perpetuam*, Harlej. 2. et Portug. *Romani* Lovel. 4. [Veith.]

M. Curtium, juvenem bello egregium, castigasse ferunt dubitantes] *fertur* Hearnii Oxon. C. Pari modo unus cod. praeferebat supra 4, 56, 9. *Quam rem aegre passos Julium Corneliumque fertur.* pluresque infra 10, 7, 1. *Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege inter Ap. Claudium maxime fertur, et inter P. Decium Murem.* Id autem eodem modo dictum videri potest, quo illa, quae conlata sunt ad 1, 31, 8. Unius tamen codicis fidem sequi nimis calidum puto.

An ullum magis Romanum bonum, quam arma virtusque,

liumque intuentem, et manus nunc in coelum, nunc in patentes terrae hiatus ad Deos manes porrigentem, se devoviſſe: equo deinde, quam poterat, maxime exornato insidentem, armatum se in specum inmisiſſe, donaque ac fruges super eum a multitudine virorum ac mulierum congeſtas; lacumque Curtium, non ab antiquo illo T. Tatii milite Cur- 5

esset] *ullum majus Romanum bonum* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. N. Alibi *majus* et *magis* confundi solent. V. infra ad 26, 41, 16. *ullo magis Romanum bellum* Klock. *ullum magis Romanum bellum* Haverk. Tum *arma virtus esset* sine conjunctione Portug.

§. 4. *Nunc in patentes terrae hiatus ad Deos manes porrigentem*] *in parentes terrae hiatus* perperam Leid. 2. V. ad 9, 18, 7. Tum praepositionem *ad* omittunt Florent. Voſſ. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 4. 5. et Harlej. 1.

§. 5. *Equo deinde, quam poterat, maxime exornato insidentem*] *eoque deinde* Florent. unde τῷ μακαρίτῳ Salvinio, qui codicem hunc cum vulgatis commisit, nata eſt conjectura, scribendum forte eſſe *equoque deinde*. Tum *maxime ornato* Harlej. 2. Verum, quum forte vox praecedens per compendium *maxe*, vel *maxiē*, scripta fuiſſet, ejus ultimae literae sequentis vocis syllabam initialem interceperunt; quam reliqui omnes codices uno ore defendunt; nisi quod *maxime inornato* sit in Lovel. 4. Tum *incedentem*, pro *insidentem*, quaedam ex antt. edd. Mox *se in conspectum immisisse*, pro *in specum*, Harlej. 1. Hinc *dona et fruges* Lovel. 4. Tum *ab multitudine virorum* Portug. et Haverk. Tandem *conjestas*, pro *congestas*, Lovel. 1. quasi vellet *conjectas*. Solent autem *conjicere* et *congerere* commutari. V. ad 3, 38, 7.

Lacumque Curtium, non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metto] Vox *illo* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *Tiatati milite* Klock. Tum *Metcio* Leid. 1. *Mectio* Leid. 2. Voſſ. ambo, Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *Mecio* Portug. et Gaertn. *Mettio* Harlej. 1. Lovel. 1. et Florent. *Metio* Harlej. 2. Lovel. 4. 5. Haverk. et editiones vetuſtae; pro quo nupera Amſtelaedamensis *Metto* dedit ex mente Cel. Jac. Gronovii. V. ad 1, 23, 4. Ceterum de Curtii lacus adpellatione triplicem opinionem memorat Varro 4. de ling. Lat. p. 36. Eum a Titi Tatii milite vocatum refert Plutarch. in Rom. p. 28. et Dionys. l. 2. Ant. Rom. p. 108. a M. Curtio, qui hoc tempore se in terrae hiatum praecipitavit, Valer. Max. 5, 6, 2. Plinius 15. H. N. 18. Feſtus in v. *Curtius lacus*. Auguſtin. de Civit. Dei 5, 18. Orosius 3, 5. Suidas v. *Αἰβερνος*. et Zonar. 7. Ann. 25. Refert autem Pighius in Annal. ad ann. CCCXCI. pag. 275. quum anno ↃↃ D. LII. Romae degeret, eodem loco medii fori Romani ad basilicam Juliam, ubi lacus Curtius fuerat, e ruinis subterra-

6 tio Metto, sed ab hoc adpellatum. Cura non deeffet, si qua ad verum via inquirentem ferret: nunc fama rerum standum eft, ubi certam derogat vetuftas fidem. et lacus nomen ab hac recentiore insigni-

neis extractam fuiffe tabulam grandem Parii marmoris, in qua facti iftius Curtiani hiftoria pulchre sculpta videbatur, quam depictam apud se servavit. Suidas autem l. l. refert, Romanos huic Curtio heroicos honores in medio foro quotannis habendos decreviffe, ibique aram exftruxiffe. Cujus narrationem non contemnendis rationibus falsi arguere conatur Ill. Jos. Scaliger ad Varr. l. l. Curtium tamen *loci custodem* vocat Statius 1. Silv. 1, 66.

Ipse loci custos, cujus sacrata vorago
Famosusque lacus nomen memorabile servat.

Barthius etiam ad eum locum monet, Curtium inter Divos relatum dici, pridem doctiffimos viros adnotaffe. Aram etiam ibidem, ubi olim lacus Curtius fuerat, sacratam fuiffe, Ovidius refert 6. Faftor. 403.

Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,
Nunc solida est tellus; sed lacus ante fuit.

Quam tamen aram Saturni ex P. Victor. in descript. urb. reg. VIII. interpretatur Neapol. ad d. l. Ovid.

§. 6. *Si qua ad verum via inquirentem ferret*] *si qua adversum via inquirentem ferret* Voff. 2. *si qua adversum viam inquirentem ferret* optimus Florentinus errore scribarum. Vulgatum enim probum eft. *via ferret ad verum*, ut *via fert ad Viserim, ad mare. hostes*, et similia apud Livium saepius obvia. V. infra ad 39. 2-. 10. *Verum* autem pro veritate apud Livium et alios saepiffime obcurrit. (* *terribiliora vero adferre* 25, 24, 9.) Saepe etiam numero plurali *vera*. V. infra hoc lib. ad c. 15, 3. Paullo ante *Cura non decent*, pro *deesset*, Lovel. 3. *Cura vero deesset* Lovel. 5.

Nunc famae rerum standum est] Corrige *fama*. Etenim cum dicimus *stare pactis, stare promissis*, et ejusmodi, casum aeferendi usurpamus, non dandi. Sic Livius in extremo octavi. *Nec quisquam aequalis temporibus illis scriptor exstat, quo satis certo auctore stetur*. SIG. Retundit conjecturam C. Sigonii consensus Palat. codicum MSS. et vetuftiorum editionum. GEBH. Hearnius etiam, relata Sigonii conjectura, nullam varietatem ex codicibus Oxoniensibus memorat, ut eos *famae* exhibere verisimile sit. Certe ea lectio etiam in quibusdam meorum supereft. [etiam in Veith.] At Florent. Voff. ambo, Leid. 1. Lovel. 1. Harlej. 1. Klock. et Portug. *fama rerum standum* confirmant. Quorum consensum illi, quem Gebhardus praetendit, non modo obpono, sed et praefero, lectionem Sigonii insuper firmante stilo Livii, qui ita saepius locutus eft. Infra hoc lib. c. 25, 7. *Civili quippe standum exercitu esse, quando socialis coetus desereret*. c. 35, 2. *Quae*

signitius fabula eſt. Poſt tanti prodigii procuratio- 7
nem, eodem anno de Hernicis consultus senatus, quum feciales ad res repetendas nequidquam miſiſſet, primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo Hernicis censuit; populusque id

pars major erit, eo stabitur consilio. 21, 10, 4. *Etsi priore foedere staretur, satis cautum erat Saguntinis.* ad quem locum iſtam locutionem adversus Doujatium aliis exemplis vindicabo. 27, 6, 9. *Ut eo, quod censuisset senatus, staretur.* Ceterum verbum *est* non comparet in Harlej. 2. et Portug.

Lacus nomen ab hac recentiore insignius fabula est] Lege, ut habent Palatini duo et Campani editio, *insignitius.* Nec diſſentit multum secundus *insignitum.* Reſtitui quoque supra l. 4, 4. Cicero pro Quintio 23. *Neque tamen quisquam inventus est tam insignite improbus.* Livius infra hoc lib. c. 15. *Qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit.* l. 8, 13. lego ex omnibus Mſtis et cusis codicibus. *Quo insignitius omissa res Aemilio superioris anni consuli exprobraretur.* Quod Livii injuria nimis licentiose Sigonius exturbavit. GEBH. Thuan. Chiflet. duo Pall. Voſſianus [sec.] et Campanus *insignitius*, quod reponendum l. 4, 4. *An esse ulla major aut insignitior contumelia potest?* l. 8, 13. *Quo insignitius omissa res Aemilio superioris anni consuli exprobraretur.* Ubi perperam mutat Sigonius. Hoc libro [c. 15, 10.] *Qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit.* Voſſ. [pr.] *insignitus.* J. FR. GRON. *insignitum* Lovel. 4. Harlej. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] *insignitus* ejusdem Hearnii codex N. et ex meis Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *insignius* Lovel. 2. at recte *insignitius* Florent. Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Klock. V. supra ad Livii 4, 4, 5. Ita Tacit. 4. Ann. 51. *His partae victoriae spes et, si cedant, insignitius flagitium addunt animos.* Cic. 2. de Orat. 87. *Locis est utendum multis; imaginibus autem agentibus, acribus, insignitis.* quae verba eodem modo laudavit Quinctil. 11. Inſt. Orat. 2. Ovid. Ep. 9. Her. 101.

Haec tu Sidonio potes insignitus amictu
Dicere? non cultu lingua retenta silet?

Cic. 2. de Orat. 85. *Nec inprobum notari ac vituperari sine vitiorum cognitione satis insignite atque aspere posse.* Gellius 6. N. A. 15. *Neque se tam insignite locuturum, absona inauditaque ut diceret.* Deinde trajectis vocabulis *est fabula* Portug. et Haverk.

§. 7. *Consultus senatus, quum feciales ad res repetendas nequidquam misisset*] *senatus consultus* Harlej. 2. Portug. Haverk. et ed. Parm. Deinde *confeciales* Leid. 1. eodem errore, quo *congratulatione* pro *cum gratulatione*, et similia alia multa dici, supra vidimus ad 4, 24, 7. Tum *aequiquam* Florent. *quicquid* Haverk.

8 bellum frequens jussit. L. Genucio consuli ea provincia sorte evenit. In exspectatione civitas erat,

Primo quoque die ferendum ad populum; sed primo quoque die Florent. Verum *τὸ sed* perperam repetitum est ex vocis praecedentis syllaba finali. V. infra hoc lib. c. 41, 5. *prima quoque die* Leid. 1. *Τὸ die* exsulat a Lovel. 2.

Populusque id bellum frequens jussit] *postque id bellum* Leid. 2. Deinde *frequens censuit* Haverk. Sed *τὸ censuit* male huc inlatum est ex verbis praecedentibus. *censet* senator in curia; *jubet* populus in comitiis. Infra 8, 29, 6. *Bellum ex auctoritate Patrum populus adversus Vestinos jussit.* V. supra ad 3, 30, 6.

§. 8. *L. Genucio consuli ea provincia sorte evenit*] Vox *consuli* deerat in Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *provincia certe evenit* Voss. 1. *provincia certe venit* Lovel. 1. *provincia sorte venit* Leid. 2. et ed. Parm. *Genucio venit* ferri posset, si plures atque majoris auctoritatis codices probarent. Saepe enim *venire* cum tertio casu construi solet. V. ad 44, 17, 7. Aliis tamen omnibus vulgatam lectionem tuentibus, eam etiam praefero. *provincia evenit* propria in hac re locutio est. V. supra ad 5, 12, 6. Et quidem *sorte evenit* ut 4, 37, 6. C. *Sempronius, cui ea provincia sorte evenit.* 8, 1, 2. *Utrumque bellum Plautio sorte evenit.* ubi tamen optimi codd. praeferunt *sorte venit.* V. Gebhard. infra ad 7, 16, 3. Hoc loco autem prima litera *τοῦ evenit* absorpta est ab ultima vocis praecedentis. V. infra ad 9, 12, 1. et ad 29, 20, 4.

In exspectatione civitas erat, quod primus ille de plebe consul] *quod* pro *quia* positum videtur. At illud *perinde* quidam mutarunt in *deinde*. nam *ut* comparativum ad *ita* sequitur. quamquam videri potest esse sermo non omnino curiosus. Neque erat ille primus ex plebe consul, sed ex consulibus plebejis primum occisus. GLAR. Videri quidem potest sermo non omnino curiosus esse, ut Glareanus existimat; non tamen alii, quam qui neglegenter ad Livii verba animum adtendit. Ceteroquin enim quisque facile videre poterit, non jungendas esse voces *primus de plebe consul*, sed *primus bellum suis auspiciis gesturus esset.* Insuper *In expeditione civitas erat* Lovel. 2. scribae aberratione. In verbis sequentibus *bellum de suis auspiciis*, addita praepositione, Lovel. 3. *bellum sine auspiciis* Lovel. 4.

Deinde ut eveniret res, ita communicatos honores prospere aut secus consulto habitura] Vet. lib. *perinde ut eveniret:* item *probe aut secus.* SIG. Palat. sec. *ita communicatos honores probent haud secus consulto habiturum.* Ceterorum scripturam advocare piget. GEBH. Sic a Sigonio: nam paullo ante illum *deinde*, pridem *prospere* coeptum erat legi. Mogunt. *consultos;* nuperae *consulta* facere. Quae omnia magis aggravant, quam levant morbum. Nos olim viso in excerptis unius Pall. *probent* (nec aliter Vossianus) conjeceramus: *ita communicatos honores pro bene aut secus consulto habitura.* Quod nunc attestamur, et in Chisl. Vossianoque altero legi, et olim Romae Andream dedisse, ut mirer, quis in exemplaribus illum secutis *prospere* subjecerit. 8, [36, 3.]

quod primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis gesturus esset; perinde ut eveniret res, ita

Debellari eo die cum Samnitibus potuisse, pro haud dubio habitum sit. 9, [12, 4.] *Et geri posse bellum Romani pro certa victoria habuerint.* 10, [19, 3.] *Ut omnis rei bene aut secus gestae decus dedecusque ad L. Volumnium sit delegatum.* Neque illud novum, τὸ *secus* in malam partem accipi, etiam extra viciniam τοῦ *bene.* Cic. 3. ad Famil. [Ep. 6.] *Iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse.* 1. 6. [Ep. 21.] *Etiamsi secus acciderit, te tamen recte vereque sensisse.* Tacit. 2. Ann. [50.] *Quae de matre ejus loquta secus argueretur.* Plinius Paneg. 33. *Meminerintque sic maxime laudari incolumem imperatorem, si priores secus meriti reprehendantur.* Vir doctus ibi: forte *sequius.* Sed etsi alicubi sic scripti libri, ubi vulgo *secus*, non ideo tamen hoc passim exterminari velim. J. FR. GRON. *deinde* primum invenio in Froben. ed. anni 1531. quum non modo priores, sed omnes etiam codd. scripti, *perinde* servent. Particulae *perinde, ut, ita* pariter junctae obcurrunt apud Cicer. pro Cluent. 25. *Perinde ut opinio est de cujusque moribus, ita, quid ab eo factum et non factum sit, existimari potest. perinde, utcumque, ita* apud eumdem 2. de Divin. 42. *Verum esse censent, perinde, utcumque temperatus sit aër, ità pueros orientes animari.* Tum *ut evenisset res* Florent. et Klock. Deinde *prospere* in nullo mihi cod. meo notatum est, nisi in Fragm. Hav. a m. 2. cujus loco *probue* praefert Florent. *probent* Lovel. 1. et 5. At *honores probent haud secus consulto habitum* Voss. 1. Leid. 2. Portug. et Haverk. *honores prebent aut secus consulto habitum* Harlej. 2. *honores pro bene aut secus consulto habitura* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Klock. et Hearnii Oxon. B. L. 1. et N. *communicatus honos pro bono haud secus consulto habitus* Lovel. 4. [Veith.] *communicatus honos* etiam Lovel. 2. et *haud secus* Lovel. 3. et 5. a m. 2. Sed duplice lectione juncta quasi monstrum aliquod *honores probe ac prospere ne aut secus consulto habitura* praefert Gaertn. Ad veram lectionem proxime accedunt reliqui Hearnii codices L. 2. et C. *honores pro bono aut secus consulto habituros* exhibentes. Liv. 1, 40, 2. *Anci filii duo etsi antea semper pro indignissimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulsos.* 4, 55, 8. *Illa pro certis habenda in quibus non dissentiunt.* 6, 6, 13. *Pro certo habeo, ita rem gesturum, ut patre, avo, teque ipso, ac sex tribunatibus dignum est.* 37, 48, 1. *Valerius Antias auctor est, rumorem celebrem Romae fuisse, et pene pro certo habitum.* 40, 9, 15. *Si deprehensos intra limen meum cum ferro ad te deducerem, rem pro manifesto haberes.* 43, 13, 2. *Ea pro dignis habere, quae in meos annales referam.* Eadem forma dictum est *pro certo adfirmare*; de quo v. ad 1, 3, 2. Plura similia v. apud Vossium de Latin. falso susp. c. 22. Ceterum, *secus* subjunctum vel τῷ *bene* vel τῷ *recte* pro male in usu fuisse, non est dubium. Quaesivit autem Vavass. de vi et usu quorumd. verb. in v. *Secus*, utrum *secus*, simplex in oratione ac solitarium positum, nulla re antecedente ex ad-

communicatos honores pro bene aut secus consulto
9 habitura. Forte ita tulit casus, ut Genucius, ad hostes magno conatu profectus, in insidias praecipitaret; legionibus nec opinato pavore fusis, consul circumventus ab insciis, quem interfecissent, occi-

verso, cui repugnet, vel expressa, vel subintellecta saltem, idem sonet ac valeat, quod *prave, perperam, minus bene, omnino male*, et tandem pronunciat, se arbitrari, ista vitiose dici, neque auctore vetere ullo probo et digno, cui credatur. Contrarium Gronovio visum est, et, ut puto, recte, licet priorem Cic. locum aliter accipiendum esse Vavass. ibidem docuerit. Liv. 8, 33, 15. *In praesentia moderatum irae esse, ne quid de collega secus populo aut senatui scriberet.* Sallust. in Jug. 20. *Prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere: quia tentatum antea secus cesserat.* ubi v. Cl. Cortium. Tacit. 2. Ann. 80. *Nec Piso, quamquam coepta secus cadebant, omisit tutissima e praesentibus.* Apulej. in Apolog. p. 97. ed. Pricaei. *Dicat hic pius filius, quid in eo tempore secus agentem vel loquentem matrem suam propter insaniam viderit.*

§. 9. *In insidias praecipitaretur*] Florent. *in insidias praecipitaret.* J. FR. GRON. Ingratum hic est ἀδύνατον. Puto veram esse scripturam libri Flor. apud Gronovium *praecipitaret.* Nam ita saepissime loquitur Livius, et omnes alii. V. Rivium ad Sallust. Cat. 52. Deinde suspicor pro duabus postremis literis vocis *praecipitaretur* legendum esse *et*, et paullo post *consul* ab alio, quam Livio, esse. Sic bene fluit oratio, *praecipitaret, et, legionibus n. o. p. fusis, circumventus ab insciis, q. i. occideretur.* DUK. *praecipitaretur* Gaertn. *praecipitatur* Portug. *praecipitaret*, quod ex Florent. laudat Gronov. etiam Illochius margini exemplaris sui adscripserat, sive quod ita emendandum existimaret, sive quod eam lectionem in cod. suo reperisset. Saepe autem Livium *praecipitare* absolute sine casu usurpasse, infra videbimus ad 25, 11, 6. Hinc cod. optimo dicto audiens fui. [*praecipitaretur* Veith.]

Legionibus necopinato pavore fusis] *inopinato pavore* Voss. 1. et Lovel. 1. Male. V. supra ad 4, 27, 8. [*nec inopinato* Veith.] Praeterea *legionibusque* edd. princ. ut ita *praecipitaret* et *occideretur* jungerentur. Primus Aldus copulantem particulam expunxit, quam etiam omnes scripti ignorant. Et sane, Livium similes conjunctiones passim omittere solitum fuisse, multis locis vidimus. Tandem *favore fusis* Lovel. 3. sollemni scribarum errore. V. ad 3, 33, 7.

Consul circumventus ab insciis, quem interfecissent, occideretur] Vet. lib. *quem interficerent.* SIG. Pall. duo, et Andreae editio *occideret.* Sed sec. *consul circumventus ab insidiis, quem interficerent, occiditur.* GEBH. Ita libri. Sigonius, *interficerent.* Ego malim *in quem incidissent.* J. FR. GRON. *circumventus ab insidiis* solus meorum Haverk. Tum *qm̃*, id est *quoniam, interfecissent, occide-*

deretur. Quod ubi est Romam nunciatum, nequa- 10
quam tantum publica calamitate moesti Patres, quantum feroces infelici consulis plebeji ductu, fremunt omnibus locis: *Irent, crearent consules ex plebe, transferrent auspicia, quo nefas esset. Potuisse* 11

retur Leid. 2. *quem interficerent, occiditur* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Et ita post *praecipitaret* major ponenda foret distinctio. Verum potius *occideretur* pendet a praecedenti *ut*, et ita cohaeret cum *praecipitaret*, quamvis Livius copulam omiserit. Sed nec movendum *interfecissent*. Livio enim non insolens est, ut plusquamperfecto pro inperfecto utatur. Infra 34, 11, 2. *Nec spem ullam esse resistendi, nisi praesidium Romani misissent.* pro mitterent. V. quae ad eum locum notantur. Praeterea *ceciderit* Fragm. Hav. a m. 1. sollemni scribarum errore. V. infra ad 36, 36, 6. *occiderens* Florent. *occideret* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Klock. *occidere* a *cadere* saepe pro interfici ponitur. At displicet *occidere ab aliquo*, pro ab aliquo interfici. Illa itaque scriptura non a Livio est, sed a librariis. V. infra ad 10, 10, 1. Sed neque probo singularem, quae in Lovel. 4. [et Veith.] obvia fuit, lectionem *consul circumventus ab insciisq; interfectus occideret.*

§. 10. *Quod ubi est Romam nunciatum*] *Romam nunciatum est* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Romam est nunciatum* Gaertn. Mox *tanta publica calamitate*, pro *tantum*, Lovel. 5.

Feroces infelici consulis plebeji ductu fremunt] *infelicis consulis plebeji ductu* Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et B. [Veith.] Aliquoties supra notatum est, id operam dedisse librarios, ut vocabula proxima genere numero ac casu inter se convenirent, licet non raro sensus dispendio. V. ad 6, 3, 8. Ex eodem fonte etiam aberrans illa lectio hoc loco profluxit. Praeterea *premunt* Klock. quomodo interdum lapsi sunt scribae. V. Pierium ad Maron. 3. Georg. 85.

Irent, crearent consules ex plebe] Vet. lib. *consulem*. Siquidem lata lex erat, ut alter utique ex plebe consul crearetur. SIG. *Item creatum consulem* Leid. 2. *Irent creatum consulem* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. [Veith.] *Irent creatum consules* Voss. 1. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et ejusdem Hearnii cod. N. *Irent, crearent consulem* Lovel. 2. *Irent creatum omnes consules* idem Hearne ex ante memorato cod. C. profert, ut is duplicem lectionem habuisse debeat. Reliqui codices sive cum editis in vulgatum conspirant, sive per compendium *cos* exhibent. Non necesse autem est, ut τῷ *consules* substituamus *consulem*. Quum enim lex juberet, ut alter utique ex plebe consul crearetur, poterant etiam ambo plebeji creari. Hoc enim queritur Ap. Claudius Crassus lib. praec. c. 40, 18. *Hoccine est in commune honores vocare, ut duos plebejos fieri consules liceat, duos patricios non liceat? et alterum ex plebe creari necesse sit, utrumque ex Patribus*

Patres plebiscito pelli honoribus suis: num etiam in Deos immortales inauspicatam legem valuisse? Vindicasse ipsos suum numen, sua auspicia. quae ut primum contacta sint ab eo, a quo nec jus nec fas fuerit, deletum cum

praeterire liceat? Insultantes itaque patricii suadent plebi, ut, quum viderint, qua fortuna primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis gesserit, nunc, quod utique licebat, duos pro uno ex plebe consules creent. Vel etiam *consules*, quoniam quolibet anno novus consul creandus esset. Compendium illud scribendi *Cos* variorum errorum caussam fuisse, infra videbimus ad 10, 10, 2. Mox *transferent*, pro *transferrent*, Florent. et Lovel. 1. ac 2. *transfer* Leid. 2.

§. 11. *Num etiam in Deos immortales legem inauspicatam valuisse*] *unde etiam* Leid. 2. *nunc etiam* Lovel. 5. Harlej. 2. et Haverk. Ita alibi variant librarii. V. ad 5, 5, 8. et 9, 3, 3. Similitudo literarum *m* et *nc* hujus varietatis caussa fuit. *non etiam* quaedam edd. princ. Et has voces soliti sunt scribae confundere. V. ad 36, 3, 8. *tum etiam* Lovel. 2. et 4. *num* rectum est. Interrogatio enim exprobrationi vim addit. Ceterum *Potuisse se potius Patres* Gaertn. Verum illud *se potius* ex transpositis literis vocis proximae *Potuisse* natum est. Certe *Potius se Patres* extitit in Lovel. 5. a. m. 1. At *Potuisse* exsulat a Lovel. 4. [*Judicasse* pro *vindicasse* Veith.]

Quae ut primum contacta sint ab eo] *contracta sint* Florent. et Lovel. 4. De commutatione harum vocum v. ad 6, 28, 6. *contacta sunt* Voss. 2. et editi usque ad Aldum, qui, consentientibus reliquis Mstis, *sint* dedit. Mox *quo*, pro *a quo*, Haverk. Praeterea *nec fas nec jus fuerit* priscae editt. Primus deinde Aldus eo ordine vulgavit, quo nunc visuntur. Ei vero consentiunt codd. omnes scripti. Et hoc ordine saepe Livius junxit *jus et fas*. V. infra ad 40, 15, 5.

Deletum cum duce exercitum documento fuisse] *in documento fuisse* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Sed praepositio perperam repetita est ex litera finali vocis praecedentis. V. ad 37, 11, 4. *documenta fuisse* Voss. 2. et Lovel. 3. De locutione *esse documentum* v. ad 24, 8, 20. Ea autem lectio si placet, *exercitum cum duce documenta* eadem ratione dictum erit, qua *dux cum principibus capiuntur*, de quo v. ad 21, 60, 7. Non tamen hanc scripturam pro vera venditare audeo, quod alii codices stent pro vulgata, Liviusque saepius etiam hoc modo loqui soleat. Supra 3, 56, 13. *Se documento futurum, utrum novis legibus dominatio, an libertas, firmata sit.* 4, 31, 2. *Documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset.* 26, 5, 2. *Documento futurae, qualemcumque eventum defectio ab Romanis habuisset.* Eadem forma dicta sunt *argumento, monumento, miraculo esse*, et similia, de quibus supra v. ad 5, 54, 5. Ceterum *delectum cum duce* Lovel. 2. V. ad 9, 37, 8.

Ne deinde, turbato gentium jure, comitia haberentur] *nec deinde* Portug. Haverk. *ne in die* Voss. 2. et Lovel. 2. *nec inde* Fragm. Hav. a m. 1. *ne inde*

duce exercitum documento fuisse, ne deinde, turbato gentium jure, comitia haberentur. His vocibus curia 12
et forum personat. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem, majore nunc auctoritate eventum reprehensi

Leid. 1. Lovel. 2. et Gaertn. Deinde *comitia haberent* Haverk. solito errore, de quo v. ad 10, 10, 1. *comitia habentur* Lovel. 3. V. ad 40, 14, 3.

§. 12. *Quia dissuaserat legem*] Vet. lib. *legem in concione.* SIG. Sigonius infarserat *legem in concione, majore.* Verum cum id tantum restaret in Pal. sec. abesset a pr. et tert. ejeci cou librarii glossulam. GRUT. Palat. sec. et Campani editio, *quia dissuaserat legem in concione.* GEBH. Voces *in concione* apud me tantum supersunt in Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. quas recte Gruterum expunxisse puto, quod in optimis constanter desint. *qui dissuaserat* insuper Harlej. 2. et Haverk. V. ad 36, 33, 5. *quia dissuaderet* Hearnii Oxon. B. Male. Intelligitur enim illa oratio, qua legem de altero utique consule ex plebe creando ante quinque annos dissuasit, superius memorata l. 6, 40. et seqq. Deinde *lege* perperam Leid. 1. Ultima enim litera *m* intercepta est a vocis sequentis initiali. V. infra ad 23, 8, 9. Paullo ante *curia forum personat* sine copula Lovel. 2.

Majore nunc auctoritate eventum reprehensi ab se] Omnes libri MSS. ut et prima editio *majore cum auctoritate*: praeter Campan. qui repraesentat illud vulgatum. GEBH. *majore cum auctoritate* etiam Voss.ᵒ ambo, Leid. 2. Lovel. quinque, Harlej. uterque, Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. C. et L. 2. [Veith.] cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. Id autem eodem modo dictum foret, quo *magno cum gaudio accipere* supra 1, 25, 13. habuimus, ubi plura videnda sunt. V. etiam ad 43, 23, 1. Quum tamen elegans sit emphasis in τῷ *nunc incusantem*, quod verbo *dissuaserat* obponitur, eamque voculam servent omnium optimi Florent. et Leid. 1. nihil mutandum censeo. Deinde *incessantem*, pro *incusantem*, Lovel. 5. scribarum errore. Pro eo quidem *incessentem* reponendum videri posset; sed reliqui suadent nihil mutandum esse. Sane *incusare* Livio frequens fuit. V. ad 9, 11, 5.

Dictatorem consensu patriciorum] Dictatorem absque magistro equitum hoc loco exhibet Livius, sicut l. 2, [30, 5.] M. Valerium, quod ibidem admonuimus, cum satis constet, Romae numquam hoc factum. GLAR. Immo semel factum esse tempore belli Punici secundi, Livius ipse memoravit infra 23, 22, 11. Quamvis autem Livius hic magistri equitum non meminerit; cum tamen Appio additum fuisse, evincunt fragmenta Capitolina, in quibus etiamnum *SCAPVLA. MAG. EQ.* visitur: unde P. Cornelium Scapulam fuisse conjecit Pighius in Ann. ad ann. cccxci. p. 275. Livius infra etiam omittit magistri militum nomen, quod tamen ex Fastis viri docti supplere conantur. V. ad 9, 29, 3. Mox *dilectusque* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7. Praeterea *delectisque et justitio indicto, priusquam*

ab se consilii incusantem, dictatorem consensu patriciorum Servilius consul dicit, delectusque et justitium indictum.

1 VII. Priusquam dictator legionesque novae in Hernicos venirent, ductu C. Sulpicii legati res per
2 occasionem gesta egregie est. In Hernicos, morte consulis contemtim ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes, hortante legato,

Oxon. L. 1. quod pro *delectuque* ab errante librario datum esse, Hearne conjicit. Sed recte reliqui codices non consentiunt. *ac justitium* habet Lovel. 2. ultima vox *indictum* exsulat a Lovel. 3.

§. 1. *Res per occasionem gesta egregie est*] *per occasionem res gesta* Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *egregie gesta* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. *τὸ est* denique non adparet in Harlej. 2. Verba etiam *Priusquam dictator legionesque* in initio cap. omittuntur in Lovel. 3.

§. 2. *Morte consulis contemtim ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes*] *morte contemta*, omissa media voce, Lovel. 4. *morte consulis contentim* Leid. 1. et Fragm. Hav. sollemni scribarum lapsu. V. ad 25, 38, 20. *contemti* Gaertn. *contemtu* Leid. 2. ut forte *cum contentu* legendum esse videri possit. Sed nihil mutandum puto. V. ad 6, 38, 8. Tum *ad castra Romanorum* Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lovel. 1. 4. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et B. Malo. V. ad 32, 6, 6. Deinde *oppugnandi spe* Florent. et Leid. 2. Saepius ita peccarunt librarii. V. ad 21, 57, 6. Denique *succederent* Lovel. 2. quasi nempe distinguendum esset, *In Hernicos, morte consulis contemtim ad castra Romana quum* etc. *succederent*. At reliqui vulgato adhaerent.

Plenis irae atque indignitatis militum animis] Pall. pr. ac tert. *plenis irae atque indignatis*. sec. *plenis ira atque dignitatis*. Sola Andreae ed. veritatis institit vestigiis: quippe Camp. *plenis irae atque indignationis*. quod est ad lubidinem optimum refingere scriptorem. GEBH. Scripti nostri nihil mutant, nisi quod *dignitatis* sit in Haverk. *indignationis* in Lovel. 3. et 4. *Indignitas* autem et *indignatio* saepe in Mstis commutantur. V. infra ad Epit. Liv. 58. *irae ac indignitatis* priscae edd. usque ad Aldum, qui *atque* substituit, non modo concinentibus omnibus scriptis, sed etiam secundum morem Livii; de quo v. ad 10, 36, 17. Paullo ante *ortatis a legato* Lovel. 2. *hortanteque legato* 3. *hortantes legato* Leid. 1. *hortantes legatos* Harlej. 1. In sequentibus autem *eruptio facta est* Leid. 2. *eruptione facta* Gaertn. Ita oratio hoc modo continuanda foret: *In Hernicos* etc. *eruptione facta, multum ab spe*. Verum et hic receptam lectionem malo.

Multum ab spe adeundi vallis res Hernicis abfuit] *a spe* Gaertn.

et plenis irae atque indignitatis militum animis, eruptio est facta. Multum ab spe adeundi valli res Hernicis afuit; adeo turbatis inde ordinibus abscessere. Dictatoris deinde adventu novus veteri 3
exercitus jungitur, et copiae duplicantur: et pro concione dictator laudibus legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritas, tollit animos; simul ceteros ad

Haverk. et Fragm. Hav. Hinc *res Hernicis aufuit* Leid. 2. et Fragm. Hav. *res Hernicis affuit* Lovel. 1. et 5. *res Hernicis afuit* Florent. et Leid. 1. Et ita etiam Klockius ad oram Livii adscripserat; non addens tamen utrum ex cod. an ex conjectura. V. supra ad 4, 12, 6.

Adeo turbatis inde ordinibus abscessere] Pall. duo *turbatis ordinibus inde abscessere*. GEBH. Eodem ordine vocabula etiam obcurrunt in Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Gaertn. Praeterea *abcessere* Leid. 2. et Gaertn.

§. 3. *Laudibus legati militumque*, etc. *simul audientibus laudes meritas tollit animos*] Iterum Pall. duo, pr. et tert. *substulit animos*. GEBH. Gronovius in priori editione notarum, agnoscens ita omnes libros praeferre, ingratam tamen orationem esse existimat, *laudibus legati militumque audientibus*, iisdem puta legato et militibus, *laudes meritas tollit animos*, et Livium numquam ita scripsisse. Pro glossemate itaque tollit τὸ *laudibus*, et pro *audientibus* refingit *audientium*: ita tamen, ut, si omnino contendatur, retinendum esse τὸ *laudibus*, id forte concedat, non item de altero. Verum ipse, hanc conjecturam in iterata editione omittendo, eam non obscure damnasse videtur. Et recte. *audientibus* enim non tantum ad legatum militesque laudatos, sed ad omnes in castris degentes milites referendum, non modo, inquam, ad illos, qui eruptione facta effecerant, ut hostes turbatis inde ordinibus abscederent, sed etiam ad novum exercitum, quem ipse adduxerat. Neque ideo *laudibus* suspectum esse debet, quod mox τὸ *laudes* sequatur. V. ad 1, 3, 9. Tantum autem abest, ut, licet locum relinquamus τῷ *laudibus*, attamen *audientibus* in *audientium* mutandum sit, ut contra *audientibus* in primis Livianum esse putem, de quo mox ad §. seq. videbimus. Insuper voce auctius Fragm. Hav. praefert *audientibus ibi laudes meritas*. Sed vocem illam nullus alius agnoscit. Et forte repetita est ex praecedentis fine *ib*; sive *ibus*. Tum *sustollit* Leid. 1. qua forma hoc verbum tuetur Vossius 5. Gramm. 37. *sustulit* Gaertn. et Hearnii Oxon. C. *substulit* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. Paullo ante *exercitus adjungitur*, pro *jungitur*, Lovel. 4. Mox *aemulandum virtutes*, pro *aemulandas*, Portug. et Haverk. V. ad 40, 49, 1. Voces *simul ceteros ad aemulandas virtutes acuit* desunt in ed. Rom. anni 1472.

4 aemulandas virtutes acuit. Neque segnius ad hostes

§. 4. *Neque segnius ad hostes bellum adparatur*] Vet. lib. alii habent: *neque segnius apud hostes bellum apparatur*: alii, *neque segnius et hostes bellum apparant.* Utrumque probe magis, quam quod vulgo legitur. SIG. Codd. MSS. omnes et vetusti cusi, *neque segnius ad hostes bellum apparatur.* Quae videtur vera lectio. Mimus

Bonum ad virum cito moritur iracundia.

Ipse Livius 10, 29. *Formidinis omnia plena ad hostes esse.* c. 35. *Non plus animorum ad hostes erat.* GEBH. Legebatur hic antea, *neque segnius ad hostes bellum apparatur.* Sigonius quum produxisset ex malis libris id, quod editur, et praeterea *apud hostes bellum apparatur.* utrumque, ait, probe magis, quam quod vulgo legitur. Immo utrumque pejus: quin et neutrum inventum nobis, qui plusculos veteres de hoc loco consuluimus, sed ubique illud, quod loco movit Sigonius. Adfirmatque Livius 10, [29, 4.] *Furiarum et formidinis plena omnia ad hostes esse.* Iterumque [c. 35, 4.] *Minus cladis, ceterum non plus animorum ad hostes erat.* 24, 32, 2. *Ad militare genus omne partemque magnam plebis invisum esse nomen Romanum.* Eodem, c. 48, 9. *Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem mansit.* 27, 10, 4. *Iisque gratiae et in senatu et ad populum actae.* Sic tribus his locis MSS. J. FR. GRON. *ad hostes bellum apparatur* etiam scripti et typis excusi, quibus utor, nisi quod *et hostes* praeferat Leid. 1. *et hostes bellum apparant* Lovel. 2. *ad hostes bellum apparatum* 3. *apud hostes bellum apparatur* editio Mediol. anni 1505. quam sequuntur Ascens. ann. 1513. et 1516. ac Paris. anni 1529. Hearne etiam auctor est, ex Mstis, quos Oxonii contulit, solum tantum codicem C. legere *neque segnius et hostes bellum apparant*; reliqui quatuor L. 1. 2. B. et N. *ad hostes bellum apparatur.* Miror itaque, Sigonium non modo *et hostes apparant* in contextum recepisse, sed et alterutram lectionum, quas in vett. lib. reperera, vulgatae praeferre potuisse. Vulgatum enim Livio proprium est, et *ad* pro *apud* passim apud ipsum obcurrit. Ita supra 2, 10, 11. *Rem ausus plus famae habituram ad posteros, quam fidei.* 3, 10, 3. *Jactata per aliquot dies tum in senatu res, tum ad populum est.* ubi plerique codd. et glossa interpretis *apud populum.* V. quae ibi notavi. c. 21, 4. *Mirer, inquit, si vana vestra, Patres conscripti, auctoritas ad plebem est?* c. 31, 4. *Invidiae tamen res ad exercitum fuit.* 6, 34, 5. *M. Fabii Ambusti, potentis viri quum inter sui corporis homines tum etiam ad plebem, filiae.* Eodem cap. *Gratiam Fabio ad vulgum quaesierat.* 8, 18, 4. *Ad Q. Fabium Maximum aedilem curulem indicaturam se caussam publicae pestis professa est.* c. 23, 8. *Ad disceptandum eos ad communes socios atque amicos vocaret.* 28, 18, 2. *Quoniam fors eos sub uno tecto esse atque ad eosdem penates voluisset.* ubi male Sigonius reponit *in eodem penate.* 29, 20, 8. *Ut ad exercitum Scipio maneret.* Ubi v. quae notantur. c. 22, 8. *Memoria absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat.* 30, 14, 2. *Ad penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret.* Ubi iterum vide. 33, 46, 7. *Quantam eo facto ad plebem inierat gratiam.* 38,

bellum adparatur, qui, et parti ante decoris memo-

65, 4. *Ad hunc nimis aequum aut iniquum praetorem reus extemplo factus L. Scipio.* Ubi Sigonius ipse *ad praetorem* exponit apud praetorem. V. plura eo loco. 40, 42, 9. *Deque ea* multa, *quum provocasset, certatum ad populum.* c. 45, 7. *Inter hos viros nobiles inimicitiae erant, saepe multis in senatu et ad populum atrocibus celebratae certaminibus.* 43, 14, 8. *Eorum nomina ad se ederentur.* 45, 6, 9. *Nomina dabant ad C. Postumium tribunum militum.* c. 21, 8. *Quo specioso titulo ad omnes Asiae et Graeciae civitates usus erat.* V. etiam supra ad 4, 53, 4. et ad 38, 35, 1. etiam Gronov. 4. Obs. 6. Non tamen haec locutio ita Livio propria esse existimari debet, ut non ab aliis etiam usurpetur. Ita enim et Cic. 1. in Verr. 8. *Ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse.* Ubi male legitur in vetustissimo libro apud Ursin. *delatos esse*, ipse vero *relatos esse* conjicit. Caesar 3. bell. Civ. 60. *Magnam tamen haec res illis offensionem et contemtionem ad omnes adtulit.* Silius Ital. 13, 606.

Insultant duro imperio non digna nec aequa
Ad superos passi manes.

Ad quem locum olim plura notavi. Adde etiam Inl. N. Heinsium ad Nason. 4. Fastor. 310.

Neque ignari auctarum virium hostis, suas quoque vires augent] Potest tolerari: sed hic, si, qua figura plurimum, usus est, scripsit *hosti*. Infra [c. 23, 10.] *Ipsa contatio et his animos minuisset, et auxisset hosti.* 2, [34, 6.] *Et Velitris auxere numerum colonorum.* 3, [30, 8.] *Nuncius deinde vincentibus Romanis animos auxit, et referentes gradum perculit Aequos.* 21, [50, 4.] *Et Romanis multitudo sua auxit animum, et paucitas illis minuit.* 28, [13, 10.] *Aliquantum et Romanis aucti, et deminuti hostibus animi erant.* 37, [33, 5.] *Ea vero res Romanis auxit animum, concessum sibi transire cernentibus in Asiam.* 38, [26, 5.] *Praeter animos et victoribus ab re secunda auctos, et hostibus fractos.* J. FR. GRON. Omnes codices, scripti et editi, constanter *auctarum virium hostis* servant; quorum si unus et alter ex certioribus Gronovii conjecturam firmarent, eam praeferre non dubitarem. Livius enim in hac aliisque locutionibus, ubi vulgo genitivus adhibetur, casum tertium usurpare solitus est. Ita optimi codd. praeferunt 21, 53, 2. *Restitutos ac refectos militibus animos*, ubi vulgo ante Gronov. *militum* edebatur. Plura v. ad eum locum. Quin etiam si ubique ita Livius locutus esset, invitis etiam codicibus Gronovio adsentirer, ac crederem, ultimam literam voci *hostis* ex initio sequentis *suas* adhaesisse. V. ad 28, 25, 2. At nunc vehementer dubito. Nam et ab altero Livius non abstinuit. Supra 6, 23, 8. *Hostis, cujus animos cunctando auximus.* 31, 10, 7. *Inflatos excidio coloniae Romanae augere hostium animos.* 37, 39, 6. *Ne et suorum animos minueret detrectando certamen, et hostium spem augeret.* 42, 21, 2. *Aucta etiam invidia est Popillii literis ejus.* Quin et uno eodemque loco utramque constructionem adhibet Livius 39, 25, 12. *Graecis Macedoniam adcolentibus metus, et audacia Philippi minuatur.* Similiter non tantum dixit *accendit militi animos* 44, 3, 8. sed etiam *accensis*

res, neque ignari auctarum virium hostis, suas quoque vires augent. Omne Hernicum nomen, omnis militaris aetas excitur. quadringenariae octo
5 cohortes, lecta robora virorum, scribuntur. Hunc eximium florem juventutis eo etiam, quod, ut duplex acciperent stipendium, decreverant, spei animorumque inplevere. Inmunes quoque operum militarium erant, ut, in unum pugnae laborem reser-

militum animis ibid. c. 2, 1. non tantum etiam *versare animum alicui*, sed etiam *alicujus*. V. ad 2, 45, 5. Praeterea *neque. n. ignari* Lovel. 5. *neque enim*, deficiente voce *ignari*, quae margini tamen adscripta est, Voss. 1. *neque ei ignari* Harlej. 2. ubi vocula media partim ex praecedentis vocabuli litera ultima, partim ex sequentis initiali nata esse videtur. V. supra ad 5, 50, 5. corruptius *neque ejus ignari* Portug. et Haverk. Deinde *auctas quoque vires augent* Lovel. 4. *quoque suas vires augent* Gaertn.

Omnis militaris aetas excitur] *accitur* editi ante Aldum; qui *excitur* substituit, consentientibus omnibus scriptis. Infra 28, 24, 4. *Concitatis popularibus et juventute Celtiberorum excita*. Ad quem locum plura vide.

Quadragenariae octo cohortes, lecta robora virorum, scribuntur] Legendum *quadringenariae*, attestantibus prisci characteris codicibus. GELEN. *quadringentariae* quidam legunt, quod mihi quoque placet. Nam l. 10, [40, 6.] eodem utitur verbo Livius. Puto autem *quadringentariam* a quadringentis militibus dictam, ut *quingentariam cohortem* a quingentis. Nam in additione supra *quingentos quadringentosve* non omnino convenit inter auctores. Nos de appellatione duntaxat disputamus. GLAR. *quadragenariae* plenique codices servant. *quadrigenariae* est in Leid. 1. Lovel. 2. et Klock. *quadringenariae* in Florent. et Harlej. 1. quod recte Gelenius probavit: probat etiam infra Glarean. ad 10, 40, 6. quamvis hoc loco *quadringentariae* maluisse videatur; nisi in eo potius ab operis typographorum peccatum esse existimari debeat. *Ala quingenaria* memoratur apud Hygin. Grom. de Castram. Rom. p. 1022. *Ala quingenaria turmas habet sedecim*. Et ita forte emendandum apud Veget. 2. de re milit. 6. *Adpellatur cohors quingenaria*. Eo enim ducunt vestigia unius cod. apud Stewich. *quinquagenaria* exhibentis. Ipse Stewich. *quingentaria* legendum conjecit. Similiter Casaubon. et Salmas. apud Spartian. emendant in Hadrian. 17. *Cui et elephantum et quingenariam cohortem post magnifica dedit dona*. ubi antea etiam edebatur *quinquagenariam*. Eadem labe viri docti Curtium liberarunt 5, 2. *Antea quingenariae cohortes erant*. Ut autem, teste Gronov. 1. de Pecun. Vet. 3. *centenarium* est corpus unum multiplex, quippe continens cen-

vati, plus sibi, quam pro virili parte, adnitendum scirent. Extra ordinem etiam in acie locati, quo 6 conspectior virtus esset. Duum millium planicies castra Romana ab Hernicis dirimebat: ibi pari ferme utrimque spatio in medio pugnatum est. Primo 7 stetit ambigua spe pugna; nequidquam saepe conatis equitibus Romanis inpetu turbare hostium aciem. Postquam equestris pugna effectu, quam conatibus, 8

tum, ita *cohors quadringenaria* constat ex quadringentis, *quingenaria* ex quingentis militibus. V. l. l. Vegetii. Insuper *lecto robore virorum* Harlej. 2. Male. Nam *quadringenariae cohortes, lecta robora virorum* per adpositionem dicuntur. V. infra ad 38, 16, 1.

§. 5. *Spei animorumque inplevere*] Copula *que* exsulat a Leid. 1. *spei animos implevere* habet Lovel. 4. *spei animos eorum implevere* 2. Sed non viderunt librarii, praecessisse *Hunc eximium florem juventutis*; unde fit, ne *animos* ferri possit. Paullo ante *eo etiam, ut*, una voce deficiente, Harlej. 2. *eo et' q; ut* Gaertn.

Inmunes quoque operum militarium erant, ut in unum] *Immunesque operum* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. ad 5, 27, 1. Tum τὸ *ut* deest in Lovel. 3. vox sequens in 5. In verbis etiam sequentibus *servati*, pro *reservati*, praefert Leid. 1. Ita etiam infra 10, 25, 17. vulgo editur, *Ut omnia integra ac libera Q. Fabio servarentur*. ubi quidam codd. *reservarentur*. Hic vero in uno cod. syllaba initialis *re* intercepta esse videtur ab ultima vocis praecedentis *laborē*. Contrario errore *in suos terrorē reverterunt*, pro *verterunt*, in cod. Msto infra est 37, 41, 5. ad quem locum plura alia exempla videnda sunt.

Plus sibi, quam pro virili parte, adnitendum] *quam virili parte*, sine praepositione, Harlej. 1. Male. Supra 3, 71, 8. *Quem agrum miles pro virili parte cepisset*. ubi vide. [*quam pro virium parte* Veith.]

§. 6. *Extra ordinem etiam in acie locati*] *et in acie* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *etiam acie* Klock. Sed praepositio intercepta est ab ultima litera prioris vocis. V. ad 10, 13, 3. Mox *Dum millium* Florent. a m. 1. et Haverk. *Duûm militum* Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 23, 41, 10.

Pari ferme utrimque spatio in medio pugnatum est] *patri ferme utrique* Leid. 1. et Harlej. 1. *utrumque* Voss. 1. et Lovel. 1. V. ad 21, 45, 1. *Tò est* deficit in Lovel. 2. Mox *nequidquam spe conatis*, pro *saepe*, Leid. 2. Portug. Lovel. 4. 5. a m. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Alibi *spes* et *saepe* commutantur. Ita supra 4, 37, 7. Infra hoc lib. c. 33, 5. 8, 13, 15. 9, 19, 10. c. 21. 6. Eodem modo *saepeculatoribus*, pro *speculatoribus*, codd. exhibere apud Suet. in Cal. 44. viri docti observarunt.

§. 8. *Equestris pugna effectu*,

vanior erat; consulto prius dictatore equites, permissu deinde ejus, relictis equis, clamore ingenti provolant ante signa, et novam integrant pugnam.
9 neque sustineri poterant, ni extraordinariae cohortes pari corporum animorumque robore se objecissent.
1 VIII. Tunc inter primores duorum populorum

quam conatibus, vanior erat] Palat. tert. *varior*. Nugacior putaret descendere a *varus*. GEBH. *varior* etiam Gaertn. et Leid. 2. cui ultimo tamen inter versus adscriptum *vanior*. Solent *vanus* et *varius* commutari. V. ad 22, 7, 4. Praeterea *effectum quam conatibus* Leid. 1. *effectu quam conatu* Hearnii Oxon. C.

Clamore provolant ante signa] Scribe ex veteribus libris *clamore ingenti provolant ante signa*. SIG. Sigonii emblema *ingenti* procul habendum esse, monuimus ad 2, 56. J. FR. GRON. *clamore provolare*, ut *clamore invadere*. V. ad 5, 45, 2. Vellem tamen, ut Gronovius addidisset, qua auctoritate vocem *ingenti*, a Sigonio interpositam, pro emblemate habuisset, ac rejiciendam credidisset. Certe eam servant omnes mei ad unum usque et Hearnii Oxonienses codices, omnesque editi Aldo antiquiores. Ex mente itaque Sigonii eamdem loco suo reposui. (* *ingenti tumultu erumpunt* 28, 22, 11.) Perperam autem *provolassent* est in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 9. *Neque sustineri poterant*] *nec sustineri* Harlej. 2. *nec sustinere* Haverk. *neque sustinere* Voss. 1. Leid. ambo, Portug. et Lovel. 1. 2. 4. et a manu pr. 5.

Ni extraordinariae cohortes pari corporum animorumque robore se objecissent] Vox *animorum* male deficit in Voss. 2. *robore* in Haverk. Perperam etiam *abjecissent* dedit Voss. 2. V. ad 6, 14, 12. Per *extraordinarias* autem *cohortes* intelliguntur octo illae quadringenariae cohortes, modo hoc cap. memoratae.

§. 1. *Quidquid hinc aut illinc communis Mars bello aufert*] Quamquam veteres omnes libri habent *bello*, corrige tamen *belli*. Est enim haec locutio Livio familiarissima, cujus ex plurimis paucis exempla subjiciam. 8, [11, 6.] *Affirmando communem esse Martem belli, utramque aciem pari caede prostravisse*. Et 10, [28, 1.] *Quamquam communis adhuc Mars belli erat*. Et 28, [41, 14.] *Quid quod in Africa quoque Mars communis belli erit*. Et 30, [30, 20.] *Martem belli communem propone animo*. Et 42, [49, 4.] *Quam incertus fortunae eventus, communisque Mars belli sit*. SIG. Sigonius cum alibi et apud hunc nostrum legisset *Martem communem belli* dici, invexit hanc lectionem, quam reliquae vulgo editiones admiserunt. Contra MSS. codices Pall. et duae editiones antiquissimae, *quicquid hinc aut illinc communis Mars bello aufert*. 8, 11. *Communem fere Martem belli utramque aciem pari caede prostravisse*. c. 23. *Communis Mars belli decernet*. c. 31. *Si, quod belli casus ferunt, Marsque communis, ad-*

res geritur. quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex, quam pro numero, damnum est: vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum suum in virtute aliena ponit. multi utrimque cadunt, plures vulnera accipiunt. Tandem equites alius alium increpan- 2

versa pugna evenisset. 10, 28. 28. 19. *Ubi Mars communis et victum saepe erigeret, et affligeret victorem.* Ibidem c. 41. GEBH. *bello* servant omnes codices, quibus usus sum, nisi forte *belli* habeat unus Harlej. 1. ex quo in excerptis nihil adnotatum video. [*bello* Veith.] Adsentior tamen Sigonio, *belli* emendanti. Locis, quae viri docti ex Livio hic, Gronovius ad 28, 41, 14. laudarunt, addi potest unus ex 42, 14, 4. *Martem communem esse, et eventum incertum belli.* Cic. etiam saepe ita locutus est. Ita 3. de Orat. 42. *Gravis est modus in ornatu orationis et saepe sumendus: ex quo genere haec sunt: Martem belli esse communem.* Orat. pro Sext. 5. *Quot stimulos admoverit homini studioso fortassis victoriae, sed tamen nimium communem Martem, bellique casum metuenti.* Philipp. 10, 10. *Ut concedam incertos exitus esse belli, Martemque communem.* 6. ad famil. Ep. 4. *Cum omnis belli Mars communis, et cum semper incerti exitus proeliorum sint.* Similiter etiam alii saepe. Insuper *materias*, pro *Mars*, ed. Rom. anni 1472. [ante *hinc atque illinc* Veith.]

Multiplex, quam pro numero, damnum est] Vide, num positivum *multiplex* pro comparativo positum. Alioqui non intelligo. GLAR. Lipsius ad Taciti 3. Hist. 6. et Gronov. ad Liv. 5, 21, 15. docent, supplendum esse *magis*, quod saepe deest apud Latinos, ut apud Graecos μᾶλλον. V. Gronov. ad Livii d. l. et ad 1, 25, 13. Brisson. de Verbor. quae ad jus pert. signif. v. *quam.* Graev. ad Cic. 1. de Off. 19. Perizon. ad Sanct. Minerv. 4, 7, 4. et ad Val. Max. Prooem. l. 1. Sensus verborum Livii est, multo majus damnum erat, quam pro numero eorum, qui cadebant; quia utrimque primores juventutis, non vulgus militum, in quorum morte non magna jactura est, pugnabant. Sic paullo post: *Et, ubi haud minus jacturae fuit, aliquot equites Romani cecidere.* et 21, 59, 9. *Sed major Romanis, quam pro numero, jactura fuit: quia equestris ordinis aliquot et tribuni militum quinque, et praefecti sociorum tres sunt interfecti.* DUK. Sane vel *multiplex* pro comparativo accipi debet, vel *magis* per ellipsin subintelligendum est. V. infra ad 34, 49, 10. et Gronovium supra ad Liv. 5, 21, 15.

Delegata primoribus pugna, eventum suum in virtute aliena ponit] *p'oribus*, id est *prioribus*, et *p'ores* in principio hujus cap. Gaertn. sollemni scribarum aberratione. V. infra ad Liv. 37, 43, 10. Mox τὸ *suum* deficit in Harlej. 2.

Multi utrimque cadunt, plures vulnera accipiunt] *multi deinde utrimque* Harlej. 2. For-

tes, *quid deinde restaret*, quaerendo, *si neque e*
pepulissent hostem, neque pedites quidquam momo
cerent? quam tertiam exspectarent pugnam? qu
signa feroces prostluissent, et alieno pugnarent
3 His inter se vocibus concitati, clamore ren
inferunt pedem: et primum gradu moveru
stem, deinde pepulerunt; postremo jam haud
avertunt: neque, tam vires pares quae supe

tug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed voculam interpositam optimi et reliqui omnes codd. non agnoscunt. Tum *pluresque vulnera accipiunt* Harlej. 2.

§. 2. *Equites alius alium increpantes, quid deinde restaret, quaerendo*] MS. *aliis alium increpantes*. Lego *alis alium*. KLOCK. Antiquos, Lucilium, Lucretium, aliosque, forte etiam Catullum ac Salluſt. *alis* et *alid* pro *alius* et *aliud* dixiſſe, viri docti observarunt. V. Laurenb. Antiquar. ea voce. Meurs. Exercit. Crit. part. 2. l. 4, 9. Lambin. ad Lucret. 1, 264. Cortium ad Salluſt. Catil. 60, 5. et ad Jug. 50, 5. Verum, praeterquam quod omnes mei *alius alium* conſtanter praeferant, illud *alis* aevo Livii non convenire, certum eſt. Supra 2, 10, 9. *Dum alius alium, ut proelium incipiant, circumspectant*. 4, 22, 5. *Qui alii aliis succederent ad pugnam*. 37, 24, 10. *Non tam victoria laeti, quam alius alium accusantes*. (* Eodem modo *alter alterius conatus exspectantes* 31, 34, 9.) Praeterea *equitem alius alium* male quaedam ex principibus edd. Omnes scripti cum ed. Rom. anni 1472. et Parm. conſtanter *equites*. Tum *quid deinde restare* Portug. Lovel. 5. et Haverk. *quid deinde festare* ed. Rom. anni Parm. Tandem *quaeren* rent. Mox verbis sequ *non ex equis pepulisse* *non pedites*, pro *nequ* *neque pedites*, Hearnii

Quam tertiam ex *pugnam*] Pall. duo M *ctaret*. sec. *expeteren* *exspectaret* Lovel. 3. 4. et 5. [Veith.] *exp* tug. et Haverk. Sed verba in Mſtis commut V. infra ad 10, 7, 12

Quid ante signa fe *siluissent*] *quod ante* 3. *quod ante pugna* *quid ante pugnam* Fragm. Hav. Tum *p* Lovel. 3. *prosiluissent* lio verborum ordine

§. 3. *His inter se vo* *citati, clamore renov* *runt pedem*] *Τὸ conc* in Portug. At *inferun* *et primum* etc. *pepul* gligentia librarii de Leid. 1.

Primum gradu mov *stem, deinde pepuler* pr. ac tert. *movere ho* *inde pepulere*. GEBH. Pall. Gebhardi ex mei

acile dictu est, nisi quod perpetua fortuna
que populi et extollere animos, et minuere po-
Usque ad castra fugientes Hernicos Romanus 5
r: castrorum obpugnatione, quia serum erat
bstinuere. Diu non perlitatum tenuerat di-
m, ne ante meridiem signum dare posset: eo
tem tractum erat certamen. Postero die de- 6
uga castra Hernicorum, et saucii relicti qui-
venti; agmenque fugientium ab signis, quum

ff. 2. Lovel. 3. Gaertn. . Hav. Praeterea *primo* eid. 2. Gaertn. et Fragm. n. 1. Similiter, sed ex tione, praefert Florent. initio *primum* habuis- imo *in gradu* Veith.] Veque *tam vires pares*] res *tam pares*, an *tam es*? qui ordo est in Rot- FR. GRON. *tum vires* d. 2. et Lovel. 2. *tamen es* Lovel. 3. ultimis dua- is τοῦ *tamen* nota ad- e indicat, librarium eas esse existimasse. Saepius *tam* et *tum*, ut et *tam* , commutari inter se . supra ad 2, 63, 6. et eque *ita in vires pares* hil mutandum puto, ne quidem verborum, qui displicuit. V. infra ad

llere *animos et minuere* rius *et* deficit in Haverk. ollere *et animos mi-* ff. 1. et Lovel. 5. *extol-* nimos *Iminuere* Lovel. a priori literae τοῦ *Imi-* ta, docente eam expun- esse. *imminuere* tamen tiam Lovel. 4. et Har-

bpugnatione, *quia se-* dici. *abstinuere*] op-

pugnationem abstinere Leid. 1. Quod eodem exemplo dictum foret, quo supra 2, 16, 4. *Ne ab obsidibus quidem iram belli hostis abstinuit.* ubi plura vide. Sed nec alterum damno. V. supra ad 5, 43, 8. *abstinere* autem etiam Leid. 2. Portug. Lovel. 1. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. *abstineri* Harlej. 2. Deinde *parum erat diei* quaedam ex principibus excusis. Sed vulgatum servant omnes codd. Ita 10, 28, 2. *Extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen.* 26, 3, 1. *Quia serum diei fuerit.* 33, 48, 6. *Multoque vino in serum noctis convivium productum.* Similiter *multum diei* 27, 2, 9. *Romani ab sole orto in multum diei stetere in acie.* ubi plura videnda sunt. Ceterum *quia serum erat die* Harlej. 2. V. infra ad 9, 37, 4.

§. 6. *Postera die deserta fuga castra Hernicorum*] *Postero die* Florent. Leid. 1. Lovel. quinque, Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Similiter ex editis Parm. Mediol. anni 1505. Ascensianae annorum 1513. et 1516. ac quaedam aliae, quod recepi. V. ad 1, 12, 1. Tum *deserta castra fuga* Lovel. 2. τὸ *castra* deest in Lovel. 5. Mox *quidem*, pro *quidam*, Kloek.

tes, *quid deinde restaret*, quaerendo, *si neque ex equis pepulissent hostem, neque pedites quidquam momenti facerent? quam tertiam exspectarent pugnam? quid ante signa feroces prosiluissent, et alieno pugnarent loco?*
3 His inter se vocibus concitati, clamore renovato, inferunt pedem: et primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt; postremo jam haud dubie avertunt: neque, tam vires pares quae superaverit res,

tug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed voculam interpositam optimi et reliqui omnes codd. non agnoscunt. Tum *pluresque vulnera accipiunt* Harlej. 2.

§. 2. *Equites alius alium increpantes, quid deinde restaret, quaerendo*] MS. *aliis alium increpantes*. Lego *alis alium*. BLOCK. Antiquos, Lucilium, Lucretium, aliosque, forte etiam Catullum ac Sallust. *alis* et *alid* pro *alius* et *aliud* dixisse, viri docti observarunt. V. Laurenb. Antiquar. ea voce. Meurs. Exercit. Crit. part. 2. l. 4, 9. Lambin. ad Lucret. 1, 264. Cortium ad Sallust. Catil. 60, 5. et ad Jug. 50, 5. Verum, praeterquam quod omnes mei *alius alium* constanter praeferant, illud *alis* aevo Livii non convenire, certum est. Supra 2, 10, 9. *Dum alius alium, ut proelium incipiant, circumspectant*. 4, 22, 5. *Qui alii aliis succederent ad pugnam*. 37, 24, 10. *Non tam victoria laeti, quam alius alium accusantes*. (* Eodem modo *alter alterius conatus exspectantes* 31, 34, 9.) Praeterea *equitem alius alium* male quaedam ex principibus edd. Omnes scripti cum ed. Rom. anni 1472. et Parm. constanter *equites*. Tum *quid deinde restare* Portug. Lovel. 5. et Haverk. *quid deinde festare* ed. Rom. anni 1472. et Parm. Tandem *quaerendum* Florent. Mox verbis sequentibus *non ex equis pepulissent hostem, non pedites*, pro *neque ex equis, neque pedites*, Hearnii Oxon. L. 1.

Quam tertiam exspectarent pugnam] Pall. duo MSS. *expectaret*. sec. *expeterent*. GEBH. *exspectaret* Lovel. 3. *exspectare* 4. et 5. [Veith.] *expetere* Portug. et Haverk. Sed saepe haec verba in MSS. commutari solent. V. infra ad 10, 7, 12.

Quid ante signa feroces prosiluissent] *quod ante signa* Lov. 3. *quod ante pugnam* Voss. 2. *quid ante pugnam* Leid. 1. et Fragm. Hav. Tum *prosiluisset* Lovel. 3. *prosiluissent feroces* alio verborum ordine Lovel. 4.

§. 3. *His inter se vocibus concitati, clamore renovato, inferunt pedem*] *Tò concitati* deest in Portug. At *inferunt pedem, et primum* etc. *pepulerunt* negligentia librarii deficiunt in Leid. 1.

Primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt] Pall. pr. ac tert. *movere hostem, deinde pepulere*. GEBH. Duobus Pall. Gebhardi ex meis consen-

res, facile dictu est, nisi quod perpetua fortuna utriusque populi et extollere animos, et minuere potuit. Usque ad castra fugientes Hernicos Romanus 5
sequitur: castrorum obpugnatione, quia serum erat diei, abstinuere. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset: eo in noctem tractum erat certamen. Postero die de- 6
serta fuga castra Hernicorum, et saucii relicti quidam inventi; agmenque fugientium ab signis, quum

tiunt Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Praeterea *primo gradu* Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Similiter, sed ex interpolatione, praefert Florent. quum ab initio *primum* habuisset. [*primo in gradu* Veith.]

§. 4. *Neque tam vires pares*] Utrum *vires tam pares*, an *tam pares vires*? qui ordo est in Rottend. J. FR. GRON. *tum vires pares* Leid. 2. et Lovel. 2. *tamen vires pares* Lovel. 3. ultimis duabus literis τοῦ *tamen* nota adjecta, quae indicat, librarium eas delendas esse existimasse. Saepius voculae *tam* et *tum*, ut et *tam* et *tamen*, commutari inter se solent. V. supra ad 2, 63, 6. et 4, 19, 1. *neque ita in vires pares* Kloch. Nihil mutandum puto, ne ordinem quidem verborum, qui Gronovio displicuit. V. infra ad 24, 42, 9.

Et extollere animos et minuere potuit] Prius *et* deficit in Haverk. Tum *extollere et animos minuere* Voss. 1. et Lovel. 5. *extollere et animos ἰminuere* Lovel. 1. subjecta priori literae τοῦ ἰ*minuere* nota, docente eam expungendam esse. *imminuere* tamen habent etiam Lovel. 4. et Harlej. 2.

§. 5. *Obpugnatione, quia serum erat diei, abstinuere*] *obpugnationem abstinere* Leid. 1. Quod eodem exemplo dictum foret, quo supra 2, 16, 4. *Ne ab obsidibus quidem iram belli hostis abstinuit.* ubi plura vide. Sed nec alterum damno. V. supra ad 5, 43, 8. *abstinere* autem etiam Leid. 2. Portug. Lovel. 1. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. *abstineri* Harlej. 2. Deinde *parum erat diei* quaedam ex principibus excusis. Sed vulgatum servant omnes codd. Ita 10, 28, 2. *Extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen.* 26, 3, 1. *Quia serum diei fuerit.* 33, 48, 6. *Multoque vino in serum noctis convivium productum.* Similiter *multum diei* 27, 2, 9. *Romani ab sole orto in multum diei stetere in acie.* ubi plura videnda sunt. Ceterum *quia serum erat die* Harlej. 2. V. infra ad 9, 37, 4.

§. 6. *Postera die deserta fuga castra Hernicorum*] *Postero die* Florent. Leid. 1. Lovel. quinque, Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Similiter ex editis Parm. Mediol. anni 1505. Ascensianae annorum 1513. et 1516. ac quaedam aliae, quod recepi. V. ad 1, 12, 1. Tum *deserta castra fuga* Lovel. 2. τὸ *castra* deest in Lovel. 5. Mox *quidem*, pro *quidam*, Kloch.

praeter moenia eorum infrequentia conspecta signa
essent, fusum, ac per agros trepida fuga palatum
7 est. Nec Romanis incruenta victoria fuit. quarta
pars militum amissa; et, ubi haud minus jacturae
fuit, aliquot equites Romani cecidere.

1 IX. Insequenti anno, quum C. Sulpicius et C.

Agmenque fugientium ab signis, quum praeter moenia eorum infrequentia signa conspecta essent, fusum etc.] Neque haec verba plane capio, sunt enim oppido obscura. GLAR. Nullum habet vitium hic locus, contra atque censet Glareanus. Sensus est, cum signa Hernicorum prope moenia oppidi conspecta essent deserta ab suis, agmen eorum, qui ab signis fugerant, fusum fugatumque est. *Signa* autem *infrequentia* vocat, quae militum frequentia non essent stipata. Sic l. 9. locutus est. †. „Glareanus nullum vitium hic esse „ait, sed locum obscurum, ut „est." †. SIG. MS. *agmenque fugientium ab signis cum praeter moenia r. orum infrequentia conspecta signa essent.* Lego *agmenque fugientium ab signis, cum pter* (i. e. *propter*) *metum Romanorum infrequentius eissent,* (i. e. *issent*) *conspectum, fusum, ac per agros trepida fuga palatum est.* KLOCK. Pall. MSS. et editi *infrequentia conspecta signa essent.* GEBH. *Infrequentia signa* hoc sensu etiam alibi apud Livium obvia sunt, ut 10, 20, 8. et 27, 47, 9. Nec hoc ignorasse credo Glareanum, sed haesisse in his: *quum praeter moenia eorum infrequentia signa conspecta essent:* quae mihi, etiam post scholion Sigonii, non minus obscura sunt, quam Glareano fuerunt; sive *fusum* cum Sigonio pro fugatum, accipias, sive pro dispersum, ut 5, 37, 5. et 27, 41, 10. DUK. *infrequentia conspecta signa essent,* pro *signa conspecta essent,* etiam omnes codd. mei, quorum auctoritate ordinem verborum mutavi. In reliquis verbis scripti nihil mutant, nisi quod *agmine fugientium a signis* male sit in Gaertn. et *agmen quoque fugientium* in excusis Aldo prioribus. Quid tamen *praeter moenia?* sequens enim *eorum* non ad vocem *moenia*, sed ad τὸ *signa* referendum puto. An *signa conspecta praeter moenia* id est, quae moenia praetergressa erant? Vel an potius legendum *propter moenia,* id est, juxta moenia. V. ad Epit. Liv. 49. Solent autem voces *praeter* et *propter* commutari. V. supra ad 4, 61, 10. Sed quaenam *moenia* intelligenda? Videat lector, quid statuendum sit. Ego me hic non expedio. Mox *per agrum,* pro *per agros,* Lovel. 4. *Infrequentia signa* ut 10, 20, 8. *Cognoscunt infrequentia armatis signa egressa, praedam praedaeque custodes exire.*

§. 7. *Quarta pars militum amissa*] Prima vox deficit in Lovel. 5. Contra, voce addita, *amissa victoria* Haverk. Mox *haud minus jactura,* pro *jacturae,* Gaertn. et *milites Romani,* pro *equites,* Portug. Harlej. 2. Lovel. 4. 5. et Haverk.

§. 1. *Cum L. Sulpicius*] *C. Sulpicius* legendum ex priore hujus consulatu partim Liviano partim

Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxiſſent, neque inventis in agro hoſtibus, Ferentinum urbem eorum vi cepiſſent, revertentibus inde eis Tiburtes portas clausere. Ea ultima fuit cauſſa, quum 2
multae antea querimoniae ultro citroque jactatae essent, cur, per feciales rebus repetitis, bellum Ti-

Capitolino; item ex Diodoro [l. 16. p. 512.] et Caſſiodoro, et caeteris. SIG. In priori consulatu Capitolino praenomen et nomen periit; at in secundo integre exſtat *C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS. II.* ex cujus ut et Diodori ac Caſſiodori fide Sulpicio non tantum praenomen *Caji* reſtituendum, sed et eidem ac collegae ejus iterati consulatus notam addendam esse, Pighius contendit in Annal. ad ann. CCCXCII. p. 277. Error in praenomine commiſſus supereſt in omnibus libris scriptis. Nulli etiam repetiti honoris signum alterutri consuli addunt. De eo quid sentiam, supra dixi ad 2, 16, 7.

C. Licinius Calvus] Palat. tert. *Gajus Lucinius Calvus*. GEBH. *Janius L. Calvus* Lovel. 2. Observat autem Pighius l. l. Livium recte hic Licinio *Calvi* cognomen adtribuiſſe; quem tabulae Capitolinae Graecae *Stolonem* vocant, ut pateat eumdem eſſe, qui antea tribunus plebis fuit.

Ferentinum urbem eorum vi cepissent] *Feretinum* Leid. 2. quomodo etiam supra peccabatur 4, 61, 5. *Ferentium* Haverk. et Parm. ed. Alio modo adhuc peccatum eſt in nomine hujus urbis infra 10, 34, 4. Sed integre supra exſtat 4, 51, 7. Praeterea *urbem eorum vico possent* Leid. 1. *urbem eorum incepissent* Lovel. 3. ob literarum similitudinem. Ita *invictum*, pro *vi victum*, supra habuimus 3, 49, 6. V. etiam infra hoc lib. ad c. 33, 8. *urbem eorum cepissent* Lovel. 2. Sed voculam *vi* absorpsit vocis praecedentis litera finalis.

Tyburtes portas clausere] *Tibur* et *Tiburtes* scribendum litera *i* ex veteribus libris, et lapidibus Capitolinis, et Graecorum monumentis. SIG. V. ad 3, 58, 10. Ceterum *clausere portas* edd. vetuſtae usque ad Aldum, qui primus dedit *portas clausere*, consentientibus omnibus scriptis.

§. 2. *Ea ultima fuit caussa, quum multae ante querimoniae*] Pall. MSS. *cum multae antea querimoniae* GEBH. Ita Gronov. etiam anno 1667. edidit, concinentibus meis calamo exaratis cunctis, excepto Haverk. qui per compendium *añ* exhibet, et forte etiam Florent. ex quo in excerptis nihil notatum video. Auribus ingratius eſt *ante*, quod et praecedens et sequens vox similiter desinant. Praeterea *Ea fuit ultima caussa* Lovel. 2. *Ea ultima caussa fuit* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Cur per feciales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur] *cum per feciales* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Illud *cur* deeſt in Leid. 1. et Lovel. 2. sed poſterior ejus loco *ut* interserit ibi, *bellum ut Tiburti populo*. Deinde *Tiburtino populo* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. C.

3 burti populo indiceretur. Dictatorem T. Quinctium Pennum eo anno fuiſſe, satis conſtat, et magiſtrum
4 equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitiorum habendorum cauſſa, et ab Licinio consule dictum scribit, quia, collega comitia bello praeferre feſtinante, ut continuaret consula-

§. 3. *T. Quinctium Pennum*] Ita Sigonius eumque secuti Gruterus aliique recentiores recte ediderunt, et ex scriptis meis unus praefert Lov. 5. Reliqui, cum editionibus prioribus vel *Poenus*, vel *Penus* exhibent. Faſti Capitolini hic laceri sunt, et dictatoris tantum duo cognomina *CAPITOLINVS. CRISPINVS* servant. V. supra ad 6, 42, 4. In uno Gaertn. cognomen *Pennum* deficit.

Sergium Cornelium Maluginensem] *Ser. Cornelium* perspicue. SIG. Error, quem Sigonius notavit, in multis meorum codicum superfuit; itaque saepius librarii inperiti lapsi sunt. V. supra ad 5, 29, 2. At alii, et inter eos Florent. et Lovel. 1. 2. 5. *Ser. Cornelium*. alii, ut Haverk. et forte Voſſ. 1. atque Harlej. ambo, *Servium Cornelium*. In uno Hearnii Oxon. B. praenomen omiſſum eſt.

§. 4. *Macer Licinius comitiorum* etc.] Legerem, *Macer Licinius et comitiorum habendorum caussa ab Licinio consule dictum scribit, et quia* etc. KLOCK. Ita emendanti Klockio nulli codd. favent. Neque etiam ea conjectura opus eſt. Verba enim *quia collega* etc. non tamquam novum aliquid a Macro Licinio adfirmatum, consideranda sunt, sed tamquam cauſſa, cur comitiorum habendorum cauſſa, et quidem a Licinio consule, dictus dictator fuerit. *et a Licinio dictum*, una voce exsulante, praefert Gaertn.

Quia collega comitia bello praeferre festinante] Quomodo autem bello praeferebat comitia consul? Num putemus speraſſe, se feſtinatione consulatum adepturum, omiſſo bello? an *proferre* potius legendum? judicet lector. GLAR. Lego *praeferre*, pro *praevertere*. KLOCK. Nugatur Loritus, *proferre* legendum contendens contra omnes MSS. et editos codices. De sententiae perspicuitate neminem amplius queſturum arbitror. GEBH. Klockii sententia omnino probari nequit. Codices enim scripti in vulgatum *praeferre* conspirant. Ob eamdem cauſſam recte etiam Glareani conjecturam Gebhardus rejecit. Recepta scriptura vera eſt, et indicat, collegam Licinii majorem comitiorum, quam belli, rationem habuiſſe. Ceterum *qui collega* Harlej. 1. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad 36, 33, 5. *qua collega* Lovel. 3. et Gaertn. V. ad 40, 29, 8. Tum *ab inicio*, pro *comitia*, Lovel. 2. Mox *continuaret consulares*, pro *consulatum*, et *fuerat*, pro *fuerit*, Gaertn. Sed *quia* saepe cum subjunctivo obcurrit. V. supra ad 2, 8, 5.

§. 5. *Quaesita ea propriae familiae laus*] *Quarta ea propria familiae laus* Leid. 2. *propria familiae laus* male etiam Voſſ.

tum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit. Quaesita ea propriae familiae laus leviorem auctorem Licinium facit. quum mentionem ejus rei in vetustioribus annalibus nullam inveniam, magis, ut belli Gallici caussa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. eo certe anno Galli ad tertium la- 5 6

uterque, Leid. 1. Lovel. 3. 4. 5. Portug. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox *actorem*, pro *auctorem* Fragm. Hav. a m. 1. Eadem varietas saepe in Mstis obvia est. V. ad 1, 26, 5. Quis *levis auctor* dicatur, supra v. ad 1, 16, 5.

Quum mentionem ejus rei in vetustioribus annalibus nullam] *commentionem* Leid. 1. V. ad 4, 24, 7. *quum intentionem* Leid. 2. Deinde *hujus rei* Gaertn. et edd. ante Aldum. Tum *veterioribus* Haverk. at vox illa deficit in Gaertn. Denique *ullam* Lovel. 3.

Ut belli Gallici caussa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus] Huic sententiae favent etiam Fasti Capitolini, qui dictatorem *REI. GERVNDAE. CAVSA.* dictum docent. Ceterum *ubi belli Gallici* Florent. saepius obvio scribarum errore. V. ad 24, 15, 1. Nisi forte optimi cod. librarius *uti belli Gallici* dare voluisse censendus sit, quod tamen non placet ob trium vocum *i* litera desinentium sonum auribus minus gratum. Deinde *indignat animus* Leid. 1. *inclinet animus* Voss. 2. Portug. et Gaertn.

§. 6. *Galli ad tertium lapidem Falaria via*] *Falariensium* meminit Plin. 3, 13. in Picenis, quod melius quadrat, quam *Salaria via*, ut quidam habent codices. Et nota, quanto terrori fuerint Galli Romanis; nam proximo sequente quadriennio ter dictatorem crearunt propter Gallos, non ausi confidere consulibus. De Cisalpinis nunc loquitur. GLAR. Glareanus *Falaria* legit, his verbis; „Falariensium „meminit Plinius 3, 13. in Picenis, quod melius quadrat, quam „*Salaria via*, ut quidam habent „codices.“ Quae autem affert Glareanus, portenti similia sunt. Nam de *Salaria via* ita Festus l. 17. [v. *Salaria.*]. *Salaria via Romae est appellata, quia per eam Sabini sal a mari deferebant.* et l. 10. [v. *Lucaria*] *Lucaria festa in luco colebant Romani, qui magnus inter viam Salariam et Tiberim fuit, pro eo, quod victi a Gallis fugientes e proelio ibi se occultaverunt.* Hunc tertium Gallorum motum nominat Appianus in Celtico T. Quintio duce compressum. SIG. *Viae Salariae* meminit etiam antiquus schol. Persii ad Satyr. 2, 36. *Alii volunt Licinium tonsorem ac libertum Augusti Caesaris significari praedivitem, cujus monimentum est pretiosi operis via Salaria prope urbem ad lapidem secundum.* Plura habent Bergier. de publ. et milit. imp. Rom. viis 3, 23. et Hennin. ad eum locum. Non tantum quidam codices, ut Glareanus dicit, id est, ex mente ejus, quaedam editt. sed etiam omnes codices, scripti et excusi, constanter *Salaria*

pidem Salaria via trans pontem Anienis caſtra habuere. Dictator, quum tumultus Gallici cauſſa juſtitium edixiſſet, omnes juniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab urbe profectus, in citeriore

via exhibent, nisi quod *Solaria* sit in Harlej. 1. Recte autem Sigonius, quae Glareanus de *via Salaria* notat, portenti similia eſſe monet. Praeterea *pontem alienis* errore scribae Leid. 1. quomodo etiam mox hoc §. in eodem et Harlej. 1. errabatur. Paullo ante *eo certo anno*, pro *certe*, male Leid. 1. et in verbis sequentibus *habere*, pro *habuere*, Gaertn.

Omnes juniores sacramento adegit] *omnes rumores* Leid. 2. *omnes mīores* Gaertn. V. supra ad 6, 27, 10. *omnes junio* Haverk. in quo simul vocabula sequentia *sacramento adegit, ingentique exercitu ab urbe* deficiunt.

§. 7. *Neutris erumpentibus*] Alii *eum rumpentibus*. Quid si legas *emrumpentibus*. ut 5, [39, 10.] *endomunito*. Mſtum *neutris rompentibus*. KLOCK. Bene *neutris eum rumpentibus* emendatum a doctioribus: quippe et MSS. codices et vetuſti editi *neutris erumpentibus*. GEBH. *eum rumpentibus* primum inveni in Basileensi anni 1531. Eam autem lectionem veram eſſe exiſtimo, licet *neutris erumpentibus* non tantum praeferant excusi priores, sed et Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lovel. quinque, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. [Veith.] *neutris rumpentibus* ejusdem cod. B. *Rumpere pontem*, ut 2, 10, 10. *Fragor rupti pontis pavore subito inpetum sustinuit*. et Auct. Epit. Liv. 2. *Ponte rupto armatus se in flumen misit. Interrumpere* Livius ibid. dixerat paullo ante, *Praedicere, ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant*. Mox timoris iudicium, pro *indicium*, Lovel. 5. et Haverk. Praeterea *de ponte occupando* transpositis vocibus Lovel. 4.

Nec qui potiretur] *poteretur* Florent. Priscian. 10. Gramm. p. 881. *In tior deponens tam tertiae quam quartae conjugationis unum invenitur, potior. Virgilius in III. Aeneïd.* [55.]

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, et auro
Vi potitur.

I, secundum tertiam conjugationem corripuit penultimam. Lucillius vero in V.

Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.

secundum quartam conjugationem producta penultima protulit. V. etiam Voſſium 5. Gramm. 35. Secundum tertiam itaque *poteretur* formatum eſt; at *potiretur* secundum quartam. Similiter *poteretur* viri docti Ovidio reſtituerunt 13. Met. 130.

Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille.

ubi v. Inl. Heinsium et Cel. Burmann. Eadem scriptura in uno cod. etiam infra obcurrit 9, 22, 9. Eodem modo *oreretur*, pro *oriretur*, in scriptis Livii saepius obvium eſt. V. infra ad 23, 16, 7.

tium fuit, quum et abnuere certamen vererentur, et praecipuam sortem periculi petere nollent. tum T. 2 Manlius, L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat, ex statione ad dictatorem pergit: *Injussu tuo*, inquit, *imperator, extra ordinem numquam pugnaverim, non si certam victoriam videam. Si tu* 3

studiorumque distantia. Quinctil. Declam. 333. *Accepi beneficium, quantum maximum dare parentes liberis possunt.* Curtius 4, 8. *Quanta maxima celeritate potuit, contendit.* Ubi videndi Acidal. et Freinsh. nec non doctiss. Snakenb. ad Curtii 5, 9, 1. Adde etiam viros doctos ad Quinctil. Declam. 323. p. 653.

Quem nunc, inquit, Roma fortissimum virum habet, procedat, agedum] *Quem nūo, inquit* Lovel. 5. Sed lectio illa inde orta est forte, quod *nūc* scriptum fuisset. Deinde *virum fortissimum* Florent. Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quorum auctoritati ac consensui cessi. Tum *agendum* Leid. 1. et Parm. ed. Male. V. ad 3, 62, 4. *procedat ad pugnam agendum* Lovel. 4. [Veith.]

Ut noster duorum eventus ostendat, utra gens bello sit melior] *ut duorum eventus* Klock. Non sequor. Infra hoc libro c. 40, 9. *Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis.* ubi etiam simili errore quidam codd. *τὸ meum* omiserunt. V. quae ad eum locum notantur. *noster duorum ostendat eventus* Portug. et Haverk. Tum *utra gens sit melior* Fragm. Hav. a m. 1. Sed recte manus altera *τὸ bello* adscripsit. Supra 4, 2, 2. *Sic pace bonos, sic bello fieri.* ubi v. plura. Ita *βοὴν ἀγαθὸς*, seu *bello bonus*, Homer. Il. B. 408.

Αὐτόματος δὲ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.

et saepissime alibi.

§. 1. *Diu inter primores juvenum Romanorum silentium fuit*] *inter primos tum juvenum* editi vetusti ante Aldum. *inter primorum juvenum* nullo sensu Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Praeterea *silentio fuit* Florent.

Et abnuere certamen etc. *et praecipuam sortem periculi petere*] Prius *et* deficit in Lov. 2. et ed. Parm. V. ad 2, 44, 3. Tum *adnuere* Leid. 1. *annuere* Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 36, 34, 6. Insuper vox *certamen* exsulat a Leid. 2. Deinde *sortem periculi praeterire* Lovel. 2. in marg.

§. 2. *T. Manlius, L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat*] *Pt. Manlius* Florent. Forte librarius indicare voluit, se duplicem lectionem invenisse, *P. Manlius* et *T. Manlius*, quae posterior sola vera est. Id enim praenomen passim alibi ipsi tribuitur. Deinde *Lutius Furius*, pro *L. filius*, Lovel. 3. quomodo non raro alibi scribae lapsi sunt. V. supra hoc lib. ad c. 5, 3. Tum *tribu-*

8 Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit; et, quantum maxima voce potuit, *Quem nunc*, inquit, *Roma virum fortissimum habet, procedat, agedum, ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat, utra gens bello sit melior.*

1 X. Diu inter primores juvenum Romanorum silen-

stituit. Doujatius vulgatum defendit, et *discernere* Latinum esse, pro dijudicare, dispicere, contendit: ad quod probandum utitur unico loco ex Cic. Partit. [c. 22.] *Temperantia in suas itidem res et in communes distributa est, duobusque modis in rebus commodis discernitur; et ea, quae absunt, non expetendo, et ab iis, quae in potestate sunt, abstinendo. In rebus autem commodis est itidem duplex.* At quisque satis videt, dividendi potius, quam dijudicandi vel dispiciendi, sensu ibi accipi debere. Alibi etiam haec verba in Mstis confunduntur. V. viros doctos ad Suet. Caes. 19. Praeterea *secretis viribus* Lovel. 4. *in cet'is*, sive *in ceteris*, *viribus* Haverk.

§.8. *Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit*] *Cum eximia* Lovel. 4. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. *Tunc* editi quidam ex vetustioribus. Sed *Tum* erat in Rom. anni 1472. et Parm. quod Aldus, adstipulantibus reliquis codicibus, revocavit. V. ad 2, 12, 15. Insuper *Gallus in pontem processit vacuum*, in aliam seriem digestis vocabulis, idem Lovel. 4.

Et, quantum maxima voce potuit, Quem nunc, inquit] Additamentum istud verbi *potuit*, luxuriantium sciolorum interpretamentum, auctoribus Pall. primo ac tertio MSS. exigatur. Quadrigarius [apud Gellium 9, 13.] *Extemplo silentio facto cum voce maxima conclamat, si qui secum depugnare vellet, uti prodiret.* GEBH. Illud *potuit* apud me tantum omittunt Voss. 2. et Lovel. 3. quibus praefero reliquorum, et inter eos etiam omnium optimorum codicum, in hac voce tuenda consensum. Praeterea *quantum maxima potuit voce* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Si libri adsentirentur, mallem *quam maxima voce potuit.* Ita Sallust. in Jug. 13. *Jugurtha, quam maximas potest, copias armat.* ubi etiam quidam *τὸ potest* pro abundanti habuerunt, reprehensi a Cl. Cortio, qui nos remittit ad illa, quae notat ad Sallust. Catil. 4, 3. sane *q̃ tum*, id est *quam tum*, praefert Fragm. Hav. V. ad Liv. 4, 49, 8. *quam* autem et *quantum* alibi in Mstis commutari solent. V. ad 5, 4, 1. Vel etiam legi posset *quanta maxima voce potuit:* cujus locutionis ex Livio plura exempla v. infra ad 9, 10, 10. et ad 42, 15, 1. Et ita etiam Cic. saepius; ut in Philipp. 3, 2. *Cui quamquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur, habenda tamen tanta est, quantam maximam animi nostri capere possunt.* de Senect. 12. *Fingere animo jubebat, tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima.* de Amic. c. 20. *Tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum*

juvenem aequales. pedeſtre scutum capit, Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam. Armatum adornatumque adversus Gallum stolide laetum, et (quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum eſt) linguam etiam ab inrisu exserentem, producunt. Recipiunt inde se ad stationem: et duo 6

tate. Mox *in patrem, patriam,* sine conjunctione *que,* Harlej. 2. Deinde, addita voce, *I, perge* Harlej. 2. et Portug.

§. 5. *Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam*] Polyb. 6, [21.] *Καλοῦσι δ' αὐτην Ἰβηρικὴν· ἔχει δ' αὐτη κέντημα διάφορον, καὶ καταφορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν βίαιον, διὰ τὸ τὸν ὀβελίσκον αὐτῆς ἰσχυρὸν καὶ μόνιμον εἶναι.* KLOCK. Atqui tum nondum commercia erant inter Romanos et Hispanos, et apud Suidam v. *Μάχαιρα* Polybius, ut docti putant, auctor eſt, gladii Hispaniensis usum demum bello Hannibalico a Romanis receptum. Explicat hunc nodum Lipsius 3. de Milit. Rom. Dial. 3. Nec prolepsis inusitata eſt Livio. V. ad 1, 44, 1. et 4, 54, 7. DUK. Idem Polyb. 3, 114. *Τῆς μὲν γὰρ οὐκ ἔλαττον τὸ κέντημα τῆς καταφορᾶς ἴσχυε πρὸς τὸ βλάπτειν.* Liv. 22, 46, 5. Gladii *Hispano punctim magis, quam caesim, adsueto petere hostem brevitate habiles, et cum mucronibus.* Ceterum *propriorem* Leid. 1. et Lovel. 3. *porem* Klock. *ad pritie habili pugnam* Florent. Paullo ante *praedextre scutum* perperam Haverk. *scutum pedestre,* ut 6, 8, 6. *Adrepto repente equo cum scuto pedestri advectus.* contra *scutum equestre* infra eſt 43, 6, 6.

Armatum adornatumque] *armatum ordinatumque* Haverk. *Τὸ adornatumque* omittit Hearnii Oxon. L. 1. Malc. Infra 24, 48, 7. *Armandi ornandique et instruendi eos artem ignorare.* ad quem locum plura notantur.

Memoria dignum antiquis visum est) linguam etc.] Inter antiquos fuit etiam Q. Claudius Quadrigarius, qui in 1. Annalium, teſte Gellio [9, 13.] hanc pugnam describens, ita aït: *Deinde Gallus irridere coepit, atque linguam exsertare.* SIG. Hujus proelii picturam multis poſtea seculis in foro Romano prope roſtra vetera sub novis tabernis argentariis publicatam mansisse, et in tabula, facta in scuti Gallici vel Cimbrici formam, exhibitam fuiſſe Galli iſtius exsultantis ac barbare linguam exserentis imaginem, ex Cic. 2. de Orat. 66. Quinctil. 6. Inſt. Orat. 3. et Plin. 35. H. N. 15. docuit Pighius in Annal. ad ann. cccxcii. p. 277. in loco Cic. pro *pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico* emendans *in Manliano scuto Cimbrico.* Ordine vocabulorum mutato *dignum visum antiquis est* praeferunt edd. antiquae usque ad Aldum, qui dedit, ut nunc vulgo editur. Cum eo autem stant omnes codices. Verba praecedentia *quoniam id quoque* desunt in Klock.

Linguam etiam ab inrisu exserentem] Quadrigarius: *Deinde*

in medio armati, spectaculi magis more, quam lege belli, deſtituuntur, nequaquam visu ac specie aeſti-
7 mantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium, versicolori veſte pictisque et auro caelatis refulgens armis: media in altero militaris statura,

Gallus irridere, atque lingua exerrare. Quam lectionem Cl. Lipsius 4. Epiſtol. Quaeſt. 2. commentus eſt: iteratque Elector. 1, 7. Sed rectius membranae Palat. *linguam exsertare.* propugnavitque Casaubonus ad Suetonium [in Aug. 29.] defendit hic quoque Livius. Quoniam Quadrigarii huc apte se intulit mentio, diversam in illo scripturam membranarum Pall. indicabo. Vulgatur: *manu significare coepit, utrique quiescerent pugnae. facta pausa est.* Illae habent *ut utrique quiescerent pugnare. pugnae facta pausa est.* Fidem meam praeſtare lectori volui: bonitatem vero non possum hujus lectionis. GEBH. *Τὸ etiam* non adparet in Lovel. 2. Tum *exherentem* Leid. 1. *exercentem* Lovel. 3. sed errore scribae. Solent autem alibi verba *exerere* et *exercere* commutari. V. Casaubon. et Cel. Burm. ad Sueton. Tiber. 33. Ceterum Lipsianam emendationem in loco Quadrigarii apud Gellium 9, 13. probat etiam Bernart. ad Statii 6. Theb. 473. Contra vulgatam scripturam defendit Cerda ad Maron. 4. Aen. 825. quae etiam praeferenda eſt, tum ob rationes a viris doctis datas, tum ob locum Plinii 35. H. N. 4. *Ostendens in tabula pictum inficetissime Gallum exserentem linguam.*

§. 6. *Recipiunt se inde ad stationem*] Melius in vet. lib. *Recipiunt se inde ad stationem ceteri.* SIG. Vox *ceteri* debetur Sigonio: sed an ideo gratia quoque debeatur illi, qui non neceſſariarum vocum colluvie vultum tere nitidiſſimum auctorem, & spiciant cordatiores. Abeſt ea profecto a Pall. duobus melioribus, a vetuſtiſſima recensione J. Andreae. GEBH. Nec Thuan. nec duo vel Voſſ. vel meliores Pall. nec vett. edd. ulla *τὸ caeteri* agnoscunt a Sigonio insertum; idque nos ab scholiaste mutatos eſſe, qui addiderunt, librariis non dubitamus. J. FR. GRON. *Accipiunt* Leid. 1. Male. Supra 3, 4, 8. *Primo concursu pulsus se in castra recepit.* et saepe alibi. *se inde*, ut praescribitur Sigonii scholio, Harlej. 2. Portug. et Haverk. reliqui *inde se.* Deinde *ceteri*, a Sigonio additum, in iisdem tantum, Sigonii vet. lib. consentientibus codd. et in margine Fragm. Hav. a m. 2. supereſt. Alii omnes, vocem illam rejicientes, probant, eam recte viris doctis displicuiſſe. Hearne licet lectionis a Sigonio invectae eamque inprobantis Gronovii sententiae meminerit, attamen ne verbo quidem monuit, quae scriptura fuerit librorum, quos Oxonii consuluit. [*ad stationem exteri.* Veith.]

Et duo in medio armati, spectaculi magis more, quam lege belli, destituuntur] *ēt duo*, id eſt *etiam duo*, Haverk. Tum *spectaculi more magis* Leid. 1. Praeterea vox *belli* exsulat a Lovel. 2. Denique *destinantur* Klock. Male. V. ad 23, 10, 5.

Nequaquam visu ac specie aestimantibus pares] *nequicquam*

enem aequales. pedeſtre scutum capit, Hispano
gitur gladio, ad propiorem habili pugnam. Ar-
tum adornatumque adversus Gallum stolide lae-
1, et (quoniam id quoque memoria dignum anti-
s visum eſt) linguam etiam ab inrisu exserentem,
ducunt. Recipiunt inde se ad stationem: et duo 6

e. Mox *in patrem, patriam,* e conjunctione *que,* Harlej. 2. inde, addita voce, *I, perge* lej. 2. et Portug.

5. *Hispano cingitur gladio, propiorem habili pugnam*] b. 6, [21.] *Καλοῦσι δ' αὐ- Ἰβηρικὴν· ἔχει δ' αὐτὴ κέν- α διάφορον, καὶ καταφο- ἑξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν βι-, διὰ τὸ τὸν ὀβελίσκον αὐ- ἰσχυρὸν καὶ μόνιμον εἶναι.* CK. Atqui tum nondum com- cia erant inter Romanos et anos, et apud Suidam v. *Καιρα* Polybius, ut docti pu- auctor eſt, gladii Hispa- sis usum demum bello Han- lico a Romanis receptum. licat hunc nodum Lipsius 3. lilit. Rom. Dial. 3. Nec pro- is inusitata eſt Livio. V. ad 1. et 4, 54, 7. DUK. Idem b. 3, 114. *Τῆς μὲν γὰρ οὐκ ον τὸ κέντημα τῆς κατα- ἐ ἴσχυε πρὸς τὸ βλάπτειν.* 22, 46, 5. Gladii *Hispano ctim magis, quam caesim, ueto petere hostem brevitate iles, et cum mucronibus.* rum *propriorem* Leid. 1. et el. 3. *porem* Klock. *ad pri- abili pugnam* Florent. Paul- nte *praedextre scutum* per- am Haverk. *scutum pedestre,* , 8, 6. *Adrepto repente equo scuto pedestri advectus.* con- *scutum equestre* infra eſt 43, .

rmatum adornatumque] *armatum ordinatumque* Haverk. *Τὸ adornatumque* omittit Hearnii Oxon. L. 1. Male. Infra 24, 48, 7. *Armandi ornandique et instruendi eos artem ignorare.* ad quem locum plura notantur.

Memoria dignum antiquis visum est) linguam etc.] Inter antiquos fuit etiam Q. Claudius Quadrigarius, qui in 1. Annalium, teſte Gellio [9, 13.] hanc pugnam describens, ita aït: *Deinde Gallus irridere coepit, atque linguam exsertare.* SIG. Hujus proelii picturam multis poſtea seculis in foro Romano prope roſtra vetera sub novis tabernis argentariis publicatam mansisse, et in tabula, facta in scuti Gallici vel Cimbrici formam, exhibitam fuiſſe Galli iſtius exsultantis ac barbare linguam exserentis imaginem, ex Cic. 2. de Orat. 66. Quinctil. 6. Inſt. Orat. 3. et Plin. 35. H. N. 15. docuit Pighius in Annal. ad ann. cccxcii. p. 277. in loco Cic. pro *pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico* emendans *in Mariano scuto Cimbrico.* Ordine vocabulorum mutato *dignum visum antiquis est* praeferunt edd. antiquae usque ad Aldum, qui dedit, ut nunc vulgo editur. Cum eo autem stant omnes codices. Verba praecedentia *quoniam id quoque* desunt in Klock.

Linguam etiam ab inrisu exserentem] Quadrigarius: *Deinde*

tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus, Gallus, velut moles superne inminens, projecto laeva scuto, in advenientis arma hostis vanum cae-

Mox *omnium ferociam* non recte Haverk.

§. 9. *Tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus*] *animi*, non *animis*, legi oportere, existimat idem, quem ingenio dixi excellere, Florebellus: ut sit, *tot mortalibus pendentibus animi spe metuque*; et illud exprimatur, quod est 8, [13, 17.] *Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis.* SIG. Florebellus, referente Sigonio, *animi*: sicut et infra c. 30. *Quid illis nos, Patres conscripti, sollicitis ac pendentibus animi renuntiare jubeatis.* Contra omnes Msti *animis*. Sic 8, 13. habent duo Pall. Msti: *Tot populos inter spem metumque suspensos animis habetis.* Unus tamen et vetustissimae editiones *animi*. GEBH. *animi* Gronovius etiam in prima editione notarum scribendum conjecit, et locutionem *pendere animi* multis similibus exemplis inlustravit: sed in posterioribus curis conjecturam expunxit, eademque exempla retulit ad hujus libri c. 30, 22. Et recte. Omnibus enim scriptis et editis in vulgatam lectionem conspirantibus, eam veriorem esse existimo. Certe quemadmodum *pendere animi* vel *animis*, ita etiam ipse *animus* dicitur *pendere* ac *suspensus esse*. Supra 5, 39, 6. *Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram.* ad quem locum plura vide. *Animus* autem *pendet spe metuque*, quemadmodum *omnia metu mutuo suspensa esse* dicuntur supra 2, 32, 5. Paullo ante *constitere acies inter duas*, transpositis vocibus, Lovel. 4. qui ordo interdum Livio placuit. V. supra ad 2, 19, 8. Praestat tamen reliquorum nihil mutantium fidem sequi.

Velut moles superne inminens] *velut moles superimminens* Haverk. Ita Val. Max. 1, 8, 1. *Myrto frequentibus ramis diffusae superimminentem excelsae magnitudinis palmam circumdedit.* Virgil. 12. Aen. 305.

Pastorem primaque acie per tela ruentem
Ense sequens nudo superinminet.

Statius 4. Theb. 529. *major superinminet ordo.* Ita recte emendarunt Gronov. ac Barth. ut et N. Heinsius ad Nason. 4. Metam. 689. Et ita etiam est in vetustissimo Msto Cassellano, atque in alio, quem beneficio viri, dum viveret, optimi atque amici integerrimi Petri Vlamingii cum editis contuli. Quum tamen cetera Mstorum turba, et praesertim praestantissimi quique codices in vulgatum conspirent, eam lectionem servandam arbitror. *superne inminere*, ut *desuper inminere* apud Stat. 1. Theb. 660.

Pallidus Inachiis qui desuper inminet Argis,
Dum morior, depelle globum.

Ita *superne ingerere tela* Curtius dixit 8, 11. *superne innatare* Plinius 33. H. N. 6. Voce *superne* utitur etiam Liv. 1, 25, 12. *Gladium superne jugulo defigit.*

Vanum caesim cum ingenti sonitu ensem dejecit] *caesum*

sim cum ingenti sonitu ensem dejecit. Romanus, 10
mucrone subrecto, quum scuto scutum imum per-
culisset, totoque corpore interior periculo vulneris

Lovel. 1. a m. 1. *caesi* Leid. 1. et Gaertn. At tota illa vox exsulat a Block. Male. Livius infra 22, 46, 5. *Hispano punctim magis, quam caesim, petere hostem adsueto.* Paullo ante verba *projecto laeva scuto in advenientis* culpa librarii deerant in Gaertn.

§. 10. *Mucrone surrecto*] *subrecto* scribunt Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. et Florent. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. orthographia tantum diversa, ex quo deinde factum est *subjecto* in Lovel. 2. Curtius 9, 5, 11. *Linquentem revocavit animam, et nudum hostis latus subjecto mucrone hausit.* Ubi tamen Acidalius et Freinsh. *subrecto* conjecerunt, sed invitis Mstis, qui editam lectionem servant, nisi quod in uno vel altero vox *subjecto* omittatur. Et forte vulgatum defendi ibi potest: ut *mucronem subjicere* dicatur, qui mucrone erecto superincumbentem hostem vulnerat, quemadmodum dicimus *subjicere in equum*, de qua locutione v. ad 6, 24, 5. Hic tamen unius istius cod. lectio probanda non videtur, sed erranti librario potius adscribenda esse. Ita autem interdum variant codices et vetustae edd. V. quae notavi ad Silii Ital. 10, 253. At *surrepto* praeferunt Leid. 2. Lovel. 1. 4. et Haverk. qua ratione etiam alibi lapsi sunt scribae: saepius enim commutarunt *directus* et *direptus*, ut et *directio* et *direptio*. V. infra ad 37, 31, 5. Vulgatum verum est. Silius Ital. 10, 253.

Ilia cornipedis subrecta cuspide transit.

ubi plura olim dixi.

Quum scutum scuto imum perculisset, totoque corpore interior periculo vulneris etc.] Pictura est, sed admodum difficilis, ita ut quidam pro *interior* legerent *inferior*, sed non placet. Porro quod ait, *inter corpus armaque*, nisi de scuto ac Galli gladio intelligas, non equidem assequor. GLAR. Obscurum quia censet esse hunc locum Glareanus, ejus sensum exponam. †. „Sigonius quidem exponit, res „tamen nihilominus manet in „obscuro: discutiat lector locum, et videbit, Livium ipsum „ex Quadrigarii imitatione hanc „commisisse obscuritatem." †. Manlium, ait, cum scuto scutum imum Galli percussisset, toto corpore, ne a Gallo vulneraretur, Gallum ipsum subiisse, et proxime ad eum accessisse, ita ut se inter corpus Galli et scutum ejus implicaret. Sic enim Q. etiam Quadrigarius in 1. Annalium, auctore Gellio [9, 13.] a quo hujus pugnae descriptio sumta a Livio est. *Manlius iterum scuto scutum percutit, atque de loco hominem iterum dejicit: eo pacto ei sub Gallicum gladium successit, atque Hispanico pectus hausit.* SIG. Pall. pr. ac tert. *scuto unum.* sec. *scuto imum pertulisset* Campanus *cum scuto scutum in unum perculisset.* aspice temeritatem hujus hominis. GEBH. Hanc lectionem in prima invenio Curionis editione. Priores praeferunt *scuto scutum.* qui ordo verborum superest in Florent. Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. 1. et Fragm. Hav. at vox *scuto* deficit in Portug. et Haverk. Priorem itaque lectionem revocavi. Tum *unum*, pro *imum*,

factus, insinuaſſet se inter corpus armaque,
alteroque subinde ictu ventrem atque inguina
sit, et in spatium ingens ruentem porrexit ho
11 jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione
ctum, uno torque spoliavit: quem respersum c
co

Voſſ. 2. Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. De hoc errore infra v. ad 8, 6, 2. Deinde *periculis sed*, pro *perculisset*, Leid. 1. *periculisset* Fragm. Hav. a m. 1. *pertudisset* Harlej. 2. *pertulisset* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 2. 5. Gaertn. et Haverk. quomodo saepe librarii lapsi sunt. V. infra ad 35, 27, 16. *percussisset* malebat Cl. Hearnius, quia Quadrigarius apud Gell. l. l. inquit, *Manlius, animo magis, quam arte, confisus, scutum scuto percutit.* et deinde *Manlius iterum scuto scutum percutit.* Solent autem *perculit* et *percutit*, ac *perculsus* et *percussus* in Mſtis confundi. V. N. Heinsium ad Nason. 5. Metam. 98. et eumdem ac Cel. Burm. ad Nason. 4. Metam. 138. Adde, quae notavi ad Silii 2, 213. et ad Liv. 34, 15, 2. *Interior periculo vulneris*, qui prope adeo sub gladium Galli successit, ut vulnerari non potuerit. Ita infra 24, 34, 10. *Quae propius quaedam subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent.* His autem Livius exprimit id, quod Quadrig. dixerat *ne Gallus impetum icti haberet*, praesertim si verba haec loco mota superius collocemus, ex sententia Yvon. Villiom. 2, 4. quam etiam Gronov. verisimilem credidit.

Insinuasset se inter corpus armaque] *ni insinuasset* Leid. 2. *nisi juvasset* Haverk. Tum *sed*, pro *se*, Voſſ. 2. et Lovel. 3. que *intra corpus* idem Le V. ad 5, 27, 2.

Ventrem atque inguin sit] Eodem verbo usus et Quadrig. apud Gell. l. l. *Gallicum gladium succes que Hispanico pectus hau* quae notavi ad Silii Ital. Ceterum *ventrem ac ingui* vel. 4. contra morem Liv V. infra ad 10, 36, 17. Pa te *uno altero subinde ic* conjunctione *que* Leid. 2.

In spatium ingens ru porrexit hostem] *Porr* cuntur mortui. Horatius 10, 21.

Opima quod si praeda litore
Porrecta mergos juv

Statius 11. Theb. 12.

Quantus Apollineae te tor matris Averno
Tenditur, ipsae horre quando pectore ab a
Emergunt, volucres. i saque membra jace
Spectant.

GEBH. *in spatium ingen rigitur*, qui jacens ingen tium corpore occupat. Sil 153.

— serpens centum porr in ulnas

collo circumdedit suo. Defixerat pavor cum admi- 12
ratione Gallos. Romani, alacres ab statione ob-
viam militi suo progressi, gratulantes laudantesque
ad dictatorem perducunt. Inter carminum prope 13
modum incondita quaedam militariter joculantes,
Torquati cognomen auditum; celebratum deinde,

Letalem ripam et lucos habitabat Avernos.

Ovidius 3. Amor. El. 11, 25.

Idem per spatium Tityon porreximus ingens.

2. Metam. 197.

Porrigit in spatium signorum membra duorum.

Virgil. 6. Aen. 597. *per tota novem cui jugera corpus Porrigitur.* Simili fere modo *acies in longitudinem porrecta* infra 25, 21, 6. Praeterea *euntem*, pro *ruentem*, perperam Haverk.

§. 11. *Jacentis inde corpus*] *jacens inde corpus* editt. antiquiores. Pro quo deinde Mediol. anno 1505. hinc Ascens. anno 1513. et 1516. tum Aldus, et postea reliqui *jacentis* dederunt; quod constanter in scriptis omnibus superest.

Uno torque spoliavit: quem respersum cruore collo circumdedit suo] Quadrigarius [apud Gell. l. l.] *Torquem detraxit, eamque sanguinolentam sibi in collum imponit.* GEBH. *torque uno spoliavit* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 12. *Defixerat pavor cum admiratione Gallos*] *Defixerat Gallos cum admiratione pavor* Lovel. 4. *Defixerat pavor cum admiratione animos Gallorum* Hearnii Oxon. C.

Ab statione obviam militi suo progressi] *a statione* Gaertn. *obviam ab statione* Leid. 2. et Lovel. 1. quorum posterior etiam exhibet *praegressi*, sollemni scribarum errore. V. ad 9, 10, 7. Vox *obviam* ab operis typographorum omissa est in ed. Parm.

Laudantes gratulantesque ad dictatorem perducunt] Inverso ordine Pall. tres et Campani ed. *gratulantes laudantesque.* GEBH. Eo ordine transposuit vocabula Cel. Jac. Gronovius, eumque secutus J. Clericus. Neque aliter est in scriptis meis, nisi quod *laudantes* non adpareat in Lovel. 5. Deinde *producunt* Lovel. 4. Malc. Supra 5, 15, 8. *Quum perductus ad imperatorem, inde Romam ad senatum missus esset.* Ubi v. quae notantur.

§. 13. *Inter carminum propemodum incondita quaedam militariter joculantes*] Ego haec corruptissima arbitror. Sensus et Latinitas satis placerent, si legeretur: *Inter carminum licentiam inconditosque ac militares jocos.* T. FABER. Muretus *In carminum.* Ego sic explico. *Cognomen Torquati auditum inter joculantes militariter incondita quaedam prope carminum modum, celebratum deinde.* Nam quod Sigonius *additum*, nusquam in meis reperio. J. FR. GRON. Doujatius hic more graculi Aesopici alienis plu-

14 posteris etiam familiaeque honori fuit. Dictator coronam auream addidit donum, mirisque pro concione eam pugnam laudibus tulit.

1 XI. Et, Hercule, tanti ea ad universi belli even-

mis nitet. Quum enim Gronovius vulgatam lectionem adversus Fabrum defendisset, et verum verborum sensum non modo hoc loco, sed supra etiam ad l. 6. cap. ult. §. 10. recte ostendisset, gloriam hanc ipsi sublegere conatus est. Ne tamen condictioni furtivae locus esset, subficere credidit, si, verbis servatis, tantum ordinem paullum inverteret, ita ad hunc locum notans. „Mihi absque hoc remedio „(Fabri) incorrupta videntur; „quod, sic inverso verborum „ordine, quemvis intellecturum „puto. *Auditum* est *cognomen* „*Torquati inter militariter jo-* „*culantes quaedam incondita* „*carminum prope modum.*" An in animum inducere potuit, quoniam adnotatio Gronovii vel non suo loco reperiretur, vel in editione anni 1665. qua usus est, inter addenda legeretur, fore, ut furtum hoc numquam deprehenderetur? Ceterum prima vox *Inter* deest Haverk. Ejus loco *In* legunt quaedam edd. vett. ut Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, Veneta anni 1495. aliaeque. V. ad Liv. 38, 57, 6. Hinc *carminum quoque modum* edit. Mediol. anni 1505. quod etiam Ascens. annis 1513. et 1516. in margine ostentavit. Sed frustra. Tum *incognita* habet Lovel. 3. *inconditi* Gaertn. in quo etiam vox sequens *quaedam* non adparet; sed *quae* ejus loco exstat in Portug. a m. 1. Tandem *jaculantes* praeferunt Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 4. et Fragm. Hav. a m. 1.

Torquati cognomen auditum] Non paucis verbis eguerim, si, quam diverse hic locus legatur, enarrare voluerim: neque solum verbum *auditum*, pro *additum*, sed in praecedentibus quoque. Sit igitur suum unicuique liberum judicium; nam haec omnia prosequi neque possumus, neque volumus. GLAR. Lege *additum* ex veteribus libris. SIG. MS. Fuldensis *Torquatus cognomentum auditum*. MOD. Quid desideretur in hac lectione, omnium MSS. codd. atque editorum auctoritate subfulta, doceat me Sigonius, e libris nescio quibus subtilissimae fidei praeferens *additum*. Vult enim Livius, ex joculantibus incondita militariter propemodum carminum Torquati cognomen auditum haesisse tum T. Manlio, tum posteris familiaeque ejus. Modius laudat e MSS. Fuldensibus *Torquatus cognomentum auditum*. A. Gellius 9, 13. *T. Manlius, summo loco natus, apprimeque nobilis fuit. Ei Manlio cognomentum factum est Torquatus*. ubi membr. Pal. habent *Torquati*. GEBH. *additum*, quod recte Gronovio displicuit ad verba praeced. ut et Gebhardo, apud me tantum superest in perpetuis adseclis vet. lib. Sigonii Portug. et Haverk. Reliqui stant pro vulgata scriptura, nisi quod *auditu* sit in Leid. 1. et Lovel. 2. Praeterea *cognomine* Lovel. 5. *nomen* Klock. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Torquatus cognomentum*, quod Modius in Msto Fuld. invenit, in nullo apud me superest. Neque etiam vulgatum muto. Supra 1. 56, 8. *Bruti quoque haud abnuit cognomen*. 2, 8, 1. *Inde cognomen*

momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus
ima nocte, relictis trepide castris, in Tiburtem
m, atque inde, societate belli facta, commea-
e benigne ab Tiburtibus adjutus, mox in Cam-

m Publicolae. c. 13, 1. *Cui*
a Scaevolae a clade dextrae
us cognomen inditum.* In-
oc lib. c. 32, 15. *Non si*
novum hoc Corvi cogno-
Diis auctoribus homines
tis, Publicolarum vetu-
familiae nostrae cogno-
memoria excessit.*

*steris etiam familiaeque ho-
fuit*] Vet. lib. *posteris et
liae honori fuit.* SIG. Pall.
pr. ac tert. *celebratumque
le posteris, etiam familiae
ri fuit.* Sec. vero *celebra-
deinde posteris et familiae
ri fuit.* Campan. *celebratum
le posteris familiaeque ho-
fuit.* Quadrigarius *Quo ex
ipse posterique ejus Tor-
sunt cognominati.* GEBH.
ius *posteris et familiae.* E-
n duobus Voss. duobusque
video *posteris etiam fami-
honori fuit.* J. FR. GRON.
contemnenda est scriptura
m librorum: nam idem est
osteris, atque etiam fami-
Cicero in Brut. 75. *Splen-
m quamdam minimeque
atoriam rationem dicendi
, voce, motu: forma etiam
nifica et generosa quodam-
o.* Adde, quae adnotata sunt
orum 4, 7, 15. DUR. *poste-
t familiae honori fuit* Lo-
2. *posteris etiam familiae*
uterque, Lovel. 1. 3. 4. 5.
ej. ambo, Gaertn. Portug.
rk. et Fragm. Hav. Ex uno
ent. nihil in excerptis nota-
obcurrit, ut vulgatum ser-
videatur.

14. *Coronam auream addi-
onum*] *addit* Fragm. Hav.

a m. 1. omnesque excusi usque ad Aldum, qui reposuit *addidit*, quemadmodum est in reliquis scriptis. V. supra ad 2, 24, 6. Mox *etiam pugnam*, pro *eam pugnam*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. Deinde *laudibus sustulit* Portug. in margine. Infra hoc lib. c. 36, 5. *Vestrum iter ac reditum omnia secula laudibus ferent.* ubi vide.

§. 1. *Et, Hercle, tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit*] *Hercule* Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. quinque, Florent. Gaertn. Klock. Fragm. Hav. et vett. edd. Neque aliter erat in Portug. a m. 1. pro quo postea factum est *Herculis.* Basileenses demum *Hercle* dederunt, quod mox Curio et inde recentiores adoptarunt. Priorem itaque scripturam revocavi. V. supra ad 6, 40, 15. hoc lib. c. 4, 7. 9, 4, 12. 34, 32, 7. et alibi. Praeterea vox *momenti* aberat a contextu Portug. adscripta deinde est margini, sed alio loco. Praefert enim *tanti momenti ea ad universi belli eventum dimicatio fuit.*

Relictis trepide castris] *trepidis castris* Lov. 2. Infra 10, 12, 6. *Stativa trepide deserta fuerant.* et saepe alibi. Mox *societatem belli facta*, pro *societate*, Leid. 1.

Commeatuque benigne ab Tiburtibus adjutus] Ita Rott. et alii, non *benigno.* 9, 6, 6. *Commeatus militibus benigne mittunt.* Et passim. J. FR. GRON. *benigno* male exhibuerat editio Gruteri ultima, eamque secuta Heinsii Elzeviriana. Contra *benigne* non tantum

2 paniam transierit. Ea fuit cauſſa, cur proximo anno C. Poetelius Balbus consul, quum collegae ejus M. Fabio Ambuſto Hernici provincia eveniſſet, ad-
3 versus Tiburtes juſſu populi exercitum duceret. ad quorum auxilium quum Galli ex Campania rediſſent, foedae populationes in Lavicano, Tusculanoque, et Albano agro, haud dubie Tiburtibus ducibus,
4 sunt factae. Et, quum adversus Tiburtem hoſtem duce consule contenta respublica eſſet, Gallicus tu-

priores excusi, sed omnes etiam scripti. Vocula *que* deeſt in Leid. 2. Tum *a Tiburtibus* Voſſ. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *adjutis* Haverk. Mox *in Campania*, pro *in Campaniam*, Leid. 1. *in Campanam* Leid. 2.

§. 2. *C. Petilius Balbus consul*] Capitolini lapides hunc *C. Poetelium Libonem* vocant. SIG. Nomen gentile *Poetelius* scribendum eſſe, supra dictum eſt ad 3, 35, 11. Praeterea adsentior ferme Sigonio, *Libo*, pro *Balbus*, scribendum eſſe, non tantum quia ita exhibent lapides Capitolini, verum etiam quia alibi gentis Poeteliae cognomen *Balbus* non obcurrit, et Pighius docet in Annal. ad ann. CCCXCIII. p. 279. hujus anni consules in tabulis Graecis et Cuspiniani *Libonem et Ambustum* nominari. In Chron. etiam Paschali et faſtis Idatian. ex hujus et sequentis anni consulibus unum par consulum efficitur, qui vocantur *Libo et Lenatus*, vel *Laenas*. Ceterum addita vocula *ut C. Petilius* male Haverk. et Harlej. 2.

Quum collegae ejus M. Fabio Ambusto Hernici provincia evenisset] *cum collega ejus*, quasi *cum* praepositio foret, praeferunt Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 2. Harlej. 2. et Haverk. sine sensu: quod animadvertens librarius Harlej. 2. ei se optime consulturum exiſtimavit, si inserta deinde vocula legeret *cui Hernici provincia evenisset*. Sed nihil agit. Praeterea Fabii praenomen omittitur in Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. quod recte superest in reliquis. Deinde *Hernicia provincia* Lovel. 1. a m. 1. *Hernicorum provincia* Portug. et Haverk. Perperam. Supra 3, 12, 6. *Valerio Potito Volsci provincia evenerat*. ubi alia vide. Deinde *provinciae*, vel *provicia venisset* Voſſ. 1. et Leid. 1. perperam divisis literis. *provincia venisset* Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Fragm. Hav. V. quae ad eundem locum notantur.

§. 3. *Ad quorum auxilium quum Galli ex Campania rediſsent*] *ad quorum consilium* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. infra ad 9, 21, 4. Tum *Gallici* Lovel. 5. Deinde *ex Campanis* Harlej. 2. et Haverk. Denique *rediissent* Lovel. 4. V. ad 8, 26, 6.

Foedae populationes in Lavicano] *Labicano* Voſſ. 1. Leid. uterque, Lovel. 1. 4. 5. Florent. Harlej. 1. et Fragm. Hav. V. supra ad 2, 39, 4.

§. 4. *Contenta respublica esset*,

tum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte, relictis trepide castris, in Tiburtem agrum, atque inde, societate belli facta, commeatuque benigne ab Tiburtibus adjutus, mox in Cam-

factum Publicolae. c. 13, 1. *Cui postea Scaevolae a clade dextrae manus cognomen inditum.* Infra hoc lib. c. 32, 15. *Non si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae cognomen memoria excessit.*

Posteris etiam familiaeque honori fuit] Vet. lib. *posteris et familiae honori fuit.* SIG. Pall. MSS. pr. ac tert. *celebratumque deinde posteris, etiam familiae honori fuit.* Sec. vero *celebratum deinde posteris et familiae honori fuit.* Campan. *celebratum deinde posteris familiaeque honori fuit.* Quadrigarius *Quo ex facto ipse posterique ejus Torquati sunt cognominati.* GEBH. Sigonius *posteris et familiae.* Ego in duobus Voss. duobusque Pall. video *posteris etiam familiae honori fuit.* J. FR. GRON. Non contemnenda est scriptura horum librorum: nam idem est ac *posteris, atque etiam familiae.* Cicero in Brut. 75. *Splendidam quamdam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu: forma etiam magnifica et generosa quodammodo.* Adde, quae adnotata sunt ad Florum 4, 7, 15. DUK. *posteris et familiae honori fuit* Lovel. 2. *posteris etiam familiae* Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. ambo, Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Ex uno Florent. nihil in excerptis notatum obcurrit, ut vulgatum servasse videatur.

§. 14. *Coronam auream addidit donum*] *addit* Fragm. Hav. a m. 1. omnesque excusi usque ad Aldum, qui reposuit *addidit*, quemadmodum est in reliquis scriptis. V. supra ad 2, 24, 6. Mox *etiam pugnam*, pro *eam pugnam*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. Deinde *laudibus sustulit* Portug. in margine. Infra hoc lib. c. 36, 5. *Vestrum iter ac reditum omnia secula laudibus ferent.* ubi vide.

§. 1. *Et, Hercle, tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit*] *Hercule* Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. quinque, Florent. Gaertn. Klock. Fragm. Hav. et vett. edd. Neque aliter erat in Portug. a m. 1. pro quo postea factum est *Herculis.* Basileenses demum *Hercle* dederunt, quod mox Curio et inde recentiores adoptarunt. Priorem itaque scripturam revocavi. V. supra ad 6, 40, 15. hoc lib. c. 4, 7. 9, 4, 12. 34, 32, 7. et alibi. Praeterea vox *momenti* aberat a contextu Portug. adscripta deinde est margini, sed alio loco. Praefert enim *tanti momenti ea ad universi belli eventum dimicatio fuit.*

Relictis trepide castris] *trepidis castris* Lov. 2. Infra 10, 12, 6. *Stativa trepide deserta fuerant.* et saepe alibi. Mox *societatem belli facta*, pro *societate*, Leid. 1.

Commeatuque benigne ab Tiburtibus adjutus] Ita Rott. et alii, non *benigno.* 9, 6, 6. *Commeatus militibus benigne mittunt.* Et passim. J. FR. GRON. *benigno* male exhibuerat editio Gruteri ultima, eamque secuta Heinsii Elzeviriana. Contra *benigne* non tantum

tibus, hortamenta animi, tum subjecta oculis, simul verecundia misericordiaque militem accende-
7 bant. Magna utrimque edita caede, avertitur tandem acies Gallorum. fuga Tibur, sicut arcem belli Gallici, petunt: palati a consule Poetelio haud procul Tibure excepti, egressis ad opem ferendam Tiburtibus, simul cum his intra portas compelluntur.
8 Egregie quum ab dictatore, tum ab consule res gesta

duo *quae magis etiam absentibus hortamenta animi*. sec. *hortamenta facta animi*. admodum perperam. GEBH. *quae magis* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *etiam absenti* Leid. 2. Hinc *ornamenta animi* perperam Lovel. 2. in contextu, altera lectione in margine existente. Paullo post *cum subjecta*, pro *tum*, Gaertn. et *miliciaque*, pro *misericordiaque*, Lovel. 2. *misericordia*, omissa conjunctione, Florent.

§. 7. *Avertitur tandem acies Gallorum. fuga Tibur, sicut arcem belli Gallici, petunt*] Suspicor legendum esse *fugati Tibur*: nam subsequitur *palati*. Syllaba quidem prima vocis *Tibur* errorem probabiliorem mihi reddit. SIG. Conjectura haec Sigonii omnes editiones occupat; sed contra consensum tot MSS. codd. et editorum, quis rectum pronunciarit? Quare retineatur *fuga Tibur, sicut arcem belli Gallici, petunt*. GEBH. Nec Sigonius sic conjicere, nec ferre debuerunt editores, cum in omnibus MSS. et vett. edd. esset: *fuga Tibur*. Hoc ipso libro [c. 27, 5.] *Certamine victi fuga effusa Satrici moenia petunt*. Virgilius 12. Aen. [742.]

— — *diversa fuga petit aequora Turnus.*

Tacitus 5. Hist. [18.] *Pulsique Germani Rhenum fuga petebant*. Justinus 16, 4. *Sexaginta senatores comprehensos* (nam *caeteri fuga dilapsi erant*) *in vincula compingit*. Sic enim MSS. ubi fecerunt *in fugam*. L. FR. GRON. *cuntatur tandem acies* Lovel. 4. *avertitur tandem acies Gallorum fusa Tibur* Hearnii Oxon. L. 1. Vulgatum, quod in reliquis omnibus constanter supersit, olim adversus Sigonium defendit etiam Gronov. in priore ed. notarum ad Liv. 37, 30. quem etiam v. 4. Obs. 17. p. 272. Deinde *sicut aciem belli Gallici, petunt* Florent. Sed vox *acies* ex proximis verbis menti scribae adhuc obversabatur, atque hinc in errorem conjectus est. Quamvis tamen et alibi, ubi similis peccati ejus caussa dari nequit, eadem vocabula inter se commutarint. V. supra ad 6, 13, 1. *sicut arcem belli, Galli petunt* praefert Neap. Latinii.

A consule Poetelio haud procul Tibure excepti] *ab consule* Portug. et Haverk. Tum *accepti* Gaertn. Malc. V. supra ad 5, 41, 6. Mox *ad opem ferendum*, pro *ferendam*, Florent. V. infra ad 40, 49, 1. Hinc *intra portam compelluntur* Haverk. [Veith.] *intra portas impelluntur* Fragm. Hav.

§. 8. *Egregie quum ab dicta-*

multus dictatorem creari coëgit. creatus Q. Servilius Ahala T. Quinctium magistrum equitum dixit; et ex auctoritate Patrum, si prospere id bellum evenisset, ludos magnos vovit. Dictator, ad continendos pro- 5
prio bello Tiburtes consulari exercitu jusso manere, omnes juniores, nullo detrectante militiam, sacramento adegit. Pugnatum haud procul porta Collina 6
est totius viribus urbis, in conspectu parentum conjugumque ac liberorum. quae magna, etiam absen-

Gallicus tumultus dictatorem creari coëgit] *contempta* Lovel. 2. 4. Florent. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 25, 38, 20. Deinde τὸ *esset* exsulat ab Harlej. 2. Portug. et Haverk. Tandem *creare* Lovel. 3. quae vox non adparet in ed. Parm.

Q. Servilius Ahala T. Quinctium magistrum equitum dixit] *Hala* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Haala* Lovel. 1. *Abala* Harlej. 1. Reliqui recte *Ahala*. V. supra ad Epit. Liv. 4. *creatus Quintus magistrum equitum dixit*, reliquis omissis, Lovel. 3. Mox vocula *et*, quae sequitur, deficit in Florent. Sed verisimile fit, eam interceptam esse a praecedentis vocis literis ultimis. V. infra ad 9, 41, 10.

Si prospere id bellum evenisset] *pro spe* Lovel. 2. Sed librarius, quum *pros'pe*, vel *prospe*, scriptum fuisset, unicam vocem perperam in duas divisit, et additam notam vel non vidit, vel adsecutus non est. (* v. ad 28, 24, 3.) Non dissimili modo, pro *prospere* datum est *prope* infra 8, 25, 5. Pro *a spe*, substitutum est *aspe*, sive *aspere*, 9, 24, 11. pro *suapte*, datum est *sua p te*, sive *sua per te*, supra 6, 15, 12. V. ad 39, 31, 4. Paullo ante ed. Parm. *et auctoritate Patrum*, omissa praepositione *ex*, quam reliqui omnes libri servant. In verbis sequentibus *ludos vovit magnos*, transpositis vocibus, Gaertn.

§. 5. *Nullo detrectante militiam*] *detractante* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 34, 15, 9. Paullo ante *ad continendos proprios bello Tiburtes* Leid. 2. pro *proprio*. V. erroris originem ad 4, 44, 5. Tum *consulari exercitu jussit manere*, pro *jusso*, Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *omnes minores* Gaertn. V. ad 6, 27, 10.

§. 6. *Pugnatum haud procul porta Collina est totius viribus urbis*] *Pugnatum aût*, id est *autem*, Lovel. 2. V. ad 5, 34, 4. Tum *procul a porta* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. infra ad 24, 28, 1. Deinde *totis viribus urbis* Lovel. 2. [Veith.] Mox *parentum conjugum ac liberorum*, pro *conjugumque*, Harlej. 2. Portug. et Haverk. Vulgatum superest in pluribus et melioribus codd. V. supra ad 2, 31, 1.

Quae magna, etiam absentibus, hortamenta animi] Pall.

telii triumphum Tiburtes: *Ubi enim eum secum acie conflixisse? spectatores paucos fugae trepidationisque Gallorum, extra portas egressos, postquam in se quoque fieri inpetum viderint, et sine discrimine obvios caedi, rece-*
11 *pisse se intra urbem. Eam rem triumpho dignam visam*

laudari, et a militari aetate tamquam bonos cives conspici vulgus hominum vidit. 27, 13, 11. *Imperator eos conlaudat, pronunciatque.* et ita alibi saepe.

Fabio satis visum, ut ovans urbem iniret] Pall. duo et Campan. *satis visum est.* GEBH. *satis visum est* etiam Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. inter versus adscriptum in Voss. 1. Deinde *urbem ovans iniret* Haverk. *ovans urbem intraret* Lovel. 4. quae lectio ex interpretis glossa nata videtur. Adi supra ad 5, 22, 4. Ita 3, 24, 8. *Ubi triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt.* Mox hoc lib. c. 13, 10. *Tecum triumphantes urbem inire.* et ita saepe. Paullo ante *de Gallis Tiburtibus*, perperam omissa copula, Leid. 1. et Lovel. 2.

§. 10. *Ubi enim eum secum acie conflixisse*] *Non enim eum secum acie conflixisse* Leid. 2. et Lovel. 1. *Ubi enim secum* Lovel. 2. Harlej. 2. Klock. et Haverk. exsulante pronomine *eum.* Deinde *aciem conflixisse* Harlej. 2. et Portug. *aciem confluxere* Haverk. Male. De locutione *acie confligere* v. ad Epit. Liv. 73.

Speculatores paucos fugae trepidationisque Gallorum] Exemplaria Germanica, sane perquam vetusta, quorum fidem atque auctoritatem libenter sequimur, habent *spectatores*, non *speculatores.* GELEN. *speculatores* ediderant Aldus, Froben. anno 1531. et quidam alii. Eandem vero lectionem in solis tantum Lovel. 2. et 4. reperi. Deinde *fuga trepidationis Gallorum* Leid. 1. et Lovel. 2.

In se quoque inpetum fieri viderint] *viderunt* Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. et ita editur Mediol. anno 1505. *viderant* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *viderent* Leid. 1. Mox *obvios caedere*, pro *caedi*, Leid. 1. et Lovel. 4. Verum ultimam syllabam *re* ex prima vocis sequentis repetitam esse ex eo constat, quod in Leid. 1. ibi pro *recepisse* scriptum sit *cepisse.*

Recepisse se in urbem] Vet. lib. *intra urbem.* SIG. Prisca lectio *in urbem* in nullo mihi cod. obvia fuit, nisi quod in Florent. ex quo nihil notatum invenio in excerptis, exstitisse videatur. Reliqui sane omnes cum Hearnii Oxoniensibus Sigonio favent, nisi quod trajectis vocibus *intra urbem se* habeant Harlej. 2. Portug. et Haverk. Ita supra Rhenanus emendavit, et in pluribus codicibus inveni 3, 4, 8. *Primo concursu pulsus se intra castra recepit.* ubi etiam *in castra* vulgo editur. Eadem etiam varietas infra obcurrit hoc lib. c. 36, 12. c. 37, 17. (* v. ad 21, 3, 1.) et alibi. *intra urbem*, ut *intra portas* paullo ante hoc cap. *Simul cum his intra portas compelluntur.*

§. 11. *Eam rem triumpho di-*

Romanis? ne nimis mirum magnumque censerent, tumultum exciere in hostium portis, majorem ipsos trepidationem ante moenia sua visuros.

XII. Itaque insequenti anno, M. Popillio Laenate, Cn. Manlio consulibus, primo silentio noctis 1

gnam visam] *Eam rem non triumpho dignam* Lovel. 2. *Eam rem tum triumpho dignam* Lovel. 4. et Fragm. Hav. *Eam rem in triumpho dignam* ed. Parm. Mox *ne minus mirum*, pro *ne nimis mirum*, Lovel. 4. Sed passim in his vocibus intempestive commutandis scribae lapsi sunt. V. infra ad 36, 9, 7.

Tumultum excire in hostium portis] Pro *excire*, quidam *exciere* reposuerunt, propter verbi significatum. Id autem num in usu sit, quem maxime spectandum existimo, haud equidem scio. Et in his verbis promiscuus est aliquando, quamquam rarus usus, ut in compositis a *sedeo* ac *sido*, apud poëtas maxime: tametsi *sedeo* ac *sido* significatione propiora sunt, quam *cieo* ac *cio* apud quosdam, Prisciano tamen idem significare videntur, GLAR. Quidam legunt *excire*. At *exciere* infinitivus verbi *excieo* est in vet. lib. SIG. *excire*, quod Glareanus probavit, tantum ex editis invenio in Ascens. ann. 1513. et 1516. ac Mogunt. idem vero ex scriptis tantum servant Lovel. 2. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Reliqui, et mei, et quos Hearne Oxonii consuluit, *exciere* defendunt. Inter quos quum sint codd. integerrimi et fide dignissimi, ab eorum lectione discedi non placet. *Exciere* autem eodem modo, ut a *conciere* est *concient* supra 1, 59, 3. *Lucretiae corpus in forum deferunt, concientque miraculo rei novae atque indignitate homines.* Ceterum *magnumque tumultum censerent*, perperam transpositis vocibus, Harlej. 2. Lovel. 5. Portug. et Haverk. Mox etiam *majorem ipsos stationem*, pro *trepidationem*, malo praefert Latinii Neapolit.

§. 1. *M. Popilio Lenate*] Ex Capitolinis tabulis *M. Popillio Laenate* scribendum est. Diodorus item [l. 16. p. 518.] *Μάρκον Ποπίλλιον Λαινάτην* consulem vocat. Duxit autem cognomen a *laena*, ut ait Cicero in Bruto [14.] *M. Popillius Laenas consul cum esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra Patres concitatione et seditione nunciata, ut erat laena amictus, ita venit in concionem, seditionemque cum auctoritate, tum oratione sedavit.* Livius item hoc anno orientem seditionem inter Patres et plebem metu Tiburtini belli compressam scribit. SIG. *Pompilio* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 5. Harlej. ambo, Florent. Gaertn. Portug. et Fragm. *Pomipilio* Klock. *Pomponio* Haverk. Sed recte Sigonius *Popillio*. V. infra ad 9, 21, 1. et 26, 6, 1. *Laenate* per diphthongum Florent. et alii exhibent; *Lenato* Voss. 1.

Cn. Manlio] Pall. pr. ac tert. *M. Mallio*. Andreae editio *C. Manlio*. GEBH. *M. Manlio*, vel *M. Mallio* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. 5. Sed saepe compendium praenominis Cnaeus

ab Tibure agmine infesto profecti, ad urbem Romam
2 venerunt. terrorem repente ex somno excitatis subita res et nocturnus pavor praebuit: ad hoc multorum inscitia, qui, aut unde, hostes advenissent.
3 Conclamatum tamen celeriter ad arma est, et portae stationibus, murique praesidiis firmati: et ubi prima lux mediocrem multitudinem ante moenia, neque alium, quam Tiburtem, hostem ostendit, dua-

Cn. abiit in *M.* sive praenomen Marcus. V. supra ad 2, 45, 12. hoc lib. c. 16, 1. 8, 17, 5. c. 18, 13. 9, 46, 1. 10, 11, 10. aliisque locis. *M. concinnius Manlio* Voss. 2. *con Manlio* Leid. 1. *cum Manlio* Fragm. Hav. *C. Manlius* Portug. *C. Manlio* Haverk. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. supra hoc lib. ad c. 3, 3. Verum in Fastis Capitolinis *CN. MANLIVS.L.F.A.N.CAPITOLINVS. IMPERIOSVS* hoc anno vocatur. Eidem etiam praenomen *Γναϊον* tribuit Diod. Sic. l. 16. p. 518. licet in nomine gentili erret, eum vel *Μαμέλιον*, vel *Μαμίλιον* adpellans. *et Cn. Manlio* Lovel. 2. Sed passim pro arbitrio librarii copulam inter duorum consulum nomina vel addiderunt, vel omiserunt. V. ad 2, 17, 1. Mox *consules*, pro *consulibus*, Voss. 2. a m. 1. *consul* a manu altera. *consule* Lovel. 3. V. ad 10, 10, 2.

Ab Tibure agmine infesto profecti, ad urbem Romam venerunt] *a Tibure* Voss. 2. Leid. uterque, Lovel. 1. 3 4. Gaertn. et Fragm. Hav. *ab Tiburte* Harlej. 2. *Tiburtes agmine infesto profecti* Lovel. 2. Deinde *ad urbem Romanam* Haverk. V. ad Epit. Liv. 49. At reliquos nihil mutantes hoc loco sequor.

§. 2. *Terrorem repente ex somno excitatis*] *e somno* Lovel. 2. *ex somno repente excitatis* alio ordine est in Gaertn. Deinde *exercitatis* legit Leid. 1. V. infra ad 10, 33, 1.

Ad hoc multorum inscitia, qui aut unde, hostes advenissent] Vet. lib. *ad haec.* SIG. Voss. uterque, Rott. *ad hoc.* J. FR. GRON. *adhuc* Leid. 1. et Lovel. 2. *ad haec* Lovel. 2. [?] Harlej. 1. Portug. et Haverk. [Veith.] reliqui mei et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. recte *ad hoc.* V. ad 21, 52, 10. et mox hoc cap. ad §. 11. Tum voces *qui aut* desunt in Lovel. 2. *qui et unde* habet Harlej. 2. Florus 2, 18. *Sine discrimine insultant: qui enim, aut unde Romani.* Quum autem exempla, quae viri docti, et in primis Cel. Dukerus, ad eum locum notarunt, utroque modo, *qui aut unde*, vel *qui et unde*, hanc formulam proferri doceant, vulgatum servo, quod pro eo et plures et meliores stent codices. Deinde *hostis advenisset* Harlej. 1. V. supra ad 5, 50, 2. Sed neque hic unum testem audiendum arbitror. *hostes accessissent* Lovel. 4. Quod ex glossa natum esse, non dubito.

§. 3. *Conclamatum tamen celeriter ad arma est*] *Conclamatum tum celeriter* Gaertn. V. ad Liv. 22, 17, 5. *Conclamatum ex-*

bus portis egressi consules utrimque aciem subeuntium jam muros adgrediuntur: adparuitque occasione magis, quam virtute, fretos venisse. adeo vix primum inpetum Romanorum sustinuere. Quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat, orientemque jam seditionem inter Patres et plebem metu tam propinqui belli compressam. Alius adventus hostium fuit proximo bello, agris, quam ur-

leriter tum Lovel. 4. Deinde *celeriter est ad arma* Gaertn. Mox *et porta stationibus*, pro *et portae*, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Gaertn. Verum ad unam portam una tantum, non plures stationes adpositae. Recte itaque vulgo *portae* editur.

Duabus portis egressi consules] *de duabus portis* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *egressi consules sunt* Fragm. Hav. Paullo ante *lux* deficit in Leid. 2. et *atque alium*, pro *neque alium*, idem praefert. *Tiburtem ostendit hostem*, transpositis vocibus, Lovel. 3.

Utrimque aciem subeuntium jam muros adgrediuntur] *utramque aciem subeuntium* invito Livio Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. Vocula *jam* deficit in Voss. 2. et Lovel. 3. *jam muros* in Hearnii Oxon. L. 2.

§. 4. *Vix primum inpetum Romanorum sustinuere*] *impetum Romanum* Harlej. 2. Tum *sustinuisse* Voss. 2. Paullo ante *magis occasione* trajectis dictionibus Lovel. 5.

Quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat] Vocula *eorum* abest a Pall. duobus MSS. GEBH. *Quin et bono* Hearnii Oxon. C. V. ad 22, 47, 9. Hinc *bona fuisse Romanis adventum* Leid. 1. *bonum fuisse Romanis adventum* Lovel. 2. et 4. Sed *bono esse* dicuntur, quae prosunt. Senec. consol. ad Polyb. 21. *Si modo id tibi futurum bono est*. 2. Nat. Quaest. 39. *Auctoritatis est, ubi post rem factam venit, quam futuram bono malove significat*. Tum *eorum* non adparet etiam in Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox *inter Patres plebem*, pro *et plebem*, Florent. *inter Patres ac plebem* Lovel. 4. Deinde *compressurum*, pro *compressam*, Gaertn. et Hearnii Oxon. B.

§. 5. *Alius adventus hostium fuit proximo bello*] Legendum *anno*. Id patet ex mutatis consulibus. Istud *bello* natum ex versu superiore. Deinde quid esset *propinqui belli*, et mox *proximo bello*? T. FABER. Recte *bello*, non *anno*. Nam eodem fuit adventus, etsi sequentis anni consules bellum gesserint. J. FR. GRON. Vulgatam lectionem contra Fabrum defendit etiam Doujatius, Gronovio consentiens, cujus tamen notam videre non potuit, quoniam ex numero earum sit, quae demum post mortem ejus adparuerunt in ed. anni 1679. eamque editionem non

6 bi, terribilior. Populabundi Tarquinienses fines Romanos, maxime qua ex parte Etruriam adjacent, peragravere: rebusque nequidquam repetitis, novi consules C. Fabius et C. Plautius jussu populi bellum

acceperit, nisi jam magna parte belli Punici typis descripta.

Agris, quam urbi, terribilior] Pall. duo *agris, quam terribilior urbi.* sec. *agris terribilior, quam urbi.* GEBH. *agris, quam terribilior urbi* Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 1. Klock. et Fragm. Hav. *agris terribilior, quam urbi* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith. qui *urbe.*] Voces *quam urbi* omitti in Oxon. B. Cl. Hearne monuit.

§. 6. *Maxime qua ex parte Etruriam adjacent*] Vet. lib. *qua ex parte Etruria adjacet.* Probo. SIG. Probe Pall. MSS. bini, pr. ac tert. *qua ex parte Etruriam adjacent.* Placet tamen Sigonio, quod reperit in codice nihili, repetiturque in Pal. sec. *Etruria adjacet.* GEBH. Liv. 26, 42, 4. *Hispaniae ora, quae nostro adjacet mari.* Tamen etiam quarto casu uti potuit, ut alii, quorum loca habet Oudendorp. ad Frontini 3, 9, 5. Scriptura quidem ubique variat, sed hoc a scribis profectum videri potest, qui plerumque secuti sunt usitatiora. In Caesare 6. B. G. 33. pro vulgato *ad eam regionem, quae Atuaticis adjacet,* MS. meus habet *quae ad Vatucos adjacet,* et alterius libri excerpta penes me *ad Aduaticos,* ut Mela 1, 7. *ad Syrtim adjacent.* Nec erat, cur Lambinus ad Lucret. 5, 546. tam graviter inveheretur in Gifanium pro eo, quod ipsi placebat, *quoi quae adjaceat res,* legentem *quid quae adjaceat res.* Nam quum in plerisque MSS. etiam Lambiniana, sit *quid,* et cetera, tam in scriptis, quam editis, varie legantur, Gifanius non minus recte, immo rectius, potuit retinere *quid,* quam Lambinus id mutare in *quoi.* DUK. *qua ex parte Etruria adjacet* Gaertn. *qua parte Etruria adjacet* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *qua ex parte silvestria adjacent* Lovel. 2. Sed *qua ex parte,* ut supra hoc lib. c. 3, 5. *Fixa fuit dextro lateri aedis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervae templum est.* ubi v. Gronov. Deinde *Etruriam adjacent* servant quidem integerrimi plurescque alii codd. atque ita saepe Avienum in descript. orb. locutum esse, docuit Inl. N. Heinsius ad Val. Flacc. 5, 536. quum tamen Avienus et poëta, et aliquot seculis Livio junior sit, et non modo ex Livio aliud ejusdem locutionis exemplum non notaverim, verum etiam omnia illa, quae laudantur ex melioris Latinitatis scriptoribus, ob codd. dissensum dubia sint, hinc vel cum Sigonio *Etruria adjacet* legendum puto, vel minima mutatione refingendum *Etruriae adjacent.* Nam ita loquitur supra 2, 49, 9. *Tota regione, qua Tuscus ager Romano adjacet.* Praeterea *maxima,* pro *maxime,* Leid. 1. et Haverk.

Novi consules C. Fabius et C. Plautius] Diodorus [l. 16. p. 522.] *Μάρκον Φάβιον* et *Γάϊον Πλώτιον* edit. SIG. Admodum variant aberrantes librarii. *novi consules is cum Fabius et C. Plautius* habet Voss. 1. *novi consules iis. cons. Fabius et C. Plau-*

xere; Fabioque ea provincia, Plautio Hernici
ıere. Gallici quoque belli fama increbrescebat. 7
inter multos terrores solatio fuit pax Latinis
ntibus data, et magna vis militum ab iis ex foe-

Harlej. 1. *novi consules iſ.* . *et cōs. Plaucius* Leid. 1. *consules hi sunt consul Fa- et Cornelius Plautius* Voſſ. *ıvi consules hiis cum Fa- et Plautius* Lovel. 1. *novi les II. C. sunt et C. Plau-* 'ragm. Hav. a m. 1. *novi les C. sunt C. Fabius et C. tius* a m. 2. *novi consules Fabius et Plautius* Leid. 2. *onsules facti et cons. Plau-* ovel. 2. *novi consules S. C. rnelius Plautius* Lovel. 3. *consules sunt C. Fabius et lius Plautius* Gaertn. *no- ısules facti his Q. Fabius Plautius* Lovel. 4. *novi con- facti Q. Fabius et C. Plau-* ovel. 5. *novi consules Q. s et Aemilius Plautius* Ha- *novi consules Quintus Fa- et Plautius* Harlej. 2. *novi les Q. Fabius et C. Plau-* ortug. et Hearnii Oxon. B. Sed priorem consulem *C. m* dictum fuiſſe exiſtimat ıs in Annal. ad ann. cccxcv. . quod Livius ipsum ita odum vocat interregem et larem c. 17. Alterius con- nomen integrum exſtat in Capitolin. *C. PLAVTIVS . P. N. PROCVLVS.*) ante *nequiquam* Flo- V. infra ad 40, 47, 9. In sequentibus *indixere bel.* 'ragm. Hav. *bellum indi-* Lovel. 2.

ioque eo provincia, Plautio ci evenere] Copula *que* non icitur in Lovel. 4. Tum *ciae venere* Leid. 1. *Her- venere* Harlej. 1. *Hernici e* Haverk.

§. 7. *Gallici quoque belli fama increbrescebat*] *increscebat* Leid. 2. et quaedam ex principibus edd. quam lectionem vel ex librarii errore, vel ex interpretatione marginali natam puto. *increbrescere* enim eſt crebrior fieri, augeri, crescere. V. Barthium ad Statii 4. Theb. 30. *increpescebat* Leid. 1. *increbescebat* Lovel. 1. et Fragm. Hav. De orthographia hujus verbi v. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 11. Adde etiam, quae notavi ad Silii 10, 1. (* ad Liv. 45, 1, 3.) Vulgatam scribendi rationem, in quam saepe optimae notae codices consentire solent, et hic etiam plerique consentiunt, servavi. Ita Barthius apud Stat. l. l. edidit *crebrescere*, idemque licet in contextu *increbescere* retinuerit, optimum tamen Miſtum *crebrescere* legere profeſſus eſt ad 5. Theb. 490. V. etiam infra ad 8, 8, 11. et Torrent. ad Suet. Tib. 11.

Solatio fuit pax Latinis petentibus data] Vox *Latinis* non conspicitur in Leid. 2. *pax Latinis petita data* habet Portug.

Ex foedere vetusto, quod multis intermiserant annis, accepta] Quod ictum cum Latinis erat victis ad lacum Regillum. Livius l. 2. SIG. Praepositio *ex* deeſt in Lovel. 2. et quibusdam edd. vett. Deinde *intermiserint* idem codex. Tum *esset*, pro *accepta*, Lovel. 4. Ceterum Doujatius existimat, Livium etiam respicere potuiſſe ad foedus cum Tarquinio Superbo initum, de quo egit Livius 1, 52. Verum quum ibi *foederis renovati* mentio fiat,

dere vetusto, quod multis intermiserant annis, ac-
8 cepta. quo praesidio quum fulta res Romana esset,
levius fuit, quod Gallos mox Praeneste venisse, ac-
9 que inde circa Pedum consedisse, auditum est. Dictatorem dici C. Sulpicium placuit. consul ad id adcitus C. Plautius dixit. magister equitum dictatori additus M. Valerius. Hi robora militum, ex duobus consularibus exercitibus electa, adversus Gal-

(quemadmodum post pugnam ad lacum Regillum foedus antea factum cum gente Latina Romani renovarunt, teste Dionys. 6. Ant. p. 356. et 358.) et Dion. Halic. l. 4. p. 249. Tarquinium principem gentis suae a Latinis creatum dicat *ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς δικαίοις, ἐφ' οἷς Ταρκύνιόν τε τὸν πάππον αὐτοῦ ἐποιήσαντο, καὶ μετὰ ταῦτα Τύλλιον*, verius videtur, Livium, si non ad foedus post proelium ad Regillum lacum initum respexit, aeque ad foedus tempore Tarquinii Prisci, quam Tarquinii Superbi, compositum respicere potuisse; cujus hanc conditionem fuisse refert Dionys. l. 3. p. 191. ut Latini facerent, quaecumque Romani juberent. Et ita T. Manlius consul Latinis in memoriam revocat foedera, quae L. Tarquinius cum ipsis fecit, infra 8, 5, 9.

§. 8. *Quo praesidio quum fulta res Romana esset*] *quorum praesidio* Voss. 1. a m. 1. *quo praesidio confulta res* Leid. 1. V. superius notata ad 4, 24, 7.

Levius fuit, quod Gallos mox Praeneste venisse, etc. *Dictatorem dici C. Sulpicium*] Hic est quartus Gallorum in Romanos impetus C. Sulpicio dictatore repressus: de quo sic Appian. in Celtica: *Μετὰ δὲ Βοιοὶ Κελτικὸν ἔθνος θηριωδέστατον ἐπῆλθε Ρωμαίοις καὶ αὐτοῖς Γάϊος Σουλπίκιος δικτάτωρ μετὰ στρατιᾶς ἀπήντα.* SIG. Vocula *quod* et mox *τὸ est* desunt in Voss. 2. et Lovel. 3. quae etiam omitti possent, si aliorum auctoritas concineret. Nam *auditum Gallos mox Praeneste venisse fuit levius* eodem modo dictum est, quo supra 4, 16, 4. *Refellit falsum imaginis titulum paucis ante annis lege cautum, ne tribunus collegam cooptare liceret.* et 53, 1. *Ni degeneratum in alios huic quoque decori obfecisset.* ubi plura vide. Nunc duobus his credere nequeo. Tum *mox Gallos* transpositis dictionibus Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. At illud *mox* deficit in Voss. 2. et Lovel. 1.

Circa Pedum consedisse] Palat. sec. *circa Padum.* GEBH. Ita et Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. 2. 4. ac 5. errore librariorum, qui vocem minus notam in notiorem commutarunt. Similiter lapsi sunt typographi in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 9. *Consul ad id adcitus C. Plautius dixit. magister equitum dictatori additus M. Valerius*] Palat. sec. *C. Plantius.* Sensus autem hujus loci clarissimus est, videlicet ab C. Plautio ad id accito dictum fuisse dictatorem C. Sulpicium, quem densa cali-

los duxerunt. Lentius id aliquanto bellum, quam 10
parti utrique placebat, fuit. quum primo Galli tantum avidi certaminis fuiſſent, deinde Romanus miles, ruendo in arma ac dimicationem, aliquantum Gallicam ferociam vinceret; dictatori neutiquam 11
placebat, quando nulla cogeret res, fortunae se committere adversus hostem, quem tempus deteriorem in dies et locus alienus faceret, sine praeparato

gine turbant duo Pall. *consul ad id accitus C. Plautium dixit magistrum equitum. Dictatori additus M. Valerius.* GEBH. Turbantibus Pall. concinunt Lovel. 2. et 3. nisi quod eorum prior insuper legat *additur*. Praeterea *accitus M. Plantium dixit* eſt in Voſſ. 2. *accitus C. Plautius dixit magistrum equitum* in Leid. 2.

Ex duobus consularibus exercitibus electa, adversus Gallos duxerunt] *ex duobus exercitibus consularibus* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *erecta* Leid. 1. V. infra ad 28, 36, 7. Sed vox *electa* exsulat a Lovel. 2. quemadmodum *Gallos* ab Harlej. 1. Deinde *duxere* habet Lovel. 4.

§. 10. *Lentius id aliquantum bellum, quam parti utrique placebat, fuit*] Lege *aliquanto*. GELEN. Ita praeferunt etiam omnes codd. mei. Praeterea *Tentius*, pro *Lentius*, Florent. *Letitius* Lovel. 2. Tum *parti utrinque placebat* Lovel. 2. et Harlej. 1.

Deinde Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem] Pall. duo *deinde cum Romanus miles ineundo in arma*. GEBH. Similiter peccatur in Voſſ. 2. et Lovel. 3. *tuendo*, pro *ruendo*, habet Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *in arma ad dimicationem* Gaertn. Quod referri poſſet ad morem Livii, qui ita praepositiones variare solet: de quo dictum eſt supra ad 6, 28, 3. nisi alii omnes vulgatum servantes clamarent, unius iſtius librarium voculas *ac* et *ad* commutaſſe; ut saepe alibi factum eſſe, infra videbimus ad 21, 32, 2.

§. 11. *Dictatori neutiquam placebat*] Pall. tres *ne utique*. GEBH. Ita et Lovel. 2. 3. Harlej. 2. et Haverk. *dictatori utique placebat* Lovel. 4. *dictatori neutiqualis utique placebat* Lovel. 5. *neutique*, vel *ne utique*, omnes excusi usque ad Modium, qui *neutiquam* vulgavit. Sed prius placuiſſe Paraeo in Lexic. Crit. auctor eſt Hearnius.

Quem tempus deteriorem in dies et locus alienus faceret] Exstat haec lectio in Palat. sec. et antiquiſſima Andreae recensione, quam non improbo, praeferens longe illi, quae habetur in Pall. reliquis et Camp. *et locis alienis faceret*. GEBH. *et locis alienis faceret* etiam Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 3. Harlej. 1. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. Mihi vulgatum non movendum videtur. Saepe *tempus* et *locum*

commeatu, sine firmo munimento morantem. ad hoc iis animis corporibusque, quorum omnis in inpetu
12 vis esset, parva eadem languesceret mora. His consiliis dictator bellum trahebat, gravemque edixerat poenam, si quis injussu in hostem pugnasset. Milites, aegre id patientes, primo in stationibus vigiliisque inter se dictatorem sermonibus carpere; inter-

hoc modo jungi, olim monui ad Silii 5, 86. Ita supra 1, 9, 6. *Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus.* hoc lib. c. 14, 3. *Ipsos sibi locum ac tempus pugnandi sumturos.* 22, 39, 12. *Meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diesque facit.* 33, 37, 7. *Si tempore locoque ad certamen destinatis, praeparatis animis concurrissent.* 34, 19, 6. *Diem locumque constituant, ubi secum armis decernant.* (* c. 30, 5.)

Sine praeparato commeatu, sine firmo munimento morantem] Verba *sine praeparato commeatu* deficiunt in Hearnii Oxon. L. 2. neglegentia librarii omissa ob vocis *sine* repetitionem. V. infra ad 9, 11, 11. *sine praeparatu commeatus* perperam praefert Harlej. 2. Deinde *sine monumento* Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. sollemni librariorum lapsu. V. supra ad 4, 10, 6.

Ad hoc iis animis corporibusque] *ad haec* Lovel. 4. Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. *adhuc* Leid. 2. V. supra hoc cap. §. 2. Deinde *corporibus animisque* Voss. 1. Leid. uterque, Lovel. quinque, Harlej. ambo, Portug. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et Gaertn.

Quorum omnis in inpetu vis esset] Abest a Pall. praepositio *in*. Sed non itidem a priscis illis editionibus. GEBH. Abest etiam a Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. et Harlej. 2. quomodo etiam infra peccatur 10, 14, 12. Sed omnino τὸ *in* intercidit ob primam syllabam vocis sequentis. V. infra ad 8, 33, 6. Praeterea *omnis primo in impetu* Portug. in margine. Tum alio ordine *esset vis* Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *in impetu vis, et parva eadem* Klock.

§. 12. *Si quis injussus in hostem pugnasset*] Vet. lib. *injussu*. Probe. sic enim et l. 3, [63, 5.] *Populus injussu et altero die frequens supplicatum iit.* SIG. Recte *injussu* Sigonius. Ita enim omnes mei et Hearnii Oxonienses codd. ac cum illis ed. Parm. praeferunt, et Livius saepissime locutus est. 2, 43, 9. *Injussu signa referunt, moestique redeunt in castra.* 4, 29, 5. *Quod occasione bene pugnandi captus injussu decesserit praesidio.* c. 32, 11. *Magistro equitum praecipit, ne injussu pugnam incipiat.* ubi etiam male quidam codd. *injussus.* 5, 19, 9. *A procursationibus edicto, ne quis injussu pugnaret, ad opus milites traducti.* 10, 4, 9. *Nec tamen injussu movere auderent.* c. 38, 3. *Qui*

interdum Patres communiter increpare, quod non jussissent per consules geri bellum. *Electum esse eximium imperatorem, unicum ducem, qui nihil agenti sibi de coelo devolaturam in sinum victoriam censeat.* 13
Eadem deinde haec interdiu propalam, ac ferociora his, jactare; *se injussu imperatoris aut dimicaturos, aut agmine Romam ituros.* Inmiscerique militibus centuriones: nec in circulis modo fremere, sed jam in 14

juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset. 40, 35, 7. *Ut non ultra retineri posse in provincia viderentur, injussuque inde abituri essent.* V. Sigon. ad 3, 63, 5.

Dictatorem sermonibus carpere, interdum Patres communiter increpare] *sermonibus capere* Leid. 2. et Harlej. 1. De quo errore supra v. ad 6, 32, 11. Deinde *comiter*, pro *communiter*, Ascensius, quomodo saepe *comis* et *communis* commutantur. V. ad 25, 12, 9. Hic autem operae errarunt, quod in prioribus edd. *coïter* per compendium scriptum invenissent. Praeterea *increpere* perperam Voss. 2. et Lovel. 3. Paullo ante *Milites id aegre patientes* alio ordine Leid. 1. et Haverk.

Quod non jussissent per consules geri bellum] *per consulem geri bellum* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. ad 10, 10, 2. *per consules id geri bellum* Leid. 2.

§. 13. *Eadem deinde haec interdiu propalam ac ferociora his*] *Eadem inde haec* Lovel. 5. [*interdum* Veith.] Tum *ac ferocia his* Leid. 2. ac Lovel. 1. Paullo ante pronomen *sibi* deerat in Leid. 2.

§. 14. *Nec in circulis modo fremere, sed jam in principiis ac praetorio in unum sermones confundi*] Veget. 2, [7.] *Principia* principales milites aït fuisse, qui privilegiis municbantur, ut tribuni, ordinarii, aquiliferi. Hoc loco *in principiis* est in coetu principalium militum. SIG. *Principia* locus in castris, ubi jus reddebatur. V. Turneb. 3. Advers. 9. Torrent. in Sueton. Oth. 1. Lipsium ad Taciti 1. Hist. [48.] et 3. Hist. [13.] Adde P. Victorium 3. Var. Lect. 6. Cicer. lib. singulari epist. ad Brutum Ep. 10. in fine, ubi pro *castrorum praesidiis* legendum est *principiis*. et Stewich. ad Vegetii 1, 20. KLOCK. Immo potius *in principiis*, id est, in celeberrimo illo loco castrorum, cui *principia* nomen erat, in quo semper magna multitudo militum versabatur. 28, 25, 5. *In principiis praetorioque, ubi sermones serentium circulos vidissent, alloquebantur.* et alibi saepe eadem significatione apud Livium et alios. *Circuli* hic sunt coetus alio loco castrorum, quam in principiis et praetorio fabulantium. Verba Vegetii 2, 7. ad militiam inferiorum temporum pertinent. DUK. *neque in circulis* Gaertn. Deinde *in principibus* Fragm. Hav. de quo errore v. ad 22, 8, 7. Miror autem, Sigonium per *prin-*

principiis ac praetorio in unum sermones con
atque in concionis magnitudinem crescere tur
vociferari ex omnibus locis, *ut extemplo ad d*
rem iretur: verba pro exercitu faceret Sex. Tulli
virtute ejus dignum esset.

1 XIII. Septimum primum pilum jam Tullius
bat; neque erat in exercitu, qui quidem ped

cipia hic intellexiſſe coetum militum principalium: per quae recte Klockius intelligit locum in caſtris, de quo agit Lipsius 5. de Milit. Rom. Dial. 4. Eum autem innui patet ex voce addita *praetorio*. *Principia* autem et *praetorium* etiam infra junguntur 28, 25, 5. *Circumeuntes enim tentoria primum, deinde in principiis praetorioque, ubi sermones inter se serentium circulos vidissent, adloquebantur.* Ex quo loco colligi poteſt, *principia* et *praetorium* fuiſſe loca caſtrorum celeberrima ac frequentiſſima, in quibus milites, itidem ut etiam hic feciſſe dicuntur, consiſtentes conloquebantur. Indicat igitur Livius, milites consilium dictatoris primo clam damnaſſe noctu in stationibus ac vigiliis; deinde id propalam interdiu in circulis feciſſe; iis paullatim etiam centuriones sese inmiscuiſſe; tandemque eo audaciae processisse, ut non modo de ea re in partibus caſtrorum remotioribus, ubi minus observari poterant, verum etiam in locis celeberrimis, ubi magna semper hominum multitudo obversabatur, qualia erant principia ac praetorium, inter se conloqui ausi fuerint. Paullo ante *Inmiscerique jam militibus* edd. Mediol. anni 1480. Tarvisina utraque, et aliae eas secutae usque ad Aldum, qui voculam *jam*, neque in scriptis neque in edd. principibus inventam, delevit.

In concionis magnitu crescere turba] Pall. duo *tudine*. GEBH. *in concio gnitudine* etiam Voſſ. 2. Lovel. 3. 4. Harlej. 1. et [*atque concionis mag* Veith.] Deinde *crescere* Gaertn. cum edd. Me 1480. Tarvisina utraqu ximis usque ad Mogunt iterum *turba* reposu illa deficit in Leid. 1. 2. ac 5.

Vociferari ex omni ut extemplo] Pall. tres ni quoque editio *vocif* 14, 7. iidem libri, *vo se in auctoritate Tare manere.* 10, 28, 12. Pall. omnes, *Vociferar* GEBH. *vociferatione* L *ciferare* Voſſ. ambo, Le vel. quinque, Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Fra sine dubio scribarum infra ad 8, 38, 13. Dein *templo* Haverk. de quo ad 21, 28, 9. In praec τὸ *et* ante *vociferari* Lovel. 5.

Verba pro exercitu Sex. Tullius] Quidam *Servium* habebant, qui *tum*. Sed fortaſſis Serv sexti Romanorum regi

stipendia fecisset, vir factis nobilior. is, praecedens 2
militum agmen, ad tribunal pergit; mirantique Sulpicio non turbam magis, quam turbae principem Tullium, imperiis obedientissimum militem, *Scilicet,* 3
dictator, inquit, *condemnatum se universus exercitus a te ignaviae ratus, et prope ignominiae caussa destitutum sine armis, oravit me, ut suam caussam apud te agerem.*

errorem librariis dederit. GLAR. *Ser. Tullius* vel *Servius Tullius* omnes editi usque ad Frobenium, qui anno 1531. dedit *Sex. Tullius*, quemadmodum praeferunt, quibus usus sum, scripti codices.

§. 1. *Septimum primum pilum jam Tullius ducebat*] V. Lipsium de Milit. Rom. 2. Dial. 8. DUR. *primipilum* Leid. 2. Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et editi usque ad Aldum, qui vulgavit *primum pilum*, ut habent reliqui scripti, nisi quod in Block. sit *Septimum pilum*. Recepta lectio verior est. Infra 42, 34, 11. *Quater intra paucos annos primum pilum duxi.* Cic. ad Brutum Epist. 8. *Nasennius Cretensi bello Metello imperatore octavum principem duxit.* Praeterea τὸ *jam* deest in Lovel. 2. cujus loco *atque* exstat in Lovel. 5. Deinde *Tullius duxerat* Lovel. 2. Quod enim tum maxime primum pilum duxerit, caussa fuit, cur electus sit, ut pro exercitu verba faceret. Ceterum quanta antiquitatum Romanarum notitia instructus fuerit Doujatius, docet paraphrasis, qua haec verba exposuit. „Tullius Sextus „hic septem jam annos legioni „praeerat tamquam proximi pi„li centurio." Verum quis est proximi pili centurio? at forte scribere voluit primi pili centurio. Sed an primi pili centurio praeest legioni? Expone igitur: Septimum Tullius jam erat centurio primi pili. De centurione primo pilo v. supra ad 2, 27, 6.

Qui quidem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior. is praecedens] Desideratur in Pall. duobus optimis vox *stipendia*. GEBH. Desideratur etiam in Voss. 2. et Lovel. 3. sed, ut videtur, errore scribarum. Deinde *stipendia egisset* Hearnii Oxon. B. Perperam. Supra 3, 27, 1. *Quum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset.* 10, 25, 1. *Tanta cupiditas erat sub eo duce stipendia faciendi.* 42, 34, 14. *Imperatores mei, et qui una stipendia fecerunt, testes sunt.* Et ita saepius ipse et alii. Praeterea *vir factis nobilioribus. praecedens* Lovel. 1. *vir facti nobilioris. praecedens* Voss. 2. et Lovel. 3. Paullo ante τὸ erat deficit in Leid. 2.

§. 2. *Turbae principem Tullium, imperiis obedientissimum militum*] Vet. lib. *militem*. SIG. *militem* non modo constanter servant codd. mei, et quibus Cl. Hearne Oxonii usus est, verum etiam omnes typis exarati usque ad Curionem, qui *militum* dedit. Paullo ante *morantique*, pro *mirantique*, Lovel. 3. sed copula *que* deficit in Fragm. Hav.

§. 3. *Scilicet, dictator, inquit, condemnatum se universus ex-*

4 *Equidem, sicubi loco cessum, si terga data hosti, si signa foede amissa objici nobis possent, tamen hoc a te impetrari aequum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere, et abolere flagitii memoriam nova gloria pate-*
5 *reris. Etiam ad Alliam fusae legiones eamdem, quam per pavorem amiserant, patriam, profectae postea ab Vejis, virtute recuperavere. nobis, Deûm benignitate,*

ercitus a te ignaviae ratus, et prope] *Si licet, dictator, inquit* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 5. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. De hoc errore supra v. ad 3, 19, 9. *Sil'r dictator, inquit*, id est *Similiter*, Gaertn. Deinde *inquit ex duobus universus exercitus a te ignominia ejectus, et prope* Lovel. 3. sine sensu. Tum *destitutus* Lovel. 2. 4. et Fragm. Hav. [Veith.] Sed alterum praestare puto.

Oravit me, ut suam caussam apud te agerem] Palat. sec. *oravit me, suam caussam apud te agerem*. Ita fine cap. Pall. duo MSS. pr. ac tert. *Te, imperatur, milites tui oramus, nobis pugnandi copiam facias.* utrinque exclusa conjunctione *ut*. GEBH. Omnes nostri hoc loco vulgatum servant. at alio ordine vocabulorum *ut apud te suam caussam agerem* habet Gaertn.

§. 4. *Si terga data hosti, si signa foede amissa objici nobis possent*] Posteriori loco *τὸ si* omittunt Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Florent. Portug. et Haverk. Verum illud a vocis sequentis prioribus literis interceptum puto. V. infra ad 34, 58, 10. Elegans autem est illa repetitio hujus voculae, de qua supra v. ad 3, 17, 3. Praeterea male *objici nobis possunt* Lovel. 4. [Veith.] Paullo ante *En quidem*, pro *Equidem*, Lovel. 4. *Et quidem* Gaertn. [Veith.]

Tamen hoc a te inpetrari aequum censerem] *tū hoc a te* Lovel. 5. et Gaertn. [*tum a te hoc* Veith.] V. ad Liv. 22, 17, 5. *tamen a te hoc* Lovel. 2. *tamen a te haec* Lovel. 4. *tamen haec a te* primae edd. usque ad Aldum, nisi quod in Parm. desit etiam vox *tamen*. Deinde *imperari* Leid. 2. et Lovel. 1. Mox *nostram culpam* trajectis vocibus Harlej. 2. et Portug. Tum *pateris*, pro *patereris*,, forte quod olim *pat'eris* scriptum fuisset, et addita nota evanuerit, Leid. 1. *patueris* Gaertn.

§. 5. *Etiam ad Alliam fusae legiones*] *ad Albam* Leid. 2. *ad Aliam* Leid. 1. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. 1. Florent. et Klock. V. ad Epit. Liv. 5. Praeterea *fuisse legiones* Leid. 2.

Profectae postea ab Vejis virtute recuperavere] *ab ejus* Voss. 1. Lovel. 1. 5. Portug. a m. 1. et Haverk. *ab hostibus ejus* Leid. 2. *ab eis* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. 1. Klock. et Fragm. Hav. *ab eis Veis* Gaertn. duplici lectione juncta, ut saepe factum. Tum *recuperavere virtute* Lovel. 4. Mox *felicitati tuae populique Romani* Voss. 2. et Lovel. 3. *felicitate tua populo Romano* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *felicitate tua populi Romani* Gaertn.

§. 6. *Si nos et hostes haud in-*

felicitate tua populique Romani, et res et gloria est integra. Quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos 6
et hostes haud secus, quam foeminas, abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt; et tu imperator noster, quod aegrius patimur, exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus judicas esse; et prius, quam expertus nos esses, de nobis ita desperasti, ut te mancorum

cus, quam feminas, abditos intra vallum etc. *eludunt*] *sed nos hostes* Lovel. 2. *si nos hostes* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 5. Praeterea *abditas* Klock. et editi ante Aldum, qui primus dedit *abditos*, quomodo est in reliquis scriptis, nisi quod manifesto errore librarii *abditus* habeat Gaertn. Tum *coñ vallum*, id est *contra*, idem Gaertn. Doujatius conjicit, non male forte legi posse *sic nos et hostes* etc. *eludunt*. Immo longe pejus, ut patebit, si voculam illam repetamus in duobus sequentibus hujus periodi membris, *et sic tu imperator noster* etc. *judicas, et sic* etc. *de nobis ita desperasti*. Illa enim, quae hic ponitur, ibi subintelligenda est: quod commode procedit, si hic vulgatum servemus. Illud autem *si* hoc loco non est conditionale, sed caussale. Dicit enim Tullius, se de gloria vix dicere audere, *si*, id est siquidem, quoniam hostes eludunt milites Romanos omnibus contumeliis, quoniam imperator milites suos sine manibus esse judicavit, quoniam denique de illis desperavit, priusquam eos expertus esset. Ita supra 4, 3, 9. *Obsecro vos, si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimur, ne ea quidem scimus, quae omnes peregrini etiam sciunt?* 30, 30, 3. *Si hoc ita fato datum erat, ut, qui primus bellum intuli populo Romano, is ultro ad pacem petendam venirem, laetor te mihi sorte potissimum datum, a quo peterem.* Virgil. 1. Georg. 7.

Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista, etc.
Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellae.

Ubi Servius *si* pro *siquidem* poni notavit. Simili modo particulam *εἰ* quum apud sacros N. Testamenti scriptores, tum apud Polybium adhiberi, docuit diligentissimus Raphelius ad Lucae Act. Apost. 4, 9. V. Cel. Perizon. ad Aelian. 3. Var. Hist. 18. p. 217. Et ita forte illud *εἰ* accipiendum est in verbis diaboli, *εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ*, *quoniam filius Dei es*, apud Matth. 4, 3. et 6. apud Lucam 4, 3. et 9. Ceterum paullo antea male vocula *vix* deficit in Lovel. 5. Harlej. 2. et Haverk.

Quod aegrius patimur, exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus judicas esse] *quod egregius patimur, et exercitum* sine sensu Gaertn. *egregius* etiam Haverk. Tum *et exercitum tuum* Voss. 2. Lovel. 2. 3. *patimur exercitus*, omissa voce sequenti, Harlej. 2. Tum *sine armis* omisit Fragm. Hav. At verbis transpositis *sine armis, sine animis, sine manibus* praeferunt Gaertn. et pleraeque ve-

7 *ac debilium ducem judicares esse. Quid enim aliud esse caussae credemus, cur veteranus dux, fortissimus belle, compressis, quod ajunt, manibus sedeas? utcumque enim se habet res, te de nostra virtute dubitasse videri, quam*
8 *nos de tua, verius est. Sin autem non tuum istuc, sed publicum est consilium, et consensus aliquis Patrum,*

terum edd. usque ad Aldum, nisi quod voces *sine animis* desint in ed. Parm.

Et prius, quam expertus nos esses] *nos expertus esses* Haverk. *expertus nos omnes esses* Lovel. 5. Voces autem *et prius, quam* etc. *judicares esse* desunt in Lovel. 3. cui errori occasionem dedit repetitio vocum *judicas esse* et *judicares esse*. V. infra ad 9, 11, 11. Tum *uindicares*, pro *iudicares*, Harlej. 1. Passim *iudicare* et *uidicare* commutantur. V. ad 39, 47, 2.

§.7. *Quid enim aliud esse caussae credemus*] *Quod enim aliud* Lovel. 3. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Tum *credemus caussae* Harlej. 2. *credimus caussae* Portug. et Haverk. *credimus* etiam Hearnii Oxon. B. *credamus caussae* Leid. 2. Voss. 1. et Lovel. 1. ac 5. *caussae credamus* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. et N. atque omnes typis excusi usque ad postremam Gruteri editionem, quae recepit *caussae credemus*, a recentioribus omnibus postea adoptatum.

Compressis, quod ajunt, manibus sedeas] *comprehensis* Leid. 2. et Lovel. 1. *comprehensus* Voss. 1. et Lovel. 1. Alibi saepe haec verba a librariis permutantur. V. infra ad 30, 10, 5. Deinde *manibus sedeat* Lovel. 4. et Harlej. 1. Sed *imperator sedeas* dictum est, ut *Achaei sustinebimus* 32, 21, 16. ubi plura vide. Corruptius *sed ea* Lovel. 2. 5. Gaertn. et Portug. *se dea* Leid. 1. *sedes* ed. Mediol. anni 1480. quod in quibusdam proximis superest, usque ad Mediol. anni 1505. quas *sedeas* restituit, eam lectionem Ascensio annis 1513. et 1516. et mox aliis probantibus.

Utcumque enim se habeat res] *habet* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. quinque, Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et editiones Rom. anni 1472. et Parm. Sed *habeat* earum, quas vidi, editionum prima exhibet Mediol. anni 1480. et post illam reliquae omnes. Plurium itaque ac meliorum codicum lectionem revocavi. Supra in Praefat. *Utcumque erit, juvabit tamen*. 37, 54, 7. *Utcumque tamen res se habet, magis verecundia nostra adversus regem nobis obstat*. 45, 8, 5. *Utcumque tamen haec, sive errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt, bonum animum habe*. Praeterea *sed ea utcumque se habet res* Haverk. Verum illud *sed ea* natum est ex voce praecedenti *sedeas*, proque etiam alii codices *sed ea* per errorem scribarum praeferunt: ut hujus cod. librarius utramque illam junxerit. V. ad 3, 44, 4. *Tò enim* deficit etiam in Lovel. 2. at voce addita *ea res* Hearnii Oxon. L. 2. Ceterum iidem typis descripti, qui *habeat* exhibent, etiam *tò se* omiserunt, et verba ita invertunt, *utcumque enim res*

llicum bellum, nos ab urbe, a penatibus nostris
s tenet; quaeso, ut ea, quae dicam, non a mili-
nperatori dicta censeas, sed a plebe Patribus;
icut vos vestra habeatis consilia, sic se sua habi-
licat. Quis tandem succenseat, milites nos esse, 9
vos vestros? ad bellum, non in exsilium, missos?

Utrumque diei potest *ut-*
es habet, et *utcumque*
bet. V. supra ad 5, 5,
13, 39, 9. Codicum ita-
ritatem sequi, praestare

on tuum istuc, sed pu-
est consilium] *istud*
Lovel. quinque, Portug.
Haverk. et Hearnii O-
s. Et ita etiam edide-
iol. anno 1480. eosque
oximi usque ad Aldum,
erum *istuc* restitutum
terea *τό est* deficit in

sus aliquis Patrum,
licum bellum, nos ab
Penatibus nostris able-
net] *consensus aliqui*
Voss. 1. Harlej. 1. et
V. ad 28, 3, 12. *aliquid*
tota autem vox illa de-
Voss. 2. Leid. 2. Lovel.
ragm. Hav. quemadmo-
um in Lovel. 2. Praeter-
natibus Portug. et Ha-
m *obligatos* Voss. 2. et
1. anni 1472. ac Parm.
pra 1, 35, 2. *Pueros ve-*
blegavit. Ubi quaedam
58, 12. *Eam procul ha-*
ue ablegari. 5, 2, 4. *Re-*
n perpetuum et ablega-
rbe et ab republica ju-
1. 44, 44, 8. *Per hanc*
Thracibus ablegatis
ausit. Similiter librarii
t supra 4, 58, 12. Solent
rba cum *ob* et *ab* com-
posita inter se commutari. V. supra ad 2, 37, 9.

Quaeso, ut quae dicam] Rott. Voss. uterque, Flor. Helm. *ut ea quae*. J. FR. GRON. Ita etiam omnes mei, omnesque Hearnii codices Oxonienses. Mox *ab militibus imperatori dicta*, pro *a militibus*, Portug. et Haverk.

Quae, sicut vos vestra habeatis consilia, sic se sua habituram dicat] Conversio est sermonis satis dura, quam praemollivit tamen Tullius. GLAR. *et ut vos vestra* Lovel. 2. *quae ut vos vestra* Lovel. 4. V. infra hoc lib. c. 35, 10. *quae sicut vestra* Voss. 2. Deinde *habetis* Lovel. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Tum *sua* omittitur in Leid. 2. Insuper *habitura* Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 5. Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Denique *dicam* Lovel. 3. Sed illud verbum deficit in Leid. 1. et Lovel. 2.

§. 9. *Quis tandem succenseat, milites nos esse, non servos vestros*] *succenseat*, pro *censeat*, posuisse videtur, compositum pro simplici, ut apud alios quoque auctores saepe usu venit. GLAR. Immo *succenseat* hic accipi debet ordinaria significatione, pro irascatur. Tullius enim indicat, neminem aegre ferre posse, quod plebs milites, non servi, sint patriciorum, eaque id publice ostentet ab iis dissentiendo, et consi-

si quis det signum, in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum sit, pugnaturos? si nihil armis opus sit, otium Romae potius, quam in castris, acturos? haec
10 *dicta sint Patribus. Te, imperator, milites tui oramus, ut nobis pugnandi copiam facias. quum vincere cupimus, tum te duce vincere; tibi lauream insignem*

lia sua ab eorum consiliis diversa habendo.

Ad bellum, non in exsilium, missos] *non ad exsilium* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *non exsilium* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Nihil muto. V. supra ad 6, 28, 3.

Ut viris ac Romanis dignum sit] *viris et Romanis* Gaertn. Tum *sit dignum* Harlej. 2. et Fragm. Hav. at *dignum* deficit in Portug. Mox alio ordine *potius Romae* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *acturos* omittit Gaertn.

Haec dicta sint Patribus] *dicta sunt* Gaertn. In Florent. a m. 1. ultima litera neglecta scriptum erat *sin*, ex quo deinde erasa priori factum erat *in*. Sed vulgatum praefero. Eo sensu per ellipsin infra obcurrit 32, 34, 7. *Et Aetolis haec.* subintellige *dicta sint.*

§. 10. *Te, imperator, milites tui oramus, ut nobis pugnandi copiam facias*] Elegantius duo scripti Pall. et Voss. [poster.] in quibus particula *ut* ignoratur. Catullus [carm. 56.]

Oramus, tibi forte ni molestum est,
Demonstres, ubi sint tuae latebrae.

Sic enim legendum priorem versum censemus. J. FR. GRON. V. etiam Gebhardum supra hoc cap. ad §. 3. Ex nostris autem, praeter Voss. 2. a Gronovio jam memoratum, unus tantum Lov. 3. particulam *ut* neglexit. Sane saepe post verba *orare, rogare, precari, obtestari*, et similia alia ea omitti solet. Supra 2, 10, 11. *Preter, haec arma et hunc militem propitio flumine accipias.* V. infra ad 27, 12, 2. et ad 34, 24, 4. Non tamen ubique hoc observatum est. V. quae notantur infra ad 1, 8, 2. Quum itaque codd. et plures et certiores stent pro vulgato, et similitudo syllabae ultimae vocis praecedentis caussa esse potuerit, cur particula *ut* in quibusdam Mstis omissa fuerit, veculam illam servandam puto. Ceterum vox *tui* deficit in Gaertn. At ea transposita *tui milites* legunt Voss. 2. et Lovel. 1.

Tum vincere cupimus, tum duce te vincere] *en vincere cupimus, tum* Fragm. Hav. *tum vincere cupimus, cum* Haverk. *cum vincere cupimus, cum* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. [*Tum vincere cupimus* Veith.] *cum vincere cupimus, tum* Florent. Harlej. 1. Gaertn. cum editt. Mediol. anni 1495. et 1505. Veneta anni 1498. Mogunt. et aliis. Huic etiam lectioni fere scriptura Leid. 1. exhibentis *convincere cupimus, tum.* Nam ibi *convincere* scriptum est pro *cum vincere*, ut *congratulatione*, pro *cum gratulatione*, 4, 24, 7. ubi alia plura similia vide. Id itaque recepi. V. supra ad 6, 23, 1.

deferre; tecum triumphantes urbem inire; tuum sequentes currum Jovis optimi maximi templum gratantes ovantesque adire. Orationem Tullii exceperunt 11
preces multitudinis: et undique, ut signum daret, ut capere arma juberet, clamabant.

XIV. Dictator, quamquam rem bonam exemplo 1

Praeterea *te duce* mutato ordine Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. quinque, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quod et ipsum admisi. Ceterum vox *vincere* omittitur in Haverk. quasi illa ex praecedenti hic foret intelligenda, quam rectius reliqui servant, nisi quod omnes hac *vincere, tibi lauream insignem referre, tecum* desiderentur in Lovel. 4.

Tibi lauream insignem deferre] *tibi lauream insignem ferre* Gaertn. a m. 1. pro quo *referre* a m. 2. emendatur. Ut apud Sueton. in Domit. 6. *De Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit.* Sed nec alterum damno. Solent autem voces *referre* et *deferre* saepius confundi. V. ad 21, 6, 5. Mox *triumphantes urbem Romam inire* Voss. 2. a m. 1. Sed additam vocem ex margine in contextum inrepsisse puto. Supra hoc lib. c. 11, 9. *Fabio satis visum, ut ovans urbem iniret.* 3, 29, 4. *Triumphantem Quinctium urbem ingredi jussit.* 4, 20, 1. *Senatusconsulto jussuque populi triumphans in urbem rediit.* et infinitis locis. Interdum etiam *Romam* dicebant, voce *urbem* omissa. Liv. 2, 7, 3. *Triumphansque inde Romam rediit.* Recte itaque, τὸ *Romam*, quod in nullo alio adparet, additis notis delendum esse, manus interpolatrix monuit.

Tuum sequentes currum, Jovis optimi maximi templum gratantes] *tum sequentes* Leid. 2. et Harlej. 1. Voces autem *Jovis optimi maximi*, in multis codd. per compendium scriptae sunt *I. O. M.* pro quo quum alii, literarum singularium vim non intelligentes, dedissent *IO. M.* vel *IOM.* ex priori factum est *Jovis magni*, ut praefert Voss. 1. in margine, Leid. 2. et Lovel. 4. ac 5. vel *Jovis maximi*, quod habent Lovel. 1. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. posterius mutatum est in *Jovi*, omissis duabus sequentibus vocibus, quemadmodum editum est Romae anno 1472. et Parmae. Deinde *gratulantes* Gaertn. Portug. et Haverk. Male. V. infra ad 9, 43, 17.

§. 11. *Ut signum daret, ut capere arma juberet, clamabant*] *ut armaperet arma juberet* Flor. An forte librarius scribere voluit *ut arma capere juberet?* ut ita vitetur versus pene integer. Sed, ab his non nimis diligenter sibi cavisse Livium, supra vidimus ad initium praefat. Deinde *conclamabant* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. C.

§. 1. *Quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam censebat, tamen se facturum*] MS. Fuld. *rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat.* MOD. Pall. duo pr. ac tert. *exemplo haud probabili actam cernebat. censebat tamen facturum.* Campan. *exemplo haud probabi-*

haud probabili actam cernebat, tamen facturum, quod milites vellent, se recepit; Tulliumque secreto, quaenam haec res sit, aut quo acta more, per-
2 cunctatur. Tullius magnopere a dictatore petere, *ne se oblitum disciplinae militaris, ne sui, neve impera-*

li actam cernebat; censebat tamen facturum quod milites vellent. se tamen recepit. Omnia perverse ac nequiter ab inde, quod homines τὸ *censebat*, interpretationem alterius *cernebat*, traduxiſſent in ipsum (ut vocant) textum. Sic cum ad oram forte codicis antiqui Andreas *promisit*, gloſſam τοῦ *recepit*, deprehendiſſet, illico in editionem suam admisit. Palat. sec. *exemplo haud probabili cerneret actam: censeretque se facturum quod milites vellent. se tamen recepit.* GEBH. Thuan. et Voſſ. *actam cernebat.* Pall. duo, Aldusque et Juntas habent utrumque *actam cernebat, censebat tamen.* Voſſ. alter *censeret actam censeret.* Tertius Pall. *haud probabili cerneret actam, censeretque se facturum.* Scribe: *actam cernebat, tamen facturum, quod milites vellent, se recepit.* Alia ab interpolatrice manu. 6, [12, 1.] *Dictator etsi majorem dimicationem propositam domi, quam foris, cernebat.* 42, [18, 1.] de Perseo: *Quem per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum cernebant.* Talia sunt Ciceronis ad Atticum [10. Ep. 4.] *quid videret, quod exemplum.* Quod contra Malaspinam defendebamus, ad Statium [in Diatr. in Addendis p. 409.] J. FR. GRON. *haud probabili censebat actam, tamen facturum* Lovel. 1. *haud probabili actam cernebat, censebat tamen facturum* Florent. Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac L. 1. *haud probabili acceptam cernebat, censebat tamen facturum* Lovel. 2. *haud probabili actam cernebat, conseretque tamen facturum* Hearnii Oxon. L. 2. et B. *haud probabili censeret actam, censebat tamen facturum* Voſſ. 1. et Leid. 2. *haud probabili actam cerneret, censebat tamen se facturum* Lovel. 4. *haud probabili cerneret actum, censebat tamen facturum* Lovel. 5. *haud probabili actam cernebant, censebat tamen facturum* Harlej. 1. et Gaertn. *haud probabili actam cerneret, censeretque se facturum* Harlej. 2. *haud probabili cerneret actam, censeretque se facturum* Portug. et Haverk. Aldus quidem, ut Gronov. monuit, vulgavit *haud probabili actam cernebat, censebat tamen facturum*; inter errata vero priorum edd. lectionem *actam censebat, tamen* revocavit. At recte omnino Gronovius conjecit, legendum eſſe, *quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat, tamen facturum*, quam scripturam se in Oxon. C. invenisse Hearne teſtatus eſt. *Cernere* hic eſt judicare, animadvertere. Infra hoc lib. c. 25, 7. *Defectione etiam sociorum senatus anxius quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset.* Cic. in Topic. 1. *Ut facile cernerem, ut ardere studio.*

Facturum, quod milites vellent, se recepit] *vellent. tum se recepit* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. C. *tamen se recepit* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

toriae majestatis, crederet: multitudini concitatae, quae ferme auctoribus similis esset, non subtraxisse se ducem; ne quis alius, quales mota creare multitudo soleret, exsisteret. nam se quidem nihil non arbitrio imperatoris 3 *acturum. illi quoque tamen videndum magnopere esse,*

quae lectiones ex prioribus verbis male constitutis profluxerunt. *vellent, se recipit* Leid. 2. et Lovel. 2. *vellent, se promisit* edd. Rom. anni 1472. et Parm. quod ex verae lectionis expositione marginali in contextum admissum esse, Gebhardus ad verba praecedentia recte observavit. Nam *recepit se facturum*, est promisit. Infra 40, 35, 11. *Si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut adfirmare nobis potes.* Terent. in Phorm. 5, 8, 8.

— — — *an veremini,*
Ne non id facerem, quod recepissem semel?

Cic. 5. ad fam. Epist. 8. *Velim existimes, me ea, quae tibi promitto ac recipio, sanctissime esse observaturum.* 13. Epist. 72. *Tuque mihi, omnia te facturum, liberalissime recepisti.* Quin et plus esse, quam *promittere*, docet Manut. ad Cic. 6. ad fam. Epist. 12. Adde Cel. Burm. ad Suet. Caes. 23.

Tulliumque secreto, quaenam haec res sit, aut quo acta more, percunctatur] *tum Tullium secreto* Lovel. 4. *Tullium secreto* legit ed. Parm. Hinc *quaenam haec res sit, atque acta mora* Lovel. 2. *quaenam haec res sit, aut quae acta mora* Leid. 1. et Lovel. 4. *quaenam haec res sit, aut quo peracta more* Lovel. 5. et Hearnii Oxon. N. ac B. *quaenam res haec, aut quo peracta sit more* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 2. *Tullius magnopere a dictatore petere*] *magno opere* Florent. Leid. 1. Voss. 1. et Lovel. 1. Ita mox hoc cap. §. seq. plures et ferme iidem codices praeferunt, *Illi quoque tamen videndum magno opere esse.* Infra 28, 18,4. *Illud magno opere tendente rege, ne alter hospitum exclusus mensa videretur.* ubi plura videnda. Supra 4, 3, 2. *Quanto opere vos, Quirites, contemnerent Patres.* Ita enim ibi plures codices praeferre diximus. V. quae eo loco notat Gebhard. qui monet, etiam in Pal. tert. hic *magno opere* se reperisse.

Ne se oblitum disciplinae militaris, ne sui, neve imperatoriae majestatis crederet] *non se oblitum* Leid. 2. Tum *militaris disciplinae* Haverk. Deinde *ne sui* deficit in Gaertn. at *nec sui, neve imperatoriae* est in Voss. 1. et Lovel. 1. 2. *nec sui, neve imperatoriae* in Leid. 2. *nec sui, nec ne imperatoriae* in Haverk. Denique *majestatis declararet* in Gaertn.

Quae ferme auctoribus similis esset] *similis est* Voss. 2. et Lovel. 3. *similis esse* Leid. 1. Gaertn. et Florent.

Alius, quales mota creare multitudo soleret, exsisteret] *qualem* Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Et ita praeferunt excusi omnes, usque ad Cel. Jac. Gronovium, qui *quales* substituit. Eam autem lectionem videntur probare Flo-

ut exercitum in potestate haberet. Differri non posse adeo concitatos animos. ipsos sibi locum ac tempus pu-
4 *gnandi sumturos, si ab imperatore non detur.* Dum haec loquuntur, jumenta forte pascentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. In eos saxa conjecta a Gallis: deinde ab Romana statione clamor ortus, ac procursum utrimque est.
5 Jamque haud procul justo proelio res erant, ni celeriter diremtum certamen per centuriones esset.

rent. Leid. 1. Portug. Harlej. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. more antiquo *qualis* praeferentes, pro *quales*, quemadmodum est in Voss. 1. et Leid. 2.

§. 3. *Nihil non arbitrio imperatoris acturum*] Male *nihil arbitrio* Portug. *nihil nisi arbitrio* Harlej. 1. quod quidem sensus admittit, ob reliquorum tamen codicum dissensum recipiendum non videtur.

Illi quoque tamen videndum magnopere esse] *illud quoque tamen videndum* Gaertn. *illud tamen providendum* Lovel. 4. Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. qui in cod. L. 2. *illud tamen videndum* se reperisse profitetur. [*illud tum providendum* Veith.] Certe *providendum* ex interpretatione natum est. *Videre* enim hic notat providere, operam dare, in futurum consulere. Infra 21, 4, 10. *Nulla re, quae agenda videndaque magno duci esset, praetermissa.* ubi videndus J. Fr. Gronov. Deinde *esse magnopere* Harlej. 2. et Portug. *esse magno opere* Haverk. *magno opere esse* Florent. Lovel. 1. et Voss. 1. atque ita se in Palat. 3. invenisse testatur Gebhard. ad 4, 3, 2. V. ad §. praec. *illi quoque studium magnopere esse* Lovel. 2.

Locum ac tempus pugnandi sumturos] *locum ad tempus pugnandi* Lovel. 5. solito errore. V. infra ad 21, 32, 2. *locum ac tempus* inlustratur supra hoc lib. c. 12, 11. Ceterum Aldus in contextu ita distinxit, *Differri non posse. adeo concitatos animos ipsos sibi locum.* Inter errata autem priorem interpunctionem revocavit.

§. 4. *Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt*] *abienti* Harlej. 1. *abingenti* Voss. 1. Fragm. Hav. et Florent. a m. 1. in quo prius *n* postea expunctum est. Supra 1, 7, 4. *Herculem in ea loca, Geryone interemto, boves mira specie abegisse memorant.* Statius 2. silv. 1, 8.

— — *citius me tigris, abactis*
Foetibus, orbatique velint exdire leones.

Tum *statim duo milites Romani* Hearnii Oxon. L. 1. Hinc *ademere* Harlej. 1.

In eos saxa conjecta a Gallis] *et in eos saxa* Portug. et Haverk. quasi sine copula minus cohaereret oratio. Male. V. ad 21, 34, 4. Paullo post *a Romana statione* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav.

Adfirmata certe eo casu Tullii apud dictatorem fides eſt. nec recipiente jam dilationem re, in poſterum diem edicitur, acie pugnaturos. Dictator tamen, ut qui magis animis, quam viribus, fretus ad certamen descenderet, omnia circumspicere atque agitare coepit, ut arte aliqua terrorem hoſtibus incuteret. Solerti animo rem novam excogitat, qua deinde multi noſtri atque externi imperatores, noſtra quoque quidam aetate, usi sunt. 6

Procursum utrimque est] Ita Portug. in margine, pro quo in contextu eſt *permistim utrumque est*. Utramque hanc lectionem recepit Gaertn. praeferens *procursum permixtim utrimque est*. V. ad 3, 44, 4.

§. 5. *Jamque haud procul justo proelio res erant*] Doct. Jensius 1. Lect. Lucian. 4. non dubitat, quin, qui aures Livianae dictioni adsuetas habet, praeferat *res erat*. et ita eſt in Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed utrumque Livianum eſt, et ab eo saepius adhibetur. V. ad 2, 47, 5. c. 50, 2. et 6, 16, 6. Plures itaque et integriores codd. sequor. Mox *direptum certamen*, pro *diremtum*, Voſſ. 2. Leid. ambo, Lovel. 1.3.5. Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad 37, 32, 7. *directum* Haverk. V. ad 9, 8, 12.

§. 6. *Magis animis, quam viribus, fretus ad certamen descenderet*] *majus animis* Leid. 1. solito scribarum errore. V. ad 26, 41, 16. *magnis animis* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum *fretus, antequam ad certamen* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed insertam vocem, quam optimi libri ignorant, non neceſſariam puto. Paullo ante *Dictator tum*, pro *tamen*, Lovel. 4. V. ad 22, 17, 5. In verbis sequentibus *incurreret*, pro *incuteret*, Lovel. 1. Deinde alio ordine *Solerti rem novam animo* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Qua deinde multi] Diſtinguendus totus hic complexus verborum ita: *qua deinde multi, nostri et externi imperatores (nostra quoque quidam aetate) usi sunt*. GEBH. *quare inde multi* Gaertn. Deinde *multi nostri et externi* Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Haverk. et Portug.

Nostra quoque quidam aetate, usi sunt] Inter ceteros C. Marium nominat Frontinus 2, [4, 6.] qui, contra Teuthonas dimicaturus, jumentorum magnam partem inſtruxit, eaque agasones lixasque conscendere jussit, ut per id facies equitatus objiceretur. Idem eodem in loco [ex. 5.] C. Sulpicii etiam meminit. SIG. Voculam *quoque* ignorare Oxon. B. auctor eſt Hearnius. non adparet etiam in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Dein *quidem*, pro *quidam*, praeferunt Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. Haverk. et editio Parm. aliis locis etiam obvio errore. V. infra ad 39, 17, 5. Ceterum Sulpicium, idem strategema usurpantem apud Frontin.

7 Mulis strata detrahi jubet: binisque tantum centunculis relictis, agasones, partim captivis, partim
8 aegrorum armis ornatos, inponit. His fere mille effectis centum admiscet equites, et nocte super castra in montes evadere, ac silvis se occultare ju-

loco a Sigonio laudato, eumdem puto, quem hic Livius memorat. Unde sequitur, Rubenium 2. Elect. 29. non c. 39. ut typographorum errore laudant Reuchen. et, qui non inspecto Rubenio Reuchenium descripsit, Tennulius, recte emendasse *Sulpicius Paeticus*, pro *Petrejus*. Quamvis enim Frontinus *consulem* vocet, qui hic Livio *Dictator* dicitur, potuerunt tamen alios annales Livius, alios Frontinus secuti esse, ut ad Frontin. observat Doct. Oudendorp.

§. 7. *Mulis strata detrahi jubet, binisque tantum centunculis relictis agasones* etc.] *tantum* adjecere quidam, quod placet. Nihilominus tamen obscurus est sermo, videlicet non plane patente, cur centunculi, et ad quid relicti, sensu. GLAR. Sic Frontinus 2, [4, 6.] de Mario. *Agasones lixasque armatos simul ire jussit, jumentorumque magnam partem instructorum cum centunculis, ut per hoc equitatus species objiceretur.* Ex his locis *centunculis* videtur fuisse pannus, quo equi insternebantur. Nam mulis et Sulpicius et Marius *centunculos* addiderunt, ut speciem equorum praeberent. SIG. Vox *tantum* in solis deficit Ascensii edd. et Paris. anni 1529. *binis tantum* praeferunt Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *binis quoque tantum* Lovel. 2. V. ad 5, 27, 1. Tum *centuculis* Gaertn. *centumculis* Voss. 2. *certumculis* Voss. 1. *cuniculis* Leid. 2. Per *strata* mulis detracta non intelliguntur sellae, (muli enim erant agasones, qui non parati erant ad equitandum, sed ad ducenda jumenta sarcinaria) verum sagmae sive clitellae; *detractis clitellis* inquit Liv. infra 10, 40, 8. Haec jumenta *clitellaria* vel *sagmaria* et barbaro aevo *summarii* vocantur. Ne vero sagmae vel clitellae asperitate sua jumenta laederent, subdere pulvillos fere solebant, farctos palea vel rebus aliis. Alii centunculos subjiciebant, id est, pannos villosos crassioresque, et eos saepe pilosos. Ideo autem dictator mulis *strata detrahi* jubet, quia strata illa sive clitellae longe ultra dorsum animalis eminebant. Quare si sedissent in clitellis, dolus facile fuisset deprehensus, quum sic visi essent altiores, quam solerent vulgo equites. Stratis autem detractis, relicti sunt bini centunculi, qui, quemadmodum equitum strata, ex panno simplicique corio facta, equorum tergo presse inhaerebant, ut tanto commodius agasones iis insiderent, et jumenta minus premerentur. Haec fere Scheffer. 2. de re vehic. 2. p. 9. et 23.

Partim captivis, partim aegrorum armis ornatos inponit] *partim captivorum* Gaertn. et Fragm. Hav. An forte nasutior ita emendandum censuit, quod homines *captivi*, res *captae* dicantur? Verum supra v. ad 6, 22, 4. Deinde *armis onatos* Flor. a m. 1. pro quo deinde manus altera dedit *oneratos*. Male. Or-

bet: neque inde ante moveri, quam ab se acciperent signum. Ipse, ubi inluxit, in radicibus mon- 9
tium extendere aciem coepit sedulo, ut adversus montes consisteret hostis. Instructo vani terroris 10
adparatu, qui quidem terror plus pene veris viribus

nare est armare. V. infra ad 24, 48, 7.

§. 8. *His fere mille effectis centum admiscet equites*] *refectis* Lovel. 2. *confectis* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Crediderunt librarii, scriptum fuisse *cfectis*. V. ad 4, 24, 4. Ita *eloquium* et *cloquium*, sive *conloquium*, commutantur. V. ad Epit. Liv. 5.

Neque inde ante moveri, quam ab se acciperent signum] Rott. *movere*. quod accipio, sive *τὸ se* ex praecedenti intelligas, sive neutrale sit, de quo 10, 4, 9. Et videtur gemina locutio per distinctionem restituenda Livio 10, 20, 6. *Cognoscit ad Vulturnum sedere: inde tertia vigilia moturum: iter in Samnium esse.* JAC. GRON. Rott. consentiunt omnes, quas vidi, editiones Aldo antiquiores. Primus Aldus dedit *moveri*, sed in erratis iterum *movere* probavit. Et ita multi codd. legunt infra 10, 4, 9. *Quum per omnes manipulos militum indignatio ingens esset, nec tamen injussu movere auderent.* ubi plura alia exempla videbimus. Livium etiam multis verbis tamquam neutris usum esse, supra vidimus ad 1, 17, 6. Nihilominus quum omnes, quos adhibui, codices uno ore *moveri* servent, an uni Rott. et vett. edd. *movere* praeferentibus fides habenda sit, vehementer dubito. Ceterum *neque inde se ante moveri* Lovel. 4. *neque inde antea moveri* Portug. a m. 2. *neque inde ante amoveri* Haverk. Deinde *quam a se* Gaertn. et Haverk. Tum *reciperent signum* Lovel. 4. *acceperint signum* Fragm. Hav.

§. 9. *Ipse, ubi inluxit, in radicibus montium extendere aciem coepit*] *Ubi inluxit, ipse in radicibus* Fragm. Hav. Tum *τὸ coepit* deficit in editione Parm.

Adversus montes consisteret hostis] *aversus* Leid. 1. solito scribarum errore. V. ad Liv. 2, 31, 6. Librarius non vidit, *adversus* hic praepositionem esse, idem notans, quod e regione. Ita infra ad 26, 14, 6. *Porta Jovis, quae adversus castra Romana erat, jussu proconsulis aperta est.* 37, 18, 11. *Tumulum quemdam adversus Elaeam castris coepit.* c. 28, 5. *Ipse adversus Myonnesum in insula (Macrin nautici vocant) anchoras portu occulto jecit.* 44, 10, 7. *Quindecim millia passuum ea urbs abest, adversus Pydnam posita.* 45, 7, 5. *Introductum in tabernaculum adversus advocatos in consilium considere jussit.* Praeterea *hosti* Gaertn.

§. 10. *Instructo jam vani terroris adparatu*] Illud *jam* in nullo MSS. apparet. J. FR. GRON. Illud *jam* nesciunt etiam Voss. ambo, Leid. 1. Lov. quinque, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses. Tot itaque codicibus conspirantibus vocem illam ex contextu ejeci. Praeterea *Con-*

profuit, primo credere duces Gallorum, non descensuros in aequum Romanos; deinde, ubi degressos repente viderunt, et ipsi avidi certaminis in proelium ruunt: priusque pugna coepit, quam signum ab ducibus daretur.

1 XV. Acrius invasere Galli dextrum cornu: neque sufti-

structo apparatu Voff. uterque, Leid. 2. et Lovel. 1. 3. ac 5. Sed vulgatum praeftat. Supra 6, 23, 6. *Quam occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum sperantem.* ubi v. Gronovium. Cic. pro Cluent. 66. *Nullum locum praetermisit, in quo non instrueret insidias aliquas.* Tum *navi terroris* literis transpositis Voff. 1. in contextu, et Leid. 2. saepius obvio errore. V. quae notavi ad Silii 1, 549. (* Liv. 5, 49, 7.)

Qui quidem terror plus pene veris viribus profuit] Pronomen *qui* deficit in Leid. 1. interceptum ab initio vocis sequentis. Perperam hinc *torpor* eft in Fragm. Hav. Deinde *viribus vere profuit* Portug. a m. 1. Sed *veris* deeft in Gaertn. 4. Mox verbis sequentibus *credidere*, pro *credere*, Harlej. 2. et Haverk. Sed non intellexerunt librarii locutionem per infinitivum conceptam, ideoque mutare conati sunt. V. supra ad 1, 50, 5.

Deinde ubi digressos repente viderunt] *degressos.* Nam paullo ante dixit: *Evadere in montes jubet.* Item *non descensuros in aequum Romanos.* SIG. Emendationem Sigonii probat Gebhardus supra 4, 17, 11. teftatus tamen, Pall. omnes MSS. atque editos *digressos* servare. Eadem vitiosa lectio in plerisque meis supereft. *degressos* tamen recte praeferunt Florent. Voff. 1. Lovel. 1. Klock. et, nisi fallant excerpta, Harlej. ambo. Hearnius autem *degressos*, ut alii antea fecerant, edens in var. lect. adnotare satis habuit, alios praeferre *digressos*; de Oxoniensibus autem suis nihil addidit.

In proelium ruunt, priusque pugna coepit] Voces *in proelium* deficiunt in Lovel. 3. Tum *priusquam* Gaertn. Haverk. et edd. Romana anni 1472. ac Parm. Paullo ante alio ordine *certaminis avidi* edd. ante Frobenium, qui anno 1535. dedit *avidi certaminis*, quod servant omnes mei. In verbis sequentibus *a ducibus* obferunt Lovel. 4. 5. Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 1. *Acrius invasere Galli dextrum cornu*] Codices nihil mutant. Forte tamen legendum *dextro cornu:* ut dicat Livius, Gallos acrius dextro cornu suo invasiffe Romanos, sive sinistrum eorum cornu dextro suo obpositum. Rationem emendationis infra vide hoc cap. §. 6. Ita fere supra 4, 18, 5. *Dictator dextro cornu adversus Faliscos, sinistro contra Vejentem Capitolinus Quinctius intulit signa.*

Neque sustineri potuissent, ni forte eo loco dictator fuisset] *sustinere* Leid. 1. Lovel. 2. et

sustineri potuissent, ni forte eo loco dictator fuisset, Sex. Tullium nomine increpans rogitansque: *Siccine pugnaturos milites spopondisset? ubi illi clamores sint arma poscentium? ubi minae injussu imperatoris proelium inituros? en ipsum imperatorem clara voce vocare ad proelium, et ire armatum ante prima signa. ecquis sequeretur eorum, qui modo ducturi fuerint; in* 2

Fragm. Hav. Tum *potuisset* Lovel. 2. et Harlej. 1. Hinc *nisi forte* Portug. et Haverk.

Sex. Tullium nomine increpans] Vox *nomine* a librariis omissa est in Leid. 2. et Lovel. 1. Male. Virgil. 12. Aen. 758.

Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quemque vocans.

ubi v. Cerdam. Silius Ital. 1, 454.

Monstrabat furibundus iter, cunctosque ciebat
Nomine.

ubi vide, quae notavi.

§. 2. *Siccine pugnaturos spopondissent*] *sicine* Leid. 1. Florent. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. V. supra ad 6, 16, 2. Tum *spospondissent* Gaertn.

Ubi minae injussu imperatoris proelium inituros] *ubi nunc injussu* Voss. 2. et Lovel. 4. in contextu. Sed, saepe similitudine ductuum literas *mi* et *nu* commutatas fuisse a librariis antiquis, dictum est ad Liv. 2, 21, 1. At, juncta utraque lectione, *ubi minae nunc* dedit librarius Gaertn. In hac formula illud *nunc* modo additur, modo omittitur, ut constat ex multis exemplis, quae larga manu Inl. N. Heinsius contulit ad Nason. Epist. 4. Her. 150. Hic vero scribis eam tribuendam esse, non dubito. Solitus autem est ille, qui Gaertn. exaravit, varias lectiones in contextum recipere, ut alibi saepissime supra monitum est. Vox *injussu* non adparet in Leid. 1.

En ipsum imperatorem clara voce vocare] Primam vocem omittit ed. Parm. *Et ipsum imperatorem* habet Rom. anni 1472. solito errore. V. supra ad 2, 12, 13. Tum *voce clara vocare* Gaertn.

Ecquis sequeretur eorum, qui modo ducturi fuerint] Pall. duo *dicti fuerint*. sec. ac Camp. *qui modo dictis fuerint*. Sed rectius retentavit Andreas eam lectionem, quae in vulgus edita jam est. GEBH. *Et quis* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. cum ed. Rom. anni 1472. Male. V. supra ad 5, 36, 5. *et qui* ed. Parm. *Equis sequeretur* Portug. et Harlej. ambo. *Equius sequeretur* Lovel. 2. *Equi vis sequeretur* Leid. 1. *Et quis alius aequius sequeretur* Lovel. 4. *En quis sequeretur* Lovel. 5. a m. 2. priori scriptura penitus erasa. *Quis sequetur* Haverk. qui quum forte *sequ'etur* scriptum invenisset, notam additam non animadvertit. V. ad 2, 56, 7. Tum *sequeretur eos* Lovel. 2. 4. et 5. a m. 1. Deinde *dicturi*

3 *castris feroces, in acie pavidi?* Vera audiebant. itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela, alienatis a memoria periculi animis. Hic primo inpetus prope vecors turbavit hostes: 4 eques deinde emissus turbatos avertit. Ipse dictator, postquam labantem una parte vidit aciem, signa in laevum cornu confert, quo turbam hostium

Leid. 1. Lovel. 2. 5. et Fragm. Hav. V. ad Liv. 38, 43, 1. *dicti* Voss. 2. et Lovel. 3. Ceterum mox post voces *in acie feroces* in Florent. interjiciuntur haec verba: *Increpatio dictatoris Tullium nominatim cientis, cum in dextro cornu adversus Gallos ambigue pugnaretur.* Quae, olim lemmatis loco margini adscripta, perperam in contextum recepta sunt: qualia plura hoc cap. in eo cod. reperiuntur. V. ad §. 8. 9. 10. et 12. Simili modo passim librarii lapsi sunt. V. infra hoc lib. ad c. seq. 16, 6. ad c. 18, 10. c. 19, 2. c. 20, 2. et ad c. 40, 4.

§. 3. *Vera audiebant*] *Vere* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. Male. Infra 31, 18, 3. *Insueto vera audire ferocior oratio visa est.* V. supra hoc lib. ad c. 6, 6.

Hic primo inpetus prope vecors turbavit hostes] Pall. duo *impetus ipse vecors.* GEBH. Ita et Voss. 2. ac Lovel. 3. Sed sine commodo sensu.

Eques deinde emissus turbatos avertit] *eques deinde immissus* Leid. 2. Male. V. ad 28, 14, 11. *eques deinde missus* Fragm. Hav. a m. 1. Sed litera ultima vocis praecedentis primam hujus intercepit. V. ad 2, 44, 6. Et ita etiam Gaertn. nisi quod corruptius *missos* dederit. *amissus* Lovel. 4.

§. 4. *Postquam labantem una parte vidit aciem*] Probe ita vetusti cusi. nam perperam MSS. codices *labentem.* Propertius 4. Eleg. 2, 53.

Vidi ego labentes acies et tela caduca.

GEBH. *labentem* Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] cum ed. Parm. Ita saepius variasse scribas librarios supra dictum est ad Praefat. §. 4. Deinde *ex una parte* Lovel. 4. [Veith.] quod dictum esse posset, quemadmodum *ex qua parte* supra hoc lib. c. 3, 6. Sed unum testem audiendum non puto. Praeterea Doujatius, praetexens Sulpicium signa in laevum cornu conferre neque debuisse, neque potuisse, quamdiu nutaret dextrum cornu inmani ausu scribendum conjicit *labantem hac parte restituit aciem*, vel *stitit aciem.* Tantane socordia provinciae mandatae praeesse oportuit hunc regiorum Professorum primicerium? per *labantem una parte aciem* intelligit ipsius dictatoris aciem, sive cornu, contra mentem Livii, qui aciem Gallorum intellexit, quemadmodum facile deprehendisset Doujatius, si ad verba praecedentia diligentius adtendisset. Agnovisset enim, *labantem* dici non potuisse aciem Romanorum, quam

congregari cernebat; et iis, qui in monte erant, signum, quod convenerat, dedit. Ubi inde quoque 5 novus clamor ortus, et tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt; tum metu, ne excluderentur, omissa pugna est, cursuque effuso ad castra ferebantur. ubi quum obcurrisset eis M. Valerius, 6 magister equitum, (qui, profligato dextro cornu,

eorum pedites, alienatis a memoria periculi animis in tela hostium ruentes, inpetu suo eosdem illos hostes turbassent, atque emissi equites turbatos avertissent. Sed tum re vera labasse una parte aciem Gallorum.

Quo turbam hostium congregari cernebat; et iis, qui erant] *turba hostium congregare* sine sensu Leid. 1. Tum *congregari timebat; unde iis* Hearnii Oxon. L. 1.

Signum, quod convenerat, dedit] *signum dedit, quod convenerat* Lovel. 2. *signumq; convenerat, dedit* Lovel. 3. ob non intellectum compendium, quo vocula *quod* scripta fuerat. V. supra ad 2, 41, 8. *dedit* deficit in Harlej. 1. ejus loco *reddit* est in Klock. V. ad Epit. Liv. 10.

§. 5. *Et tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt*] Vocula *et* non adparet in Lovel. 3. forte intercepta a primis literis vocis proximae. Tum *in obliquo monte* Fragm. Hav. a m. 1. *tendere oblique e monte* scribendum esse, conjicit Doujatius; sed sine caussa. Sensus enim est, non eos, qui in monte delituerant, recta via inde descendisse, ut suis opem ferrent, sed obliqua via, obliquis tramitibus per montem tetendisse ad castra Gallorum. Ita *obliqui tramites* supra 5, 16, 5. *Coacta manu per agrum Caeretem obliquis tramitibus transgressi. obliquus ventus*, qui ex obliquo venit, apud Plin. 17, 2. *Multum rationis obtinent et venti. contra Circium serere inperitia existimatur, eumdemque obliquum excipere, providentia* Similiter *per aciem transversam agi*, pro transverse per aciem agi, apud Florum 4, 2, 83. *Cohortes quinque per transversam aciem actae*. Similiter hic *obliquo monte* est oblique per montem. Paullo ante *Ubi quoque inde* inmutato ordine Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Cursuque effuso ad castra ferebantur] *efferebantur* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Ita fere Livium alibi locutum esse, infra videbimus ad 37, 16, 4. Non tamen vulgatam lectionem mutandam censeo, quod meliores codd. stent pro ea, et Livius etiam hac locutione usus sit. Ita 9, 13, 2. *Strictisque gladiis cursu in hostem feruntur*. Florus 3, 3. *Nec segnius, quam minati fuerant, tripertito agmine per Alpes ferebantur*. Ovidius Epist. 6. Heroid. 70.

Huc feror, et lacrimis osque sinusque madent.

Epist. 10. Her. 31.

obequitabat hoſtium munimentis) ad montes silvas-
7 que vertunt fugam: plurimique ibi a fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt: et eorum, quos

In thalamos laeti, thalamos sua busta, feruntur.

2. Art. Am. 379.

In ferrum flammasque ruit, positoque decore
Fertur, ut Aonii cornibus icta Dei.

3. Metam. 226.

Per rupes scopulosque, aditusque carentia saxa,
Qua via difficilis, quaque est via nulla, feruntur.

Tacit. 4. Hiſt. 29. *Ad pugnam temeritate inani ferebantur.* Et ita optimi scriptores paſſim. Paullo ante *omissa est pugna* alio ordine edd. vett. Aldo priores, codd. scriptis adversantibus.

§. 6. *Qui profligato dextero cornu obequitabat hostium munimentis*] *sinistro cornu* legerem. Nam Gallorum siniſtrum cornu oppositum erat dextro Romanorum cornu. At dictator effecerat, ut ibi turbarentur hoſtes, ac inde eques turbatos averterat, ut paullo ante ipse faſſus eſt Livius. GLAR. *dextro cornu* Harlej. 2. et Haverk. Tum *monumentis* Lovel. 3. 4. et Harlej. 2. V. supra ad 4, 10, 6. Glareano autem, *sinistro cornu* emendanti, consentit Doujatius. Ratio, cur ita emendandum censuerint, illa eſt, quod Galli in principio hujus capitis dicantur acrius invasiſſe *dextrum cornu*, nempe Romanorum, quod facere debuerunt suo siniſtro ei obposito. Sed idem illud siniſtrum cornu prope vecors impetus peditum Romanorum, qui, dictatoris oratione increpiti, animis a periculi memoria alienatis in hoſtium tela ruerant, turbavit; in turbatos deinde eques cum magiſtro equitum emiſſus eos avertit. poſt hoc itaque cornu profligatum magiſtrum equitum hoſtium munimentis obequitaſſe putant, adeoque hic *sinistro cornu*, non *dextro*, legendum eſſe. Verum audax haec emendatio, cui nullus codicum scriptorum vel excusorum favet, placere nequit. Est enim vere gladio Alexandri nodum Gordium secare. Omnia recte procedent, si minori longe mutatione in initio capitis *dextro cornu*, pro *dextrum*, legamus. Ita enim Livius narrabit, Gallos dextro cornu nempe suo acrius invasisse Romanos, donec, adhortatione dictatoris reſtituta pugna, Romani illud primo turbarint, deinde averterint. Dum autem hoc dextrum cornu magiſter equitum persequitur, dictator signa confert in laevum cornu, nempe Gallorum. qua parte quum etiam hoſtes perterriti effusa fuga ad caſtra ferrentur, incidunt in magiſtrum equitum, qui dextro Gallorum cornu profligato munimentis obequitabat. Et hac quidem ratione Livius erroris absolvi poteſt, licet violenta hac et ancipiti Glareani medicina non utamur. Si quis tamen ab omni emendatione abſtinendum contendat, et Livium potius sui oblitum erraſſe malit, per me fruatur judicio suo. Similiter enim optimi scriptores, etiam ipse Livius, alibi lapsi sunt. V. quae infra notantur ad 22, 48. 5. 27, 14, 3. c. 48, 14. 33, 9, 6. 37, 24. 4. Adde, quae notavi ad Silii Ital. 9, 268. Similem errorem committit etiam Cherefeddin Ali in Hiſtoria

pavor pertulerat in silvas, atrox caedes poſt sedatum proelium fuit. Nec alius poſt M. Furium, 8
quam C. Sulpicius, juſtiorem de Gallis egit trium-

Timur-Beci 1, 10. Ceterum nescio unde factum sit, ut in verbis praecedentibus ordinem verborum inepte hoc modo mutarint Leid. 2. et Lovel. 1. *M. magister equitum Valerius.*

§. 7. *A fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt*] Vet. lib. non habent vocem *que:* ita ut *agasonibus* appositive dictum sit. Fallax enim equitum species nihil aliud erat, quam agasones mulis impositi. SIG. A Palat. sec. abeſt corpula *que*, quod optimum visum fuit Sigonio, quasi τὸ *agasonibus* appositive dictum eſſet. Addit, fallax enim equitum species nihil aliud erat, quam agasones mulis impositi. Non ita eſt: quippe praecedente capite narraverat Livius: *His fere mille effectis centum admiscet equites.* Ergo iſte vani terroris apparatus non ex solis inſtructus erat agasonibus. Correctorem Livii memorem eſſe oportet. GEBH. Vocula *que* deficit etiam in Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et B. Mihi ita videtur, si fide digniores codices conjunctionem omitterent, eam etiam expungi, et *fallaci equitum specie, agasonibus*, per adpositionem, ut Sigonius censuit, accipi poſſe. Quamvis enim mille fere agasonibus admixti fuerint centum equites, a majori tamen parte denominari poſſunt. Verum nunc, quum optimi libri in τοῦ *que* servando consentiant, id etiam retinendum exiſtimo, eamque particulam hoc loco non connectentem, sed exegeticam eſſe puto. Ita sensus erit, excepti sunt a fallaci equitum specie, id eſt, agasonibus, sive qui erant agasones. V. supra ad 2, 42, 6. et ad 6, 16, 8. *que* enim hic particula conjungens eſſe, et ad centum equites mille agasonibus admixtos respici nequit. Non enim equites illi, sed agasones fallax equitum species vocari poſſunt. Ceterum *facili*, pro *fallaci*, perperam praeferunt Leid. 2. et Harlej. 1.

Et eorum, quos pavor pertulerat in silvas] Vocula *et* non adparet in Klock. cujus loco *ut* habet Haverk. V. ad 21, 28, 8. Tum *perculerat* Florent. Leid. 1. Klock. Fragm. Hav. a m. 1. et ed. Parm. V. ad 35, 27, 16.

§. 8. *Nec alius post M. Furium, quam C. Sulpicius, justiorem*] *quàm Cornelius Sulpicius* Lovel. 2. *quam Gn. Sulpicius* Lovel. 5. et Hearnii Oxon. C. *Nec alius post M. Furium Sulpicius* Voſſ. 2. An voluit librarius, *Nec alius post M. Furium Sulpicio?* ut *alius Sulpicio* dictum sit eadem ratione, qua supra 5, 54, 6. *Quae (malum) ratio est, expertis alia experiri?* ubi plura notata sunt. At nihil mutari praeſtat. Deinde *justiciorem* Voſſ. 1. *justitiorem* Lovel. 1. Ita supra etiam peccarunt librarii 4, 53, 4. infra 8, 1, 9. V. plura ad 2, 15, 6. Mox *triumphum egit* transpositis dictionibus Gaertn.

Auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato septum] *de Gallicis spoliis* Haverk. *de spoliis Gallicis* Lovel. 2. Tum *saxo quadrato septo* Haverk. V. supra ad 4, 47, 3. Hoc *auri pondus saxo quadrato septum* inluſtravi su-

phum. auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus, saxo quadrato septum, in Capitolio sacra-
9 vit. Eodem anno et a consulibus vario eventu bellatum. nam Hernici a C. Plautio devicti subactique sunt. Fabius collega ejus incaute atque inconsulte
10 adversus Tarquinienses pugnavit: nec in acie tantum ibi cladis acceptum, quam quod trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses inmo-

pra ad 5, 50, 6. Ceterum post voces sequentes *in Capitolio sacravit*, codex Florent. in contextum receperat sequentia *insignis et opulentus dicat (dictat.* id est, *dictatoris) de Gallis triumphus. aurum in Capitolio saxo quadrato septum.* quae ex margine, ubi pro duplici lemmate adscripta fuerant, inrepserunt. V. supra hoc cap. ad §. 2.

§. 9. *Eodem anno et a consulibus vario eventu bellatum*] Voculam *et* non agnoscunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. Tum *ab consulibus* Portug. Sed praepositio, quam reliqui constanter servant, deficit in Haverk. Deinde *vario eventu bellatum est* Gaertn. *vario eventu pugnatum* Hearnii Oxon. N. Sed *pugnavit* mox sequitur.

Hernici a C. Plautio devicti subactique sunt] *Hernici consule Plautio devicti* Portug. *a consule Plautio devicti* Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Saepe praenomen *Cajus*, sive nota ejus C. in vocem *consul* scribarum culpa abiit. V. infra ad 22, 14, 13. Utraque lectione juncta *ab consule C. Plaucio devecti* habet Haverk. Sed corruptissime *a Cassio Plautio consule* Gaertn. Vox *consule* hic admitti nequit, quod modo praecessit. Deinde *devia subactique sunt* sine sensu Leid. 1. nec minus insulse *decuit subactique sunt* Klock. Ceterum hic etiam post *subactique sunt* in contextum Flor. receptum est *Hernici a C. Plaucio consule subacti.* V. supra hoc cap. §. 2. Mox vocula *ejus* deficit in Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 10. *Trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses inmolarunt*] *trecentos et septem* Gaertn. Tum vox *captos* exsulat a Leid. 2. Sed *Romanos milites captos* habent Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *milites Romani captos* Floret. cujus codicis librarius hoc lemma marginale post vocem *milites* in contextum recepit. *Mala pugna Favi cons. adversus Tarquinienses, a quibus cccvii. milites capti inmolantur.* V. supra ad §. 2. Deinde *immolaverunt* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et editi usque ad Frobenium, qui anno 1535. *immolarunt* substituit, consentientibus optimis MSS. De foeditate hujus suplicii v. Casaub. ad Suet. Aug. 15. Paullo ante vox *ibi* non est in Haverk. ut nec *quam* in Leid. 1. V. ad 8, 22, 2. [*nec acie tantum* Veith.].

Aliquanto ignominia populi Romani insignior fuit] *insignitior fuit* habet antiqua scriptura, consentientibus inter se

larunt. qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit. Accessit ad eam 11
cladem et vastatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde, incursione repentina fecerunt. Eodem anno duae tribus, Pomptina et Publilia, additae. Ludi votivi, quos M. Furius dictator vove- 12
rat, facti: et de ambitu ab C. Poetelio tribuno plebis, auctoribus Patribus, tum primum ad populum

archetypis. GELEN. Vet. lib. *insignior*. SIG. Nostrae membranae *insignitior fuit*. quo pacto etiam in aliis manuscriptis codicibus exstare, alii dudum professi sunt. MOD. *insignior fuit* Voss. uterque, Leid. 2. Lovel. quinque, Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxonienses. *insignita fuit* Fragm. Hav. *insignitior*, ut Gelenius et Modius in suis invenerunt, Leid. 1. Florent. et Harlej. 1. Recte. V. supra hoc lib. c. 6, 6.

§. 11. *Accessit ad eam cladem et vastatio Romani agri*] *vasti Romani agri* Leid. 1. *Romani agri vastatio* Fragm. Hav.

Veliterni deinde incursione repentina fecerunt] Ad calcem prope prioris libri ita ait Livius [c. 42, 4.] *Cum praeter Velitrarum obsidionem, tardi magis rerum exitus quam dubii, quietae externae res Romanis essent.* Haec ille. Cum ergo obsideri coeptae essent Velitrae anno ab urbe condita CCCLXXXIV. mirum cur non vel dissolutionis vel expugnationis alicubi meminerit Livius. GLAR. *Veliternique denique* Lovel. 4.

Duae tribus, Pomptina et Publicia, additae] Pall. tres MSS. codices, editi item duo *Publilia*. GEBH. Vox *duae* defecit in Gaertn. Tum *Pomponiana* quaedam ex edd. prioribus. aliae *Pomponia*. *Prontina* Fragm. Hav. *Pontinia* Port. et Haverk. *Pontina* Lovel. 2. 4. et Harlej. 2. *Ponptina* Leid. 1. *Pomtina* Lovel. 5. Deinde *Publia* Leid. 2. Lovel. 1. 4. et Fragm. Hav. *Pubilia* Lovel. 3. *Publiana* Gaertn. Ex edd. vett. quaedam *Publica*, quaedam *Publicia*. Sed supra v. ad Epit. hujus libri.

§. 12. *Quos M. Furius dictator voverat, facti*] *factique* Lovel. 2. *faciet* Klock. quod pro *factei* scriptum fuisse, ipse Klockius putavit. Ceterum post haec verba iterum lemma, olim margini adscriptum, in contextum recepit scriba cod. Florent. his verbis conceptum: *Duae tribus additae. Ludi magni, quos Camillus voverat, redditi.* V. ad §. 2.

Et de ambitu a C. Petilio tribuno plebis, auctoribus Patribus, tum primum ad populum latum est] *Poetelio* ex Capitolinis lapidibus. SIG. V. supra ad 3, 35, 11. Vocula *et* deficit in Lovel. 2. *ab*, pro *a*, edidit Gronov. anno 1665. et ita praeferunt omnes codices. Ceterum haec verba, multis ex margine, ubi lemmatum loco adscriptae fuerant, adscitis, ita exhibet Florent. *Petili tribuni plebis rogatio,*

13 latum eſt: eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas et conciliabula obire soliti erant, compreſſam credebant.

1 XVI. Haud aeque laeta Patribus insequenti anno, C. Marcio, Cn. Manlio consulibus, de unciario foenore a M. Duilio, L. Maenio tribunis plebis rogatio

Patribus auctoribus, nunc primum adversus ambitum promulgatur. et de ambitu ab iis C. Poetilio tr. pl. ad populum latum est auctoribus Patribus primum ad populum latum est. V. supra ad §. 2.

§. 13. *Nundinas et conciliabula obire soliti erant*] V. quae infra notantur ad 40, 37, 3.

§. 1. *Haud aeque laeta Patribus insequenti anno*] *Patribus laeta* Florent. Lovel. 4. et Fragm. Mav. cum omnibus editis usque ad Cel. Jac. Gronovium; qui, vocibus transpositis, dedit *laeta Patribus*, quemadmodum praeferunt reliqui codd. nisi quod Leid. 2. ex omnibus huic notae praescriptis vocibus tantum habeat penultimam *insequenti*. Hearnius, qui priorum editionum ordinem secutus eſt, Gronovii mutatione memorata, nihil tamen de Oxoniensium lectione addidit.

C. Marcio et Cn. Manlio consulibus] Cn. Manlius etiam anno CCCXCVI. fuit consul, quare hic *II.* adjiciendum. At alii *T. Manlium* legere malunt, quod is anno CDII. et CDVI. dictator fuerit, nec alibi antea consul, nisi hoc ponamus loco. Iidem autem anno CDVIII. Cn. Manlium II. sed anno CDXI. T. Manlium iterum. Sed tanti in omnibus codicibus errores implicant lectorem, ut satis putem indicaſſe: nam emendaſſe certe non perinde tantae utilitatis, quanti laboris fuerit. GLAR. *C.* vel *G. Manlio*, vel *Mallio*, Voſſ. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 5. et Portug. *M. Manlio* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. Sed viginti septem annis ante *decreto gentis Manliae cautum* eſſe, *ne quis deinde M. Manlius vocaretur*, Livius supra narravit 6, 20, 4. Solent autem literae *Cn.* quibus praenomen *Cnaeus* indicatur, mutari in *M*, notam praenominis *Marcus*. V. supra hoc lib. c. 12, 1. *Horatio Manilio* Voſſ. 2. *cum Mallio* Gaertn. *con Manlio* Florent. Reliqui vulgatum servant; neque inveni, qui, ut Glareanus monuit, *T. Manlio* legendum censuerit. Neque ita legi poſſe, infra videbimus ad c. 19, 9. Eſſe autem eumdem Cn. Manlium, qui biennio ante consul fuit, exiſtimat Sigon. in Comm. ad Faſt. ad ann. CCCXCVI. Et quidem, numerum iterati honoris in auctoribus requiri, opinatur Pighius in Ann. ad eumdem annum p. 282. Sed v. quae notantur ad Liv. 2, 16, 7.

De unciario foenore a M. Duellio, L. Menenio tribunis plebis rogatio est perlata] *M. Duilio, L. Maenio*, ut ante. SIG. Pall. duo *Diliuio*. secundus cum editionibus priscis. GEBH. Paganinus Gaudentius 2. Juridic. Exposit. 29. vetuſtum errorem secutus scribit, *centesimas usuras* et *unciarium foenus* idem eſſe. Hoc tam verum eſt, quam

eſt perlata: et plebs aliquanto eam cupidius scivit accepitque. Ad bella nova, priore anno deſtinata, 2
Falisci quoque hoſtes exorti, duplici crimine: quod et cum Tarquiniensibus juventus eorum militaverat; et eos, qui Falerios perfugerant, quum male pugnatum eſt, repetentibus fecialibus Romanis non

assem et *unciam* idem eſſe, et eum, qui *ex uncia* haeres scriptus eſt, *ex asse* scriptum eſſe. Melius hoc dudum docuerunt Sigonius 2. de Ant. jur. Civ. Rom. 2. et Briſſon. de verb. Signif. v. *Usura*, ac deinde Gronovius 3. de Pecun. vet. 13. et in libro de Centesimis et Unciis usuris, ubi simul p. 599. exponit, quid hoc sit, quod Livius dicit, plebem eam legem *aliquanto cupidius* sciviſſe. DUR. *de vicario foenore* Leid. 2. *de nuntiario foenore* Harlej. 1. et ed. Parm. at praepositio *de* non exſtat in Fragm. Hav. quemadmodum nec praepositio *a* in Lovel. 4. Tum *M. Dilinio* Gaertn. *M. Diliuio* Leid. 1. et Lovel. 3. Sed recte *M. Duilio* emendat Sigonius, ut plerique hic praeferunt codd. V. supra ad 2, 58, 2. Eidem Sigonio *L. Maenio* legenti ex meis consentit unus Lov. 1. Reliqui *Menenio*, *Menennio*, vel, ut habet Flor. *Moenenio*. Solent autem nomina propria *Maenius* et *Menenius* saepius in Mſtis commutari. V. ad 8, 13, 1. Gens Menenia oriunda quidem ex plebe fuit, sed poſtea tamen inter patricios adlecta eſt. V. Liv. 2, 32, 8. et quae ibi notantur. Et hinc inveniuntur circa haec tempora plures Menenii functi honoribus patriciorum, nulli vero plebejis: quare hic L. Menenius tribunus plebis ferri nequit. Deinde *tribuno plebis* Lovel. 4. errore scribae, qui epitomen *tr.* vel *trib.* minus recte exposuit. V. ad 4, 1, 2, et 22, 61, 7. Tandem *rogatione perlata* Voſſ. 2. et Lovel. 3. quae etiam lectio ex non intellecto compendio *ē*, id eſt *est*, nata eſt. Et quidem errorem hunc facillime librarii inperitiores errare potuerunt, quum continua serie voces scriberentur. Voces autem *rogatio est perlata: et plebs* desunt in Gaertn. Cui neglegentiae occasionem dedit repetitio *τῶν plebis* et *plebs*.

Et plebs aliquanto eam cupidius scivit accepitque] *et plebes* Fragm. Hav. neque longe abit ed. Parm. quae praefert *et plebis*. V. ad 1, 20, 6. Tum *scivit acceptique* Leid. 1. et Lovel. 2. *scivit acceptaque* Harlej. 1. *scivit accepit* Florent.

§. 2. *Ad bella nova, priore anno destinata, Falisci quoque hostes exorti*] Veteres quidam habent *Falisci quoque novi hostes exorti*. Verum non sine menda. Non enim *novi hostes* Falisci erant, quos ante domuerat Camillus. Suspicor legendum *noti hostes*, ita ut vox *noti* respondeat vocibus illis *Ad bella nova*. De hoc bello Faliscorum sic Diodorus l. 16. [p. 526.] *Ῥωμαίοις δὲ πρὸς Φαλίσκους συνέβη πόλεμος, καὶ μέγα μὲν οὐδὲν, οὐδ' ἄξιον μνήμης ἐπετελέσθη.* SIG. Palat. sec. et Camp. ed. *Falisci quoque novi hostes*; unde Sigonius fecit *noti hostes*. Hoc interjectitio vocabulo pulchrius carere credo poſſe nitorem Livii. GEBH. *Falisci quoque* [no-

3 reddiderant. Ea provincia Cn. Manlio obvenit: Marcius exercitum in agrum Privernatem, integrum pace longinqua, induxit: militemque praeda inplevit. Ad copiam rerum addidit munificentiam,

vi hostes exorti Lovel. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. [Veith.] *noves hosti* Portug. Id aperte vitiosum. Sigonius in *noti hostes* mutavit. Quum tamen omnes optimi codd. vocem interpositam non agnoscant, eam melius abesse Gebhardo adsentior. Infra 8, 37, 3. *Ad defectionem Samnitium Apulum novum bellum accessit.* Etiam vocem *hostes* omiserunt Leid. 2. et Lovel. 1.

Quod cum Tarquiniensibus juventus eorum militaverat] Lege *quod et cum Tarquiniensibus.* ut sit geminata conjunctio. GELEN. Conjunctionem a Gelenio additam ex meis non agnoscunt Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Eamdem tamen servavi, tum quod reliqui, et inter eos plerique optimi codd. eam tueantur, ac saepissime hoc modo conjunctio geminata in melioribus Mstis Livii obcurrat, ubi eam priori loco alii expunxerunt. V. supra ad 2, 44, 4. Mox alio ordine vocum *Romanis foecialibus* Lovel. 4.

§. 3. *Ea provincia Cn. Manlio obvenit*] Sic lege e Pall. et edit. ant. Sic 25, 13, 9. *Cui ea provincia obvenerat.* Pal. iterum sec. hic legit *evenit.* 8, 1, 2. *Utrumque bellum Plautio sorte evenit.* ibid. c. 29, 6. *Samnium Camillo sorte evenit.* c. 37, 3. *Sulpicio Samnites, Apuli Aemilio sorte evenerunt.* GEBH. Vox *Ea* deficit perperam in Haverk. Deinde *C. Manlio* Lovel. 2. et Haverk. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *G. Manlio* Mediol. anni 1480. V. ad §. 1. *tum Manlio* Lovel. 4. *cum Manilio* Gaertn. V. ad 8, 18, 13. *consuli Manilio* Voss. 2. (* v. ad 21, 32, 3.) Deinde *evenit* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Livium ita loqui, supra vidimus ad 5, 12, 6. Sed et alterum eidem frequens est. Infra 9, 31, 1. *Junio Samnites, Aemilio novum bellum Etruria sorte obvenit.* ubi plura vide. Quum itaque vulgatam lectionem firment et numero plures, et integriores omnes codd. eam alteri praefero.

In agrum Privernatem, integrum pace longinqua] *in Privernatem,* media voce exsulante, Leid. 2. quod dictum esse posset, ut *in Antiati* infra 22, 1, 10. Sed auctoritas unius cod. levior est, quam ut aliis in servanda voce *agrum* consentientibus praeferatur. *in agrum Privernatum* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Verum ita formandum foret *Privernatium.* Ita enim infra est 8, 1, 1. *Nuncii defectionis Privernatium cum querimoniis acceptae cladis venerunt.* c. 21, 3. *Qui ante Privernatium caussam inpugnabant.* V. supra ad 5, 15, 11. Vulgatum itaque rectum. Infra 8, 11, 13. *Latinus ager, Privernati addito agro, et Falernus plebi Romanae dividitur.* Ita *ager Capenas* 5, 12, 5. *In Capenate agro hostes nulli extra moenia inventi.* c. 13, 12. *Populatores Capenatis agri reliquias pugnae absumsere.* Deinde *aegrum,* pro *integrum,* Lovel. 4.

Militemque praeda inplevit] Palat. tert. *militemque praedam*

quod, nihil in publicum secernendo, augenti rem privatam militi favit. Privernates quum ante moenia sua castris permunitis consedissent; vocatis ad concionem militibus, *Castra nunc*, inquit, *vobis bo-*

implevit. Mire dictum. GEBH. Ex cod. Pal. illius vitiosa lectione Gronovius in priore editione notarum ad Liv. 35, 1. legendum censuit *praedae inplevit*. Quod in curis secundis recte omisit. Licet enim verbo *inplere* Livius saepe casum patrium jungere soleat, ut infra videbimus ad 29, 14, 2. hic tamen nihil mutandum puto, quod reliqui omnes libri in vulgatum conspirent; et altera constructio, quae hoc loco obcurrit, a Livio etiam usurpata fuerit. Supra 3, 69, 2. *Totum urbem ira inplevere*. ubi alia exempla laudavi. In Palat. tert. vel ultima litera τοῦ *praedam* adhaesit ex principio vocis sequentis, vel error ortus est ex caussa, quam indicavi ad 4, 47, 3.

Quod, nihil in publicum secernendo, augenti rem privatam militi favit] Favet huic lectioni ad apicem Campani editio. Sed Pall. duo meliores *augendi rem privatam militi fuit*. Forte leg. *augendo rem privatam militi fuit*. ut subintelligatur aptus tibicen, a quo teneatur ordo locutionis. Sed nihil pertendo. Palat. sec. consensum trahens Andreanae editionis *augendo rem privatam militi favit*. GEBH. *augendi rem privatam militi fuit* Lovel. 3. Voss. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. *augendi rem privatam militi favit* Klock. et Hearnii Oxon. C. *augendo rem privatam militi favit* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Hearnii Oxon. N. (Veith.) et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *secernendo aut augendo rem privatam militi fuit* Lovel. 2. *secernendo augendove rem privatam militi favit* Harlej. 2. Portug. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. *secernendo augendoque rem privatam militi favit* Gaertn. *secernendo agendoque ne rem privatam militi favit* Haverk. Certum mihi videtur, vulgatam scripturam veram esse. Omnia autem monstra lectionum ex eo prognata sunt, quod, literis *d* et *t* commutatis, *augendi* datum sit, pro *augenti*. Sunt autem hae literae in pronunciatione sono admodum simili ac vicino, unde infinitis locis permiscentur. V. Broekh. ad Propert. 3. El. 9, 6. Hinc factum, ut inter se confundantur *aliquando* et *aliquanto*. V. ad 3, 8, 9. *quando* et *quanto*. V. ad 3, 50, 10. *modus* et *motus*. V. ad 4, 50, 4. *solidus* et *solitus*. V. ad 5, 4, 7. *eundem* et *euntem*. V. ad 5, 28, 7. *equidem* et *equitem*. V. ad 6, 12, 10. *commodus* et *commotus*. V. ad 6, 14, 9. *protegendi* et *protegenti*. V. ad 6, 20, 9. *aliquod* et *aliquot*. V. ad 6, 24, 2. *expedite* et *expelite*. V. ad 6, 29, 2. *communicādo* et *communicato*. V. ad 6, 37, 4. *dum* et *tum*. V. ad 40, 42, 7. et similia multa. Quum autem *augendi* hic commodum sensum non haberet, alii id mutarunt in *augendo* ob praecedens *secernendo*, alii insuper varias particulas *aut*, *que*, vel *ve* addiderunt. Receptam lectionem recte servant Florent. et Harlei. 1. nisi quod posterior etiam *fuit*, pro *favit*, praeferat. De eo errore infra v. ad Epit. Liv. 45. Paullo ante *addit*, pro *addidit*, solus Haverk. V. ad 2, 24, 6.

§. 4. *Quum ante moenia sua*

stium, urbemque praedae do, si mihi pollicemini, vos fortiter in acie operam navaturos, nec praedae magis,
5 *quam pugnae, paratos esse.* Signum poscunt ingenti clamore: celsique et spe haud dubia feroces in proelium vadunt. Ibi ante signa Sex. Tullius, de quo ante dictum est, exclamat: *Adspice, imperator,* inquit, *quemadmodum exercitus tuus tibi promissa prae-*

castris permunitis consedissent] Palat. sec. *castris permuniti.* Tale quid notavi supra. GEBH. Eadem lectio etiam est in Harlej. 2. et Haverk. qui Pal. sec. Gebhardi conspirant. sed reliqui dissentientes eam lectionem falsi arguunt. Praeterea vox *sua* deest in Harlej. 2. Portug. et Haverk. At *ante moenia sua a castris* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Urbemque praedae do] Conjunctio *que* non est in Lovel. 5. Deinde *praedam do* Lovel. 4.

Vos fortiter in aciem operam navaturos] Lege *in acie operam navaturos,* non *in aciem.* GELEN. *in acie* omnes mei, excepto Florent. qui solus *in aciem* praefert. Tum *novaturos* Klock. et Haverk. *gnavaturos* Harlej. 1. *daturos* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. et Hearnii Oxon. N. B. et C. quam lectionem ex interpretis expositione natam esse, nullus dubito. Ita peccant etiam librarii infra 9, 16, 6. V. quoque ad 2, 43, 9. (* 36, 39, 8.)

§. 5. *Spe haud dubia feroces in proelium vadunt*] *in proelia vadunt* Harlej. 2. et Haverk. Praeterea in verbis sequentibus *exclamavit,* pro *exclamat,* Gaertn.

Adspice, imperator, inquit, quemadmodum exercitus tuus] Vocem *inquit,* quae superesse videtur, quod *exclamat* praecessit, melius abfuturam, ad marginem Livii adscripsit Cl. Ant. Perizonius. Tum *exercitus tutus,* pro *tuus,* Florent. Voss. 2. Leid. 1. et Klock. V. ad 9, 23, 11. Praeterea *strictoque gladio* edd. vett. usque ad Aldum, qui, consentientibus scriptis, primus omisit. Deinde *inpetum fecit,* pro *facit,* Florent.

§. 6. *Antesignani omnes, primoque inpetu avertere hostem*] *ante signa omnes* Lovel. 4. 5. *antesignarii omnes* Leid. 2. et Gaertn. V. supra ad 4, 47, 2. Tum *advertere* Fragm. Hav. *averte* Leid. 1. neglecta forte nota, quum *avert'e,* vel *avertē* scriptum fuisset. Ceterum verba *inpetum facit. Sequuntur Tullium* etc. *avertere hostem* deficiunt in Harlej. 1. ob vocis *hostem* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

Ad oppidum persecuti, quum jam scalas moenibus admoverent] *ad hostem oppidum,* perperam inserta voce, Harlej. 2. Deinde *prosecuti* edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad Epit. Liv. 99. *persequentes* Hearnii Oxon. L. 1. eodem errore, quo *inopinantes,* pro *inopinati,* ejusque generis plura librarii indocti dederunt; de quibus v. quae infra notantur ad 21, 52, 10. Tum *amoverent* Portug. a m. 1. *commoverent* Haverk. et Harlej. 2. Hinc

ulum sevocaret, capite sanxerunt. nihil enim
per milites, juratos in consulis verba, quamvis
niciosum populo, si id liceret, ferri posse.
lem anno C. Licinius Stolo a M. Popillio Lae- 9
e sua lege decem millibus aeris est damnatus,

ni plebis tam lege, quam plo, moti Gaertn. [Veith.] *tam legi, quam exemplo*, Voss. 2. et Lovel. 3. Mox *lum postea sevocarent*, or- vocum mutato, Lovel. 4.

id liceret, fieri posse] Le- *rri posse*, quia de militibus, legem novo exemplo in ca- tulerant, loquitur. SIG. Re- a Sigonius emendavit, eique cribunt plerique et optimi . *fieri* enim tantum superest oss. 1. contextu, Lovel. 1. 5. Portug. Haverk. et Hear- xon. C. [Veith.] Solent au- voces *fieri* et *ferri* saepius stis confundi. V. supra ad , 6. Praeterea *posset* habet tn. [Veith.] invitis reliquis, recte vulgato adhaerent.

9. *A M. Popillio Laenate lege decem millibus aeris amnatus*] *a M. Papilio* Voss. Lovel. 1. *a M. Popilio* Voss. vel. 4. Florent. Gaertn. et rk. *a M. Pompilio* Leid. am- Lovel. 2. 3. 5. Portug. et m. Hav. *a M. Pompillio* nii Oxon. L. 2. *a M. Pom- o* ejusdem L. 1. Sed *Laenas* omen est Popilliorum: id au- nomen cum duplice liquida *illius* scribendum esse, Sigo- supra docuit hoc lib. ad c. . Deinde vox *decem* deficit oss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Fragm. Hav. [Veith.] τὸ *est* m in Lovel. 2. Numeri de- notam *X*, sed virgula tra- m, a librariis interdum o- m fuisse, alibi inferius vide- bimus. (* 45, 40, 5.) Ceterum Pighius in Annal. ad ann. cccxcvi. p. 283. C. Licinium Stolonem hoc anno a M. Popillio Laenate sua lege damnatum referens, et p. 284. hujus anni praetorem M. Popillium Laenatem fuisse existimans, in ea videtur fuisse opinione, eum apud praetorem hunc accusatum, et ab eodem damnatum esse, praesertim quum inter magistratus hujus anni nullum alium M. Popillium Laenatem memoret. Mihi tamen verius videtur, M. Popillium Laenatem non judicem in hac caussa consedisse, sed potius Stolonis accusatorem existitisse propter locum Valer. Max. id expresse dicentis 8, 6, 3. *Quam ob caussam, a M. Popillio Laenate accusatus, primus sua lege concidit. damnare* itaque hoc loco notabit, efficere accusatione, ut a judice damnetur. Ita Varro 2. de re rust. 2. *Emtor pote ex emto vendito illum damnare, si non tradet, quamvis non solverit nummos.* Cic. pro Cluent. 3. *Corrupisse dicitur A. Cluentius judicium pecunia, quo inimicum suum innocentem Statium Albium condemnaret.* Val. Max. 3, 7, 6. *Quum L. Crassus ex consulatu provinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cujus patrem damnaverat, ad speculanda acta sua venisset.* ad quem locum videndus est Vorstius. 5, 4, 4. *M. Cotta Cn. Carbonem, a quo pater ejus damnatus fuerat, postulavit, peractumque reum judicio adflixit.* Et ita, si veteres editio-

exemplo ad Sutrium in caſtris tributim de vicesima eorum, qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi aerario additum
8 eſſet, auctores fuerunt. Ceterum tribuni plebis, non tam lege, quam exemplo, moti, ne quis poſtea

quam si ea nulla fuiſſet. An ergo dicendum eſt, deinde demum cautum fuiſſe, ut hoc aurum in sanctiore aerario ad ultimos casus reip. servaretur? DUK. Quae Modius ad haec verba de vicesima manumiſſionum, et quinquagesima mancipiorum venalium, aliisque vectigalibus populi Romani notavit, descripsit ex Lipsio ad Taciti 13. Ann. 31, et ex ejus excursu C. quae quum non magis ad inluſtrationem hujus loci faciant, quam aliorum omnium, ubi de hoc vectigali agitur, omittenda ea judicavi. De vicesima autem manumiſſionum videri poteſt Cel. Burmann. de Vectig. pop. Rom. c. 10. ut et Fabrett. ad Inscript. c. 1. p. 35. Ceterum *ad Sutrinum* Gaertn. *defuturum* Leid. 2. Tum *tributum* Lovel. 2. 4. et Gaertn. *tributi* Lovel. 5. et Harlej. 1. Male. *tributim* eſt quasi in comitiis tributis, per populum sive milites in tribus suas divisos. V. Sigonium ad 3, 55, 3. Deinde *qui manumittentur* Gaertn. Scriptum fuerat *manumitt'entur*. nota vero vel evanuit, vel a scriba neglecta eſt, ut saepius alibi factum eſt. V. supra ad 2, 56, 7. Insuper *de vicensima* Florent. V. ad 5, 54, 5.

Patres, quia ea lege haud parvum vectigali inopi aerario additum esset] Palat. pr. ac tert. *Patresque ea lege ut parvum vectigal inopi aerario additum esset*. Sed si in vulgatis codicibus *vectigali* operarum σφάλμα non eſt, pro eo legerim *vectigale*. GEBH. *Patres, quod ea lege* Voſſ. 2. sed fruſtra. V. ad 2, 8. 5. *ut*, pro *haud*, quod Gebhard. in duobus Pall. invenit, apud me etiam supereſt in Voſſ. 2. et Lovel. 3. *aut* in Fragm. Haverk. V. ad 28, 2, 11. Tota particula abeſt a Leid. 2. *vectigali haud* dubie operarum errore vulgatum eſt in edd. Gruteri, eumdemque errorem Heinsius in Elzeviriana, et Gronovius in priori servarunt, quorum tamen hic anno 1665. *vectigal* reſtituit. Et ita excusi ante Gruterum et scripti servant, nisi quod *parvum vectigalim opi aerario* sit in Leid. 1. *haud parvum vectigallis* in Voſ. 1. a m. 1. *haud parvum vectigalis* in Klock. *haud parum vectigal* in ed. Parm. Hinc pronum foret emendare *haud parum vectigalis*. Potius tamen eſt, ut vulgatam lectionem servemus, atque exiſtimemus, librarios et typographorum operas peccaſſe, uniusque literae duplicatione omiſſa, *parum* pro *paruum*, dediſſe exiſtimemus: quomodo etiam alibi errarunt. V. supra ad 5, 10, 3. Tantum autem abeſt, ut Gebhardo *vectigale* emendanti adsentiendum sit, ut potius *capitale*, quod, ita simpliciter dictum, similiter formatum videri poteſt, in *capital* mutandum sit. V. ad 24, 37, 9. Denique *edem*, id eſt *edictum*, pro *additum*, Fragm. Hav.

§. 8. *Tribuni plebis, non tam lege, quam exemplo, moti*] *tribuni plebis tam ex lege, quam exemplo moti* Lovel. 4. et Klock.

populum sevocaret, capite sanxerunt. nihil enim non per milites, juratos in consulis verba, quamvis perniciosum populo, si id liceret, ferri posse. Eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popillio Lae- 9
nate sua lege decem millibus aeris est damnatus,

tribuni plebis tam lege, quam exemplo, moti Gaertn. [Veith.] *non tam legi, quam exemplo, moti* Voss. 2. et Lovel. 3. Mox *populum postea sevocarent*, ordine vocum mutato, Lovel. 4.

Si id liceret, fieri posse] Lego *ferri posse*, quia de militibus, qui legem novo exemplo in castris tulerant, loquitur. SIG. Recte ita Sigonius emendavit, eique subscribunt plerique et optimi codd. *fieri* enim tantum superest in Voss. 1. contextu, Lovel. 1. 3. 4. 5. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] Solent autem voces *fieri* et *ferri* saepius in Mstis confundi. V. supra ad 5, 54, 6. Praeterea *posset* habet Gaertn. [Veith.] invitis reliquis, qui recte vulgato adhaerent.

§. 9. *A M. Popillio Laenate sua lege decem millibus aeris est damnatus*] *a M. Papilio* Voss. 1. et Lovel. 1. *a M. Popilio* Voss. 2. Lovel. 4. Florent. Gaertn. et Haverk. *a M. Pompilio* Leid. ambo, Lovel. 2. 3. 5. Portug. et Fragm. Hav. *a M. Pompillio* Hearnii Oxon. L. 2. *a M. Pomponio* ejusdem L. 1. Sed *Laenas* cognomen est Popilliorum: id autem nomen cum duplice liquida *Popillius* scribendum esse, Sigonius supra docuit hoc lib. ad c. 12, 1. Deinde vox *decem* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. [Veith.] τὸ *est* autem in Lovel. 2. Numeri denarii notam *X*, sed virgula trajectam, a librariis interdum omissam fuisse, alibi inferius videbimus. (* 45, 40, 5.) Ceterum Pighius in Annal. ad ann. cccxcvi. p. 283. C. Licinium Stolonem hoc anno a M. Popillio Laenate sua lege damnatum referens, et p. 284. hujus anni praetorem M. Popillium Laenatem fuisse existimans, in ea videtur fuisse opinione, eum apud praetorem hunc accusatum, et ab eodem damnatum esse, praesertim quum inter magistratus hujus anni nullum alium M. Popillium Laenatem memoret. Mihi tamen verius videtur, M. Popillium Laenatem non judicem in hac caussa consedisse, sed potius Stolonis accusatorem exstitisse propter locum Valer. Max. id expresse dicentis 8, 6, 3. *Quum ob caussam, a M. Popillio Laenate accusatus, primus sua lege concidit. damnare* itaque hoc loco notabit, efficere accusatione, ut a judice damnetur. Ita Varro 2. de re rust. 2. *Emtor pote ex emto vendito illum damnare, si non tradet, quamvis non solverit nummos.* Cic. pro Cluent. 3. *Corrupisse dicitur A. Cluentius judicium pecunia, quo inimicum suum innocentem Statium Albium condemnaret.* Val. Max. 3, 7, 6. *Quum L. Crassus ex consulatu provinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cujus patrem damnaverat, ad speculanda acta sua venisset.* ad quem locum videndus est Vorstius. 5, 4, 4. *M. Cotta Cn. Carbonem, a quo pater ejus damnatus fuerat, postulavit, peractumque reum judicio adflixit.* Et ita, si veteres editio-

quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset.

1 XVII. Novi consules inde, M. Fabius Ambustus secun-

nes sequamur, locutus est auctor Epit. Liv. 47. *Aliquot praetores a provinciis avaritiae nomine accusati et damnati sunt.* Sed lectionem illam Sigonius deinceps mutavit; cui codd. mei consentiunt. Plura de verbo *damnare* hoc sensu v. apud Brisson. de Verb. signif. in v. *Condemnare*, et in v. *Damnare*. Passer. ad Cic. orat. pro Caecin. 12. atque Doct. Arntzen. ad Aur. Victor. in Vir. Inl. 63, 1. Ipsum autem Livium ita etiam locutum existimo 35, 10, 11. *Aedilitas insignis eo anno fuit M. Aemilii Lepidi et L. Aemilii Paulli. Multos pecuarios damnarunt.* Verbum enim *damnare* ibi eodem sensu accipiendum esse, patet ex altero loco Livii 33, 42, 10. *Aediles plebis* etc. *multos pecuarios ad populi judicium adduxerunt: tres ex his condemnati sunt.* Conjectura autem ductus non alio sensu illud verbum accipio 38, 35, 5. *Duodecim clipea aurata ab Aedilibus curulibus sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt.* Et mox, *Collega ejus A. Caecilius neminem condemnavit.* Ubi etiam eo sensu verbum illud accipiendum, docent praecedentia. *Nam separatim accusaverant.* Similiter *multare* pro efficere accusatione, ut a judicibus multentur, infra est 10, 31, 9. *Q. Fabius Gurges consulis filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia multavit.* Conjicio itaque M. Popillium Laenatem, et quidem forte non eum, qui consul supra memoratus est c. 12. et ter adhuc infra eamdem dignitatem gessisse legitur c. 17. 23. et 26. sed alium quemcumque gentis Popillias, hoc anno fuisse aedilem, eumque C. Licinium Stolonem ad populum accusasse, populum vero eum damnasse. Certe aediles in eadem caussa accusatores memorantur 10, 13, 14. *Eo anno plerique dies dicta ab aedilibus; quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent, nec quisquam ferme est purgatus.*

Quod mille jugerum agri cum filio possideret] Ita primus edidit Aldus. Priores, quibus usus sum, praeferunt *mille jugerum agrum.* Cum Aldo autem stant omnes codices, nisi quod *mille jugera agri* habent Lovel. 4. et 5. Adparet, indoctis librariis displicuisse genus locutionis *mille jugerum*, quum tamen *mille passuum*, *mille militum*, *mille talentûm*, ac similia in Livio frequentissime obcurrant. V. supra ad 5, 26, 5. *jugera agri*, ut 8, 21, 11. *Bina jugera agri acceperunt.* 42, 34, 2. *Pater mihi jugerum agri reliquit.* Colum. Praefat. l. 1. *Accepta, quae viritim dividebantur, captivi agri septem jugera non minus industrie coluerit, quam fortiter armis quaesierat.* Aur. Vict. in Vir. Inl. 20. *Ne cui plebejo plus centum jugera agri habere liceret.* c. 73. *Legem tulit, ut veteranis centena agri jugera in Africa dividerentur.* Valer. Max. 3, 3, 5. *Decretis etiam a senatu septenis jugeribus agri populo.* qui ita saepe locutus est. *jugera soli* Colum. 1, 3. *Deferente populo praemii nomine quinquaginta soli jugera.* Neutram

secundum et M. Popillius Laenas secundum, duo bella habuere. Facile alterum cum Tiburtibus, 2
quod Laenas gessit: qui, hoste in urbem compulso, agros vastavit. Falisci Tarquiniensesque alterum

tamen aliarum lectionum, quas vel editi priores, vel Msti Lovel. praeferunt, quasi minus Latinas, rejicio; ut enim *ager mille jugerum*, ita *paucorum jugerum silva* apud Horat. 2. od. 16, 29.

Purae rivus aquae, silvaque jugerum
Paucorum, et segetis certa fides meae.

Et ita Colum. in praefat. l. 1. *Ad eosdem juvencos et quatuor jugerum avitum haerediolum redierit.* Verum vulgatum praefero praestantissimorum codicum fide.

Emancipandoque filio fraudem legi fecisset] Post haec verba non admodum apte cohaerent sequentia, nempe haec *prohibitum deinceps per tribunos plebis leges in castris ferri.* Nec dubium est, per inscitiam scribae e margine in contextum translata. GELEN. Quae verba tamquam glossema deleta sunt a Gelenio, et, qui eum secutus est, Frobenio anno 1535. desunt etiam in omnibus meis, praeterquam in Florent. Sed in ejus contextum tot lemmata non modo hoc, sed et praeced. ac seqq. capitibus recepta sunt, ut vel ex eo, quod invitis reliquis haec verba servet, glossematis illa suspecta fieri possint. Praeterea desunt in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 1. *Et M. Popillius Laenas iterum, duo bella*] Nihil minus credibile est, quam a Livio voculam *secundum* adjectam fuisse Ambusto, *iterum* Laenati. Quae illae deliciae? Sed et plane Rott. *Laenas II. duo.* Id rursus erat pronunciandum *secundum.* Quod si vox *iterum* in aliis MSS. tota fuit expressa, opiner Livium scripsisse *Popillius Laenas II, iterum duo bella.* Nam et praecedenti tot fuerunt. JAC. GRON. Merito vulgata lectio Cl. Gronovio displicuit, quae demum recepta fuit in postremam edit. Gruteri. Omnes priores praeferunt *M. Fabius Ambustus II. et M. Popilius*, vel *Popillius, Laenas II. duo bella habuere.* nisi quod Sigonius pro *II.* utroque loco ediderit *iterum.* Codices etiam, quoscumque vidi, vel quorum excerptis usus sum, ut et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. utroque loco vel *II.* vel *II°.* vel *secundo* praeferunt: hinc *secundum*, pro *iterum*, in contextum admittendum censui. Praeterea particula *inde* non adparet in Lovel. 2. Harlej. 2. et Gaertn. neque conjunctio *et* in Leid. 2. et Lovel. 1. Et passim eam inter duorum consulum nomina pro arbitrio suo ab librariis vel additam, vel omissam esse, supra dictum est ad 2, 16, 7. Deinde *Popilius* Voss. ambo, Leid. 1. Lovel. 3. 4. Haverk. aliique. *Pompilius* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. 2. Portug. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. V. ad cap. praec. §. 9. Tandem vox *duo* omittitur in Leid. 2. ac Lovel. 1. et 2. Sed eam male superesse crediderunt librarii ob vocem *secundum* praecedentem, notis numeralibus *II.* vel *II°.* scriptam.

§. 2. *Facile alterum cum Tiburtibus, quod Laenas gessit*]

3 consulem prima pugna fuderunt. inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum, facibus ardentibus anguibusque praelatis, inceſſu furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie: et tunc quidem vel-

cum Tiburtibus M. Laenas gessit Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. [Veith. qui omittit *Facile*] Ceterum verba *cum Tiburtibus*, *quod* etc. *Tarquiniensesque alterum* desunt in Lovel. 3. culpa librarii, cui τῶν *alterum cum* et *alterum cons̄.* repetitio erroris occasio fuit.

Falisci Tarquiniensesque] Ante haec verba in Florent. sequentia reperiuntur: *Falisci et Tarquinienses primo bello, quod fanatico ambitu gesserant, superiores, victi postea castris exuuntur.* quae olim pro lemmate margini adjecta fuerant. V. supra ad c. 15, 2. Copula *que* deerat in Lovel. 5. Mox *alterum consulis*, pro *consulem*, Voſſ. 1. *alterum consulum* Gaertn. V. ad 9, 32, 2. Ei uni tamen credendum, ac reliquis omnibus fidem abrogandam non videtur. Potius diversitatem hanc lectionis ex male exposito compendio *cos̄.* natam puto. V. infra ad 10, 10, 2.

§. 3. *Facibus ardentibus anguibusque praelatis*] Hoc ut facile intellectu eſt, ita factu difficile: quare explicandum erat hoc pluribus, quam hic fecit, verbis. Illud etiam, *lymphati et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt*, de Romanis intelligo. GLAR. Obscure hoc a Livio dictum eſſe, aït Glareanus: at Frontinus 2, 4, [18. et 19.] *Falisci et Tarquinienses, compluribus suorum in habitu sacerdotum subornatis, faces et angues furiali habitu praeferentibus, aciem Romanorum turbaverunt. Idem Vejentes et Fidenates facibus arreptis fecerunt.* De his autem sic scribit Florus [1, 12, 7.] quasi rem exponens: *Fidenae, quia impares erant ferro, ad terrorem movendum facibus armatae, et discoloribus serpentum in modum vittis furiali more processerunt.* Quod autem aït Florus de anguibus Fidenatum, id non eſt apud Livium, qui sic loquitur 4, [33, 2.] *ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico instincta cursu in hostem ruit.* SIG. Haud putandum, veros fuiſſe angues, sed vittas colore anguineo, quae vento agitatae vivere visae. Ita sane interpretatur Florus 1, 12. qui simile quid Fidenatibus adscribit. Hinc lepide Statius Papinius 1. Achill. 11.

Nec mea nunc primis anguescunt tempora vittis.

sic enim MSS. noſtri. inepte hactenus edd. *albescunt.* Accommodandus igitur et huic opinioni locus Frontini 2. Strateg. 4, 18. Nimirum hi milites hoſtibus persuadere volebant, se veras eſſe Cocyti Furias, poenam sumturas de eorum sceleribus. Hinc legimus apud Pausaniam in Laconicis [c. 19.] *Polyxo, ulcisci in Helena Tlepolemi necem volentem, ubi Helenam in potestate habuit, immisisse in eam lavantem ancillas Furiarum habitu, quae comprehensam, quum ad arborem suspendissent, laqueo necarunt.* etc. Furiarum crines conſtare ex veris anguibus,

ut lymphati et adtoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt; deinde, ubi consul legatique ac 4 tribuni puerorum ritu vana miracula paventes inridebant increpabantque, vertit animos repente pu-

notum ex poëtis, versuque Virgilii 349. l. 7. Aen. Unde lepida figura Statius parricidio fratrum intermiscet Furias 11, 405.

Frena tenent ipsae, phalerasque et lucida comunt
Arma manu, mixtisque jubas serpentibus augent.

Argute etiam Claudianus Paneg. 3. in Honorium vers. 138.

Hi volucres tollunt aquilas, hi pieta draconum
Colla levant; multusque tumet per nubila serpens
Iratus stimulante Noto, vivitque receptis
Flatibus, et vario mentitur sibila tractu.

GRUT. In loco Statii *anguescunt* ante Gruter. ex MS. legendum monuit Bernartius. Verum receptam lectionem adversum eum et adversus Schottum, *augescunt* legentem, defendit Barthius. Ceterum *anguibus praelatis*, sine conjunctione *que*, est in Fragm. Hav. *praelectis* in Lovel. 5. Paullo ante verbum *fuit* nescit Gaertn. in verbis autem sequentibus *incensu*, pro *incessu*, habent Klock. et ed. Mediol. anni 1480. errore scribarum.

Et tunc quidem velut lymphati et adtoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt] *et tum* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. quinque, Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad Liv. 2, 12, 15. Vulgatam lectionem Florent. Harlej. 1. ac Klock. servasse videntur. Sed alteri favet etiam Haverk. *et cum praeferens*, sollemni scribarum lapsu. V. infra ad Epit. Liv. 48. circa fin. Tum *quidam* Leid. 2. de quo errore v. ad 39, 17, 5. Deinde *lymphatici* Lovel. 4. 5. Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. Ita infra 10, 28, 10. *Victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat.* Quum tamen optimi codd. vulgatum servent, illud praeferendum non dubito. Silius Ital. 1, 458.

— — — ruit ocius amens
Lymphato cursu, atque ingentes deserit actus.

ubi v. quae notantur. Denique *trepide agmine inciderunt* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 4. *Deinde ubi consules legatique ac tribuni*] Lege *consul.* MURET. Recte ita Muretus. Nam unus tantum aderat Fabius consul: cujus collegae Popillio evenerat bellum cum Tiburtibus gerendum. Illud *consules* autem primum mihi obvium fuit in ed. Froben. anni 1531. qua priores vel *consul* vel *cos.* dederunt. Variant etiam codd. quidam enim praeferunt *consules.* sed *cons.* est in Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. *consul* in Leid. 2. Lovel. 1. a m. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. quam lectionem contextui reddidi. Praeterea vox *deinde* exsulat ab Lovel. 3. Tum *legati atque tribuni* Lovel. 4. quem non audiendum censeo. V. supra ad 2, 31, 1.

Puerorum ritu vana miracula paventes inridebant] *paventi*

dor; et in ea ipsa, quae fugerant, velut caeci
5 bant. Discuſſo itaque vano adparatu hoſtium, q
in ipsos armatos se intuliſſent, averterunt t
aciem: caſtrisque etiam eo die potiti, praeda
genti parta, victores reverterunt, militaribus
quum adparatum hoſtium, tum suum increp
6 pavorem. Concitatur deinde omne nomen E

Florent. a m. 1. pro quo poſtea factum *paventium*. quod nullo modo ferri poteſt. Mox *avertit* Portug. a m. 2.

In ea ipsa, quae fugerant, velut caeci ruebant] *in ea signa, quae fugerant* Leid. 1. *in eos ipsos, qui fugerant arma, velut* Lovel. 4. Hearne etiam auctor eſt, se in Oxon. C. inveniſſe *in eos ipsos, qui fugerant.* [ita Veith.] unde nasci poſſet suspicio, legendum eſſe, *in eos ipsos, quos fugerant.* Id tamen non placet; nam non tam ipsos hoſtes, quam eorum ornatum furialem fugerant. Praeterea *in ea ipsa, quae fugerant, velut caeci ruebant arma* Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *in ea ipsa, quae fugerant arma, velut caeci ruebant* Lovel. 5. Sed, vocem *arma* ab indocto gloſſatore primum margini adscriptam, et poſtea ab indoctiore librario in contextum receptam eſſe, existimo.

§. 5. *Discusso itaque vano adparatu hostium*] *Diffuso* Voſſ. 1. in contextu, et Lovel. 5. Male. V. supra ad 2, 52, 7. Tum *uno apparatu* Harlej. 1. Male. Solitos fuiſſe librarios ita errare, infra dicam ad 8, 27, 2. *vano apparato* Florent. et Leid. 1. a m. 1. Neque illud probandum. V. supra ad 1, 16, 7.

Quum in ipsos armatos se intulissent, averterunt totam aciem] *quum ipsos armatos* 2. et Lovel. 3. omiſſa pra tione, quam intercepit vocis cedentis litera finalis. V. ad 10, 13, 3. De locutione *i se in aliquem* v. supra ad 7. Praeterea *avertunt* Lov errore inde orto, quod scri fuerit *avert'unt*, et addita tam librarius omiserit. V. 14, 11. *adverterunt* Fragm. *avertere* eſt in fugam verter supra ad 1, 37, 3. Denique *totam*, mutato ordine verb Lovel. 2. et Harlej. 2.

Praeda ingenti parta res reverterunt] *parta in praeda* Gaertn. Deinde *vi Romam reverterunt*, addi ce, Hearnii Oxon. L. 1. Sed *reverterunt* contra non ag Voſſ. 2. *revertuntur* habe verk. Sed supra v. ad 6, 2

Militaribus jocis quum ratum hostium, tum suu crepantes pavorem] *e mil bus locis* Haverk. frequenti barum errore. V. infra ad 3 4. Hinc *tum apparatum ho* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. qui sed eorum primus a m. 2. tug. Gaertn. Fragm. Ha Hearnii N. et C. Similiter in Florent. sed a manu rec ri, quum olim a m. 1. *cum* ratum fuiſſet. Plura supra 6, 23, 3.

§. 6. *Concitatur deinde nomen Etruscum*] Sic Dio

scum, et, Tarquiniensibus Faliscisque ducibus, ad Salinas perveniunt. Adversus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus, magiſtrum equitum item de plebe C. Plautium dixit. Id vero Patribus indignum videri, etiam dictaturam 7
jam in promiscuo eſſe: omnique ope inpediebant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur, para-

l. 16. [p. 529.] *Τυῤῥηνοὶ δὲ διαπολεμοῦντες Ῥωμαίοις ἐπόρθησαν πολλὴν τῆς πολεμίας χώρας, καὶ μέχρι τοῦ Τιβέρεως καταδραμόντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκίαν.* SIG. Ante haec verba gloſſema marginale *Hetruscorum omnium concitatio* in contextum recepit librarius Florent. V. ad c. 15, 2.

Et Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad Salinas perveniunt] Vocula *et* non legitur in Lovel. 5. Tum *Tarquiniensibus Faliscis ducibus*, omiſſa conjunctione *que*, Lovel. 2. Deinde *pervenerunt* Gaertn.

Adversus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus] *Adversus eum dictator terrorem* trajectis vocibus Voſſ. 1. Hinc *C. Marcius*, vel *Martius*, *Rutilius* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et pleraeque editt. quomodo saepe alibi fuit peccatum. V. infra hoc lib. c. 21, 4. c. 22, 7. c. 38, 8. 9, 17, 8. c. 33, 1. et alibi. Eodem cognomine usae sunt gentes Virginia et Nautia, in quibus etiam similiter scribae lapsi sunt. V. supra ad 4, 35, 4. *C. Marcius Utilius*, prima litera cognominis omiſſa, Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Klock. *M. Rutilius* habent edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum vox *dictus* non adparet in Florent. Mox *Plaucius*, pro *Plautius*, Leid. 1. Lovel. 2. et Fragm. Hav.

§. 7. *Patribus indignum videri, etiam dictaturam in promiscuo esse*] Lege *etiam dictaturam jam in promiscuo esse*, quemadmodum habent scripta exemplaria. GELEN. *indignum Patribus videri* alio ordine Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *jam dictaturam etiam* Lovel. 4. *et jam dictaturam etiam* Fragm. Hav. *etiam dictaturam jam*, ut Gelenius in Mſtis invenit, praeferunt reliqui mei omnes, et Hearnii Oxonienses, nisi quod unus ejus B. et ex meis Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. et Haverk. editt. vett. adſtipulati, non agnoscant voculam *jam*. Deinde *in promisco esse* Flor. Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 3, 47, 7.

Omnique ope inpediebant, ne quid dictatori ad bellum decerneretur] *omni ope*, sine copula *que*, Haverk. Tum *ne quid ad id bellum dictatori decerneretur* Voſſ. 1. et Lovel. 1. ac 5. *ne quid ad illud bellum dictator decerneretur* Leid. 2. *To ad* deficit in Voſſ. 2.

Eo promtius cuncta, ferente dictatore, populus jussit] *ferenda dictatori* Harlej. 1. cujus librarius sensum Livii non intellexit. Quae dictatori ad bellum

dor; et in ea ipsa, quae fugerant, velut caeci rue-
5 bant. Discuſſo itaque vano adparatu hoſtium, quum
in ipsos armatos se intuliſſent, averterunt totam
aciem: caſtrisque etiam eo die potiti, praeda in-
genti parta, victores reverterunt, militaribus jocis
quum adparatum hoſtium, tum suum increpantes
6 pavorem. Concitatur deinde omne nomen Etru-

Florent. a m. 1. pro quo poſtea factum *paventium*. quod nullo modo ferri poteſt. Mox *avertit* Portug. a m. 2.

In ea ipsa, quae fugerant, velut caeci ruebant] *in ea signa, quae fugerant* Leid. 1. *in eos ipsos, qui fugerant arma, velut* Lovel. 4. Hearne etiam auctor eſt, se in Oxon. C. inveniſſe *in eos ipsos, qui fugerant*. [ita Veith.] unde nasci poſſet suspicio, legendum eſſe, *in eos ipsos, quos fugerant*. Id tamen non placet; nam non tam ipsos hoſtes, quam eorum ornatum furialem fugerant. Praeterea *in ea ipsa, quae fugerant, velut caeci ruebant arma* Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *in ea ipsa, quae fugerant arma, velut caeci ruebant* Lovel. 5. Sed, vocem *arma* ab indocto gloſſatore primum margini adscriptam, et poſtea ab indoctiore librario in contextum receptam eſſe, existimo.

§. 5. *Discusso itaque vano adparatu hostium*] *Diffuso* Voſſ. 1. in contextu, et Lovel. 5. Male. V. supra ad 2, 52, 7. Tum *uno apparatu* Harlej. 1. Male. Solitos fuiſſe librarios ita errare, infra dicam ad 8, 27, 2. *vano apparato* Florent. et Leid. 1. a m. 1. Neque illud probandum. V. supra ad 1, 16, 7.

Quum in ipsos armatos se intulissent, averterunt totam aciem] *quum ipsos armatos* Voſ. 2. et Lovel. 3. omiſſa praepositione, quam intercepit vocis praecedentis litera finalis. V. infra ad 10, 13, 3. De locutione *inferre se in aliquem* v. supra ad 3, 5, 7. Praeterea *avertunt* Lovel. 5. errore inde orto, quod scriptum fuerit *avert'unt*, et additam notam librarius omiserit. V. ad 10, 14, 11. *adverterunt* Fragm. Hav. *avertere* eſt in fugam vertere. V. supra ad 1, 37, 3. Denique *aciem totam*, mutato ordine verborum, Lovel. 2. et Harlej. 2.

Praeda ingenti parta victores reverterunt] *parta ingenti praeda* Gaertn. Deinde *victores Romam reverterunt*, addita voce, Hearnii Oxon. L. 1. Sed vocem *reverterunt* contra non agnoscit Voſſ. 2. *revertuntur* habet Haverk. Sed supra v. ad 6, 29, 8.

Militaribus jocis quum adparatum hostium, tum suum increpantes pavorem] *e militaribus locis* Haverk. frequenti scribarum errore. V. infra ad 36, 14, 4. Hinc *tum apparatum hostium* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. quinque, sed eorum primus a m. 2. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii N. et C. Similiter exſtat in Florent. sed a manu recentiori, quum olim a m. 1. *cum* erasatum fuiſſet. Plura supra v. ad 6, 23, 3.

§. 6. *Concitatur deinde omne nomen Etruscum*] Sic Diodorus

ım, et, Tarquiniensibus Faliscisque ducibus, ad
linas perveniunt. Adversus eum terrorem dicta-
: C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus, ma-
trum equitum item de plebe C. Plautium dixit.
vero Patribus indignum videri, etiam dictaturam 7
n in promiscuo esse: omnique ope inpediebant,
quid dictatori ad id bellum decerneretur, para-

6. [p. 529.] *Τυῤῥηνοὶ δὲ διαλεμοῦντες Ῥωμαίοις ἐπόρθηνν πολλὴν τῆς πολεμίας Χώρας, καὶ μέχρι τοῦ Τιβέρεως ἀδραμόντες ἐπανῆλθον εἰς οἰκίαν.* SIG. Ante haec verba glossema marginale *Hetrusco-* *omnium concitatio* in con-
ium recepit librarius Florent.
ad c. 15, 2.

t Tarquiniensibus Faliscis- *ducibus ad Salinas perve-*
nt] Vocula *et* non legitur in
el. 5. Tum *Tarquiniensibus*
iscis ducibus, omissa conjun-
ne *que*, Lovel. 2. Deinde *per-*
erunt Gaertn.

dversus eum terrorem dicta- *C. Marcius Rutilus primus*
plebe dictus] *Adversus eum*
tator terrorem trajectis voci-
Voss. 1. Hinc *C. Marcius*,
Martius, *Rutilius* Voss. 2.
d. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Har-
ambo, Portug. Gaertn. Ha-
k. et pleraeque editt. quomo-
saepe alibi fuit peccatum. V.
a hoc lib. c. 21, 4. c. 22, 7.
8, 8. 9, 17, 8. c. 33, 1. et ali-
Eodem cognomine usae sunt
tes Virginia et Nautia, in qui-
etiam similiter scribae lapsi
t. V. supra ad 4, 35, 4. *C.*
rcius Utilius, prima litera
nominis omissa, Florent. Voss.
Leid. 1. Lovel. 1. et Klock.
Rutilius habent edd. Rom.
i 1472. et Parm. Tum vox *dictus* non adparet in Florent. Mox *Plaucius*, pro *Plautius*, Leid. 1. Lovel. 2. et Fragm. Hav.

§. 7. *Patribus indignum videri, etiam dictaturam in promiscuo esse*] Lege *etiam dictaturam jam in promiscuo esse*, quemadmodum habent scripta exemplaria. GELEN. *indignum Patribus videri* alio ordine Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *jam dictaturam etiam* Lovel. 4. *et jam dictaturam etiam* Fragm. Hav. *etiam dictaturam jam*, ut Gelenius in Mstis invenit, praeferunt reliqui mei omnes, et Hearnii Oxonienses, nisi quod unus ejus B. et ex meis Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. et Haverk. editt. vett. adstipulati, non agnoscant voculam *jam*. Deinde *in promisco esse* Flor. Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 3, 47, 7.

Omnique ope inpediebant, ne quid dictatori ad bellum decerneretur] *omni ope*, sine copula *que*, Haverk. Tum *ne quid ad id bellum dictatori decerneretur* Voss. 1. et Lovel. 1. ac 5. *ne quid ad illud bellum dictator decerneretur* Leid. 2. *To ad* deficit in Voss. 2.

Eo promtius cuncta, ferente dictatore, populus jussit] *ferenda dictatori* Harlej. 1. cujus librarius sensum Livii non intellexit. Quae dictatori ad bellum

returve. eo promtius cuncta, ferente dictatore,
8 populus jussit. Profectus ab urbe, utraque parte
Tiberis, ratibus exercitu, quocumque fama hostium
ducebat, trajecto, multos populatores agrorum vagos
9 palantes obpressit. Castra quoque, necopinato
adgressus, cepit. et, octo millibus hostium captis,
ceteris aut caesis, aut ex agro Romano fugatis,
sine auctoritate Patrum, populi jussu, triumphavit.
10 Quia nec per dictatorem plebejum, nec per consulem,

necessaria erant, non ipsi ferri, sed decerni, debebant. De iis itaque dictator tulit ad populum, populus eadem illa promte jussit. Omnia autem haec verba scribae culpa omittuntur in Leid. 2. At contra post illa in Florent. haec, quae olim lemmatis loco margini adscripta fuerant, in contextum recepta sunt: *C. Marcius Utilius dictator primus ex plebe dicitur. magistrum eqe plebejum Plaucium creat.* V. supra ad c. 15, 2. Ceterum ex hoc loco non colligendum videtur, jus decernendi ea, quae ad bellum gerendum, aut provinciam administrandam necessaria erant, fuisse penes populum: id enim penes senatum fuisse docuit Sigonius 2. de jur. Provinc. 1. p. 272. sed potius dictatorem ideo de illis ad populum tulisse, quoniam factione patriciorum senatus ea decernere recusaret. Eodem modo duces re bene gesta ex provinciis reversi, immo ipse hic C. Marcius Rutilus dictator, de triumpho, quem a senatu, cui jus triumphum concedendi competebat, impetrare non poterant, ad populum tulisse, et ab eo impetrasse leguntur. V. mox hoc cap. et supra l. 3, 63. atque alibi.

§. 8. *Profectus ab urbe, utraque parte Tiberis ratibus exercitu* etc. *trajecto*] *Profectusque ab urbe* Fragm. Hav. Tum *ratibus* deest in Harlej. 2. Ejus autem loco *noctibus* praefert Harlej. 2.

Multos populatores agrorum vagos palantesque oppressit] Lege *populatores agrorum vagos palantes oppressit* absque conjunctione. GELEN. Conjunctionem nulli meorum agnoscunt, exceptis Portug. a m. 2. et Fragm. Hav. (* v. ad 10, 35, 9.) Ceterum *populatores agrorum trajectos vagos populantes oppressit* praeferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Sed vox *trajectos* ex verbis praecedentibus huc inrepsit.

§. 9. *Octo millibus hostium captis, ceteris aut caesis, aut agro Romano fugatis*] Lege *ex agro Romano*, addita praepositione *ex*. GELEN. *quatuor millibus*, vel *IIII. millibus*, editi priores usque ad Mediolan. qui anno 1495. dederunt, quod, uno vel altero editorum excepto, servarunt reliqui omnes, et firmant codd. scripti. Deinde *aut caesis* desunt in Harlej. 1. quorum loco *aût caesis*, id est *autem caesis*, praefert Lovel. 2. Tum *ex agro Romano* omnes mei, Gelenii codicibus consentientes. Tandem *fuga fugatis* Leid. 1.

comitia consularia haberi volebant, et alter consul Fabius bello retinebatur, res ad interregnum redit. In- 11
terreges deinceps Q. Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Aemilius, Q. Servilius, M. Fabius Ambustus. In secundo interregno or- 12
ta contentio est, quod duo patricii consules creabantur: intercedentibusque tribunis, interrex Fabius ajebat, *in duodecim tabulis legem esse, ut, quodcumque postremum populus jussisset, id jus ratumque esset; jussum populi*

Gaertn. et Fragm. Hav. [*nec inopinato* Veith.]

§. 10. *Quia nec per dictatorem*] Vet. lib. *Et quia nec per dictatorem.* SIG. Ita etiam Lovel. 3. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. [Veith.] Sed nihil mutandum esse, monuit Gronov. infra ad 37, 20, 7.

Nec per Popilium consulem comitia consularia haberi volebant] Melius vetus lectio *nec per consulem*, ut *plebejum* utroque referas, tam ad *consulem*, quam ad dictatorem. *Popilium* primo aliquis inter lineas adscripsit explanandi causa, deinde in contextum ea vox, ut saepe fit, inrepsit. GELEN. Vocem *Popilium* nulli meorum codd. agnoscunt. Sed *cons. nec sp comitia* habet Florent. *nec per quos comitia* Klock.

Res ad interregnum redit] *reddit* Lovel. 5. *rediit* Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. V. infra ad 36, 35. 2. Paullo ante vox *Fabius* deest in Voss. 2. Sed *Favius* praeferunt Florent. Voss. 1. Leid. 1. et Lovel. 1. a m. 1. Ceterum post haec verba lemma hoc marginale Florent. in contextum recepit: *Interreges VIII. ne comitia per magistratus plebejos haberentur.* V. supra c. 15, 2.

§. 11. *Q. Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius*] *Hala* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et edd. priores, *Adhala* Klock. V. supra ad Epit. Liv. 4. Deinde *coñ. Manlius* Leid. 1. et Lovel. 3. *coñ. Manilius* Gaertn. *C. Manlius* Lov. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox C. Fabii praenomen omittitur in ed. posterius memorata.

L. Aemilius, Q. Servilius, M. Fabius] Duorum priorum interregum praenomina ac nomina omiserunt Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *Q. Aemilius Servilius* praeferunt Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. Tum iterum *M. Favius* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Klock. V. modo ad §. 10.

§. 12. *Intercedentibusque tribunis, interrex Fabius ajebat*] Vet. lib. *tribunis plebis.* SIG. Vox, quae in vet. lib. Sigonii additur, in nullo meo adparet. Neque etiam necessaria est. V. ad 2, 56, 1. Deinde *interea Fabius ajebat* Haverk. quomodo etiam supra peccatur 4, 7, 10. ubi vide.

Ut, quodcumque postremum

13 *et suffragia esse.* Quum intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent comitia, valuissent; duo patricii consules creati sunt, C. Sulpicius Peticus tertium,

populus jussisset, id jus ratumque esset] *id jus ratumque esset*, ad praecedentia referri debet, ut ex oratione App. Claudii censoris 9, [33, 9.] postea patet, anno ab urbe cond. CDXLV. GLAR. Vocula *id* deest in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Infra 31, 32, 4. *Quod tum referatur decernaturque, ut perinde ratum sit*, etc. ubi tamen vide. At superest infra loco a Glareano laudato 9, 33, 9. *Quodque postremum jussisset, id jus ratumque esset.* et c. 34, 6. *Nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit.* Rei inlustrandae Klockius ad marginem Livii adscripserat locum ex Cic. orat. pro Balbo 14. *Tamen id esset, quod populus postea jussisset, ratum.* ad quem locum v. Abram. Inlustrandae vero locutioni Cl. Jac. Perizonius adscripserat locum Liv. 31, 32, 4. *Ut perinde jus ratumque sit, ac si in Panaetolico aut Pylaïco concilio actum esset.*

Jussum populi et suffragia esse] *jussu populi et suffragio*, ultima voce omissa, Lovel. 2. *jussu populi et suffragia esse* Leid. 2. et Lovel. 1. *jussum populi ut suffragia esse* Gaertn. obvio scribarum errore. V. infra ad 21, 28, 8.

§. 13. *Quumque intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent comitia*] Ita primum editum video a Sigonio, quum priores exhibeant, omissa conjunctione, *Quum intercedendo.* Non dubito, quin ita in veteri libro invenerit, quoniam eadem lectio mihi quoque obvia fuerit in Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. neque multum inde diversus Lovel. 2. praeferat *Et quum intercedendo.* Sed quum reliqui mei, atque inter eos optimi omnes, et Hearnii Oxon. N. et L. 2. priorum editionum scripturam probent, eam etiam genuinam esse puto: et vix dubito, quin conjunctio *que* interposita sit ab iisdem aut similibus interpolatoribus, qui τὸ *et* §. 10. addiderunt. Ex contextu itaque ejeci. Praeterea *ut differrent comitia*, id est *differrentur*, Lovel. 4. V. infra ad 39, 22, 8.

Duo patricii consules creati sunt, C. Sulpicius Peticus tertium, M. Valerius Publicola: eodemque die] Si quidem hic locus bene habet, anno CCCXCI. [7, 2, 1.] non recte *T. Sulpicius* legitur, nec anno CCCXCIV. [c. 9, 1.] *L. Sulpicius:* sed utroque in loco *C. Sulpicius* legendum, quippe qui numquam antea consul invenitur, etiamsi tribunus militum consulari potestate. Sed nihil ad hanc supputationem. Diodorus item Siculus [l. 16. p. 520.] *C.* vocat in Philippo, Alexandri magni parente. GLAR. Videtur ab Livio fuisse rotundius: *duo patricii consules creati, C. Sulpicius Paeticus, M. Valerius Poplicola, eodem die magistratum inierunt.* J. FR. GRON. Simili modo alium locum supra emendavit Gronovius 6, 5, 7. Et quidem conjecturae ejus hoc loco favent non nihil Harlej. 2. et Haverk. qui quidem τὸ *sunt*, quod ejiciendum putavit, servant, sed tamen vocula *que*, quam itidem expungit, non agnoscunt. Quum tamen omnes reliqui codices et *sunt* et *que* uno

M. Valerius Publicola: eodemque die magiſtratum inierunt.

XVIII. Quadringentesimo anno, quam urbs Ro- 1

ore tueantur, nondum τῷ πάνυ adsentiri poſſum; quem in his interdum nimium eſſe, supra dixi ad 3, 22, 3. V. etiam infra ad 21, 36, 4. Ceterum voces duae priores *duo patricii* desunt in ed. Rom. anni 1472. quas editor non neceſſarias exiſtimaſſe videtur, quod cap. seq. Livius etiam dixerit *patricii consules ambo*. Praeterea *C. Sulpicius Penus*, vel *Poenus*, Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *C. Sulpicius Potitus* Lovel. 2. Hearnii Oxon. C. editionesque usque ad Froben. anni 1535. *C. Sulpicius Petitus* Voſſ. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. a m. 2. Cognomen autem omittunt Lovel. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. Sed recte *C. Sulpicius Peticus* eſt in Florent. Leid. 2. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. quomodo et Frobenius anno 1535. reposuit, et reliqui editores servarunt; nisi quod poſtuma Gruteri ἔκδοσις *Poeticus*, Gronovius *Paeticus* habeant, qui idem error ab ipsis etiam alibi commissus eſt. V. supra hoc lib. ad c. 2, 1. Deinde *C. Valerius* Lovel. 4. invitis reliquis. Male. Infra enim cap. seq. et, ubi iterum consul creatur, c. 19, 6. conſtanter *Marci* praenomen ei datur. Denique *magistratus inierunt* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. contra morem Livianum, qui plerumque *occipere*, *inire magistratum* numero singulari, licet de pluribus loquatur, dicere solitus eſt. Ita mox cap. seq. *Patricii consules ambo ex interregno magistratum iniere*. 5, 9, 1. *Tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent*. Et saepe alibi.

§. 1. *Quadringentesimo anno, quam urbs Romana condita erat*] Vellem hercule, Livium saepius, quam fecit, annorum ab urbe condita meminiſſe. Caeterum ex hoc loco satis conſtat, poſt annum CCCLXXXVI. omiſſum annum eſſe: et, quod statim hic sequitur, *quinto et trigesimo, quam a Gallis recepta*, optime habere: quando captae urbis anni fuerant, Camillo ad finem l. 5, [54, 5.] numerante, trecenti sexaginta quinque: quibus si addideris XXXV. emergent CD. Quod vero deinde sequitur, *ablato post nonum annum a plebe consulatu*, non item bene. Eſt enim hic duodecimus annus a primo plebejo consule. Ergo legendum *post undecimum annum*. Errorem natum hinc credo, quod IX. ac XI. numeri facile fallunt. GLAR. *qua urbs Romana*, ultima litera, quae per lineam supra scriptam notata erat, omissa, Lovel. 3. *quo urbs Romana* Voſſ. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Male. *quam* enim hic eſt poſtquam, ut saepiſſime apud Livium obcurrit. V. infra ad 28, 16, 14. Deinde vox *Romana* deficit in Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Et poterat etiam abeſſe: *urbs* enim per excellentiam eſt urbs Roma. Verum ita locutus etiam eſt supra 4, 7, 1, *Anno trecentesimo decimo, quam urbs Roma condita erat*. Reliquis itaque vulgatum servantibus, nihil mutandum puto. Denique *esset* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed, etiam hoc loco receptam lectionem praeſtare, evincit reliquorum codicum in eam consensus, et non modo locus ex l. 4. laudatus, verum etiam exempla ad d. locum l. 28. adlata.

mana condita erat, quinto tricesimo, quam a Gallis reciperata, ablato post undecimum annum a plebe consulatu, patricii consules ambo ex interregno magistratum iniere, C. Sulpicius Peticus tertium, M.
2 Valerius Publicola. Empulum eo anno ex Tiburti-

Quinto tricesimo] Vet. lib. *quinto et tricesimo*. SIG. Ita etiam Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *quinto et tricesimo anno* alia adhuc voce locupletior Lovel. 3. Sed hac liberalitate non utor, adversantibus codd. reliquis, et cum illis optimis omnibus. Nam saepius Livius in conjungendis duobus numeralibus omittit conjunctionem, ubi ab aliis adhiberi solet. Infra 22, 54, 2. *In singulos equites togas et tunicas et quadrigatos nummos quinos vicenos dederunt*. V. ad 29, 37, 6.

Quam a Gallis recepta] Membr. Thuan. *reciperata*. Cujus in vicem ni satis constaret illud esse subjectum, deprehendi posset ex l. 30, 12, 6. *Sibi quidem, dicere, nihil esse in praesentia pulchrius, quam victorem reciperatum tanto post intervallo patrium invisere regnum*. Ita omnimodo MSS. Vulgo interpositum est etiam τὸ *receptum*. Voss. et Chiflet. *reciperet*. J. FR. GRON. *reciperata* etiam Florent. atque Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et C. una litera exsulante *reciperat* Leid. 1. *recuperata* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. ambo, Portug. a m. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. Reliqui damnatum *recepta* servant. Verum et *recuperata* et *recepta* ex interpretatione τοῦ *reciperata* nata sunt, quemadmodum saepe alibi accidit. Ita confunduntur *reciperare* et *recuperare* supra 2, 53, 5. 3, 53, 10. 5, 51. 3. Infra hoc lib. c. 22, 9. 30, 30, 13. et alibi. V. Modium et Gebhardum ad Liv. 2, 2, 6. Modium ad 3, 23, 4. Gebhardum ad Cic. 12. ad Famil. Ep. 2. et Cortium ad Plin. 3. Epist. 20, 9. Similiter *reciperare* et *recipere*. V. Modium ad Justin. 1, 10, 1. Auctor autem est Vossius in Etym. ling. Lat. ea voce, antiquos *reciperare*, recentiores *recuperare* dixisse. Hinc, recentiorum consuetudine standum esse, pronunciat Dausquej. in Orthogr. part. 2. hac voce. Ego tamen cum Gronovio codices scriptos, praesertim melioris notae, sequor, et *reciperare* eorum auctoritate recipere non dubito; iis autem invitis vulgato standum judico. Insuper praepositio *a* deficit in Portug. et Harlej. 2.

Ablato post nonum annum a plebe consulatu] *XI*. corrigendum est, id est, *undecimum*. Tot enim anni sunt, ex quo plebeio patuit consulatus. Error ex notis natus est, *IX*. et *XI*. †. „Haec „Glareanus de verbo ad ver„bum. Sigonius vero, quod is „prior correxit, quasi ipse pri„mus hoc invenisset, adducit." „†. SIG. *oblato post nonum anno* Haverk. *ablato post nonum annum* Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Leid. 1. Florent. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] *ablato post modum annum* Bloch. *ablato post XII. anno* Portug. *ablato post XII. annum* Voss. 1. et Lovel. 1. ac 5. *ablato post duodecimum annum* Leid. 2. et Harlej. 2. Ratio tamen temporis exigit, ut cum Glareano ac Sigonio

bus haud memorando certamine captum; sive duorum consulum auspicio bellum ibi geſtum eſt, ut scripsere quidam; seu per idem tempus Tarquiniensium quoque sunt vaſtati agri ab Sulpicio consule, quo Valerius adversus Tiburtes legiones duxit. Do- 3

legamus *ablato post undecimum annum;* quomodo Hearnius in Oxon. L. 1. B. et C. atque in margine codicis N. eſſe monuit. Eamdem emendationem probavit etiam Erudit. H. Dodwellus de Cyclis Differt. 10, 81. et in Chronol. Graeco-Romana, Dionysio Halic. subjuncta, p. 41. ad annum Catonianum Urb. cond. CD. Praeterea *ab plebe* Portug. et Haverk.

Ex interregno magistratum iniere] *consulatum iniere* Hearnii Oxon. B. quod ex interpretatione alterius ortum eſſe censeri debet. *magistratum ineunt* ejusdem codex N. *magistratum inierunt* Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Haverk. et edd. quas vidi, usque ad Aldum. Is autem *iniere* primus subſtituit, ut reliqui codd. praeferunt.

C. Sulpicius Peticus tertium] *C. Sulpicius Petitus* Voſſ. 1. et Lovel. 1. *Sulpicius Petitus*, sine praenomine, Voſſ. 2. et Leid. 2. *Sulpicius Potitus* Lovel. 2. *C. Sulpicius Potitus* Hearnii Oxon. C. *C. Sulpicius Petus* ejusdem codex L. 2. *Cn. Sulpicius Petus* Lovel. 4. *C. Sulpicius Penus* Lovel. 5. *C. Sulpicius* sine cognomine Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Cn. Sulpicius* Hearnii Oxon. B. *Sulpicius* sine praenomine et cognomine Gaertn. *Sulpicius Peticus* Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. *Cn. Sulpicius Peticus* Hearnii Oxon. N. *C. Peticus* Klock. *C. Potitus* primae editt. pro quo Aldus dedit *C. Sulpicius Potitus*, idque ad Sigonium usque obtinuit, qui *C. Sulpicius Peticus* vulgari curavit: ultima Gruteri *C. Sulpicius Poeticus* recepit, Gronovius *C. Sulpicius Paeticus*, quam lectionem praefert etiam Florent. Sed vera eſt lectio Sigonii, quae in Harlej. 1. supereſt. V. supra ad hujus lib. c. 2, 1.

§. 2. *Empulum eo anno ex Tiburtibus*] *E Epulum eo anno* Leid. 1. *Est Epulum eo anno* Voſſ. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. *Aeapulum* Flor. a m. 1. *Aeaepulum* a m. 2. *Emaepulum* Harlej. 1. *Epullum* Voſſ. 2. *Etpulum* Lov. 2. *Epulum* Lovel. 1. 3. 4. 5. Portug. Harlej. 2. Gaertn. Klock. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *Empulium* priscae edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *Empulum* subſtituit. Verum alibi hujus loci mentio non obcurrit. Praeterea verba *ex Tiburtibus* omittuntur in Leid. 2. et Hearnii Oxon. L. 1.

Tarquiniensium quoque sunt vastati agri ab Sulpicio] Particula *quoque* deficit in Harlej. 2. et Portug. Tum *vastati sunt agri* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *a Sulpicio* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Gaertn. et edd. Aldina priores. Paullo ante *bellum id gestum est*, pro *ibi gestum est*, solus Haverk.

§. 3. *Domi majus certamen consulibus cum plebe*] *Dum majus certamen* Lovel. 4. *Domi magis certamen* Leid. 1. solito

mi majus certamen consulibus cum plebe ac tribunis erat. Fidei jam suae, non solum virtutis, ducebant esse, ut accepissent duo patricii consula-
4 tum, ita ambobus patriciis mandare. quin aut toto cedendum esse, si plebejus jam magistratus consulatus fiat, aut totum possidendum, quam possessio-
5 nem integram a patribus accepissent. Plebes contra fremit: *Quid se vivere, quid in parte civium ces-*

scribarum errore. V. infra ad 26, 41, 16. *Domi magnum certamen* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. Deinde *consulum* Leid. 2. Lovel. 1. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *consulis* Lovel. 4. *consules* Gaertn. quod ne quis putet dictum esse ad exemplum illius Virgiliani Ecl. 6, 16.

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.

Est enim natum ex ignorantia librariorum, qui per compendium scriptam vocem *coss.* qua ratione reddere deberent, minime adsecuti sunt. V. ad 10, 10, 2.

Fidei jam suae, non solum virtutis, ducebant esse] *dicebant* Voss. 1. a m. 2. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quomodo infinitis locis scribae erraverunt. V. infra ad 38, 43, 1. *ducere* autem, ut infra 9, 22, 3. *Id bellum tantum ducere, quod urbem obpugnabat.* Tum verbum *esse*, quod omittunt edd. principes, sed in scriptis constanter superest, recte ab Aldo in contextum receptum est. Mox in verbis sequentibus *ut acciperent duo patricii*, pro *accepissent*, male est in Leid. 1. Deinde *duobus patriciis mandare*, pro *ambobus*, Hearnii Oxon. B. et Harlej. 2.

§. 4. *Quin aut toto cedendum esse*] *a toto credendum esset* vitiosissime Haverk. *aut toto credendum est* Gaertn. *aut toto credendum esset* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 4. 5. Harlej. uterque, Portug. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. ac B. et edd. principes. *aut toto cedendum est* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. Patet, librariis iterum displicuisse orationem infinitivam. V. supra ad 4, 50, 5. Recte itaque Froben. anno 1531. *esse* restituit, quam lectionem tuentur Florent. Lovel. 1. et Klock.

Si plebejus jam magistratus fiat consulatus, aut possidendum totum] Vet. lib. *si plebejus jam magistratus consulatus fiat, aut totum possidendum.* SIG. Similiter omnes mei, et Hearnii Oxonienses.

Quam possessionem integram a patribus accepissent] Lego *cujus possessionem.* KLOCK. Quum omnes codices in vulgatum conspirent, Klockio minime adsentior, qui non adsecutus est haud protritam elegantiam sermonis Liviani hoc loco. Subfecisset *totum possidendum, quod integrum a patribus accepissent.* Verum quum interponat illustrandi quasi gratia vocem *possessionem*, ei etiam pronomen recte convenit. V. Cl. Cortium ad Sall. Jugurth. 17, 4. Ceterum

seri: si, quod duorum hominum virtute, L. Sextii ac C. Licinii, partum sit, id obtinere universi non possint? Vel reges, vel decemviros, vel, si quod tristius sit im- 6 *perii nomen, patiendum esse potius, quam ambos patricios consules videant, nec in vicem pareatur atque imperetur;* 7 *sed pars altera, in aeterno imperio locata, plebem nusquam alio natam, quam ad serviendum, putet.* Non 8 desunt tribuni auctores turbarum; sed inter conci-

ab patribus accepissent Haverk. *accepissent a patribus* Harlej. 2.

§. 5. *Plebes contra fremit: Quid se vivere*] *Contra plebs fremit* edd. principes, pro quo Aldus dedit *Plebs contra*, ut habent Voss. 2. Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. et Haverk. Cel. deinde Jac. Gronovius subposuit *Plebes contra fremit.* Et ita est in Florent. Voss. 1. Leid. 1. Harlej. utroque, Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra ad 1, 20, 6. Deinde *Quid si vivere* Leid. 2. *Quiete vivere* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. Utramque illam lectionem jungens, *Quid si vivere quiete* praefert Gaertn. Mox *censeriis*, pro *censeri*, Haverk. *censeris* Leid. 1. ubi litera sibilans fini vocis adhaesit ex principio sequentis. Deinde *siq*; pro *si quod*, Lovel. 3. V. ad 2, 41, 8.

Virtute, L. Sextii ac C. Licinii, partum sit, id obtinere universi non possint] *C. H. S*, pro *C. Licinii*, Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. *C. Lucinii* Voss. ambo. Tum *paratum sit* Leid. 2. V. ad 5, 6, 1. *parum sit* Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *si id obtinere*, repetita vocula *si*, quae jam praecessit, Gaertn. *id obtineri* Harlej. 2. *obtinere id non possint universi* Fragm. Hav, *non possunt* Lovel. 2. At voces *partum sit, si id obtinere universi non possint? vel* desunt in Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. et Lovel. 3.

§. 6. *Si quod tristius sit imperii nomen, patiendum esse potius*] *Tò quod* exsulat a Lovel. 3. *si quid tristius sit imperii nomen* habent Portug. Gaertn. et Haverk. *si quod tristis sit imperii nomen* Harlej. 1. Praeterea *patiendum ś potius* Leid. 1. *patiendum sit potius* Voss. 2. et Lovel. 2. 3. ac 4. *patiendum sibi potius* Gaertn.

§. 7. *Nec in vicem pareatur, atque imperetur*] *ne in vicem* Lovel. 4. Male. Vocula enim ex praecedenti repetita, idem est, ac si dixisset, *et quam non in vicem pareatur.* Deinde *nusquam alio notam* Lovel. 3. et Haverk. alibi etiam obvio errore. V. quae notavi ad Silii 3, 335. (* Liv. 22, 4, 2.) Praeterea *quam serviendum*, omissa media praepositione, Gaertn.

§. 8. *Non desunt tribuni auctores turbarum*] *actores turbarum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. V. supra ad 1, 26, 5. Erudit. Salvinius, qui Livium cum Mſto Florent. commisit, ad marginem exemplaris sui notavit, forte legendum esse *Non desunt*

9 tatos per se omnes vix duces eminent. Aliquoties fruſtra in campum descensum quum eſſet, multique per seditiones acti comitiales dies; poſtremo victae perseverantia consulum plebis eo dolor erupit, ut tribunos, *actum eſſe de libertate* vociferantes, *relinquendumque non campum jam solum, sed etiam urbem*

tribunis. Sed nihil muto. Ipsi enim tribuni non defuiſſe dicuntur plebi superiora frementi. Vocantur autem tribuni *auctores turbarum*, vel quia jam ante, quam plebs fremere inciperet, intercesserint, quum interregem duos patricios consules creare animadverterent: v. cap. praec. vel quia plerumque turbarum auctores ac concitores eſſe solebant, quemadmodum *seditionum auctores* vocantur supra 4, 2, 4.

Inter concitatos per se omnes vix duces eminent] Miram lectionem *interrex concitatos per se omnes vix duces emitigat* praeferunt Lovel. 2. et 4. *vix omnes duces eminent*, transpositis dictionibus, Lovel. 3.

§. 9. *Postremo, victa perseverantia consulum plebe, eo dolor erupit*] Sincera lectio *victae perseverantia consulum plebis.* GELEN. MS. *victae perseverantia consulum plebis.* ed. Colon. *erusit.* forsan *erupsit.* antique. KLOCK. Bene correxit Gelenius. Pall. pr. ac tert. *victa perseverantia consulum plebes eo dolore rupit.* sec. *dolore erupit.* At Camp. *victa perseverantia consulum plebes: eo dolore erupit.* GEBH. *victa perseverantia consulum plebe*, quod recte Gelenio displicuit, primi receperunt Moguntini, et in uno tantum meorum codd. eſt Portug. a m. 2. Hearnius vero se in Mſtis suis inveniſſe teſtatur. Priores excusi omnes, quos vidi, praeferunt *victa perseverantia consulum plebes*, poſt haec verba interpungentes. Et ita legunt Portug. a m. 1. et Haverk. Neque inde abeunt Voſſ. 1. a m. 2. Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. et Haverk. nisi quod *plebs*, pro *plebes*, habeant. *victa perseverantia consulum, plebis* eſt in Voſſ. 1. a m. 1, Leid. 1. Harlej. 1. et Gaertn. qui ultimam vocem *plebis* cum sequentibus jungunt; sed invito sensu: non enim perseverantia consulum victa eſt, sed vicit. Non melius itaque Leid. 2. et Lovel. 1. qui legunt *victa perseverantia consulum*, voce *plebe* omissa. Deinde *eo dolore rupit* ed. Rom. anni 1472. perperam voci priori in fine adjecta litera, quae sequentis initialis eſſe debuerat. Et ita peccatur etiam in Voſſ. 1. Lovel. 3. et Gaertn. Alii inde fecerunt *eo dolore erupit*, quemadmodum praeferunt Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. 2. Haverk. et, Hearnio teſte, Oxonienses. Sed unice vera eſt lectio, quam Gelenius reſtituit, et Florent. ac cod. Klock. servant, nisi quod eorum prior, addita perperam voce, obferat *victae perseverantia consulum nullum plebis eo dolor erupit.* Si quid tamen mutandum, forte in verbis sequentibus vox *plebs*, quae in Lovel. 2. deficit, expungenda eſt; ut sit, *plebis eo dolor erupit, ut tribunos* etc. *moesta sequeretur*, non *moesta plebs sequeretur.* Miror autem, Klockium

captam atque oppressam regno patriciorum, moesta plebs sequeretur. Consules, relicti a parte populi, per 10 infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt. creati consules ambo patricii, M. Fabius Ambustus tertium, T. Quinctius. In quibusdam annalibus pro T. Quinctio M. Popillium consulem invenio.

tantopere vocibus antiquatis delectatum fuisse, ut ex *erusit*, quomodo operae typographorum per errorem dederunt, pro *erupit*, mox *erupsit* scribendum conjecerit, quod vix ac ne vix quidem in fragmentis XII. tabb. obcurrere, viri docti notarunt. Sed conjecturam hanc talem esse puto, ut potius risu excipi, quam serio refelli debeat; eumque, qui, Livium simili vocabulo usum esse, sibi persuadere potest, agnatis et gentilibus commendandum existimem.

Vociferantes, relinquendumque non campum jam solum, sed etiam urbem] *vociferantes, relinquentesque* Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] Male. Tribuni enim vociferabantur quidem, urbem relinquendam esse; non tamen id fecerunt: sed, ut ex sequentibus patet, tribunos campum reliquentes secuti, in urbe substiterunt. *relinquendum* copula omissa Lovel. 5. Deinde *non campum solum*, una voce deficiente, Haverk. Denique *sed jam et urbe* Fragm. Hav.

§. 10. *Per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt*] *per infrequentia comitia* Lovel. 5. Male. Quid sit *per infrequentiam*, sive *per frequentiam*, v. ad Liv. 2, 23, 12. et ad 5, 2, 5. Deinde *nihilo minus segnius* Lovel. 4. Verum illud *minus* tamquam glossema olim margini adscriptum fuisse videtur, unde perperam in contextum inrepsit. *nihilo sevius* Fragm. Hav. unde videri posset legendum esse *nihilo secius*. Sed vulgatum verius est. V. supra ad 6, 38, 8. Hinc *pronunciant*, pro *perficiunt*, Portug. *promittant* Haverk. Ceterum ante verba, *Consules relicti*, Florent. in contextum recepit *Consules patricii rursus*, quae olim lemmatis marginalis vicem obtinuerunt. V. ad c. 15, 2.

Pro T. Quinctio M. Popillium consulem invenio] Diodorus [l. 16. p. 531.] etiam *T. Quintium* edit consulem. SIG. Pal. sec. *Pompilium*. GEBH. Ita etiam Leid. 2. Lovel. 2. 5. Portug. et Fragm. Hav. *Popolium* Haverk. *Popinium* ed. Mediol. anni 1505. Reliqui scripti, et editi ante Sigonium *Popilium*. Sed legendum est *Popillium*. V. supra hoc lib. ad c. 12, 1. Qua autem ratione factum fuerit, ut in quibusdam annalibus pro T. Quinctio M. Popillius inveniatur, explicare conatur Dodwell. de Cyclis Differt. 10, 81.

§. 1. *Prospere gesta: cum Tiburtibusque ad deditionem pugnatum*] *prospera gesta* Harlej. 1. *prospere gesta cum Tarquiniensibus Tiburtibusque: cum Tiburtibus usque ad deditionem pugnatum* Fragm. Hav. Sed verba *cum Tarquiniensibus Tiburtibusque* ex marginali adnotatione in contextum admissa videntur. *usque cum Tiburtibus ad deditio-*

1 XIX. Duo bella eo anno prospere gesta. cum Tiburtibusque ad deditionem pugnatum. Sassula ex his urbs capta: ceteraque oppida eamdem fortunam habuissent, ni universa gens, positis armis, in fidem consu-

nem habet Hearnii Oxon. L. 1. *pugnatum est*, addito verbo substantivo, Fragm. Hav. Totus locus ita concipitur in Gaertn. *Duo bella eo anno prospere gesta. cum Tarquiniensibus Tiburtibusque usque ad deditionem pugnatum.* Verum illud *usque* ex ultimis syllabis vocis praecedentis repetitum ingratissime sonat. Vel etiam ex margine receptum est, ubi adscriptum erat, ut indicaret, *ad deditionem* poni pro usque ad deditionem. Eleganter autem illud *usque* saepe omittitur. V. infra ad Epit. Liv. 102. [*cum a Tarquiniensibus Tiburtibusque* Veith.]

Sassula ex his urbs capta] *Sessula* Lovel. 5. et Portug. Verum alibi ejus mentio non obcurrit.

Ni universa gens, positis armis, in fidem consulis venisset] *t*, *pro ni*, Lovel. 5. a m. 1. et Gaertn. V. ad 38, 50, 1. *nisi universa gens* Haverk. V. ad 23, 1, 8. Tum *in fidem consulum* Lovel. 2. 4. 5. Portug. a m. 2. et Gaertn. [Veith.] quod probandum foret, si utrumque consulem primo in Tiburtes, mox in Tarquinienses exercitum duxisse constaret. De eo quidem silet Livius. Nihilominus tamen divisis exercitibus eos rem gessisse, et Fabium in Tiburtes, Quinctium in Tarquiniienses duxisse, non obscure indicant Fasti Capitol. triumphales, unius tantum Fabii triumphum de Tiburtibus memorantes, qui etiam collegae ejus concedendus fuisset, si junctis copiis bellum administrassent. Ob hanc itaque caussam vulgatum *consulis* praeferendum. *consulum* vero ex non intellecto compendio *cons̄* natum est. V. ad 18, 10, 2. Praeterea *universa gens venissent* Lovel. 2. 4. edd. Rom. anni 1472. ac Parm. De ea constructione supra v. ad 1, 3, 2.

§. 2. *Triumphatum de Tiburtibus: alioquin mitis victoria fuit*] Duplex hic iterum lemma in contextum recepit codicis Florent. librarius, ante haec verba *Triumphus de Tiburtibus:* post eadem *In Tarquiniienses saevitur.* V. supra hoc lib. ad c. 15, 2. Et ita mox peccatur hoc cap. §. 4. et 10.

In Tarquiniienses acerbe servitum] *In Tarquiniensibus* Lovel. 5. quod ferri posset, si plures codd. firmarent. V. infra ad 28, 43, 8. Nunc nihil muto. Praeterea *saevitur* Lovel. 2.

Trecenti quinquaginta octo] *ter centum* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed v. ad 33, 4, 4. Tum *LVII.* Harlej. 2. Portug. et Hearnii Oxon. B. *XLVIII.* editt. vetustae, quascumque vidi. Et in eam lectionem consentire videtur Pighius in Annal. ad ann. ccccxx. p. 287. Aldus deinde *LVIII.* reposuit, in quam lectionem reliqui conspirant codd. et typis excusi recentiores.

Delecti nobilissimus quisque, qui Romam mitteretur] Pall. tres *mitterentur.* neque aliter

consulis venisset. Triumphatum de Tiburtibus: alioquin mitis victoria fuit. In Tarquinienses acerbe saevitum, multis mortalibus in acie caesis. ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo delecti, nobilissimus quisque, qui Romam mitteren- 2

Campani editio. GEBH. Repone cum MSS. *mitterentur*. Nec aliter velim c. 6, 2. *Conjectu terrae, quum pro se quisque gererent*. tum c. 33, 12. *Hoc spectaculo accensi dextra laevaque ante se quisque memorandum proelium cient*. Ut hoc libro [c. 32, 10.] *Virtute sua quemque fretos*. et [c. 36, 7.] *Pro se quisque obviam effusi laudant*. Et alibi [35, 34, 8.] *Pro se quisque revocare jubebant*. [26, 36, 10.] *Pro se quisque conferebant*. 9, 6, 7. ex melioribus MSS. legimus: *Senatus populusque obviam egressi justis omnibus hospitalibus privatisque et publicis funguntur officiis*. non *egressus* et *fungi'ur*, ut vulgo. Eodem libro c. 36, 1. iterum scripti: *Eam intrare haud fere quisquam, praeter ducem ipsum, audebant*. Vulgo *audebat*. J. FR. GRON. *dilecti* Voss. 1. et Lovel. 1. a m. 1. V. infra ad 37, 51, 7. *deleti* Lovel. 4. V. ad 4, 25, 8. Deinde *mitterentur*, ut Gronov. edidit, plerique codd. quum alterum non nisi in Florent. Lovel. 1. 4. et Block. supersit. Saepe τὸ *quisque* cum verbo plurali construi, supra vidimus ad 2, 22, 7. Neque tantum cum verbo plurali, verum etiam, ut hoc loco, verbo et adjectivo sive participio ejusdem numeri. Supra 2, 7, 1. *Ambo exercitus, Vejens Tarquiniensisque, suas quisque abirent domos*. c. 12, 16. *Ceteri, ut cuique ceciderit primo, suo quisque tempore aderunt*. c. 23, 11. *Haec se meritos dicere, exprobrantes suam quisque, alius alibi, militiam*. 6, 8, 2. *Procurrunt pariter omnes clamore sublato; sequere imperatorem, pro se quisque clamantes*. c. 13, 8. *Romamque omnes missi, defectionem sui quisque populi haud perplexe indicavere*. c. 15, 3. *Hinc senatus, hinc plebs, suum quisque intuentes ducem, velut in acie constiterant*. 8, 7, 20. *In se quisque destrictam cernentes securim, quievere*. 9, 2, 13. *Pro se quisque ad muniendum versi castra propter aquam vallo circumdant*. c. 14, 10. *Pro se quisque non haec Furculas, nec Caudium, nec saltus invios esse memorantes, caedunt pariter resistentes fusosque*. 10, 14, 19. *Pro se quisque miles, adesse alterum consulem, gaudio alacres fremunt*. 27, 46, 5. *Ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti, cum summa omnium laetitia hospitaliter excipiuntur*. ubi male hanc lectionem sollicitat Cl. Ant. Perizonius. (* 30, 27, 9.) 34, 37, 4. *Pro se quisque, bene sperare jubentes, fortes fortunam adjuvare, ajebant*. 45, 38, 12. *Laureati et quisque donis, quibus donati sunt, insignes triumphum nomine cient* et eodem cap. *Diversi domos quisque abeatis vestras*. V. Gronov. infra ad Liv. 7, 33, 12. et Cortium ad Sallust. Jug. 58.

Vulgus aliud trucidatum] *Volgus* Florent. V. ad 39, 53, 2. Tum *alio trucidatum* Lovel. 4.

§. 3. *Nec populus in eos, qui missi Romam erant, mitior fuit*]

3 tur: vulgus aliud trucidatum. Nec populus in eos, qui missi Romam erant, mitior fuit. medio in foro omnes virgis caesi ac securi percussi. id pro inmolatis in foro Tarquiniensium Romanis poenae hosti-
4 bus redditum. Res bello bene gestae, ut Samnites quoque amicitiam peterent, effecerunt. Legatis eorum comiter ab senatu responsum: foedere
5 in societatem accepti. Non eadem domi, quae militiae, fortuna erat plebi Romanae. nam etsi, un-

Ne populus Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *qui Romam missi erant* Lovel. 4.

Medio in foro omnes virgis caesi, ac securi percussi] CCCLVIII. Tarquiniensis in foro Romano caesos scribit: at Diodorus CCCLX. Sic enim l. 16. [p. 534.] *Ταρκυνίους δὲ ἄνδρας τ καὶ ξ δημοσίᾳ ἐδανάτωσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ* SIG. In Diodoro Sicul. nunc editur *ἄνδρας διακοσίους καὶ ἑξήκοντα*. Ceterum vocem *omnes* omittit Harlej. 2. Eam transponit Lovel. 2. *virgis omnes caesi.*

Id pro inmolatis in foro Tarquiniensium Romanis poenae hostibus redditum] *pro violatis in foro* Hearnii Oxon. L. 1. Male. Contrario fere errore *immolatum*, pro *inviolatum*, infra est in uno cod. hoc lib. c. 20, 7. Supra hoc lib. c. 15, 10. *Trecentos septem milites Romanos captos Tarquiniensis inmolarunt.* Et ita Florus 3, 18. *Consules inter sacra et aras inmolarentur.* Mox *hosti redditum* Gaertn.

§. 4. *Ut Samnites quoque amicitiam peterent*] Diodorus his item consulibus foedus inter Samnites et Romanos factum scribit [l. 16. p. 534.] SIG. Mox in verbis sequentibus *a senatu* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Ceterum ad haec verba lemma illud olim margini adscriptum exstitit *Foedus cum Samnitibus amicitiam populi Romani petentium sanctum*, quod deinceps librarius Florent. in contextum recepit; ita tamen, ut manus recentior iterum adscripserit, verba illa vacare. V. ad c. 15, 2.

§. 5. *Non eadem domi, quae militiae, fortuna erat*] *Non eadem, quae domi, militiae fortuna erat* Leid. 1. *Non eadem domi militiaeque fortuna erat* Lovel. 4. Mox alio ordine *levata erat usura* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant] Id est, operas in servitute pro pecunia, quam debebant, praebebant, auctore Varrone [6. de ling. Lat. p. 82.] SIG. Hunc locum a perversa interpretatione Schookii vindicat Gronov. de Centes. et usur. p. 473. 513. et 600. DUB. *sorte sua obruebantur* Leid. 2.

Nec patricios ambos consules] Vetusti codices, et hic, et alibi, constanter habent *ambo* in accusativo quoque casu, ut sit

o foenore facto, levata usura erat, sorte ipsa
ebantur inopes, nexumque inibant. eo nec pa-
ɔs ambo consules, neque comitiorum curam,
icave studia prae privatis incommodis plebs ad
um admittebat. Consulatus uterque apud pa- 6
ɔs manet. Consules creati C. Sulpicius Peti-
quartum, M. Valerius Publicola iterum. In
m Etruscum intentam civitatem, quia Caeritem
lum misericordia consanguinitatis Tarquinien-

ἰρχαῖσμὸν vox indeclina-
quemadmodum Graecis
GELEN. *ambo* etiam o-
apud me codd. Alterum
, quod ante Gelenium editi
unt, profertur ex Leid. 2.
. 1. a m. 2. Lovel. 2. 4. 5.
. 2. Portug. Gaertn. Ha-
et Fragm. Hav. a m. 2. V.
rd. infra hoc lib. ad c. 40,
onov. infra ad 35, 21, 5.
taque de eo dubitat Glarea-
ifra ad 40, 46, 4.

comitiorum curam, *pu-*
e studia prae privatis] *ne-*
mitiorum curam Voss. am-
eid. ambo, Lovel. 1. 2. 3.
rlej. 2. Portug. Gaertn. Ha-
et Fragm. Hav. quod aliis
cuisse videtur, quia mox
raccessit, cui *neque* non re-
ibjungi posse existimarunt.
. quae infra notantur ad 9,
. Tum *pro privatis* Lovel.
Harlej. 2. Male. *prae* enim
nter inservit comparationi.
pra ad 3, 26, 7. (* Immo
prae hic est propter? Ne-
iblica studia ad animum ad-
bat propter privata. v. ad
, 1.) Error autem ortus est
ilitudine ductuum, quibus
ue vox per compendium in
exarari solet. V. supra ad
, 1. Praepositionem omise-
Lovel. 4. et edd. Rom. an-
ni 1472. ac Parm. quam similitudine syllabae initialis vocis sequentis interceptam puto.

§. 6. *C. Sulpicius Peticus quartum, M. Valerius Publicola iterum*] Supra in Pall. pr. ac tert. vocabatur *Petitus*. hic ab iisdem repetitur *Potitus*. a Palat. vero sec. *Poetilius*. GEBH *Petus* Lovel. 4. *Penus* vel *Poenus* Lovel. 5. Portug. Harlej. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *Potitus* Lovel. 2. 3. cum antiquioribus editis. *Potitius* Hearnii Oxon. L. 1. *Petitus* Lovel. 1. a m. 2. et Fragm. Hav. *Petilius* Haverk. *Peticus* edidit Sigonius. *Poeticus* Gruterus in postrema edit. *Paeticus* Gronov. V. supra ad c. 17, 13. Praeterea *Publicola item* Lovel. 2. sollemni scribarum aberratione. V. infra ad Epit. Liv. 14. Paullo ante *manet apud patricios*, transpositis dictionibus, Leid. 2. et Lovel. 1.

In bellum Etruscum intentam civitatem] *intenta civitate* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Male. Pendent enim ex sequenti *convertere*. Quare neque recte Lovel. 4. voces *intentam civitatem* omisit. *intentam in bellum Etruscum*, ut *intentos homines in eventum periculi alieni* supra 4, 27, 11. ubi vide. Mox

sibus adjunctum fama ferebat, legati Latini ad Vol-
scos convertere, nunciantes, exercitum conscriptum
armatumque jam suis finibus imminere: inde popu-
7 labundos in agrum Romanum venturos esse. Cen-
suit igitur senatus, neutram neglegendam rem esse:
utroque legiones scribi, consulesque sortiri provin-
8 cias jussit. Inclinavit deinde pars major curae in

Tarquiniensibus non adparet in Lovel. 4.

Latini ad Volscos convertere] *convenere* Lovel. 5. Et ita vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum conjecit, quem ad verba Livii non adtendisse puto, quae ita mutata commodum sensum non habent. Quid enim foret, *Latini convenere civitatem ad Volscos?* Vitium in Mstis ortum est ex similitudine, quae est inter literas *rt* et *n*, praesertim in scriptura Longobardica; unde passim *vertit* et *venit*, ac *praevertit* et *praevenit*, in Mstis commutantur. V. ad 5, 49, 5. et ad 24, 5, 6. Non tantum eumdem errorem commiserunt librarii Lovel. 2. et 4. sed insuper etiam legerunt *Latini ac Volsci convenere*. contra mentem Livii, ut ex sequentibus patet.

Exercitum conscriptum armatumque] *exercitum scriptum* Leid. 2. et Lovel. 1. Livius quidem aeque *scribere exercitum*, *legiones*, *milites* dixit, ac *conscribere*. v. ad 6, 28, 5. quum tamen reliqui codd. vulgatum non mutent, eos sequi malo.

Deinde populabundos in agrum Romanum venturos esse] Gruterus in postrema editione dedit *deinde populandos*, quod proximi editores servarunt, et Gronovius anno 1665. mutavit in *deinde populabundos*, quam lectionem recentiores retinuerunt. Verum lectio haec a nullo cod. nisi forte ab Harlej. 1. et quo nihil in excerptis adnotatum invenio, probatur. Nam voculam *deinde* non agnoscunt Leid. 2. et Lovel. 1. ejus autem loco praeferunt reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonienses [Veith.] simul cum editionibus postrema Gruteriana prioribus *inde*; quod in pristinum locum restitui. *inde*, id est ex finibus suis. Infra 26, 25, 6. *In Macedoniam, atque inde in Thraciam exercitum ac Mardos eduxit.* Supra 2, 10, 3. *Quum captum Janiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset.* 5, 35, 3. *Hanc gentem Clusium, Romamque inde, venisse comperio.* et alibi saepe. Praeterea *populabundum in agrum Romanum venturum esse* Lovel. 4. [Veith.] quasi crediderit librarius, quum *exercitum* praecesserit, postea multitudinis numero inferri non posse *populabundos*. Verum passim apud Livium *exercitus* tamquam nomen collectivum in constructione considerari solet. Supra 3, 28, 2. *Qui fuerant ordine in via, exercitum omnem longo agmine circumdat hostium castris.* ad quem locum plura vide. Deinde *in agrum Romanum etiam venturos* addita voce Lovel. 2.

§. 7. *Neutram negligendam*

Etruscum bellum; postquam literis Sulpicii consulis, cui Tarquinii provincia evenerat, cognitum est, depopulatum agrum circa Romanas salinas, praedaeque partem in Caeritum fines avectam, et haud dubie juventutem ejus populi inter praedatores fuisse. Itaque Valerium consulem, Volscis obpositum, 9
castraque ad finem Tusculanum habentem, revoca-

rem esse] *neclegendam rem* Florent. a m. 1. pro quo datum deinde *neglegendam rem*, quomodo etiam praefert Leid. 1. V. supra ad 2, 11, 4. *neutram rem negligendam* Portug. Denique verbum *esse* deficit in eodem Portug. Mox *utro*, pro *utroque*, habet Harlej. 1.

Consulesque sortiri provincias jussit] *consulibusque* Lovel. 2. quod librarii vitium est, non videntis, quemadmodum compendium *cons̄* reddendum foret. V. infra ad 10, 10, 2. Nam τῷ *jubere* casum tertium addi, neque Livii neque aliorum aequalium stilo convenit. V. ad 27, 24, 3. Ad haec *sortiri provincias jussi* edd. principes usque ad Aldum, qui recte *jussit* restituit.

§. 8. *Inclinavit deinde pars major curae in Etruscum bellum*] Pall. duo *pars major curiae*. GEBH. *Inclinatur deinde* Hearnii Oxon. C. cujus librario *inclinare* sine casu poni displicuisse videtur. Verum id Livio frequens est. Supra 3, 61, 4. *Si fortuna belli inclinet*. Ad quem locum plura vide. Deinde *major pars curae* trajectis vocabulis Haverk. *pars major curiae* Voss. 2. Lov. 3. *Inclinavit deinde pars major curare Etruscum bellum* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. [Veith.]

Cui Tarquinii provincia evenerat] *Tarquinia provincia evenerant* Fragm. Hav. a m. 1. pro quo deinde *Tarquinii* emendatum. Verum *Tarquinii provincia evenerat* dictum est eadem forma, qua supra erat *Volsci provincia evenerat* 5, 12, 6. Praeterea literis, olim continua serie scriptis, male in voces divisis *provinciae venerat* dederant librarii, sive, ut scribebant neglecta diphthongo, *provincie venerat*, quemadmodum est in Voss. 1. Leid. 1. et Harlej. 1. pro quo *provincia venerat* ostentat Leid. 2. Sed v. ad eumdem locum Livii.

Praedaeque partem in Caeritum fines avectam] *in Caeritum partes* Lovel. 5. et Hearnii Oxon. N. Sed codicum illorum librariis adhuc inhaerebat modo praecedens vox *partem*. *interritum*, pro *in Caeritum*, male Gaertn. Tum *ānectam* idem Gaertn. *advectam* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. quinque, Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Sed recte vulgatum *avectam* firmant integriores Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Klock. *avectam* nempe ex agro circa salinas Romanas. V. infra ad 9, 4, 1. Paullo ante *salinas Romanas* edd. vett. Sed Aldus vocum illarum ordinem mutavit, consentientibus codd. scriptis omnibus, quibus utor.

Haud dubie juventutem ejus populi] *haud dubio* Leid. 1. Sed supra v. ad 3, 24, 3.

tum inde senatus dictatorem dicere jussit. T. Man-
10 lium L. filium dixit. Is, quum sibi magistrum equi-
tum A. Cornelium Cossum dixisset, consulari exerci-
tu contentus, ex auctoritate Patrum ac populi jussu
Caeritibus bellum indixit.

§. 9. *Valerium consulem Volscis obpositum, castraque ad finem Tusculanum habentem*] Vocem *consulem* ignorant Harlej. 2. et Portug. Deinde *castraque ac finem Tusculanum habentem* est in Haverk. sollemni scribarum errore. V. ad 21, 32, 2. *finem Tusculanam* Portug. Vocem hanc eo genere a Livio aliisque usurpari, supra vidimus ad 4, 2, 4. Reliquorum tamen, vulgatum defendentium, consensum praefero.

T. Manlium L. F. dixit] Mirum, cur non addiderit *Torquatum*. Deinde aut exemplum est, posse fieri dictatorem eum, qui antea non fuerit consul, ut de L. Manlio parente ante patuit: nisi quis eum patrem tribunum militum consulari potestate fuisse existimet anno CCCLXXXVII. quod equidem conjicio: aut anno CCCXCVIII. [apud Liv. 7, 16, 1.] pro *Cn. Manlio* legendum esse *T. Manlio*. Id quoque mirum, quae caussa coëgerit dictatorem creari, cum tam eximium consulum par in magistratu esset, quorum alter etiam antea dictator fuit bello Gallico, unde eximiam pepererat gloriam. Alter praeter generis nobilitatem consul etiam eo anno fuit, quando e plebejorum manu consulatus rursus ereptus videbatur. GLAR. Pall. duo *inde senatus dictatorem dicere jussit C. Manlium. Is cum sibi*. sec. vero *T. Manlium Auli filium dixit*. Quae scripturae inconstantia adduxit me, ut non succenserem Glareano, nescio in quas hallucinationum ambages se induenti. Tenebatur iisdem dudum ante illum Campanus; quibus cum se expedire nesciret, reposuit in editione sua *C. Manlium T. filium dixit*. GEBH. Ex omnibus codd. meis vulgatam scripturam inveni in Lovel. 5. Et eam forte etiam servavit Klock. ex quo nulla diversitas adfertur. Reliqui varie mutarunt. *dictatorem dicere jussit C. Manilium*, vel *Mallium*. *Is quum sibi* habent Voss. 2. et Lovel. 3. *dictatorem dicere jussit G. Manilium A. Is quum sibi* Fragm. Hav. a m. 1. in quo deinde *G. Manilium A. filium dixit* a m. 2. emendatur. *dictatorem dicere jussit C. Manlium L. filium. Is quum sibi* Lovel. 4. *dictatorem dicere jussit T. Mallium Auli filium. Is quum sibi* Gaertn. *Manilium T. F. dixit*, omisso praenomine, Florent. *C. Manilium dixit*, patris praenomine neglecto, Hearnii Oxon. L. 1. *C. Manlium*, vel *Manilium*, *Lucii filium dixit* ejusdem Hearnii L. 2. et C. atque ex meis Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. *T. Manlium Auli fil. dixit* ejusdem Hearnii B. *T. Manlium A. filium dixit* Harlej. 2. et Portug. *T. Manlius A. filium dixit* Haverk. *Tum T. Manlium Lucii filium dixit* Leid. 2. et Lovel. 1. *Cum T. Manlium Lucii filium dixit* Voss. 1. Nihil mutandum puto. Est enim T. Manlius Lucii filius supra memoratus hoc lib. c. 5. et 10. Sed, inquit Glareanus, aut exemplum est, posse fieri dictatorem eum, qui antea non

XX. Tum primum Caerites, tamquam in verbis 1
hostium vis major ad bellum significandum, quam in suis factis, qui per populationem Romanos lacessierant, esset, verus belli terror invasit: et, quam non suarum virium ea dimicatio esset, cerne-

fuerit consul, vel conjicio supra c. 16, 1. pro *Cn. Manlio*, legendum esse *T. Manlio*. Prius admitto. Non modo enim L. Manlius, Titi pater, ut Glareanus ipse notavit, hunc honorem adeptus est, licet consul non fuisset; verum simile exemplum etiam xv. annis postea obcurrit in L. Papirio Crasso, qui praetor existens dictator dictus est infra 8, 12, 2. *Dictatorem L. Papirium Crassum, qui tum forte erat praetor, dixit*. idque antequam consulatum gessisset. Alterum, ut T. Manlius jam consulatum gessisse dicamus, et Livium supra c. 16, 1. emendemus, probari nequit, ut partim ex Livio, partim ex fragmentis marmorum Capitolinorum colligitur. Nam T. Manlius Torquatus, quem Lucii filium Livius supra c. 5, 3. et 10, 2. vocarat, demum consul memoratur infra c. 27, 3. et hunc primum ejus consulatum fuisse, patet ex eo, quod triennio postea *secundum consul* dicatur c. 28, 6. tum quadriennio interjecto *consul tertium*. Eodem anno triumphavit. Ejus autem triumphus ita in fragmentis Fastor. triumph. adnotatur: : - : - : - : *ANLIVS L. F. A. N. IMPERIOSS. TORQVAT. COS. III. DE. LATINEIS. CAMPANEIS. SIDICINEIS. AVRVNCEIS. XV. K. IVNIAS.* Unde, revera eum anno illo tertium consulem fuisse, et numeros in Livio vitiatos non esse, praeterea eum ante dictaturam consulatum non obtinuisse, constat.

§. 10. *Magistrum equitum A. Cornelium Cossum dixisset*] Vox *equitum* exsulat a Portug. Cornelii Cossi praenomen a Voss. 2. Lovel. 2. et 3. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. qui in cod. C. praenomen *Lucii* ipsi tribui auctor est.

Consulari exercitu contentus etc. *Caeritibus bellum indixit*] *consulari exercitu contempto* Lov. 4. [Veith.] Passim *contentus* et *contemtus* confunduntur in Mstis. V. infra ad 25, 38, 20. Deinde *indixisset* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Ceterum addit in fine haec verba Florent. *Manilius L. F. dictator creatur bello Cerito.* quae verba olim pro lemmate margini adscripta fuerunt. V. supra ad §. 2. Suprascriptum tamen est m. 2. verba illa vacare.

§. 1. *In suis factis, qui per populationem Romanos lacessierant, esset*] *To esset* deficit in Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. 1. et Harlej. 2. Illud autem transponitur ibi *in suis factis esset* in Lovel. 4. 5. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Deinde *per populationes* idem Haverk. Sed unius tantum populationis circa Romanas salinas Livius cap. praec. meminit. Tum *lacesserant* Leid. 2. Lovel. 4. 5. Portug. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. [Veith.] *lacessierant etiam* Lovel. 3. *lacessiti erant* manus docta conjecit in margine ed. Curionis; cui conjecturae occasionem dedit, quod in ed. illa duabus vocibus

2 bant. Poenitebatque populationis, et Tarquiniensses exsecrabantur defectionis auctores. nec arma, aut bellum quisquam adparare, sed pro se quisque legatos mitti jubebat ad petendam erroris veniam.
3 Legati senatum quum adiffent, ab senatu rejecti ad populum, Deos rogaverunt, quorum sacra bello Gallico accepta rite procuraffent, ut Romanos flo-

per errorem scribarum vulgaretur *lacessi erant*. Id autem eodem modo dictum foret, quo alibi apud Livium obcurrit *communicati sint*, *fluctuatus fuerat*, et similia. V. ad 4, 24, 2. Sed vulgatum probum eft. In verbis praecedentibus *ad significandum bellum* praeferunt Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. ac 5.

Verus belli terror invasit] Vet. lib. *etiam verus belli terror invasit*. SIG. Voff. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. L. 1. et N. similiter τὸ *etiam* adsciscunt, cujus loco *et* praeferunt Lovel. 4. et Hearnii C. Praeterea *veteris belli terror* Voff. 2. *belli verus terror* Leid. 2. et Lovel. 1. *belli vetus terror* Lovel. 4. *verus terror belli* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. [*et vetus terror* Veith.]

Et, quam non suarum virium ea dimicatio esset, cernebant] *et, quia non suarum virium eam dimicationem esse cernebant* Lovel. 3. *eam dimicationem esse cernebant* etiam Voff. 2. Nihil mutandum. Dictum enim eft, quemadmodum illud supra 4, 32, 2. *Documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset.* ubi v. quae notata sunt.

§. 2. *Nec arma, aut bellum quisquam adparare*] *nec arma, nec bellum* Harlej. 2. et Haverk. *nec arma, nec aut bellum*, utrique lectione juncta, Lovel. 1. 1 m. 1. Deinde *quisquam parare* Klock. Nihil muto. Utrumque et *adparare arma* et *adparare bellum* Livio familiare eft. Supra 3, 62, 5. *Reliquum diei adparandis armis consumtum est.* 3, 5, 8. *Bellum, si quando unquam ante alias, cum magna cura adparavit.* 42, 18, 1. *Quippe quem non justum modo adparare bellum regio animo.*

Pro se quisque legatos mitti jubebat ad petendam erroris veniam] Invitis libris nihil temere mutandum censeo. Placeret tamen, si libris auctoribus fieri poffet, *pro se quisque legatos mitti jubebant ad petendam erroris veniam. pro se quisque jubebant*, quemadmodum *apud quem quisque servierant* supra 2, 22, 7. *ad petendam veniam errori* ut 3, 12, 8. *Veniam erroris atque adolescentiae petendo, sibi ut condonarent filium, orabat.* 33, 11, 3. *Caduceator eo regius venit, specie ut induciae essent, revera ad petendam veniam legatis mittendis.* 40, 13, 10. *Te majorem fratrem pro minore deprecari oportebat, te adolescentiae, te errori veniam impetrare.* Similia plura supra v. ad 3, 46, 2. Neutram tamen emendationem invito cuiquam obtrudo. Certe *petere veniam*

rentes ea sui misericordia caperet, quae se rebus adfectis quondam populi Romani cepiſſet; conver- 4
sique ad delubra Veſtae, hospitium flaminum Veſtaliumque ab se caſte ac religiose cultum invocabant. *Eane meritos, crederet quisquam, hoſtes repente* 5
sine cauſſa factos? aut, si quid hoſtiliter feciſſent, consilio id magis, quam furore lapsos, feciſſe, ut sua ve-

erroris etiam infra eſt 38, 13, 12. *In urbem compulsi veniam erroris petebant.* Ceterum *ad petendum erroris veniam* Leid. 2. V. infra ad 40, 49, 1. Praeterea poſt haec verba additur in Florent. *Legati Ceritum erroris veniam precantur.* quod ex lemmate marginali in contextum receptum eſt. V. supra hoc lib. c. 15, 2.

§. 3. *Legati senatum quum adissent*] *Legati quum senatum* Haverk. Tum *addissent* Leid. 2. V. supra ad 4, 57, 11. *audissent* Klock. et Portug. *adiissent* Lovel. 4. V. infra ad 8, 2, 9.

Quorum sacra bello Gallico accepta rite procurassent, ut Romanos florentes] *quorum sacro bello Gallico* Haverk. *quorum sacra bellico accepta* Leid. 2. in quo cod. verba *ut Romanos florentes* culpa librarii non adparent. Paullo ante trajectis vocibus *rogaverunt Deos* edd. vett. usque ad Aldum; qui, consentientibus scriptis, *Deos rogaverunt* reposuit.

Quae se rebus adflictis quondam populi Romani cepisset] Ardelio nescio quis, non affectus ejus vocis elegantiam, *rebus affectis* mutavit in *afflictis*. GELEN. *rebus adfectis* etiam omnes mei. V. supra ad 5, 18, 4. Vox *quondam* exsulat ab Harlej. 2. et Portug. *quondam pater cepisset* habet Klock. cujus librarius compendia *p. r.*, id eſt *populus Romanus*, et *pr̃*, id eſt *pater*, inter se perperam confudit, similiterque erravit mox §. 5. et 7. etiam 8, 35, 5. et alibi. (* 35, 41, 8.)

§. 4. *Ad delubra Vestae, hospitium flaminum Vestaliumque ab se caste ac religiose cultum*] *ad delubrum Vestae* Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Deinde *hospitium flaminium* Gaertn. Tum *a se* idem codex. Tandem *caste ac gloriose cultum* Lovel. 1.

Eane meritos crederet quisquam, hostes repente sine caussa factos] Nisi sit derivatio caussae in fortunae iniquitatem, hunc sensum nequaquam intelligo. GLAR. Sententia, quae obscurissima Glareano visa eſt, haec eſt: Credibilene eſſet, eos, qui tam magna beneficia populo Romano dediſſent, hoſtes ejus repente sine cauſſa factos? Inde transfertur culpa aut in temeritatem eorum, qui feciſſent, aut in necessitatem. SIG. Lego *Bene meritos*. KLOCK. Codices nihil mutant, nisi quod *Ea nec meritos* ſit in Leid. 2. *Eo ne meritos* in Haverk. Sed sensum loci recte vidit Sigonius, eamque ob caussam Klockii conjectura facile carco.

§. 5. *Si quid hostiliter feciſ-*

tera beneficia, locata praesertim apud tam gratos, novis conrumperent maleficiis? florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem, cujus adflicti amicitiam cepissent? ne adpellarent consilium,
6 *quae vis ac necessitas adpellandæ esset. Transeuntes agmine infesto per agrum suum Tarquinienses, quum praeter viam nihil petissent, traxisse quosdam agrestium,*
7 *populationis ejus, quae sibi crimini detur, comites. Eos,*

sent, consilio id magis, quam furore lapsos fecisse] Vocula initialis deest in Harlej. 1. Deinde *furore lapsos fuisse* Haverk. solito scribarum lapsu. V. infra ad 31, 45, 2. Mox *vertere*, pro *vetere*, Leid. 2. Deinde *locataque*, pro *locata*, Gaertn.

Florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem] *Tà que* et *sibi* omittuntur in Fragm. Hav. a m. 1. *ac* in Portug. Deinde *florentemque pat' ac felicissimum* Klock. V. supra hoc cap. §. 3. Mox *vis et necessitas* praeferunt Voss. 2. et Fragm. Hav.

§. 6. *Quum praeter viam nihil petissent*] Vox *nihil* male deficit in Harlej. 1. *nihil cepissent* habet Klock. Paullo ante *Transeuntis*, pro *Transeuntes*, more antiquo est in Leid. 1. ac Gaertn. inde vero in Florent. factum est *Transeundis*, quod literae *d* et *t* in sono ac pronunciatione parum differant. V. supra hoc lib. ad c. 16, 3.

Traxisse quosdam agrestium populationis ejus, quae sibi crimini detur, comites] *transisse* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. quomodo olim etiam primi editores peccarunt apud Silium Ital. 13, 319. Deinde *quos quidam* Voss. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *quorum quidam* Lovel. 3. *quo solam* Gaertn. Tum *agrestum* ed. Parm. At v. quae notantur ad 2, 63, 2. Hinc *quae crimini sibi detur* Harlej. 2. *quae crimini sibi d&*, sive *dent*, Harlej. 1. *quae crimini sibi dentur* Haverk. *quae crimini sibi sit* Lovel. 4. quam locutionem inlustravi supra ad 2, 52, 7. Sed recte in vulgatum alii codd. conspirant. Supra 1, 5, 4. *Crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his inpetum fieri.* 7, 4, 4. *Criminique ei tribunus inter cetera dabat.* Ex testimoniis autem Terentii ad eum locum laudatis patet, simili modo dictum esse *vitio dare*.

§. 7. *Eos, seu dedi placeat*] *sive dedi placeat* in Portug. a m. 1. fuisse videtur, pro quo datum *si dedi placeat* a m. 2. Mox *daturos poenam*, pro *poenas*, Lovel. 2.

Caere, sacrarium populi Romani, diversorium sacerdotum] *Certe* perperam Leid. 2. et Lovel. 4. Tum *sacrarium pater* Klock. V. ad §. 3. Deinde *diversorum sacerdotum* Voss. ambo, Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. a m. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *deversorium sacerdotum* recte Florent. a m. 1. quod indoctior postea in *diversorium* mutavit. V. supra ad

seu dedi placeat, dedere se paratos esse; seu supplicio adfici daturos poenas. Caere, sacrarium populi Romani, deversorium sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum inviolatumque crimine belli, hospitio Vestalium cultisque Diis darent. Movit populum 8
non tam caussa praesens, quam vetus meritum, ut maleficii, quam beneficit, potius inmemores essent. Itaque pax populo Caeriti data, induciasque in cen-

1, 51, 2. et 8. Mox *intactum inmolatumque*, pro *inviolatumque*, Lovel. 3. V. ad cap. praec. §. 3. Similitudo literarum *m* et *ui* in scriptura Longobardica librario fraudi fuit.

§. 8. *Movit populum non tam caussa praesens*] Ultimam vocem recidit Palat. tert. codex alioqui castigatissimus. GEBH. Eamdem vocem agnoscunt omnes mei, et necessariam probat obpositio τῶν *caussa praesens* et *vetus meritum*, quemadmodum etiam supra obponebantur *vetera beneficia* et *nova maleficia*.

Ut maleficii, quam beneficii, potius inmemores essent] Credo firmissime, illam voculam nihili *potius* ab ardelionibus inculcatam, ac scribendum: *ut maleficii, quam beneficii, immemores essent*. Sic Plautus in Rudent. 4, 4, 70.

Eo tacent, quia tacita bona 'st mulier semper, quam loquens.

V. Lipsium Quaestion. Epist. 5. Epist. 23. Reperi infra l. 8. 22. in codice MS. Pal. *Cum relatum esset a Graecis, gente lingua strenua, quam factis.* Ubi τὸ *magis* superne ab aliena manu adjectum. l. 10, 26. exhibent Pall. duo meliores: *Tanta laetitia ac gratulatio fuit, ut praeciperetur victoria animis: triumphusque quam bellum decretum consulibus videretur.* subaudito *magis*. GEBH. Gebhardi conjecturam probabilem reddere potest, quod ordo verborum non idem sit in omnibus Mstis. Nam *ut maleficii memores, quam beneficii, potius essent* praeferunt Portug. et Harlej. 2. sed in eorum priori *ut* in *ne* mutatum est, propter sensum. *ut maleficii immemores, quam beneficii, potius essent* Haverk. Alibi etiam *quam*, pro *potius quam*, poni, sive *potius* per ellipsin omitti, Gronovius supra docuit ad 5, 21, 15. Adde, quae infra notantur ad 34, 49, 10. Invitis tamen Mstis, solius tantum conjecturae ductu similia in scriptoribus priscis mutare, periculosum esse duco; quum utriusque locutionis tum apud Livium, tum apud alios, plura exempla proferre facile sit. *ne maleficii, quam beneficii potius memores* est in Fragm. Hav. a m. 2. *ut maleficii, quam beneficio potius memores essent* in Voss. 2. et Gaertn. *ut maleficii potius memores essent*, omissis vocibus *quam beneficii*, praeferunt Florent. et Lovel. 5. in quorum posteriori in margine emendatur *ne maleficii potius, quam maleficii immemores essent*. sed

tum annos factas in senatusconsultum referri pla-
9 cuit. In Faliscos, eodem noxios crimine, vis belli conversa eſt: sed hoſtes nusquam inventi. Quum populatione peragrati fines eſſent, ab obpugnatione urbium temperatum: legionibusque Romam reductis, reliquum anni muris turribusque reficiendis consumtum, et aedes Apollinis dedicata eſt.

voluit interpolator *quam beneficii*. Tandem *malificii* Leid. 1.

Itaque pax populo Caeriti data] *populo Caeretici* Gaertn. *populo Caereti* Haverk. Utroque modo *Caeretes* et *Caerites* dici, infra videbimus ad 22, 1, 10. *populi Caeriti* Leid. 1. et Fragm. Hav. a manu pr. *populo Caeriti pax data* Lovel. 4.

Induciasque in centum annos factas in senatusconsultum referri placuit] Pall. duo *induciasque in centum annos infectas senatus consultum referri placuit*. sec. pro *factas*, exhibet *datas*. GEBH. *in centum annos datas* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. Sed modo praecessit *pax populo Caeriti data*, quare eadem vox horum codd. fide hic repeti nequit. *in centum annos infectas* Voſſ. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. verum hi codd. culpa librariorum vitiati sunt, dederunt enim *infectas* pro *factas in*. Tum *in senatusconsulto referri* Portug. et edd. princ. ex non intellecta compendiaria lectione *in S. C.* V. ad 38, 60, 1. *in senatu consulto* Lovel. 4. *in senatusconsultu* Lovel. 5. de quo v. supra ad 5, 13, 5. *in S. C.* ambigue Klock. *S. C.* omiſſa praepositione, Leid. 2. *senatusconsultum* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. *senatusconsulto* Mediol. ed. anni 1495. et quaedam proximae. *in senatusconsulta* Froben. anni 1531. quod recentiores servarunt usque ad Gronov. qui in priori edit. notarum *is senatusconsultum* ex calamo exaratis scribendum monuit, eamque lectionem deinde anno 1665. in contextum recepit, quo tempore tamen notam, nescio quam ob cauſſam, omisit.

§. 9. *Hostes nusquam inventi*] *nūquam*, vel *nunquam*, Leid. 1. et Lovel. 1. 4. ac 5. saepius obvio librariorum errore. V. infra ad Liv. 36, 17, 10. [*cum peragratione populati* Veith.]

Ab obpugnatione urbium temperatum: legionibusque Romam reductis] *temperatum est* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Tum conjunctio *que* exsulat ab Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Et aedes Apollinis dedicata est] *etiam aedes* Lovel. 2. *et aedis Apollinis* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. et Klock. Videnda sunt superius notata ad 4, 25, 3.

§. 1. *Extremo anno comitia consularia*] *Extremo anni* Lovel. 2. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. Eorum tamen auctoritas non satis gravis videtur ad receptam lectionem mutandam. V. supra ad 3, 29, 8.

Passuros comitia haberi, ni secundum Liciniam legem ha-

XXI. Extremo anno comitia consularia certamen 1
Patrum ac plebis diremit, tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Liciniam legem haberentur; dictatore obstinato tollere potius totum e republica consulatum, quam promiscuum Patribus ac plebi facere. Prolatandis igitur comi- 2
tiis quum dictator magistratu abisset, res ad inter-

berentur] *comitia haberi passuros*, mutato ordine dictionum, Lovel. 4. Deinde *nisi secundum* Leid. 2. Lovel. 2. Haverk. et edd. principes. Frobenius demum anno 1535. *ni* dedit, cui reliqui codd. consentiunt. Saepe ita variant codd. V. ad 23, 1, 8. Deinde *legem Liciniam* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Dictatore obstinato tollere] *dictator obstinato* Leid. 2. *dictator eo obstinato* Voss. 1. et Lovel 1. *dictatore eo obstinato* Lovel. 5. et Hearnii Oxon. N.

Promiscuum Patribus ac plebi facere] *promissum* Leid. 1. cujus librarius dare voluisse videtur *promiscum*, quemadmodum saepe in eodem codice scriptum obcurrit, et hic exhibet Florent. V. ad 3, 47, 7. et 10, 41, 3. Tum *Patribus ac plebis* Voss. 1. et Lovel. 1. An voluerunt *Patribus ac plebejis*? Sed nihil mutandum. Voces *ac plebi* desunt in Leid. 2.

§. 2. *Prolatandis igitur comitiis*] Lego *Prolatis igitur comitiis*. KLOCK. Lege ex Pall. duobus MSS. melioribus *Protelandis igitur comitiis*. Quod elegans verbum imperitissimi correctores maxima auctoris injuria e libris Livii profligarunt. Restitui quoque supra. Est autem *protelare* longius propellere atque protollere. Terentius in Phorm. 1, 4, 36.

Ne te iratus suis saevidicis dictis protelet.

Sic repono l. 27, 46. *Qui protelando spatium hosti det, eum et illa castra prodere Annibali.* Sic et reponendum censeo l. 37, 29. *Si ex hoc impetu rerum nihil protelando remittitur.* Palat. sec. *Prolatatis igitur comitiis.* GEBH. *Protelandis* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. *Protelare* verbum antiquum est, quo, praeter Terentium, a Gebhardo laudatum, etiam usi sunt Plautus, (* v. Gronov. Lect. Plaut. p. 238.) Turpilius, Sisenna et alii, verum alio sensu, nempe pro vi propellere, proturbare. Eodem etiam usus est ipso illo sensu Apulejus, qui passim antiquata captare amavit, 8. Metam. p. 209. edit. Elm. *Non vestrorum spoliorum cupidine latrocinamur, sed hanc ipsam cladem de vestris protelamus manibus.* et l. 9. p. 218. *Adreptis cujuscemodi telis, mutuoque, ut exitium commune protelarent, cohortati.* Inferiori aevo huic verbo alia notio addita est, atque pro differre, proferre, protrahere usurpari coepit, eaque significatione apud auctores, qui prolapsa jam lingua Latina scripsere, frequenter obcurrit. Eorum antiquissimum invenio JCtum Ulpianum, ex quo

regnum rediit. Infestam inde Patribus plebem interreges quum accepissent, ad undecimum interre-
3 gem seditionibus certatum est. Legis Liciniae patrocinium tribuni jactabant. Propior dolor plebi foenoris ingravescentis erat: curaeque privatae in

duo loca viri docti adtulerunt; sed quae nonnulli à Triboniano interpolata suspicantur. Apud posteriores passim reperitur. V. Cl. Dukerum ad opusc. de Latin. vet. JCtorum p. 331. quosque ibi laudavit, Cortium ad Sallust. Catil. 43, 3. et Cerdam in Advers. sacr. c. 20, 4. et c. 157, 4. Eo sensu itaque verbum illud Livius hic et locis a Gebhardo adlatis adhibere non potuit, utpote cui nondum ea significatio addita erat: sed librarii ejus auctores hic et alibi exstitere, qui verbum *prolatare* minus sibi notum in notissimum *protelare* commutarunt, eodem modo quo *magnificare* dederunt pro *magni facere* 2, 13, 7. *bellum* pro *proelio* 3, 61, 2. *intimare* pro *instare* 4, 46, 4. *restaurare* pro *instaurare* 5, 52, 9. *parentela* pro *patria* 6, 14, 8. *exspectare* pro *spectare* 6, 33, 1. *obviare* pro *obviam ire* 9, 23, 4. *salvare* pro *servare* in Epit. Liv. 55. Verbo autem *prolatare* Livius et alii auctores saepius pro proferre, differre, usi sunt. Ita supra 2, 36, 5. *Cunctantem tamen ac prolatantem ingens vis morbi adorta est debilitate subita.* 21, 5, 1. *Velut Italia ei provincia decreta bellumque Romanum mandatum esset, nihil prolatandum rutus.* Quibus locis quidam codd. similiter peccarunt, et Gebhardus etiam eorum priori *protelantem* veriorem lectionem esse existimavit. Verum quemadmodum ibi *cunctari* et *prolatare* junguntur, ita etiam apud Tacit. 15. Ann. 51. *Cunctantibus prolatantibusque spem ac metum, Epicharis quaedam accendere et arguere conjuratos.* Eodem autem verbo et alibi utitur: ut 11. Ann. 34. *Mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur.* ubi videndus est Rhenanus, qui plura exempla laudavit. Silius Ital. 3, 141.

— — *brevitasque vetat mutabilis horae*
Prolatare diem.

Curtius 10, 2, 10. *Prolatando aliquantum extraxerat temporis.* Ubi Modius in aliis membranis eodem errore, ut hoc loco, *protelando*, in aliis ex glossemate *differendo* invenit. Cic. Orat. 4. Catil 3. *Id obprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest.* Ceterum *prolatatis igitur comitiis* est in Harlei. 2. et Hearnii Oxon. N. ac B. quae lectio ex non intellecta altera scriptura interpolatione librariorum nata est. *Prolatandis comitiis* est prolatando, differendo comitia. Sallust. in Jug. 27. *Omnis invidia prolatandis consultationibus dilapsa erat.* Ubi v. Cl. Cortium. Ejusdem generis est illud, quod supra habuimus 1, 53, 3. *Quum divendenda praeda quadringenta talenta argenti aurique refecisset.* Et hoc exemplo legi etiam posset supra 1, 13, 6. *Ergo, ita honoranda virtute, feminae quoque ad publica decora excitatae.* quomodo simul cum vulgato *honorata vir-*

certaminibus publicis erumpebant. Quorum taedio 4
Patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiae caussa observare legem Liciniam comitiis consularibus jussere. P. Valerio Publicolae datus e plebe collega C. Marcius Rutulus. Inclinatis semel in 5

tute in contextum recepit librarius optimi Leid. 1. Praeterea *Prolatis igitur comitiis* Portug. et Haverk. quod vel ex glossa τοῦ *Prolatandis* receptum est, quomodo in loco Curtii laudato *differendo* pro *prolatando* in membranis invenerat Modius. Vel ita datum est pro *Prolatatis*, quod in quibusdam superest codicibus, eodem librariorum errore, quo obcurrunt *tuta* pro *tutata*, *capta* pro *captata*, et similia, de quibus v. ad 10, 37, 2. Certe ita in loco Taciti 13. Ann. laudato *prolatum* loco τοῦ *prolatatum* ante Rhenanum legebatur.

Quum dictator magistratu abisset] Vox *dictator* deficit in Lovel. 4. Tum *magistratum abisset* Lov. 1. *magistratu abiisset* Gaertn. 2. Port. [?] et Haverk. V. ad 2, 4, 2. Mox *Infesta inde Patribus plebe* Voss. 1. a m. 2. quum a m. 1. fuisset *plebem*. Id vero emendatum est, quod ultimam literam vocis *Infestam* absorpserant primae sequentis. V. infra ad 37, 29, 5.

Ad undecimum interregem seditionibus certatum est] *ad undecimum interregnum* Harlej. 2. et Gaertn. *ad undecimum interreges* Florent. *usque ad undecimum interregem* Portug. inter versus. Sed, τὸ *usque* invitis reliquis scriptis addi, non necesse est, quum *ad* saepe ponatur pro usque ad. V. ad Epit. Liv. 102. Praeterea *cunctatum est* Lovel. 5. Sed *certatum*, omisso verbo *est*, Gaertn.

§. 3. *Propior dolor plebi foenoris ingravescentis erat*] *proprior dolor* Leid. 2. et Lovel. 3. V. supra ad 4, 17, 5. Doujatius, *propior* de ea re sumi, quae conjunctior est et arctius tangit, probans loco Cic. ex orat. pro Sextio, tam ignave Calepinum suum consuluit, ut ne locum quidem investigandi laborem subire voluerit. Id tamen facere si in animum induxisset, comperisset, apud Cic. in ea orat. c. 18. non legi. *Omnibus sua propiora esse pericula, quam aliena*, quemadmodum laudat, et fere antea laudavit Calepinus, nisi quod dederit *Omnia sua sibi propiora*; sed *suaque sibi propiora esse pericula, quam mea*. Deinde *foenoris ingravescentis plebi erat* Haverk. *foeneris plebi ingravescentis* Lovel. 5. *levi foenoris ingravescentis* Harlej. 1. De lectione *foeneris* v. Dausquej. de Orthogr. parte sec. in v. *Foenus*.

§. 4. *Concordiae caussa observare legem Liciniam*] *caussa concordiae* Leid. 1. Tum *observari legem Liciniam comitiis* Haverk. *observare legem Licinia in comitiis* Leid. 2. ut dare voluisse videri posset *observare legem Liciniam in comitiis*. Sed praepositio abesse potest, ac solet. V. Cl. Jac. Gronov. ad Liv. 31, 7, 1. Paullo ante *Quarum taedio*, pro *Quorum*, quasi referri deberet ad *curas privatas*, Leid. ambo, Lovel. 2. et Florent. [Veith.] neque longe abit Lovel. 3. in quo est *Quartum taedio*. Verum curae illae pri-

concordiam animis, novi consules, foenebrem quoque rem, quae diftinere unanimos videbatur, levare adgressi,

vatae erant plebis, foenus ingravescens dolentis. Non autem earum curarum, sed certaminum publicorum taedio Patres interregem legem Liciniam observare jusserunt. Servandum itaque est vulgatum.

Publicolae datus e plebe collega C. Marcius Rutilus] *ex plebe* Lovel. 2. *a plebe* edd. vett. Ut infra c. 23, 1. *M. Popillius Laenas a plebe consul, a Patribus L. Cornelius Scipio datus. e plebe* primus vulgari curavit Frobenius anno 1535. et cum eo stant, uno excepto, omnes codices. Utraque lectio firmari potest loco Livii supra c. 1, 2. *Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit. Patres praeturam Sp. Furio, M. filio, Camillo, aedilitatem Cn. Quinctio Capitolino et P. Cornelio Scipioni, suarum gentium viris, gratia campestri ceperunt. L. Sextio collega ex Patribus datus L. Aemilius Mamercinus.* Codicum itaque auctoritatem sequor. Praeterea *Rutilius* Florent. Voss. duo, Leid. duo, Lovel. quinque, Harlej. duo, Portug. Klock. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. cum edd. multis. V. supra ad c. 17, 6. Denique iterati consulatus notam addendam censet Glarean. infra ad §. 6. quod etiam supra consul memoretur c. 16. in princ. Sed v. ad 2, 16, 7.

§. 5. *Inclinatis semel in concordiam animis*] *Inclinatis semper* perperam Lovel. 2. Tum *in concordia* Lovel. 5. et Gaertn. *ad concordiam* Harlej. 2. quem solum ab hac parte stantem non audiendum censeo. Supra 6, 39, 3. *Dictator rem in caussam plebis inclinavit.* 8, 21, 8. *In hanc sententiam maxime consul inde inclinavit animos.* 10, 20, 1. *Romana vis in Etruscum bellum magis inclinat.* 30, 9, 7. *In hoc consilium maxime inclinant.* Et ita hic iterum verbo cum praepositione *in* composito in regimine eamdem Livius addidit, ut saepe facere amavit. V. ad praefat. §. 11. Quamvis tamen nec alterius exempla apud nostrum desint. Infra 23, 33, 4. *Ad fortunam inclinavit.* 40, 5, 6. *Ad quae jam sua sponte animum inclinasset.* V. infra ad 42, 30, 1. Mox *funebrem quoque rem*, pro *foenebrem*, Voss. ambo, Leid. pr. Lovel. 1. 2. 3. 4. Lovel. 5. 2 m. 1. Gaertn. Haverk. et multae ex vett. edd. nempe Rom. anni 1472. Parm. et Tarvis. utraque. *fine brevi*, pro *foenebrem*, Leid. 2.

Quae distinere unanimos videbatur] Pall. duo meliores, *quae destinare unanimes videbatur.* Sed *distinere* legitimum hoc loco verbum est. Onomasticum *Distineo περιόπτω.* Palat. sec. *foenebrem quoque rem distinere in annos videbantur.* l. 9, 16. *Duae factiones senatum distinebant.* l. 31, 11. *Et distinendo copias caussa inprimis fuisset serius in Africam trajiciendi.* GEBH. *destinare* etiam Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. et Klock. [Veith.] *distinare* Lovel. 1. *destinere* Florent. Portug. a m. 1. Haverk. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *distrahere* Harlej. 2. in marg. Sed recte Gebhardus *distinere* probavit. Supra 5, 20, 4. *Duae*

adgressi, solutionem alieni aeris in publicam curam verterunt; quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniae adpellarunt. Meriti aequi- 6

senatum distinebant sententiae. ubi alia exempla vide quum locutionis, tum ejusdem etiam varietatis in codd. Mſtis. Deinde *inanimos* Lovel. 2. 4. 5. *unanimes* Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 3. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Utroque modo antiqui dixerunt *unanimus* et *unanimis*, quemadmodum etiam *exanimus* et *exanimis*, ac *semianimus* et *semianimis*. Ita *corpora semianima* 28, 23, 2. *In succensum rogum semianima pleraque injicerent corpora.* At *semianimis* 1, 48, 4. *Quum semianimi regio comitatu domum se reciperet.* 3, 13, 2. *Pugno ictum a Kaesone cecidisse semianimem.* cap. 57, 4. *Tollentes corpus semianime virginis.* Similiter *exanimis* supra eſt. 1, 25, 6. *Nondum tamen cura deseruerat exanimes vice unius.* V. quae notavi ad Silii 5, 584. (*v. Serv. ad Virg. 1. Aen. 484.) Eadem varietas eſt in *semisomnus* et *semisomnis.* V. infra ad 25, 39, 3. Ita *enervos* pro *enerves*, multi codd. apud Val. Max. praeferunt 2, 7, 15. Alia hujus generis plura v. apud Cortium ad Sall. Catil. 1, 3. Utro modo dicantur haec, perinde eſt. Vulgatum itaque servo, pro quo optimos codd. ſtare video. Praeterea addita voce *quoque videbatur* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. Tum *videbant* Harlej. 1. Similium errorum alia exempla v. infra ad 38, 40, 1. Denique *consules funebrem quoque rem destinere unanimes videbantur* perperam Portug. a m. 1. et Haverk.

Levare adgressi, solutionem alieni aeris] *levareque aggessi* Portug. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. Tum vox *alieni* deficit in Lovel. 2. Ea transposita *aeris alieni* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniae adpellarunt] Sigonius 2. de Ant. jur. Civ. Rom. 2. hoc discrimen inter *argentarios* ac *mensarios* ſtatuit, quod argentarii rem nummariam privatam tractarent, mensarii publicam, ut hic *quinqueviri mensarii*, et 23, 21, 6. 26, 36, 8. *triumviri mensarii.* Nec aliter Torrent. ad Suet. Aug. 4. de suo addens, *mensarii* nomen ante tempora Caesarum paullo honeſtius fuisse, quam *argentariorum*, sed JCtos indifferenter utroque usos. Non eſt dubium, quin *triumviri* ac *quinqueviri mensarii*, quos memorat Livius, argentariis honeſtiores fuerint, quum quasi magiſtratus quidam extraordinarii eſſent. Sed si putarunt viri doctissimi, non alios fuisse Romae mensarios, quam qui pecuniam publicam tractarent, quod videntur sensisse, non probari poteſt eorum sententia. Eſt enim certissimum, eos, qui *mensarii* tantum, non *triumviri* et *quinqueviri mensarii* dicuntur, eosdem fuisse atque *argentarios.* Hoc cum aliunde, tum vel ex uno Suetonio Aug. 2. et 4. conſtat, ubi idem sine discrimine modo *argentarius*, modo *mensarius* dicitur. Ad quem locum interpretandum Torrentius non recte adhibet loca Livii de quinqueviris et triumviris mensariis. Notavit eum hoc nomine Salmasius de Usuris c. 17. p. 509. et Sigonium P. Faber 2. Semeſtr. 15. Hoc de-

tate curaque sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent. Fuere autem C. Duilius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publilius, et
7 Ti. Aemilius: qui rem, difficillimam tractatu, et plerumque parti utrique, semper certe alteri, gravem,

huerant scire veteres ludimagistri, qui nobis Commentarios in Suetonium, et inconditae molis Lexicon Antiquitatum Romanarum procuderunt. Laudo illorum bene de re literaria merendi voluntatem; non probo, quod plerumque sine ullo delectu ac discrimine bona, mala, ac diversas multorum de iisdem rebus sententias, nullo interposito suo judicio, descripserunt: quare lectores, harum rerum non satis peritos, vel in errorem abduci, vel incertos, quid ex multis eligant, relinqui necesse est. Sed ille nihil praeter centones, et eos tamen saepe non aptissime, suere didicerat; suam de plerisque dubiis et controversis sententiam dicere non poterat: quod et perexigua recte judicandi, et vera a falsis discernendi facultate praeditus, nec necessariis ad rite perficiendum opus, quod adgressus erat, variae eruditionis adjumentis instructus erat. Bene in illum convenit, quod de aliis quibusdam dixit Scaliger: *hoc genus hominum sunt bajuli eruditorum, qui nobis omnia colligunt: hoc nobis perquam utile est, et hoc genus esse debet.* Haec non scripsissem, nisi viros infinitis partibus se doctiores adlatrare, et indignissimis verborum contumeliis lacerare ausus fuisset. DUK. *a dispensatione* Portug. Gaertn. et Haverk. Tum *appellaverunt* Lovel. 2. *appellarit* Harlej. 1.

§. 6. *Ii meriti aequitate curaque sunt, ut per*] *Ii* redundat. GELEN. Pronomen, a Gelenio rejectum, in nullo etiam meo aut Hearnii Oxon. cod. reperitur. Est autem ex numero illorum, quae saepe a nasutis librariis contextui Livii interruntur, quod orationem ejus nimis abruptam aut male cohaerentem existimabant. V. ad 37, 17, 5. *Meriti aequitate curaeque sunt, ut* Voss. 2. et Lovel. 3. *Meriti aequitate curaque meriti sunt, ut* Lovel. 2. *Meriti aequitate curaque sunt meriti sunt, ut* Leid. 1. et Harlej. 1.

C. Duilius, P. Decius Mus] *Duellius* Voss. duo, Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Florent. *Dullius* Harlej. 2. *Duelius* Leid. 2. et Lovel 1. ac 5. In edd. vett. vel *Duellius*, vel *Duillius* dictum. Sed *Duilius*, ut Sigonius primus recepit, verum est. V. supra ad 2, 58, 2. Deinde cognomen *Mus* deest in Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. Cujus codex B. non agnoscit praenomen ac nomen *P. Decius*. Sed *P. Decius Tertius* praefert Gaertn.

Q. Publius et T. Aemilius] *Q. Publilius* legendum est, qui postea quater fit consul. *Publius* enim praenomen est, non nomen. Caeterum huic Publilio *Philo* cognomen fuit. Ante aliquot item versus legendum *C. Martius Rutilius II.* fuit enim antea consul CCCXCVIII. GLAR. *Q. Publilius et Ti. Aemilius. De Publilio* supra [6, 19, 5.] dictum est. De *Aemilio* dicam

quum alia moderatione, tum inpendio magis publico, quam jactura, sustinuerunt. tarda enim nomi- 8
na, et inpeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, aut aerarium, mensis cum aere in foro positis, diffolvit, ut populo prius caveretur; aut aefti-

haud ita multo post [ad 8, 2, 1.] SIG. *Q. Publius* etiam Voss. duo, Leid. 1. Lovel. quinque, Harlej. duo, Portug. Haverk. Fragm. Hav. Florent. et Hearnii Oxon. B. ac C. *Quintus P.* Gaertn. *Q. Publicius* Leid. 2. Sed veram scripturam recte Glareanus et Sigonius restituerunt. Deinde Aemilii praenomen omittitur in Leid. 2. *Titus* vocatur in Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Fragm. Hav. et Florent. *Quintus* in Haverk. *Tullius Aemilius* in Hearnii Oxon. L. 1.

§. 7. *Rem difficillimam tractatu*] *tractat* Leid. 1. et Fragm. Hav. *tractant* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. *tractu* Leid. 2. V. ad 35, 32, 13. *rem difficillima tractata* Harlej. 1. Tum *plerique parti*, pro *plerumque*, Gaertner. *ppl'mque parti* Lovel. 2.

Certe alteri gravem, quum alia moderatione, tum inpendio] *alteri parti gravem* Harlej. 2. et Portug. Deinde *tum ad id* Lovel. 2. et 4. *tum alia* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 5. Harlej. 2. Portug. Fragm. Hav. a manu pr. et primae edd. usque ad Frob. qui anno 1535. *cum alia* restituit. V. supra ad 6, 23, 3. Praeterea *alia modestiae ratione* Leid. 2.

§. 8. *Tarda enim nomina et inpeditiora*] Optimi duo codices Palatini MSS. *tarda enim nominum*. Elegantissime. Supra quoque l. 2, 32. restitui Livio *violenta Patrum*. V. notas nostras ad Propert. 1. Eleg. 15, 1.

Saepe ego multa tuae levitatis dura timebam.

GEBH. Duo MSS. Pall. *tarda enim nominum*. Quod non temere ausim damnare. Infra [c. 29, 2.] *Quoties in extrema periculorum ventum*. Curtius 5, 9. *Tentabat Persas adducere, Bactra et intactae regionis opulenta, simulque quae manentibus instarent pericula, ostentans*. Ita MSS. et ex illis Modius, ubi retulere *opulentiam*. Justinus 41, [1.] *Ut non immensa tantum ac profunda camporum, verum etiam praerupta collium, montiumque ardua occupaverint*. J. FR. GRON. *tarda nominum* ex meis unus servat Lovel. 3. Saepe autem adjectiva neutra pluralia genitivum adsciscere, variis scriptorum, sed inprimis poëtarum, locis ostendit Vechner. 1. Hellen. part. 2, 9. p. 126. Adde Freinsh. Ind. in Flor. v. *Diversus*. et Ten. nul. ad Front. 1. Strateg. 3, 10. Sed idem etiam genus loquendi alibi etiam apud Livium obcurrit. Supra 6, 31, 7. *Excursiones in extrema finium factae erant*. 7, 29, 2. *Quoties in extrema periculorum ventum?* 28, 22, 6. *Locum in foro destinant, quo pretiosissima rerum suarum congererent*. 30, 12, 10. *Praesidio circa portas opportunaque moenium dimisso*. 36, 27, 5. *Parantibus iis antiqua foederum ordiri*. Ita Gronov. scribendum monuit, pro *antiqua jura foederum*. V. plura infra ad 37, 58, 8. (*35, 3, 5.)

matio aequis rerum pretiis liberavit: ut non modo sine injuria, sed etiam sine querimoniis partis utri-
9 usque, exhausta vis ingens aeris alieni sit. Terror inde vanus belli Etrusci, quum conjurasse duodecim populos fama esset, dictatorem dici coëgit. dictus in castris (eo enim ad consules missum senatusconsultum est) C. Julius, cui magister equitum adjectus L. Aemilius. Ceterum foris tranquilla omnia fuere.

Aut aerarium, mensis cum aere in foro positis, dissolvit] *ante aerarium, mensis etc. dissolverunt* Lovel. 2. *ante aerarium* etiam Lovel. 5.

Aestimatio aequis rerum pretiis liberavit] *extimatio* Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. *existimatio* Portug. a m. 2. et Haverk. V. infra ad 34, 2, 5. Tum *liberaverit* Portug. V. ad 40, 14, 11.

Ut non modo sine injuria, sed etiam sine querimoniis] Prima vocula aberat a Fragm. Hav. a vocis praecedentis, ut videtur, fine absorpta. Voces *sed etiam* omisit Harlej. 2. Verum una addita *sed et etiam sine querimoniis* habet Fragm. Hav.

Exhausta vis ingens aeris alieni sit. Terror] *aeris alienis. Ita terror* Leid. 1. et Harlej. 1. *aeris alieni. Ita terror* Lovel. 2. *aeris alieni. Ita error* Voss. 2. et Lovel. 3. *aeris alieni. Ut terror* Gaertn. *Tò sit* omittunt etiam edd. Basil. anni 1539. Curionis, et aliae.

§. 9. *Terror inde vanus belli Etrusci*] *Terror inde haud vanus* Lovel. 3. *Error inde vanus* Florent. Voss. 2. et Lovel. 3. Sed *terror* et *error* saepe in Mstis confunduntur. V. ad 24, 30. 6. *Terror belli*, ut 4, 26, 2. *Nec ultra terror belli est dilatus.* hoc lib. cap. praec. §. 1. *Caerites verus belli terror incessit.* cap. seq. §. 10. *Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore belli.* 38, 42, 11. *Vagari eos cum belli terrore per nationes. Terror inde varius* Gaertn. qui error in Mstis frequens est. V. infra ad 22, 7, 4.

Eo enim ad consules missum senatusconsultum est] *missus senatusconsulto fuerat* Lovel. 2. *misso senatusconsulto*, omisso τοῦ *est*, Lovel. 3. Illud *est* deficit etiam in Voss. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. *missum se senatusconsultum filio* Lovel. 4.

C. Julius, cui magister equitum adjectus L. Aemilius] Vet. lib. *Magister equitum ei adjectus est L. Aemilius.* SIG. Palat. sec. *magister ei equitum adjectus L. Aemilius.* GEBH. Etsi leve est, tamen monendum visum fuit, hoc libro ter legi, magister equitum *additus*, non *adjectus*, c. 12, 9. c. 22, 11. et c. 24, 11. DUK. *Julius*, neglecto praenomine, Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. *Julius est* Leid. 1. *Cor. Julius* Lovel. 2. V. supra ad 5, 52, 3. Tum *cui* non agnoscit Lovel. 5. *Magister ei equitum adjectus* Portug. et Haverk. *ei equitum adjectus*, praeterita etiam perperam voce *magister*, Harlej. 2.

XXII. Tentatum domi per dictatorem, ut ambo 1
patricii consules crearentur, rem ad interregnum
perduxit. duo interreges C. Sulpicius et M. Fabius 2
interpositi obtinuere, quod dictator frustra te-
tenderat, mitiore jam plebe ob recens meritum le-
vati aeris alieni, ut ambo patricii consules crea-
rentur. creati ipse C. Sulpicius Peticus, qui pri- 3
or interregno abiit, et T. Quinctius Pennus. quidam

§. 1. *Tentatum domi per dictatorem*] Rectus hujus orationis casus est *Tentatum*. Ejusmodi forma dicendi usus est supra [c. 8, 5.] *Diu non perlitatum tenuerat dictatorem*. SIG. Supra 1, 53, 1. *Aequasset superiores reges, ni degeneratum in aliis huic quoque decori obfecisset*. ubi v. quae notantur, et supra hoc lib. c. 12, 8.

Rem ad interregnum produxit] *perduxit* alii emendarunt, et recte. Porro ejus verbi nullus est nominativus, sed tota praecedens loco nominativi oratio. GLAR. *produxit* obvium tantum fuit in edd. Mediol. anni 1480. 1495. et 1505. Veneta anni 1498. Ascens. anni 1515. 1518. et Paris. anni 1529. Reliquae cum omnibus scriptis vulgatum tuentur. Supra 4, 25, 1. *Quum res prope ad interregnum perducta esset*. ubi similiter variatur. V. infra ad 38, 50, 1.

§. 2. *C. Sulpicius et M. Fabius interpositi obtinuere*] *Q. Sulpicius* Hearnii Oxon. L. 2. Sed male. Mox enim addit, eum consulem creatum esse. Consulem autem *Caji*, non *Quinti*, praenomen habuisse, ex praecedentibus ejus consulatibus constat. Deinde conjunctionem omittunt Harlej. 2. Portug. et Haverk. Tum *M. Favius* Voss. 1. et Lovel. 1. Quomodo etiam peccatur infra 8, 3, 5. c. 16, 14. c. 32, 15. (* 10, 47, 5.) et alibi. V. ad 5, 24, 5. *M. Farius* Florent. V. ad 22, 24, 1. Similes errores a librariis commissos non miror, siquidem etiam monetarios in eosdem incidisse videam. Certe nummum possideo, similem per omnia illi, quem Patin. in numm. Famil. primo loco in gente Fabia edidit; nisi quod, quum apud eum exsculptum sit *Q. FABI*, meus integer et optime servatus perspicue exhibeat *Q. FARI*. Quamvis autem in lapide apud Fabrett. p. 145. *FARIAE. EPICTESIDIS* mentio obcurrat, meum tamen nummum ad gentem Fabiam referendum esse, evincit cognomen *LABEO*, quod in altera parte nummi legitur. Praeterea *obtinere* Voss. 1. a m. 1. Mox *aeris alieni levati* alio ordine Lovel. 4. Sed *to levati* deficit in edd. vett. quod primi in contextum receperunt Mogunt. et servant omnes codices.

Ut ambo patricii consules crearentur] Codices nihil mutant. Eam ob caussam non nisi timide conjicio, verba haec quinque, quae modo hoc cap. praecesserunt, ex interpretis glossa in contextum inlata esse. Interdum Livium easdem voces repetiisse, supra vidimus ad 1, 3, 9. Et sane id optimo cuique accidit: id tamen in integra tot dictionum periodo non ita facile evenire potest.

§. 3. *Creati ipse C. Sulpicius*

Kaesonem, alii Cajum nomen Quinctio adjiciunt.
4 Ad bellum ambo profecti, Faliscum Quinctius, Sulpicius Tarquiniense, nusquam acie congresso hoste,

Potitus] Lege *C. Sulpicius Peticus*. Pro *Potito* in manuscriptis perpetuo *Peticus* legitur, dumtaxat in Sulpicia gente. nec dubito, quin rectius. Nam *Potitorum* familia Valeriae gentis est. Eum, qui mutavit, offendebat vox non intellecta: atqui eadem ratione mutanda essent non pauca alia in hoc genere vocabula, quorum nemo est hodie, qui significationem dicere queat, cum passim apud Livium aliosque historicos occurrant. GELEN. Legendum *C. Sulpicius Peticus V.* nam quater antea fuit consul ab anno cccxci. ubi primum factus est consul. Mire vero ejus cognomen apud auctores variatum. Quidam enim *Potitum* vocant, alii *Baethycum*, nonnulli *Pythium*. Nec in praenomine minor variatio, cum alibi *T.* alibi *L.* sed a pluribus *C.* vocetur, ut antea dictum est. GLAR. *Creatus ipse* Gaertn. *Tò ipse* deest in Fragm. Hav. a m. 1. Praenomen autem *C.* constanter Sulpicio tribuitur in omnibus scriptis, nisi quod ab uno exsulet Leid. 2. In idem consentiunt etiam excusi, praeterquam quod antiquiores praeferant *Cl.* id est *Claudius*, ut saepe in iis erratur. V. ad 5, 26, 2. Praeterea *Potitus* Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *Potitius* ejusdem codex L. 1, *Petitus* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 3. 5. et Fragm. Hav. *Paeticus* Gruter. in postrema ed. eamque secuti sunt plerique recentiorum. V. supra ad c. 2. hujus lib. §. 1. Neque audiendum puto Glareanum, qui quinti consulatus notam addendam existimat, quamvis etiam Pighius in Annal. ad ann. CDII. p. 291. moneat, numerum apud Sulpicium in Livio desiderari. V. ad 2, 16, 7.

Qui prior interregno abiit] Pall. duo codices MSS. *qui et prior interregno abiit*. GEBH. *qui et prior* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *abit* Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 2, 4, 2. addita adspiratione *habet* Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 37, 59, 6. *habito* Florent. *abiret* Lovel. 2.

Et T. Quinctius Pennus] Copulans particula deficit in Lovel. 2. Tum *L. Quintius* Voss. 2. et Fragm. Hav. *Lutius Quintius* Lov. 3. *L. Quintus* Hearnii Ox. L. 2. *T. Quintus* Leid. 1. Deinde *Pennus*, vel *Penus*, scripti et editi usque ad Sigonium, qui recte *Penus* reposuit. V. supra ad 4, 20, 8.

Quidam Kaesonem cognomen Quinctio adjiciunt] Vetus lectio: *quidam Caesonem, alii Cajum cognomen Quintio adjiciunt*. ut intelligamus triplicem varietatem, quibusdam hunc *Titum*, *Caesonem* aliis, aliis *Cajum* appellantibus. Porro *cognomen* eo maluit dicere, quam *praenomen*, ut opinor, quod *praenomen* non temere alibi, quam in Grammaticorum scriptis reperiatur. GELEN. *Caeso* et *Cajus praenomina* sunt, non *cognomina*. Neque quisquam, qui Latine locutus sit, alio unquam modo locutus est, nisi fortasse vitiatae voces sint, ut hoc loco. In antiquis enim libris legitur: *quidam Caesonem, alii cognomen Quintio adjiciunt*. Quae lectio vestigia germanae lectionis ostendit, quae est, *alii C. nomen Quintio adjiciunt*. Depravatum enim est *C. nomen*, mutatumque primum in cono-

cum agris magis, quam cum hominibus, urendo populandoque gesserunt bella: cujus lentae velut tabis 5 senio victa utriusque pertinacia populi est, ut pri-

men, post in *cognomen*. *Nomen* autem et praenomini et cognomini congruit. †. „Erra„re hoc loco Sigonium, demon„strat Robortellus 1. Emendat. „29. afferens, *nomen* praeno„men numquam appellari. iti„dem c. 23." †. SIG. Extricarunt hanc lectionem [*alii Cajum nomen Quintio adjiciunt*] docti ex illa MSS. *alii cognomen Quintio adiciunt*, ut habent Pall. duo pr. ac tertius. Pal. sec. et editiones priscae *quidam Caesonem cognomen Quintio adjiciunt*. Ceterum eidem Quintio praenomen *Lucii* praefigunt item Pall. duo, non *Titi*. GEBH. *quidam Caesonem in cognomen* Harlej. 2. et Haverk. *quidam Caesoni alii cognomen* Lovel. 2. 4. et Fragm. Hav. a m. 2. *quidam Caesonii alii cognomen* Gaertn. *quidam Caesonem cognomen* Portug. *quidam Caesonem*, *alii cognomen* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. 5. Harl. 1. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. *quidam Caesonem*, *alii C. cognomen* Florent. quomodo etiam Gelenius in suis invenit, et probavit; numquam tamen persuadebit, *cognomen* pro praenomine usurpari. (* v. ad 30, 18, 5.) Verior videtur Sigonii conjectura, *quidam Caesonem*, *alii Cajum nomen Quinctio adjiciunt*, cujus lectionis vestigia multi apud me codices servant. Et ita in Florent. iisque, quos Gelenius vidit, librarii duplicem lectionem receperint, *alii Cajum nomen*, et *alii cognomen*; quod ipsis frequentissimum esse, supra vidimus ad 3, 44, 4. Adde Torrent. ad Suet. Calig. 35. Vulgatum quidem, sive scripturam, quam Gelenius probavit, defendere contra eum conatus est Robortell. loco a notatore Sigonii memorato, sed videnda sunt, quae ei reposuit ipse Sigonius 2. Emendat. 22. Adde, quae supra dicta sunt ad Epit. Liv. 6. ubi pariter *Marco nomen*, pro *Marco cognomen*, scribendum esse Sigonius judicavit.

§. 4. *Cum agris magis, quam cum hominibus, urendo populandoque gesserunt*] *cum agris magis, quam hominibus* Leid. 2. Lovel. 1. 3. et edd. vett. usque ad Aldum, qui *quam cum hominibus* recte reposuit. Praepositionem enim eo loco servant reliqui scripti, et Livius illam in similibus locutionibus saepissime repetere solitus est. V. supra ad 4, 58, 4. Praeterea *urendo populando*, omissa copula *que*, Harlej. 2. Tum *gessere* Gaertn. Paullo ante *nusquam aciem congresso hoste*, pro *acie*, male est in Florent.

§. 5. *Cujus lentae tabis senio victa utriusque pertinacia populi est*] Lego addendo *lentae velut tabis*. Et sic legitur in vetustis ac emendatis codicibus. GELEN. *lentae velut tabis* etiam omnes nostri calamo descripti. Et recte. Hac enim similibusque particulis *quasi*, *tamquam*, *ut ita dicam*, mollitur, quidquid durius in metaphora videtur. Cic. de Orat. 3, 41. *Si vereare, ne paullo durior translatio esse videatur, mollienda est, praeposito saepe verbo: ut, si olim M. Catone mortuo, Pupillum senatum quis relictum diceret, paullo durius; sin, ut ita dicam, Pupillum, ali-*

mum a consulibus, dein permissu eorum ab senatu inducias peterent. in quadraginta annos inpetrave-
6 runt. Ita, posita duorum bellorum, quae imminebant, cura, dum aliqua ab armis quies esset, quia solutio aeris alieni multarum rerum mutaverat do-
7 minos, censum agi placuit. ceterum quum censoribus creandis indicta comitia essent, professus censu-

quanto mitius est. Et hoc sensu accipiendum τὸ *quasi* existimo apud Cic. de Senect. 23. *Nec vero velim, quasi decurso spatio, ad carceres a calce revocari.* Adsentiri enim nequeo Cel. Jac. Perizonio, qui in Epist. ad N. Heinsium, quam edidit Cel. Burm. in Syllog. Epist. tom. 4. p. 786. *quasi decurso* interpretabatur, fere decurso. Sententiam meam firmo ex alio loco Cicer. ubi *tamquam* dixit, quod hoc loco *quasi* dixerat, de Amic. 27. *Maxime quidem optandum est, ut cum aequalibus possis, quibuscum tamquam e carceribus emissus sis, cum iisdem ad calcem (ut dicitur) pervenire.* De simili usu harum particularum v. Cel. Dukerum ad Flori 2, 3, 3. 3, 5, 30. p. 545. et in add. p. 922. ubi ex Livio laudatur 37, 41, 6. *Cuspides circa temonem ab jugo decem cubita exstantes velut cornua habebant.* Pari modo Graeci usurparunt ὥσπερ. V. Demetr. Phaler. de Elocut. §. 80. et 90. Ceterum *senis* nullo sensu Lovel. 4. *Senium* hic est taedium, odium. V. Non. Marc. ea voce. Hinc *senescere* ac *consenescere* est se cum taedio sustentare. V. viros doctos, et praesertim Cel. Duker. quosque laudavit ad Flori 1, 22, 4. Adde supra ad 5, 43, 7. Deinde τὸ *est* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1.

Ut primum a consulibus, dein permissu eorum ab senatu] Vox *primum* exsulat ab Harlej. 2. Portug. et Haverk. *primo* habet Gaertn. Deinde *ab consulibus* Portug. et Haverk. *consulum* Gaertn. *consulibus* Fragm. Hav. a m. 1. *a consule* Voss. 2. Lovel. 3. et Leid. 2. in contextu, qui in margine exhibet *a cons.* ambigue. Error ortus est ex compendio. V. ad 10, 10, 2. Hic tamen dubitationem indoctis scribis eximere poterat sequens *eorum.* Tum *deinde* Voss. 1. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et edd. vett. usque ad Frobenium, qui *dein* substituit anno 1535. V. ad 3, 3, 6. Hinc *a senatu* Gaertn. Mox *impetrarunt* Lovel. 4. *impetraverit* Harlej. 1.

§. 6. *Bellorum, quae imminebant, cura, dum aliqua ab armis quies esset*] *quae imminebat* Leid. 2. Lovel. 2. et Haverk. insuper *ab armis quiesset* Florent. et Leid. 1. Verum ultimam syllabam vocis *quies* absorpsit prima sequentis *esset.*

Solutio aeris alieni multarum rerum mutaverat dominos] Palat. tert. *unimitaverat.* prim. *immitaverat.* Forte *immutaverat.* GEBH. Quemadmodum Gebhardus conjecit, praeferunt Voss. 2. et Lovel. 3. eoque verbo Livius hoc sensu infra utitur 39. 13, 9. *Pacullam Miniam Cam-*

se petere C. Marcius Rutilus, qui primus dicta-
de plebe fuerat, concordiam ordinum turbavit.
d videbatur quidem tempore alieno feciſſe; quia 8
o tum forte patricii consules erant, qui ratio-
ejus se habituros negabant. Sed et ipse con- 9
ia inceptum obtinuit, et tribuni, omni vi recu-
ndo jus consularibus comitiis amiſſum, adjuve-

m sacerdotem omnia, tam-
Deûm monitu, inmutas-
ic. de Amic. 15. *Hoc qui-*
idere licet, eos, qui an-
mmodis fuerunt moribus,
rio, potestate, prosperis re-
nmutari. 1. ad famil. Epiſt.
on putavi famam incon-
iae mihi pertimescendam,
busdam in sententiis paul-
me inmutassem. 5. Epiſt.
rmones eorum, qui hac i-
nciebant, animum tuum
tatum significabant. Po-
rima illa syllaba *im* vel *in*
vocis praecedentis inter-
eſſe. V. ad 10, 13, 3. Ve-
non modo plures, sed et-
ptimi hic nihil mutant. Prae-
alio ordine *rerum multa.*
Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 5.
j. 2. Gaertn. Portug. et Ha-

. *Professus se petere cen-*
n C. Marcius Rutilus]
tres *professus censuram*
ere. Neque aliter Campa-
GEBH. Ita etiam tantum
mnes mei. Eo autem ordi-
edidit Cel. Jac. Gronovius.
Cn. Marcius Haverk. De-
Rutilius omnes codd. V.
hoc libro ad c. 17, 6. In
etiam praecedentibus alio
e comitia indicta essent
Haverk.

primus dictator de plebe
] Pall. duo MSS. pr. ac
tert. *qui primus dictatorum de plebe fuerat.* Pal. sec. *qui primus de plebe dictator fuerat.* GEBH. *qui primus dictatorum de plebe fuerat* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *qui primus de plebe dictator fuerat* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 8. *Ambo tum forte patricii consules erant, qui rationem ejus se habituros*] *ambo tñ forte patricii* Haverk. V. ad 22, 17, 5. *ambo tum patricii forte* Lovel. 4. et Fragm. Hav. Tum *habituros se* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 9. *Constantia inceptum obtinuit*] *inceptum tenuit* Lovel. 5. Quod, si aliorum codicum, quibus tutius fides haberi posset, consensus accederet, probandum putarem, quum Livius *tenere* pro *obtinere* usurpare amaverit, eique librarii etiam alibi *obtinere* ex interpretis expositione subponere soliti sint. V, ad 23, 20, 10. Verum nunc, quum alii omnes in vulgatum conspirent, ἐπέχω.

Tribuni omni vi recuperando jus, consularibus comitiis amissum, adjuverunt] *tribuni eum vi recuperandi jus* Gaertn. *tribuni eum in recuperando* ed. Mediol. anni 1505. *tribuni omni vi reciperantur jus* Florent. ut forte *reciperando jus* legendum sit; de quo verbo v. supra

hoc libro ad c. 18, 1. Deinde *consularibus comitiis admissum* Gaertn. V. ad 4, 12, 11. *consularibus comitiis cōmissum* Haverk. Denique *adiverunt* Klock. unius literae repetitione neglecta. Ceteroquin *aditus* et *adjutus* etiam alibi in Mſtis commutari solent.

Et quum ipsius viri majestas] Extorris eſt a libris Pall. MSS. connexiva particula *et*. Quam tamen recte retinent editiones antiquissimae. GEBH. Eamdem particulam neglexerunt Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Praeterea *tum* praeferunt Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. et Portug. Et ita habent edd. vett. qui etiam mox contra *quum*, pro *tum*, legunt. Aldus deinde utroque loco *tum* dedit, Frobenius anno 1535. priori in *cum* mutavit. V. supra ad 6, 23, 3. Mox *ullius honoris*, pro *nullius*, perperam Lovel. 2.

Qui ad dictaturam aperuisset viam] Pall. iterum duo, tert. ac pr. *aperuisset vicem*. GEBH. *quia*, pro *qui ad*, Lovel. 2. Sed, duabus vocibus male coalescentibus, insuper ultima poſtèrioris litera a prima sequentis elisa eſt. V. ad 23, 8, 9. Pronomen *qui* omittitur in Leid. 2. Tum *dictatoriam aperuisset vicem* Lovel.

35, 3. *Quo in*
met ipsi viam
res aperirent.
tur.

Censuram q
vocari plebs v
surae quoque
plebes volebat.
rentino codice,
jectura noſtra
et in mentem
Juſtinus [5, 2.]
in portionem
J. FR. GRON.
1. Leid. 1. Ha
Gaertn. Klock.
Recte igitur Cl
in contextum re
se etiam *censur*
tem vocari le
se, antequam
denda, ubi Gro
bat, ad margin
adnotavit Cl.
Filius autem a
et Sigonium l
ann. CDII. Dou
gatam lection
judicabat. Fig
ci in partem v
catur ad divisi
quae commun
et patriciis, qu
ticipes fiant. E
sulatus in par
pra dixit 4, 35,
sulatus in par

eſt, quin cum Manlio Cnaeo censor Marcius crearetur. Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur. Magiſter equitum 11

supra 5, 21, 5. *Ignari, in partem praedae suae vocatos Deos.* ubi v. quae notantur. Tacit. 1. Ann. 11. *Solam Divi Augusti mentem tantae molis capacem, se, in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse.* Mutato ordine, *in partem plebes vocari volebat* Harlej. 2.

§. 10. *Quin cum Manlio Naevio censor Marcius crearetur*] Si *Marcius* hic e plebe primus censor factus eſt, ut ait Livius, profecto *Manlius Naevius* hic patricius sit, necesse est. Nam ambo ex plebe censores sero admodum fieri coepti sunt. Cum autem censores nisi ex consularibus fere crearentur, non eſt dubium, quin hic *Manlius Cnaeus Imperiosus* sit, qui consul antea fuit. Erroris autem caussam attulit praenomen *Cnaeus*, quod antiqui *Naeum* dixerunt. SIG. MS. *cum Manlio Levio.* Forte *cum Manlio Lucio.* KLOCK. In lectionem, recte a Sigonio damnatam, conspirant omnes codd. mei, nisi quod *cum Manlio nemo* praeferant Gaertn. et Haverk. Licet autem L. Manlius dictator fuerit supra hoc lib. c. 3, 4. malim tamen cum Sigonio *Manlio Cnaeo*, quam cum Klockio *Manlio Lucio.* Reliquorum enim omnium codd. quam unius Klockiani, veſtigia sequi praeſtat; praeterquam quod *то Levio* in hujus Mſto alio iterum errore pro *Naevio* datum videatur. Verisimilius etiam eſt, librarios in praenomine *Cnaeus*, pro quo passim quaevis alia subſtituerunt, quam in notissimo *Lucius* errasse. *Manlio Cnaeo* autem, praenomine poſtposito, de quo supra v. ad 3, 1, 1.

Nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur] M. Fabium non rei gerendae, sed comitiorum habendorum causa creatum esse significat, ne consul alter ex plebe ex lege Licinia fieret, sed uterque patricius. Qua de lege libro priore tradidit. SIG. Legem hanc *Liciniam* vocat etiam supra cap. praec. *Tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Liciniam legem haberentur.* Paullo poſt. *Legis Liciniae patrocinium tribuni jactabant.* Et inferius adhuc. *Concordiae caussa observare legem Liciniam comitiis consularibus jussere.* Infra c. 25, 2. *Dictatorem increpabant, qui legis Liciniae spretae mercedem consulatum cepisset.* Contra, *Sextii lege* consulatum cum plebe communicatum fuisse, supra dixit hoc lib. c. 1, 2. *Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit.* Nimirum C. Licinius et L. Sextius creati tribuni legem promulgarunt, ne tribunorum militum comitia fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur, ut Livius refert l. 6, 35. cui utrique etiam adscribitur supra hoc lib. c. 18, 5. Ea ratio eſt, cur modo huic, modo illi adscribatur. Vox *lex* deeſt in Lovel. 1.

§. 11. *Magister equitum dictatori additus Q. Servilius*] *additus* Leid. 1. V. ad 4, 57, 11. *addictus* Lovel. 1. V. ad 6, 15, 9.

dictatori additus Q. Servilius. nec tamen dictatum potentiorem eum consensum Patrum consularibus comitiis fecit, quam censoriis fuerat.

1 XXIII. M. Popillius Laenas a plebe consul, 1 Patribus L. Cornelius Scipio datus. Fortuna quoque 2 inlustriorem plebejum consulem fecit. Nam quum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino castra posuisse nunciatum esset; Scipione gravi morbo in-

Servilii autem praenomen deficit in Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. quinque, Harlej. 1. Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav.

Potentiorem eum consensum Patrum] *potentiorem eum consensu Patrum* Florent. Voss. duo, Leid. 1. Lovel. quinque, Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. quod ferri nequit. Ita enim τὸ *eum* ad M. Fabium referendum foret, indeque ob verba sequentia colligendum foret, eumdem Fabium dictatorem comitiis censoriis praefuisse; quum tamen dictatoris demum post habita comitia censoria mentio fiat. Corruptius *potentiorem cum consensu Patrum* Portug. Gaertner. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed solent passim *cum* et *eum* ob ductuum similitudinem confundi. V. supra ad 4, 19, 2.

Quam censoriis comitiis fuerat] *censoris comitiis* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. eodem errore, quo saepe *regis* sive *regIs*, pro *regiis* in Mss. scribi solet. V. ad 32, 6, 6. Praeterea *fecerat* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Verum ita dictatorem comitia censorum habuisse iterum sequeretur; quod verum non esse, modo vidimus. Confuderunt itaque librarii voces *fui* et *feci*, ut saepe alibi. V. infra ad 31, 45, 2. Ceterum voces *quam censoriis comitiis fuerat* deest in Leid. 2.

§. 1. *M. Popilius Laenas a plebe consul*] Adjiciendum *tertium*, quippe qui bis antea fuerit consul. Nisi quis putet, a Livio haec consulto neglecta, quod mihi non fit verisimile. GLAR. Probe hoc modo prima editio. Campani vero *Lena*. Sed Pall. duo *M. Popilius lectus a plebe*. Amplius sec. *Marcus Popilius Lenas lectus a plebe consul*. GEBH. Addita ab initio voce, *Inde M. Pompilius* Block. Sed illud *iñ* sive *inde* et praenominis *Marci* litera initialis *M.* saepe commutantur. V. ad 4, 52, 4. Quare vox *Inde* tamquam varia lectio τοῦ *M.* primo margini adscripta, mox simul cum eo in contextum recepta videtur. Simile exemplum supra v. ad 4, 21, 1. Praeterea *M. Popilius Laenas* Leid. 1. Harlej. 1. et Florent. *M. Pompilius Laenas* Gaertn. *M. Popillius Laenatus* Hearnii Oxon. C. *M. Popilius*, vel *Pompilius*, *Lentus* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *M. Popilius*, vel *Pompilius*, *Lectus* Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. *M. Popillius*, vel *Pompilius*, *Laenas lectus* ejusdem Hearnii B. et N. atque ex meis Harlej. 2. Portug. et Haverk. Sed, verum ejus nomen *M. Popillius Laenas* esse,

to, Gallicum bellum Popillio extra ordinem
m. Is, inpigre exercitu scripto, quum omnes 3
a portam Capenam ad Martis aedem convenire
atos juniores jussisset, signaque eodem quaesto-
ex aerario deferre, quatuor expletis legionibus,
l superfuit militum, P. Valerio Publicolae prae-
tradidit; auctor Patribus scribendi alterius ex- 4
us, quod ad incertos belli eventus subsidium

vidimus hoc lib. ad c. 12, *l. Popilius lectus a plebe* .] Glareano consentit Pigtertium consulatus numein Livio restituendum cenin Annal. ad ann. CDIII. . quod necesse non existi- V. supra ad 2, 16, 7.

Patribus L. Cornelius Scitus] *Scipio collega datus* arlej. 2. Portug. Haverk. n. Hav. a m. 2. in margine, arnii Oxon. B. [*Scipio coldatus* Veith.] Sed additam n certiores codd. ignorant. *atribus* Portug. et Haverk. *Patribus* Leid. 2. et Lovel. 2.

ustriorem plebejum consu- ecit] *illustrem plebejum lem* Lovel. 2. *illustriorem lem plebejum* Lovel. 4. *facit* Haverk.

. *Scipione gravi morbo in- o*] *graviori morbo* Hearnii L. 2. *gravi in morbo im- o* Lovel. 1. Verum, si Liuic locutioni praepositio- *in* addit, ei non sextum, uartum casum jungit. Ut , 11. *Q. Mucium, non tam riculosum, quam longum um inplicitum.* At saepe *inplicari morbo.* 1, 31, 5. *c ipse quoque longinquo o est inplicitus.* ubi etiam unus cod. *in longinquo o.* 3, 2, 2. *Intra castra quies necessaria morbo inplicitum exercitum tenuit.* 5, 31, 7. *Consulibusque morbo inplicitis, placuit per interregnum renovari auspicia.* 28, 24, 1. *Scipio ipse gravi morbo inplicitus.* 39, 56, 2. *Propraetor diutino morbo est inplicitus.* Similiter Valer. Max. 1, 7, 1. *Praecepit, ut illum gravi morbo inplicatum moneret.* c. 8. ext. 16. *Omnibus annis uno tantummodo die, quo genitus erat, febri inplicabatur.* Tacit. 4. Ann. 53. *Pervicax irae et morbo corporis inplicata.*

Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum] *Popillium* item Appianus in Celtica egregie rem post Sulpicium gessisse cum Gallis auctor est. SIG. *Pompilio* Leid. 2. Lovel. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Popilio* Voss. duo, Lovel. 1. 3. 4. 5. Gaertner. et Fragm. Hav. *Popillio* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. V. modo ad §. praec. Alio ordine *Popilio Gallicum bellum* Lov. 4.

§. 3. *Jussisset, signaque eodem*] *jussissetque signa eodem* Leid. 1. Paullo ante *impiger*, pro *impigre*, Leid. 2. Et in verbis sequentibus *differre*, pro *deferre*, Lovel. 3. Voces *ex aerario deferre, quatuor expletis legionibus, quod superfuit militum P.* desunt in Lovel. 1.

§. 4. *Auctor Patribus scribendi*

5 reipublicae esset. Ipse, jam satis omnibus i
ctis comparatisque, ad hostem pergit: cujus ut
nosceret vires, quam periculo ultimo tentar
tumulo, quem proximum castris Gallorum c
6 potuit, vallum ducere coepit. Gens ferox

alterius exercitus] Palat. sec. MS. *auctoribus Patribus scribendi.* GEBH. *auctori Patribus* Portug. a m. 1. in quo emendatum a manu altera *auctoribus Patribus:* quae lectio etiam exstat in Lovel. 2. Haverk. et a m. 2. in Fragm. Hav. [Veith. qui etiam *reddidit* pro *tradidit.*] Sed *auctor ibi Patribus* Gaertn. et Hearnii Oxon. C. Quod si placet, interpunctionem ita muta: *tradidit. Auctor ibi Patribus scribendi alterius exercitus, quod* etc. *esset, ipse, jam satis omnibus* etc. et *ibi* accipe pro tum, quo sensu saepe ponitur. Supra 2, 20, 12. *Ibi nihil nec divinae nec humanae opis dictator praetermittens.* c. 35, 2. *Ibi ira est suppressa.* 3, 28, 1. *Ibi dictator equo circumvectus.* c. 69, 3. *Ibi vero in Quinctium omnes versi.* ubi quaedam dixi. c. 70, 5. *Ibi vero Sulpicius negare.* 22, 1, 5. *Romae Idibus Martiis magistratum iniit. Ibi quum de republica retulisset.* 39, 31, 4. *Ibi postquam laborare aciem Calpurnius praetor vidit.* 40, 5, 7. *Ibi quum alii mores et instituta eorum eluderent.* et ita saepe. V. ad 2, 5, 1. ad Epit. Liv. 49. et Cl. Cortium ad Plinii 1. Epist. 5, 5. Servata tamen vulgata interpunctione, recepta scriptura, in quam reliqui, iique praecipuae auctoritatis Msti conspirant, commodissima est.

Quod ad incertos belli eventus subsidium reipublicae esset] Priora quinque vocabula omittuntur librarii culpa in Portug. *qui ad certos* habet Lovel *ad incertos* Fragm. Hav. [Veith.] Verum saepissi nomen relativum apud potius sequenti, quam denti, convenit. V. infr 30, 6. quare *quod*, a reli dicibus probatum, pra dum est. Neque locution cepit, qui *ad certos bel tus* dare potuit. *incert eventus*, ut *incerta bell* 7. *Se certam, etsi non sam pacem, quam ince li praeoptantes.* ubi plu Deinde *subsidium p. es* lej. 1.

§. 5. *Quam periculo tentaret*] *certaret* Hearni B. quod ex glossa natu nam *tentare vires alicu timo periculo* est cum proelio certare. Ita *ten stra* est ea obpugnare, 25, 1. *Si qua nocturna itio proditiove fieri pos tant castra. tentare urbe* 45, 11, 1. *Antiochus, tentatis moenibus Alexa abscesserat. ultimum lum*, ut *universum pe* 22, 12, 10. *Neque univer culo summa rerum co batur.* Paullo ante *jam* Leid. 2. et Lovel. 1. De verbis sequentibus *prox stris*, pro *proximum*, 2. et Portug.

§. 6. *Ut extemplo p initura, explicuisset ac extemplo proelium ini plicuit aciem* Lovel. 2 [Veith.]

genii avidi ad pugnam, quum, procul visis Romanorum signis, ut extemplo proelium initura, explicuisset aciem; postquam neque in aequum demitti agmen vidit, et quum loci altitudine, tum vallo etiam integi Romanos, perculsos pavore rata, simul

Neque in aequum dimitti agmen vidit] *demitti* legendum est, ut 27, [18, 7.] *In inferiorem campum equites Numidas Asdrubal demisit.* Et hoc libro paulo post [c. 35, 3.] *Quoad totum in vallem infimam demitteret agmen.* Idem error est, qui est in *digredi.* Nam ubi de descensu verba fiunt, *degredi*: sic non *dimitti*, sed *demitti.* SIG. Omnes nostri lectionem, passim ante Sigonium receptam, *dimitti* servant, nisi quod ex Harlej. utroque nihil in excerptis meis notatum videam, quos tamen solos ab hac macula, qua reliqui, etiam optimi quique, infecti sunt, inmunes non fuisse existimo. Licet vero pertinaciter in *dimitti* conspirent membranae, putem tamen recte Sigonium ei *demitti* substituisse. Ita enim legendum esse, ratio ipsa docet. Saepius autem scribae hunc errorem errare soliti sunt. Supra 3, 8, 6. *Praedonum agmen fefellit, supra montes Praenestinos ductum, inde demissum in campos.* ubi v. Gronov. 33, 15, 7. *Hostes nusquam, nisi raro, in collibus ante Sicyonem, non audentes agmen demittere in campos, vidisset.* ubi v. quae notavi. Adde Gronov. ad 32, 13, 5. et quae dixi ad 9, 2, 9. cap. 27. §. 4. 22, 29, 3. 27, 18, 7. et 34, 50, 2. Simili modo peccabatur apud Florum in multis codd. 1, 13, 17. *Stato quodam die per medias hostium custodias Fabium pontificem ab arce demisit.* ubi omnes scriptos suos *dimisit* perperam habere, Salmas. monuit. Eadem ratione librarii frequenter commutarunt *degredi* et *digredi.* V. supra ad 4, 17, 11. Et ita passim inter se confunduntur verba cum τοῦ *de* et *di* composita. Ita *devertere* et *divertere.* V. ad 1, 51, 8. *detinere* et *distinere.* V. ad 5, 20, 4. *defugere* et *diffugere.* V. ibid. ad c. 38, 8. *decedere* et *discedere.* V. ad 2, 31, 11. *destringere* et *distringere.* V. ad 8, 7, 20. *decutere* et *discutere.* V. ad 21, 12, 2. *deducere* et *diducere.* V. ibid. ad c. 55, 5. *demittere* et *dimittere.* V. ad 34, 50, 2. (* *decurrere* et *discurrere* 21, 33, 4. *delabi* et *dilabi* 23, 45, 3.) V. etiam, quae notavi ad Silii Ital. 17, 164. Ceterum *postquam neque dimitti agmine vidit* habet Haverk.

Quum loci altitudine, tum vallo etiam tegi Romanos] *tum loci altitudine* Voss. duo, Lovel. 2. 3. 4. 5. et Fragm. Hav. cum priscis edd. *tum altitudine loci* Lovel. 1. *tum loci altitudine tegi, tum vallo etiam ingenti*, addita insuper voce, Portug. V. ad 6, 23, 3. *altitudine loci* etiam Leid. 2. *loci altitudinem* Florent. Praeterea *integi* Florent. Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. Harlej. 1. Klock. et edd. omnes ante Froben. anni 1535. Eodem nos ducunt vestigia Lovel. 4. et 5. *ingenti*, pro *integi*, praeferentium. Priorem lectionem, pro qua stant optimi codicum, revocavi: nam et alibi eo verbo Livius usus est. Ita 26, 17, 12. *Densa nebula saltum omnem*

opportuniores, quod intenti tum maxime oper
7 sent, truci clamore adgreditur. Ab Romanis
opus intermissum, (triarii erant, qui munieb
et ab haftatis principibusque, qui pro munito
8 intenti armatique fteterant, proelium initum.
ter virtutem locus quoque superior adjuvit,
la omnia haftaeque non, tamquam ex aequo
va

camposque circa intexit. Et eo sensu *intectus* pro simplici *tectus* 27, 3, 3. *Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine intexta, stramento intecta omnia; velut de industria, alimenta ignis.* Apulej. 2. Metam. p. 123. ed. Elm. *Opipares cibi, et ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti.* ubi male ipsa illa et Pricaei edd. *intexti* praeferunt. V. Cel. Burm. ad Calpurnii Ecl. 4, 3. Hoc modo *incoenans* pro *coenans* Sueton. dixit in Tiber. 39. *In praetorio, cui speluncae nomen est, incoenante eo, complura et ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt.* Prima syllaba *τοῦ integi* in illis codd. in quibus *tegi* scribitur, intercepta videtur a litera ultima vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6. Omnia autem haec *etiam integi Romanos* etc. *quod intenti tum* omittuntur in Voff. 2.

Perculsos pavore rata] *perculsos pavere rata* Fragm. Hav. a m. 1. *percussos pavore rata* Hearnii Oxon. C. Supra 1, 27, 10. *In Vejentem, alieno pavore perculsum, ferocior redit.* 2, 9, 5. *Ne Romana plebs metu perculsa, receptis in urbem regibus, vel cum servitute pacem acciperet.* 3, 8, 9. *Repentino pavore perculsos adorti.* Quibus etiam locis *percussus* et *perculsus* commutantur. V. praesertim priori notantu et ad 34, 15, 2.

Intenti tum maxime op sent] *intenti quom m* Gaertn. reliquis invitis. — novius tamen ad Liv. 25, hunc locum adducens lauda *maxime.* — V. ad 27, 4, 2. terea *essent operi* Lovel Harlej. 2. Portug. et Ha Mox male *ingreditur*, pr *greditur*, Leid. 2.

§. 7. *Triarii erant, qui niebant*] De *Triariis, P pibus, et Hastatis* Polyb [19. et seqq.] Livius l. 8. Suidas in v. *Πρίγκιπες.* N iam infra [ad Livii. l. l.] SIG de Lipsium 2. de Milit. Dial. 2. aliosque, qui de r litari Romanorum scripsere terum *inminebant* Lovel. rore ex ductuum similitudin to. Mox *ab statis princip que* Lovel. 3. *ab hastatis cipibus*, omissa copula, Ga

Qui pro munitoribus in armatique steterant] P hanc lectionem Pall. du MSS. codicum. Interim m et edd. vetuftae *qui pro mu onibus intenti.* GEBH. *pro nitionibus* Florent. a m. Portug. a m. 1. cum edd. ftis usque ad Aldum, qui

ıa (quod plerumque fit) caderent, sed omnia li-
ıta ponderibus figerentur; oneratique telis Galli, 9
bus aut corpora transfixa, aut praegravata in-
rentibus gerebant scuta, quum cursu pene in
ersum subiſſent, primo incerti reſtitere: dein, 10
ım ipsa cunctatio et his animos minuiſſet, et au-
et hoſti, inpulsi retro ruere alii super alios,
ıgemque inter se caede ipsa foediorem dare.

munitoribus reposuit. Per *ıitores* autem intelliguntur rii, qui muniebant. Deinde *erunt* Voſſ. duo, Lov. quinque, l. 2. Portug. Gaertn. Haverk. ım. Hav. et Hearnii Oxon. t L. 2. Similiter etiam Al- invenisse videtur in codd. consuluit. Ita enim in con- ım recepit, quamvis tamen r errata *steterant* verius eſſe caverit.

8. *Ut pila omnia hastae- non, tamquam ex aequo*] Eadem l. 10. de secundo Punico [c. 10, 13.] habet us, ubi Carthaginenses Ro- orum oppugnant naves. Ea- Dionysius Halic. l. 10. [p.] ubi Romani App. Herdo- ı in Capitolio oppugnant. ım A. Gell. 9, 1. ex Claudio drigario contrarium docet. eſt pro ingeniis exercendis ıeoria magis, quam ut vul- el credatur, vel recipiatur. R. V. Magium 2. Miscell. Cujus locum ad marginem Klockius adscripserat. *ha- que, quia non tamquam* ad- voce Leid. 2. Paullo ante *eter virtutem quoque locus* . 1. *Praeter virtutem locus*- Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5.

9. *Praegravata inhaeren- gerebant scuta*] *pergra-* Voſſ. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. errore operarum. V. ad 9, 10, 7. Supra 5, 34, 3. *Exonerare praegravante turba regnum cupiens.* (* v. ad 35, 42, 14.) Paullo ante *Honeratique telis Galli* Lovel. 1. V. ad 4, 13, 13. *oneratique Galli telis* Lov. 2.

Quum cursu pene in adversum subissent, primo incerti restitere] *tum cursu* Haverk. *acutum cursu* nullo sensu Florent. Nisi forte litera *a* initialis adhaeserit ex vocis praecedentis fine; reliqua vero duplicem lectionem *cum* et *tum*, quam forte librarius simul exprimere voluit, contineant. Deinde *subissent in adversum* Haverk. et Harlej. 2. *subiissent* Florent. Insuper *resistere* Lovel. 4. *restituere* Lovel. 3. *restiterunt* Gaertn.

§. 10. *Dein quum ipsa cunctatio et in his animos minuisset, et auxisset hosti*] *in* redundat. GELEN. *dein* primum obſert ed. Froben. anni 1535. Priores exhibent *deinde*, quomodo etiam legunt Voſſ. duo, Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. et Haverk. V. ad 3, 3, 6. *dein circum ipsa cunctatio* Florent. Praepositio *in*, quam Gelenius expungit, in nullo visitur codice. Eamdem etiam omiserant edd. Mediol. anni 1495. 1505. Mogunt. et quaedam aliae, quam postea restituerunt Aldus, Paris. anno

adeo praecipiti turba obtriti plures, quam ferro necati.

1 XXIV. Necdum certa Romanis victoria erat.
2 alia in campum degressis supererat moles. Namque

1529. et Froben. anno 1531. Male. De locutione *minuere*, *augere*, *reficere alicui animum* similibusque aliis v. infra ad 21, 53, 2. *bis*, pro *his*, perperam Portug. Neque melius *inmisisset*, pro *minuisset*, Leid. *memisset*, Haverk.

Obtriti plures, quam ferro necati] *obstricti plures* Klock. Vox *plures* non est in Portug. et Haverk. Paullo ante *foediorem caede ipsa* alio ordine Gaertn.

§. 1. *Alia in campum digressis supererat moles*] *degressis*, ut ante dixi. SIG. *degressis* Florent. Voss. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Gaertn. V. supra ad 4, 17, 11.

§. 2. *Sensum omnem talis damni exsuperans*] *superans* Haverk. Non probo. Saepius enim *exsuperare*, quod alii omnes tuentur, apud Livium obcurrit. Supra 3, 11, 13. *Omnes Tarquinios superbia exsuperat.* 28, 43, 7. *Laudes non adsequi solum velle, sed, si possim, etiam exsuperare.* 44, 18, 3. *Utrum intra saltus castra Romani haberent, an jam omnes angustiae exsuperatae.* Mox *integrum hostem adversus victorem hostem* perperam Leid. 2.

§. 3. *Et quia iterum fessis*] Voculam primam non agnoscit Voss. 2. Male. V. mox ad §. 9. et ad 2, 44, 3. Deinde *incautus* neglegitur in Leid. 1. Adverbialiter *incautum* habet Florent. *incautius* Klock. Sed v. infra ad 22, 12, 7.

Laevo humero materi prope trajecto] Vetus habet *matari* GELEN. *Machaera* quid sit, nemo ignorat. Quidam *matari* supposuerunt, quam ajunt hastam longiorem lancea, qua Galli utantur, cum lancea Suevi. GLAR. Nullibi me legisse apud Graecos Latinosve scriptores, praeterquam hoc in loco, vocem hanc *matari* recordor: qua de re illius significatum potius divinare, quam certi aliquid affirmare, possum. Vidit difficultatem Glareanus, et mendum in textu esse censuit, legendumque *machaera* voluit. Sed quum machaera esset brevis gladii species, et caesim potius, quam punctim, feriendo aptior, non acquiesco illius sententiae. Nam Dioscoridi l. 4, [20.] *Machaeroticon* gladiolus herba dicitur. Et Apuleius l. 9. de Asino aureo [p. 236. ed. Elmenh.] id exprimens inquit. *Comminabatur sese concisurum eum machaera frustatim.* Plautus vero iter facientes *petasatos* et *machaeratos* dicit, hoc est, breviori gladio cinctos, quali peregrinantes uti solent. Alii vero dixere, *matarin* fuisse hastam seu lanceam longiorem, qua Galli uterentur. at quum Gallos lancea, *gessa* vocata, passim uses observem, nec interpretationem hujusmodi recipere audeo. Quod vero Galli gessa sint usi, constat ex Caesare 3. belli Gall. [4.] quod pariter confirmat Lactantius, Statii interpres, 4. Theb. in eum locum [64.]

— — *pars gessa manu, pars robora flammis*
Indurata diu.

Idemque quoque apertissime de-

o Gallorum, sensum omnem talis damni
ıns, velut nova rursus exoriente acie, in-
militem adversus victorem hoſtem ciebat.
subpreſſo inpetu Romanus; et quia iterum 3

irgilius 8. Aen. [661.]
erba faciens.

— *duo quisque Alpi-*
coruscat
ıanu.

ınus in Eutropium 2,

ıb oceano Gallorum
citus ingens
te vagus tandem re-
ıibus haesit,
e deposuit Grajo jam
s amictu.

ıti neutram interpre-
ccipimus, nec rejici-
n ambas suspectas ha-
sub judice aequo de-
. Nos sane, mendum
ıtu, non dubitamus,
ıatari, *materi* repo-
Nam *ματερὶς πάλτον*
Hoc est, *Materis ja-*
i est species, sic scri-
bone 4. Geogr. [p. 196.]
Marc. *Materim* teli
t lanceam longius di-
ıa, *Galli materibus*,
ievi lanceis configunt.
Lanceis et materibus
rturbant agmen. Sic
ırem belli Gall. 1, [26.]
Nonnulli inter car-
ue materes ac tragu-
ciebant, *nostrosque*
nt. non *mazaras*, ut
tus, nec *materas*, ut
ıim tertiae declinatio-
forte *Materae* Deae
aegio Siciliae urbe,
olim celeberrimae,
imulacris tum Merio-
lyſſes haſtas affixerunt,
etiam dicantium no-
quarum Dearum me-

minit Cael. Rhodig. lect. antiq. 21, 16. Gallorum autem *materes* proprias fuisse, ex Caesaris dictis conjicere poſſumus, rursusque firmare ex praesenti Livii loco; nam Romani adversus Gallos pugnabant. Unde docte Turnebus Advers. 9, 7. annotavit, et hodie a Gallis sagittam capitatam *matellatam* dictam, quasi *materatam*. Nonnulli a *materi materiarios milites* a Caesare belli Gall. 7, [73.] dictos credidere, quod scilicet materi armarentur. At profecto minus recte, si textus verba ponderentur: nam Caesar hosce cum *frumentariis* conjunxit, de *munitionibus* verba faciens; et per *materiarios* intelligendi, qui materiariam ad aedificandas munitiones suppeditant. Sic Hirtius de bello Afr. [20.] in hunc sensum in Africa inopiam eſſe dixit *materiei* ad crates et arietes fabricandos. Et Plautus in Milit. [3, 3, 46.] dixit: *Si nos materiarius non moratur, cito erit parata navis.* M. DONAT. Sola Andreae editio hujus lectionis *matari* particeps est. Corrupti in ea codices MSS. quorum primus ac tert. *humero mature trajecto.* medius vero cum Campano *machaera.* Marcellus Donatus in Dilucidationibus ad hunc locum legendum censet *materi*, quod *ματερὶς* sit Straboni *πάλτου τι εἶδος.* GEBH. V. Voſſium 1. de Vit. Serm. 2. In Caesare 1. B. G. 26. MSS. *mataras* et *nateras* habent. DUB. *laevo humero prope trajecto*, voce, quam librarius non intelligebat, omiſſa, Klock. *laevo humero machera prope traje-*

fessis subeunda dimicatio erat, et quod consu
inter primores incautus agitat, laevo hum
tari prope trajecto, cesserat parumper e
4 Jamque omissa cunctando victoria erat, qui
sul, vulnere adligato, revectus ad prima

cto Lovel. 4. Harlej. 2. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 2. priori scriptura, ut legi nequeat, erasa, et edd. Parm. ac multae aliae eam secutae. *laevo humero mature prope trajecto* Voss. 2. et Lovel. 3. *laevo humero macta prope trajecto* Haverk. et Portug. a m. 1. in quo a m. 2. emendatur *matara*, in margine autem exhibetur *machiera*, quae etiam posterior lectio exstat in margine Lovel. 5. *laevo humero phalarico prope trajecto* Lovel. 2. *laevo humero matatri prope trajecto* Leid. 2. *laevo humero mactari prope trajecto* praeter edit. Mediol. anni 1480. etiam Lovel. 1. 5. a m. 1. et Voss. 1. in cujus margine emendatur *marcari*. Sed *laevo humero matari prope trajecto* recte exhibent Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et ed. Rom. anni 1472. Et ita, vel *materi* legendum esse, ac speciem teli Gallici indicari, docuerunt Victorius ad Auct. ad Herenn. 4, 32. Jos. Scalig. ad Catal. Virg. p. 282. Turneb. 9. Advers. 7. Steph. 4. Sched. 3. Casaub. ad Strab. 4. Geogr. p. 196. Pontan. in Gloss. prisco-Gall. p. 246. Boxhorn. in Orig. Gall. p. 245. Comment. ad Caesar. 1. B. G. 26. et Bochart. part. 2. Geogr. sacr. 1, 62. p. 670. Ceterum nescio, quos refellat Donat. qui apud Caesar. 7. B. G. 73. per *milites materiarios* intelligunt materi armatos. Similes enim nondum inveni. Interim tamen certum est, neque ipsum Donatum ad locum Caesaris recte adtendisse; nam *materiari et frumentar* non adjectiva, esse jan Glandorp. et alii obse

§. 4. *Quum consul, adligato, revectus a signa*] Nolim quicquar Nam *alligare vulnus* ctere. Papinius 8. Thel

— — — vix magna
Vulnera, et efflan
internectere pla

ad quae Lutatius. *Met traxit a medicis, qu lethalia vulnera sutu ctere.* GEBH. Non hodi ita tritum, ut *obliga* minus tamen elegans. C Divinat. 1, 54. *Script tem, quum Critonis liaris oculum alligatu set, quaesivisse, qui cum autem ille respo in agro ambulanti adductum, ut remiss in oculum recidisse.* U ram Lambinus conjeci tum. 2. Tuscul. quae *Quiesce igitur, et vul ga.* M. Seneca contr. 18 tano Votieno: *Et me gant, et corporibus ut medeantur, vim* Justinus 15, [3.] *Ut sa liter cludi non posset diadema sibi demptu alligandi vulneris ca piti ejus imponeret.* P 7. *Fascia mulieris alli pite dolores minui.* I discrimen Plutarchi in Rom. [p. 280.] *Τὸ δὲ*

Quid stas, miles? inquit. *Non cum Latino Sabinoque hoste res est, quem victum armis socium ex hoste facias. In belluas strinximus ferrum. hauriendus, aut* 5 *dandus est sanguis. Propulistis a castris, supina valle praecipites egistis, stratis corporibus hostium superstatis.*

alligare λέγουσιν οἱ πολλοὶ Ῥωμαίων· οἱ δὲ καθαρεύοντες ἐν τῷ διαλέγεσθαι *ligare*. Auctor de bello Africano *deligatos* dicit eodem sensu [21.] *Saucios suos jubet in plostris deligatos Adrumetum deportari.* J. FR. GRON. V. Rhodii Lexic. Scribon. hac voce. Et ita Valer. Max. 6, 2, 7. *Candida fascia crus adligatum habenti Favonius, non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema.* Paullo ante *Jam omissa*, pro *Jamque*, Haverk.

Quid stas, miles? inquit. Non cum Latino Sabinoque hoste res est] *Quid miles stans* Lov. 2. a m. 1. in quo *stas* a manu altera emendatur. *Quid stas, inquit, miles?* editiones Aldina vetustiores. Vox autem *hoste* deficit in Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Quem victum armis socium ex hoste facias] *quem victus armis* Hearnii Oxon. L. 1. *quem victis armis* Voss. 2. et Lovel. 3. *quem invictis armis* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. [Veith.] Sed vulgatum satis commodum est, quod praeter omnes typis excusos servant etiam Florent. Harlej. 1. Klock. et Fragm. Hav.

§. 5. *Hauriendus aut dandus est sanguis*] Hunc locum ob oculos habuisse videtur Strada dec. 1. lib. 1. bell. Belg. non longe post princ. *Nusquam diuturnioribus invicem cladibus plus sanguinis datum haustumque.* Et tamen Scioppii censuram effugere non potuit, qui in Infam. Famiani p. 6. se nescire fatetur, quo satis locuplete auctore dicatur *dare*, vel *haurire sanguinem*. Sed utramque locutionem vindicavit Gronov. ad Senec. Thyest. 340. ubi utriusque locutionis ex Ovidio et Livio exempla laudavit. Dictis ejus adde, *haurire sanguinem* etiam infra obcurrere apud Livium 9, 1, 9. *Placari nequeant, nisi hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra praebuerimus.* apud Ovid. 7. Metam. 332.

— — *quid nunc dubitatis, inertes?*
Stringite, ait, gladios: veteremque haurite cruorem.

et Val. Max. 2, 8, 7. *L. Cinna et C. Marius hauserant quidem avidi civilem sanguinem.* Ubi etiam Vorstius locutionem hanc adversus Sciopp. inlustravit, ut et Borrich. in defens. Stradae adversus Sciopp. p. 286. Altera locutione *dare sanguinem* utitur etiam Ovidius 2. Fast. 666.

O quantum patriae sanguinis ille dedit!

Paullo ante *in bellum strinximus*, pro *in belluas*, Harlej. 2. *in bellua striximus* Leid. 1. *in bellua strinximus* Harlej. 1. Sed litera finalis sibilans intercepta est ab initiali eadem vocis sequentis. V. infra ad 37, 29, 5. *in belluas tinximus* Voss. 1. a m. 1. et Lovel. 1. in contextu.

Complete eadem strage campos, qua montes repleſtis.
6 *Nolite exſpectare, dum ſtantes vos fugiant. inferenda*
7 *ſunt ſigna, et vadendum in hoſtem.* His adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum; cuneis deinde in medium agmen perrum-
8 punt. Inde barbari diſſipati, quibus nec certa im-

ubi contrario errore ſibilans initialis omittitur, quod eadem claudat vocem praecedentem. V. ad 30, 3, 7.

Pepulistis a castris, supina valle praecipites egistis] Rott. Voſſ. uterque, Flor. et editt. *Propulistis.* J. FR. GRON. *Pepulistis* primum dederat Gruter. in postrema editione. Et ita praeferunt Lovel. 4. 5. Portug. et Haverk. [Veith.] Quidquid est meorum codicum ac priorum editionum, servant *Propulistis.* De hac locutione infra v. ad 40, 11, 10. Deinde *valle supina* est in Leid. 1. Tum vox *egistis* non adparet in Klock. Male. de locutione *praecipitem agere* infra v. ad 30, 14, 10.

Qua montes replestis] *qui montes replestis* Gaertn. *qua montem replestis* Lovel. 4. et 5. *qua montes repletis* Harlej. 1.

§. 6. *Nolite exspectare, dum stantes vos fugiant*] Emovent hanc lectionem suppositiam MSS. Pall. codices duo, restituta legitima *Nolite spectare.* Nam *spectare* idem quod *exspectare.* P. Syrus.

Ab alio spectes, alteri quod feceris.

Neque aliter vetustissimae editiones. Liv. 28, 39. *Ob haec, quibus majora neque spectare, neque optare ab Diis immortalibus poteramus.* 28, 44. exhibet Palat. tert. *Laetiores et frequentiores ex Africa nuncios spectate.* GEBH. *Nolite spectare* Florent. Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. Klock. Hearnii Oxon. L. 1. ac vetustiores editi usque ad Frobenium, qui anno 1531. ei subposuit *exspectare:* quod verum puto, licet alterum a melioribus codd. firmetur. In animum enim inducere nequeo, ut Gebhardo, cum quo et alii alibi faciunt, fidem habeam, adfirmanti *spectare* poni pro *exspectare.* Verum ea de re infra v. ad 30, 23, 7. Tum *nos fugiant* Lovel. 4. [Veith.] et excusi vetustiores usque ad Aldum. V. ad 34, 1, 2. Mox *vadendum in hostes* Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. V. 5, 50, 2.

§. 7. *His adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos*] *His hortationibus* Klock. quomodo *hortantem*, pro *adhortantem*, plures codd. supra praeferunt 2, 19, 6. Uni tamen illi testi hoc loco credendum non puto. Deinde vocem *iterum* ignorat Lovel. 2. Tum *cohortati* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 5. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. quem errorem committere eo facilius librariis fuit, quod olim vitiosa orthographia *cohorti* scribi soleret. Praeterea *petunt loco* Lovel. 4. [Veith.] Denique *loco primo manipulos* Gaertn. et Haverk.

Cuneis deinde in medium agmen perrumpunt] Livius *per-*

peria, nec duces essent, vertunt inpetum in suos; fusique per campos, et praeter castra etiam sua fuga praelati, quod editissimum inter aequales tumulos obcurrebat oculis, arcem Albanam petunt. Consul, non ultra castra insecutus, (quia et vul- 9
nus degravabat, et subjicere exercitum pugna fes-

rumpere cum praepositione *per* et accusativo dicit 3, 70, 4. 26, 7, 1. et cum accusativo sine praepositione 8, 30, 6. 32, 17, 11. cum praepositione *in* 3, 18, 8. *Jam in vestibulum perrumperant templi*. Sed ibi *in* est *usque in*, et *perruperant* ἐλλειπτικῶς ponitur, ut 4, 39, 4. *perrumpere eadem, qua transierant.* et ibid. *perrumpere ad suos.* Ita etiam accipio apud Silium 12, 697.

— — — etiamne parabit,
Nostras ille domos, nostras
perrumpere in arces.

Sed haec significatio τοῦ *in* huic loco non optime convenire videtur, et potius suspicor, id ex prima litera vocis sequentis ortum esse. Sic 8, 10, 6. *Tanta caede perrupere cuneos.* c. 30, 6. *Perrumpere non potuerat hostium agmen.* 32, 17, 11. *Quae cuneum Macedonum, si possent, perrumperent.* Tacit. 2. Hist. 44. *Et media acie perrupta fugere passim Othoniani.* DUK. *cum eis deinde* Lovel. 1. *cuneis in medium deinde agmen* Voss. 2. Tum *prorumpunt* Lovel. 2. 4. et Portug. Sed apud Caesar. obcurrit 6. B. G. 39. *Cuneo facto ut celeriter perrumpant, censent.* Verba haec saepe confunduntur. V. supra ad 4, 39, 4. Ceterum Cl. Dukeri conjecturam veram puto. V. supra ad 3, 18, 8. et c. 61, 9.

§. 8. *Inde barbari dissipati*] Palat. sec. *Inde turbati barbari dissipatique.* GEBH. Eadem lectio est in margine Portug. Sed *Inde turbati dissipati* in Haverk. Paullo post *verterunt*, pro *vertunt*, Leid. 2.

Fusique per campos, et praeter castra etiam sua fuga praelati] *fusi per campos* Leid. 2. et Lovel. 1. Sed *vertunt impetum in suos fusos per campos* Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *per castra praelati* Leid. 2. *praeter castra perlati* Harlej. 2. sollemni errore operarum. V. ad 38, 28, 8. *praeter castra palati* Lovel. 2. quomodo etiam alibi in Mstis peccatur. V. ad 38, 27, 2. *praeter castra praedati* Gaertn. Sed passim *latus* et *datus* in Mstis commutantur. V. supra ad 1, 4, 7. Nihil mutandum. Supra 6, 29, 3. *Consternatique et praeter castra etiam sua pavore praelati.* ubi plura vide. Mox vocula *quod* deficit in Gaertn. qui etiam *occurrebant*, pro *occurrebat*, praefert. *occurrere* Florent.

§. 9. *Non ultra castra insecutus, quia et vulnus degravabat*] *non ultra castra secutus* Leid. 1. V. infra ad 7, 34, 9. Tum *quia in vulnus* Voss. 1. et Lovel. 3. *quia vulnus*, omissa particula *et*, Harlej. 2. Portug. et Haverk. Non recte. V. supra hoc cap. ad §. 3.

Pugna fessum novo labori nolebat, a persequendo hostem continuit] Nimis metuo, ne pessime sit affectus hic locus; nam

sum tumulis ab hofte occupatis nolebat) praeda omni caftrorum militi data, victorem exercitum, opulentumque Gallicis spoliis, Romam reduxit.
10 Moram triumpho vulnus consulis adtulit. eademque

ex omnibus verbis propositis, praeter unum *nolebat*, nihil vidi in Thuaneo, nihil in Helm. visum Langermanno meo, nihil video in Vossiano antiquiore, in Rottendorfiano, apud Andream, cui ipse editioni Romae praefuit. Mediolani post septimum annum inserta sunt; inde Tarvisinae et caeteris. Florent. et Vossianus alter defecti: tantummodo enim praebent, *subjicere exercitum opulentumque* (Voss. *opulentum quod*) *Gallicis spoliis Romam reduxit.* Nempe quia bis in hac periodo posita est vox *exercitum*, a priori ad posteriorem locum oculus librarii, qui primus sic corrupit, aberravit, transmissis mediis. At integri, quos nominavi, continenter et concordissime: *Consul non ultra castra insecutus, (quia et vulnus degravabat, et subjicere exercitum tumulis ab hoste occupatis nolebat) praeda omni castrorum militi data, victorem exercitum opulentumque Gallorum spoliis Romam reduxit.* Interpunctio nostra est; ipsa verba veterum librorum, in quibus nihil desidero, nisi forsan *opulentum* mavis *ἀντὶ τοῦ opulentumque.* Quum autem omnia me vehementer capiant, tum maxime illud, *subjicere exercitum tumulis ab hoste occupatis:* quo credibile est offensos inani garrulitate nos huc usque lactasse: *a persequendo hoste continuit, tumulis ab hoste occupatis.* Hoc Livii esse, parum probabile: at illud censeo docte dictum, ut sit, exponere exercitum hosti locum superiorem nacto: aut eo ducere, ubi hostis montibus occupatis ex inferiore loco aggressum exercitum subjectum et obnoxium telis haberet. Qualia sunt apud Ovidium 4. Met. [626.] *veritus se credere nocti.* 13, [341.]

— — — cur audet Ulysses
Ire per excubias, et se committere nocti?

Suet. Nerone [26.] *Quare numquam postea se publico illud horae sine tribuno commisit.* Sic ipsum *subjicere* Livio 26, [15, 4.] *Id vero minime committendum esse, ut sollicitarentur sociorum fidelium animi, et subjicerentur indicibus, quei neque quid facerent, neque quid dicerent, quicquam unquam pensi fuisset.* 31, [41, 8.] *Quum campestribus locis subjicientes eos castra Phecado urbi viderent.* J. FR. GRON. Adde Florum 1, 17. *Captisque superioribus jugis in subjectos suo jure detonuit.* DUK. Florentino et Voss. 2. apud Gronovium, quorum librarios repetitio vocis *exercitum* in errorem abripuit, consentiunt Hearnii Oxon. L. 1. et ex meis Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. nisi quod posterior hic codex insuper *opulentum Gallicis spoliis* dederit, omissa copula *que.* Cum reliquis autem Gronovii codicibus faciunt Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. C. nisi quod Lovel. 5. habeat *volebat*, pro *nolebat;* et Gaertn. *nolebant.* Qui editioni Parm. praefuit, et plerumque Romanam

cauſſa dictatoris desiderium senatui fecit, ut eſſet, qui aegris consulibus comitia haberet. Dictator 11
L. Furius Camillus dictus, addito magiſtro equitum P. Cornelio Scipione, reddidit Patribus poſſes-

anni 1472. secutus est, hic eam reliquit; recepit enim illam lectionem, quam ex Mediol. Gronovius profert, sed τὸ *nolebat* eodem loco, quo in Romana exſtabat, servavit, quod ita bis perperam exhibuit hoc modo: *subjicere exercitum pugna fessum novo labori nolebat, a persequendo hoste continuit, tumulis ab hoste occupatis nolebat. Praeda omni* etc. quum eam lectionem secutus verbum *nolebat* poſteriori loco expungere debuiſſet. Quum autem, quae Gronovio suspecta fuerint, in nullo etiam meo codice reperiantur, omnium eorum ac Gronovianorum fidem secutus eadem illa ex contextu ejeci, interpunctione viri summi recepta. Ut autem *subjicere exercitum tumulis*, ita 38, 46, 3. *In valle inferiore pedibus pene hostium aciem subjecit.* et *subjectus hostis* apud Frontin. 2, 2, 4. *Dimicaturus, collis proximi planum verticem raptim cum copiarum parte adeptus, in subjectos hostes decucurrit.* Similiter *valles subjectae rupibus* Liv. 38, 2, 7. (*via subjecta jugo* 21, 34, 6.) V. etiam infra hoc lib. c. 35, 10. Neceſſe tamen non puto, ut cum eodem Gronov. *opulentum* ἀντὶ τοῦ *opulentumque* legamus. Probum enim est *exercitus victor opulentusque.* In illis autem *exercitus victor* ut *exercitus tyro, populus liberator*, et similia, de quibus v. ad 39, 1, 4. Simillime locutus eſt Livius supra 4, 34, 4. *Aliis sub corona venumdatis, exercitum victorem opulentumque praeda triumphans dictator Romam reduxit.* et 21, 5, 4. *Victor exercitus opulentusque praeda Karthaginem novam in hiberna est deductus.*

§. 10. *Dictatoris desiderium senatui fecit, ut esset, qui aegris consulibus*] *desiderium senatus fecit* Gaertn. *desiderium fecit senatui* excusi Aldo priores. Deinde *quia aegris* Voſſ. 1. V. ad 36, 33, 5. *qua* Leid. 1. Tota vox deficit in Fragm. Hav. a m. 1.

§. 11. *Reddidit Patribus possessionem pristinam consulatus*] Id est, nomen nullius plebeji comitiis consularibus accepit, ac neminem plebejum consulem fieri paſſus est, contra quam M. Fabius dictator fecerat. SIG. *reddidit Patraribus* mendose Florent. a m. 1. pro quo deinde manu altera factum est *reddidit patriciis*: sed margini adscriptum *reddidit Patribus.* Deinde *possessionem pristini consulatus* Lovel. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. [Veith.]

Collegam Ap. Claudium Crassum dixit] L. Camillus est, qui collegam Ap. Claudium dixit. Est autem legendum *P. Claudium* ex veteribus libris Ciceronis de Senectute [12.] ubi ait: Platonem veniſſe Tarentum *L. Aemilio, Ap. Claudio consulibus.* cum in veteribus libris legatur *L. Camillo ac Pu. Claudio.* Confirmant hanc lectionem Capitolina quoque fragmenta, in quibus hic *Claudius P. F.* vocatur. Maximus enim natu filius ferme patris praenomen ferebat. SIG. Ut largiamur Sigo-

sionem priſtinam consulatus. ipse ob id meritum ingenti Patrum ſtudio creatus conſul, collegam Ap. Claudium Craſſum dixit.

1 XXV. Priusquam inirent novi consules magiſtratum, triumphus a Popillio de Gallis actus magno

nio, quod tamen saepe fallit, filium maximum patris praenomen ferre solitum fuiſſe; quis, quaeso, Sigonium docuit, Ap. Claudium hujus anni consulem patris filium maximum exſtitiſſe? Nam, quamvis fratris ejus majoris nunc nulla supersit memoria, potuit tamen majorem habuiſſe, qui, vel ob vitium aliquod corporis, aliamve ob caussam, nullos honores geſſerit, vel, antequam honores geſſerit, mortuus sit. Praeterea monet Gruterus ad l. Cic. l. in poſterioribus quidem edd. Claudio praenomen *Publii* dari, sed contra Mſtos plerosque et primae aetatis excusos, ideoque se reposuiſſe *Ap. Claudio*. Quod autem idem Gruter. *P. Claudio* in poſteriores editiones etiam contra faſtos Capitolinos inrepsiſſe putet, in eo fallitur. Illi enim, neutri sententiae faventes, hoc anno laceri sunt, et tantum exhibent, : : : : : *AVDIVS. P. F.* Praenomen *Appii* hujus anni consuli tribuendum eſſe exiſtimat etiam Pighius in Annal. ad ann. CDIV. p. 294. et, praeter Caſſiodorum, Marianum, et alios, pro hac sententia laudat Gellium, qui 9, 11. refert M. Valerium *L. Furio, Claudio Appio consulibus* cum provocatore Gallo pugnaſſe. An vero indicetur Ap. Claudius dictatorius, qui nempe dictator memoratur supra hoc libro c. 6, 12. uti Pighius ibidem exiſtimavit. incertum arbitror. Ceterum nulli codices Sigonio Claudii praenomen mutanti favent.

§. 1. *Priusquam inirent novi consules magistratum*] *Priusquam intrent ac inirent* Gaertn. Sed v. supra ad 4, 55, 5.

Triumphus a Popillio de Gallis actus] Praepositio *a* deſit in Lovel. 1. Tum *populo* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 3. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Popilio* Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 4. 5. et Fragm. Hav. *Populio* Gaertn. *Pompilio* Lovel. 3. Portug. et Haverk. *M. Pompilio* Hearnii Oxon. C. V. infra ad 26, 6, 1.

Musitantesque inter se rogitabant, quem nunc plebeji consulis poeniteret] Vetus habet *mussantesque*. GELEN. Nonius. *Mussare est hominum occulta et depressa voce loquentium, quod celatum velint*. Neque aliter hic Pall. tres codices MSS. Ideoque hic non ausculto Gelenio, multo minus Campano novatori maximo, *mussitantesque inter se rogabant*. Salluſtius Oratione Philippi. *Vos mussantes et retractantes verbis et votum carminibus pacem optatis magis, quam defenditis*. Idem oratione Licinii. *Mussantibus vobis circumventus erat*. Liv. 28, 40. *Idque consilium haudquaquam primoribus Patrum placeret, ceterique per metum aut ambitionem mussarent*. GEBH. *musitantesque* praeferebat ex editionibus sola Froben. anni 1531. eademque lectio exſtat in Portug. a m. 1. et Haverk. *musitantes* Oxon. B. apud Hearnium, qui ita etiam in ed. Rom.

ore plebis: muſſantesque inter se rogitabant,
n *quem plebeji consulis poeniteret?* Simul dictato- 2
n increpabant, qui legis Liciniae spretae merce-
n consulatum, privata cupiditate, quam publica
aria, foediorem, cepiſſet, ut se ipse consulem

cipe se inveniſſe teſtatur: nodo etiam habent Mediol. 1480. Tarvisina utraque, et uae usque ad Frobenium. *antesque* Lov. 2. 5. et Gaert- *mussantesque* codices re-, quibus usus sum, cum Rom. anni 1472. et Parm. non eſt, cur displiceat. 33, 31, 1. *Soli Aetoli id de- um decem legatorum clam ssantes carpebant.* et Livii tator Silius Ital. 13, 261.

Mussat perfidiae ductorque caputque senatus
Virrius.

Cl. Jos. Waſſe in Ind. Sal- ſt. v. *Mussantes.* et Cortium Salluſt. Fragm. l. 1. Hiſt. in at. Philipp. §. 3. Et ita Gele- is ex vet. lib. laudavit, ac oben. anno 1535. ex ejus mente dit. Poſtea in notis Gelenii ore operarum *mussitantes-* excusum est; unde factum t, ut Gebhardus ipsum ita e- ndatum voluiſſe crediderit. inde *inter se cogitabant* ertn. Ita etiam supra in qui- dam codd. peccabatur 4, 13, (* 24, 21, 8.) Praeterea *num- m plebeji consulis poeniteret* rtug. a m. 1. et Haverk. *num- d plebeji consulis poeniteret* vel. 3. et Harlej. 2. Quod non pliceret, si integriores codd. m probarent. Solet enim Li- s *numquid* pro simplici roga- ne adhibere. Supra 6, 37, 8. *nquid enim socordius ac se- ius rempublicam administra- post C. Licinii Calvi tribuna- tum, quam per eos annos gesta sit?* (* v. N. Heins. ad Ovid. 16. Her. 365.) Aliis tamen omnibus vulgatam lectionem servantibus, eam mutatam nolo.

§. 2. *Legis Liciniae spretae mercedem consulatum*] *legis Licinii* Gaertn. Male. V. ad c. 22, 10. *legis Liciniae spreta mercede* Livii sensum non adsecuti librarii Lovel. 2. 4. et 5. [Veith.] *mercedem consulatum* per adpositionem Livio familiarem dictum eſt. Ita 45, 37, 5. *Pretium recte facti triumphum haberet L. Paullus pro egregie bello gesto.* V. infra ad 25, 34, 10.

Privata cupiditate, quam publica injuria, foediorem cepisset] *publica injuria* nempe plebejorum, quos submoverat, creando duos patricios. Et ita recte editiones vetuſtiſſimae: a quibus desciscunt Pall. tres MSS. codices, *publica invidia foediorem* exhibentes. GEBH. *publica invidia foediorem* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Portug. a m. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Alii, servata voce *injuria*, alteram *invidia*, quam pro varia lectione in margine invenerant, etiam in contextum recipientes dederunt *quam publica injuria foediore invidia cepisset.* Ita est in Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Ut se ipse consulem dictator crearet] *se ipsum consulem* Lovel. 5. Sed v. supra ad 2, 19, 5.

§. 3. *Annus multis variisque*

3 dictator crearet. Annus multis variisque motibus fuit insignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis vim pati nequiverant, per campos maritima-
4 que loca vagi populabantur. Mare infestum classibus Graecorum erat, oraque litoris Antiatis, Laurensque tractus, et Tiberis ostia: ut praedones maritimi, cum terrestribus congressi, ancipiti semel proelio decertarint, dubiique discesserint in castra Galli, Graeci retro ad naves, victos se, an victo-
5 res, putarent. Inter hos longe maximus exstitit

motibus fuit insignis] *variisque mortibus* Florent. Leid. 1. et Lovel. 2. ac 5. *variisque montibus* Lovel. 3. Sed vox *motibus* non adparet in Lovel. 4. *Annus hic multis* inserta voce praeferunt vett. edd. Eam primus omisit Frobenius anno 1535. adstipulantibus omnibus scriptis meis.

Per campos maritimaque loca vagi] *maritumaque* Florent. quam eamdem orthographiam probasse videntur scribae Leid. 1. et Harlej. 1. licet tamen per errorem eorum prior dederit *maritum atque*, posterior *maturitumaque*. V. ad 6, 31, 5. Vox *loca* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Paullo ante *nequierant* vett. excusi. Primus *nequiverant* dedit Aldus. Et ita praeferunt omnes scripti. V. infra ad 22, 8, 7.

§. 4. *Oraque litoris Antiatis, Laurensque tractus*] *litoris Sanciatis* Leid. 1. ultima litera vocis praecedentis perperam in initio sequentis repetita. V. ad 37, 29, 8. *oraque litore Sannaturae Actiatis* Florent. Deinde *Laureusque tractus* Haverk. *Lavicosque tractus* Lovel. 4. *Laurensque tractatus* Florent. de quo errore infra v. ad 35, 32, 13.

Congressi ancipiti semel proelio decertarint] *egressi* Lov. 2. V. ad 4, 24, 4. Tum *ancipiti simul proelio* idem Lov. 2. et Harl. 2. *ancipiti proelio simul* ed. Med. anni 1505. sollemni scriptorum errore. V. infra ad 24, 21, 11. *ancipiti proelio semel* vett. edd. pro quo Aldus dedit, ut nunc editur. Id autem superest in reliquis scriptis. Deinde *decertarent* Florent. Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 2. Pett. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et typis descripti, pro quo Vascos reposuit *decertarint*.

Dubiique discesserint in castra Galli, Graeci retro ad naves, victos se, an] *dubii* sine particula *que* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 5. Praeterea *ad naves, incerti victos* Harlej. 2. et Haverk. cujus lectionis auctor non advertit, voces *victos se an victores putarent* pendere ex praecedentibus *dubii discesserint*.

§. 5. *Inter hos longe maximus exstitit terror*] Vet. lib. *Inter haec*. SIG. *Inter hos* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. quinque, Harlej. 1. Florent. Block. et Fragm. Hav. quomodo ante Sigonium legebatur. Neque satis justam vulgatum inmutandi rationem fuisse puto. Non modo enim incertissimae tantum fidei

terror, concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinae habita: responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, *absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent. Latinos pro sua* 6 *libertate potius, quam pro alieno imperio, laturos arma.* Inter duo simul bella externa, defectione et- 7 iam sociorum senatus anxius, quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset, extendere omnes imperii vires consules delectu habendo jussit. civili quippe standum exercitu esse, quando

codd. stant cum Sigonii vet. lib. sed et *Inter hos* commode intelligi potest *motus*, quibus multis variisque annum insignem fuisse supra hoc cap. dixit. Vulgatum igitur, quod Sigonius, ejusque exemplo Gruterus ac recentiores omnes ex contextu ejecerunt, pristino loco restitui. Deinde *maximus longe exstitit terror*, transpositis vocibus, edd. vett. usque ab Froben. qui anno 1535. *longe maximus* restituit. *longe maximus exstitit error* Harlej. 2. solito errore. V. ad 24, 30, 6. Mox *consilia populorum*, pro *concilia*, Gaertn. Male. Diversorum enim Latii populorum, de communi republica consultantium, erat conventus, quod *concilium* dicitur. V. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. Praeterea vox *Latinorum* deficit in Leid. 2.

Responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum] Particula *que* non adparet in Haverk. Tum *impetrantibus milites Romanis* Leid. 2. V. infra ad 9, 30, 10. *imperantibus militibus Romanis* Lovel. 2. 4. [Veith.] *imperatoribus Romanis* Haverk.

§. 6. *Latinos pro sua libertate potius, quam pro alieno imperio*] Primam vocem omittit Leid. 1. Tum *pro salva libertate* Florent. Verum obponuntur recte *sua libertas* et *alienum imperium*. Deinde *quam pro imperio alieno* Lovel. 4. *quam alieno imperio* neglecta praepositione, Lovel. 2. quam Livius in similibus locutionibus repetere amavit. V. supra ad 4, 58, 4.

§. 7. *Inter duo simul bella, defectione etiam sociorum*] *In duo simul bella* Harlej. 1. sollemni errore. V. ad 38, 57, 6. Insuper vox *etiam* exsulat a Leid. 2. vox sequens a contextu Lov. 4.

Extendere omnes imperii vires consules delectu habendo jussit] *ostendere* Fragm. Hav. et ed. Mediol. anni 1505. quod non displiceret, si plures codd. suffragarentur. Nunc unius vel alterius fide vulgatum mutare periculosum puto. Aliter tamen censenti non repugnabo. Deinde *consulem* Harlej. 2. et Portug. a m. 1. *consul* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Adparet, librarios compendiariam scripturam *cons̄* non adsecutos esse. V. infra ad 10, 10, 2. Tum *dilectu habendo* Florent. et Leid. 1. V. ad 37, 51, 7.

Civili quippe standum exer-

8 socialis coetus desereret. Undique, non urbana tantum, sed etiam agresti juventute, decem legiones scriptae dicuntur quaternùm millium et duce-
9 norum peditum, equitumque trecenorum. Quem nunc novum exercitum, si qua externa vis ingruat,

citu esse] Prodigiose corruptus est Florent. qui *civili qui prestandum exercitum esset* praefert. Locutionem supra inlustravi hoc lib. ad c. 6, 6. Praeterea *quidem*, pro *quippe*, Voss. 2. et Lovel. 3. Ita etiam supra librarii in Mstis peccarunt 6, 18, 8.

Quando socialis coetus desereret] Optime MS. *socialis partes desereret*. V. Scalig. ad l. 2. Manil. p. 152. [p. 150. ed. ult. sive ad v. 543.] KLOCK. Sic quidem libri omnes: fateor tamen me non concoquere *coetum* illum *socialem*. Non enim si *coetus* est *multitudinis magnae nomen*, *coëuntis ex consensu quodam*, ut est apud M. Senecam [3. Exc. controv. 8.] aut si *auxilia coïre* apud Justinum dicuntur [9, 6.] ideo permisisse usus videtur, ut *socialis coetus deserere*, ubi socii officio desunt, aut exercitus eorum ad condictum non venit, diceretur. Non magis, quam vocabulum *concursus*, aut *congressus*, aut *conventus*, aut *populi*, eodem loco repudiares. *Exercitum socialem* solet dicere Livius: 3, [4, 10.] *T. Quinctium subsidio castris cum sociali exercitu mitti*. 8, [13, 15.] *Unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque saepe usi estis*. Satis commode possis legere: *civili quippe standum exercitu esse, quando socialis foedus desereret*. 5, [51, 10.] *Qui, caeci avaritia, in pondere auri foedus ac fidem fefellerunt*. J. FR. GRON. Doujatius vulgatum defendere conatur: non enim nomine *coetus* exercitum intelligi putat, qui, quum nullus esset, deserere non poterat: sed *socialis coetus* interpretatur concilium sociorum, ipsa nempe Latinorum comitia: ab his enim Romanos deseri. Nondum tamen effecit, ut *socialis coetus* etiam eo sensu, quo accipi voluit, placere possit. Nihil enim probant loca laudata vel ex Liv. 4, 13, 10. ubi obvii sunt *coetus plebis privata in domo*. vel ex Cic. in Somn. Scip. 3. ubi obcurrunt *concilia coetusque hominum jure sociati*. Verum, quum toties Livius concilia Latinorum, Etruscorum, aliorumque memoraverit, demonstratum oportuerat, ea alibi vocari *coetus Latinorum*, *Etruscorum*: vel etiam comitia populi Romani *coetus* dici. Si Gronovianum *foedus desereret* codicum auctoritate niteretur, ferri posset: ac *foedus deserere*, pro non facere, quae foedere promissa sunt, eodem modo dictum foret, quo *spem deserere* apud Plin. 1. Epist. 22. *Ne spes nostras voluntaria morte desereret*. Nunc non displicet, quod ex Oxon. L. 1. probavit Hearnius, *quando socialis desereret*. Vox enim *coetus* etiam deficit in Fragm. Hav. a m. 1.

§. 8. *Quaternûm millium et ducenorum peditum, equitumque trecenorum*] Mire variatum invenimus militum in legione numerum. Anno enim CCCLXXIV.

hae vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractae in unum haud facile efficiant: adeo in quae laboramus sola crevimus, divitias, luxuriamque. Inter cetera triſtia ejus anni, consul 10 alter Ap. Claudius in ipso belli adparatu moritur:

[6, 22, 8.] quaternûm millium est. hic duceni pedites adjecti. At 8, [8, 14.] sub T. Manlio quinûm millium: totidem l. 6. de secundo bello Punico [c. 28, 7.] Denique l. 9. ejusdem belli [c. 24, 14.] senûm millium ducenorum peditum, equitum trecenorum. Haec obiter duntaxat annotare placuit propter quosdam, nimium in hac re curiosos. GLAR. V. diligentius conlecta, quae de numero militum in legione Romana traduntur, apud Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 5. Ceterum *quaternûm militum* Leid. 1. Harlej. 1. et Gaertn. V. ad 23, 41, 10. Tum copula *et* non est in Leid. 2. Hinc *ducentorum peditum* Voſſ. duo, Leid. duo, Lovel. quinque, Harlej. duo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et vett. edd. et mox *trecentorum* Lov. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et vett. edd. An numerus cardinalis et diſtributivus jungantur, infra v. ad 32, 28, 11. Hic vero *ducentorum* et *trecentorum* inde natum videtur, quod voces notis numeralibus scriptae fuerint. Certe *equitumque CCC* praeferunt adhuc Flor. Leid. duo, Lov. 1. 3. 4. 5. et Fragm. Hav. Id autem quomodo reddi deberet, librarii ignorarunt, quod tamen discere poterant ex praecedenti *quaternûm millium*. Recte itaque *ducenorum* et *trecenorum* Frobenius anno 1531. reſtituit.

§. 9. *Quem nunc novum exercitum, si qua externa vis ingruat, hae vires* etc.] Secundum Clericum, quae hic habet Livius, sunt hyperbolica; quum non modo Caesar in Gallia cum decem ac duodecim legionibus senûm millium militum bellum geſſerit; dum in aliis provinciis alii exercitus, quamvis non tanti, eſſent; et sub Auguſto legiones viginti tres aut viginti quinque fuerint. At Doujatius Livium agere exiſtimat de scribendo in re subita exercitu, idque ex urbe aut suburbano agro. Similiter fere de hoc loco sentit Cl. J. Fr. Chriſtius, qui Livium loqui arbitratur de exercitu civium vere Romanorum, id est, ex sola urbe et suburbanis conscripto, non adhibitis capite censis, nec quoquam ex Italia aliove delectu sociorum: haec enim omnia ex temporum rationibus atque iis, quae modo a Livio dicta sunt, intelligenda eſſe. Ceterum vocula *hae* deficit in Harlej. 1. quam tamen recte servant reliqui codices, nisi quod in eorum paucis sit *hee* vel *heae*.

Contractae in unum haud facile efficiant] *continere in unum* sine sensu Portug. Ultima autem vox *efficiant* male deficit in Lovel. 4.

Adeo in quae laboramus sola crevimus] *adeo ut inique laboramus* Gaertn. Tum *laboravimus* Lovel. 4. Deinde *sola cernimus* Leid. 2.

§. 10. *Inter cetera triſtia ejus anni, consul alter Ap. Claudius*] *P. Claudius*, ut ante.

11 redierantque res ad Camillum; cui unico consuli, vel ob aliam dignationem haud subjiciendam dictaturae, vel ob omen fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis, dictatorem adrogari haud satis de-
12 corum visum est Patribus. Consul, duabus legionibus

De ejus obitu scriptum eſt in fragmento Capitolino. SIG. Vulgatam scripturam praeferendam eſſe, supra vidimus ad cap. praec. in fine. Praeterea vocem *cetera* omittit Lovel. 2. *tristicia*, pro *tristia*, habent Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. Lov. 1. Harlej. 1. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. sollemni peccato scribarum. V. supra ad 4, 52, 5.

Redierantque res ad Camillum] *redierant res ad Camillum* Haverk. *redierat res ad Camillum* Lov. 5. Harl. 2. et Portug. *redieratque res ad Camillum* Hearnii Oxon. C. Ita *res Clusina*, *res Romana* et similia passim obcurrunt. V. ad 2, 9, 5. *res ad interregnum rediit.* V. ad 4, 43, 7. Et hoc modo 6, 6, 3. *Res ad Camillum tribunum militum consulari potestate rediit.* Stant tamen pro vulgata scriptura optimi codd.

§. 11. *Vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis*] Hoc aït, quia pater ejus Camillus Gallos proelio victos urbe exegerat: patrem autem L. Furii M. Camillum fuiſſe, docet ipse poſt, cum aït *paternae virtutis memor.* Itemque Appianus in Celtica, ubi poſt Popillium a L. Furio Camilli filio Gallos devictos eſſe scribit. SIG. An *Furius* minus fauſtum praebet omen adversus Gallos, quam *Camillus*? Mallem, si quis adjutaret codex; *vel ob nomen fausti ad Gallicum tumultum ominis*, vel *ob omen faustum ad Gallicum tumultum nominis.* J. FR. GRON. Nollem haec conjecturis tentari a Viro summo, rogante, an *Furius* minus faustum praebeat omen adversus Gallos, quam *Camillus*? Sane vero, mea sententia; quia, qui Gallos antea vicerat et deleverat, solus proprio et peculiari cognomine appellabatur *Camillus*; *Furii* nomen cum multis aliis habebat commune. Et ideo Claudianus quoque in consulatu Prob. et Olyb. 149.

— — *Gallisque genus ferale Camillos.*

Immo qui insimulabantur parem illi gloriam affectare, non *Furii*, sed *Camilli*, appellatione ab invidis fuerunt insigniti. M. Minucius magiſter equitum de dictatore suo Q. Fabio apud Liv. 22, 14, 9. *Novus hic Camillus.* Denique ipse Livius vix usquam, nisi ubi magistratus omnibus, ut solet, nominibus exponit, eum appellat aliter, quam simpliciter *Camillum*, etiam in orationibus, in quibus ceteroqui rariſſime, pene dixerim nunquam, illis temporibus cognomina usurpat: scilicet, quia iſto sibi peculiari cognomine solo satis superque poterat cognosci. Magno, ni fallor, haec omnia sunt indicio, neminem tunc alium fuiſſe Camillum, certe sine manifeſta hiſtoriarum auctoritate non temere debere statui. JAC. PERIZ. Anim. Hiſtor. c. 2. p. 44. Doujatius etiam, quamvis utravis harum conjecturarum Gro-

nibus urbi praepositis, octo cum L. Pinario praetore divisis, memor paternae virtutis, Gallicum sibi bellum extra sortem sumit: praetorem maritimam 13
oram tutari, Graecosque arcere litoribus jussit. et, quum in agrum Pomptinum descendisset, (quia neque in campis congredi nulla cogente re volebat,

novii satis ipsi adrideat, tamen verum esse agnoscit, *Camilli* cognomine magis, quam *Furii* nomine, inclaruisse hujus patrem. Codices etiam omnes uno ore in vulgatam scripturam conspirant.

Dictatorem adrogari haud satis decorum visum est Patribus] Non tam adjungebatur, quam imponebatur consuli dictator. Itaque fortassis *irrogari* scripsit Livius. Sed haec ita, ut facile suum cuique arbitrium relinquamus. nam et 2, [18, 6.] de dictatore: *moderatorem et magistrum consulibus appositum*. J. FR. GRON. Etiam hic vulgatum defendebat Doujatius, quod *lex*, *multa*, *mors* recte dicerentur *inrogari*; *hominem* vero *homini inrogari* se legere non meminerat. Codices vulgatum probant, nisi quod corrupte *dictatorem abrogari* sit in Lovel. 2. 5. et Portug. a m. 1. *dictaturam abrogari* in Haverk. *dictatorem abrogare* in Lovel. 4. *dictatorem arrogare*, vel *adrogare*, in Florent. et Fragm. Hav. a m. 1. Recepta etiam lectio commode servari potest. Quamvis enim *adrogare*, aliquid per rogationem populi in comitiis peragi, innuat, nullusque dictator in comitiis creatus sit; *adrogare* tamen pro addere, adponere, adsciscere eodem modo dici potest, quo *abrogare*, et *derogare fidem* notant fidem demere, minuere. Cic. 4. Acad. Quaest. 11. *His visis, inter quae nihil interest, aequaliter omnibus abrogatur fides*. Auctor. ad Herenn. 1, 10. *Periculosum est, ne quando plus minusve dicamus; quae res abrogat fidem oratori*. Livius supra hoc lib. c. 6, 6. *Fama rerum standum est, ubi certam derogat vetustas fidem*. Praeterea *haud secus decorum* Haverk. Tum *jussum est Patribus* Leid. 2. Sed v. ad 9, 24, 4. *visum erat Patribus* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *visum erat Patribus conscriptis* Lovel. 2. in quo vox sequens *Consul* omittitur. *haud satis visum est decorum Patribus* alio ordine Gaertn.

§. 12. *Octo cum L. Pinario praetore divisis*] *cum L. Papirio Pinario* Voss. 2. a m. 1. duplici lectione in contextum recepta. *cum L. Papirio praetore* Lovel. 4. Sed alii codices constanter praetorem *Pinarium* vocant. Vocem etiam *Papirio* adpictis notis delendam esse manus altera in Voss. 2. monuit. Mox transpositis vocibus *Gallicum bellum sibi* Lovel. 2.

Extra sortem sumit] Quomodo *extra sortem*, collega, cum quo solo sortiri poterat, mortuo? DUKER.

§. 13. *In agrum Pomptinum descendisset*] Gallos item in agro *Pomptino* consedisse his consulibus, tradit Gellius 9, 11. SIG. *Pontinum* Voss. 1. Lov. 1. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. *Pomtinum* Leid. 2. et Haverk. *Promptinum* Lovel. 2. et Fragm. Hav. V. ad 2,

tribunus militum, adolescens, qui haud indigniorem eo decore se, quam T. Manlium, ratus, prius sciscitatus consulis voluntatem, in medium arma-
3 tus processit. Minus insigne certamen humanum numine interposito Deorum factum. namque con-

homines dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae cognomen memoria excessit. Nihilominus se existimare tradit Pighius in Annal. ad ann. CDV. p. 296. Corvum potius a M'. Valerio Maximo, Publicolae fratre, genus trahere, quoniam apud Zonar. 7. Ann. 25. vocatur *Οὐαλέριος Μάρκος, ὁ τοῦ Μαξίμου ἐκείνου ἔγγονος.* Adde, quae idem notat in Annal. ad ann. CDX. p. 303. et ad ann. CDLII. p. 381. Id si placebit, *familia* apud Livium accipi debet pro *gens*, ut supra 2, 49, 1. *Fabios ad coelum laudibus ferunt: familiam unam subiisse civitatis onus.* Eum Valerii dictatoris atnepotem vocat Doujatius. Verum, praeterquam quod dictatorem male adpellet *M. Valerium Volusum*, pro M'. Valerio Volusi filio, nullo etiam argumento sententiam firmat. Forte etiam historicorum dissensus statui posset, quorum nonnulli, quos Livius sequitur, Corvum ex familia Publicolarum, alii, quorum sententiam Gellius et Zonaras probant, eum ex familia Maximorum genus ducere credidissent. Id tanto verisimilius fit, quod etiam in alia parte hujus historiae non convenit inter Gellium ac Livium. V. infra hoc ipso §. Insuper mox *adulescens* pro *adolescens*, Florent. V. ad 6, 34, 11.

Haud indigniorem eo decore se, quam T. Manlium] *eo dedecore* Florent. Forte dare voluit librarius *codē decore*, quem admodum est in Lovel. 4. edit. Mediol. anni 1480. et eam secutis aliis, quas vidi, omnibus usque ad Aldum, qui iterum *eo decore* revocavit, ut habent reliqui codd. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. [*decore sequente Manlium* Veith.]

Prius sciscitatus consulis voluntatem] Nempe L. Furii Camilli; ejus enim collega Ap. Claudius in ipso belli adparatu mortuus erat, ut supra refert cap. praec. Alios itaque annales secutus est Livius, quam is, cujus libros annales laudat Gellius 9, 11. Si enim hunc sequimur, uterque consul tempore pugnae Valerii ac Galli adhuc vivebat. Narrat enim: *Instruebanturque acies a consulibus, de vi ac multitudine hostium satis agentibus.* et deinde: *Tum Valerius tribunus, inpetrato prius a consulibus, ut in Gallum tam inaniter arrogantem pugnare se permitterent, progreditur.*

§. 3. *Numine interposito Deorum factum*] *munimine Deorum*, omissa etiam voce media, male Gaertn. *minime interposito* Lovel. 2. et 3. Vox *Deorum* non adparet in Leid. 2. [*humanum omine deorum interposito factum* Veith.]

Corvus repente in galea consedit, in hostem versus] *in galea repente consedit* Harlej. 2. et Portug. *in galeam repente consedit* Haverk. *repente galea consedit* Lovel. 3. Praepositio

rerent, Gallus proceſſit, magnitudine atque armis insignis: quatiensque scutum haſta, quum silentium feciſſet, provocat per interpretem unum ex Romanis, qui secum ferro decernat. M. erat Valerius 2

KLOCK. Infra 38, 17, 4. *Ad hoc cantus inchoantium proelium, et ululatus, et tripudia, et quatientium scuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus.* ubi similiter, ut hoc loco, de Gallis sermo est.

Quum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis] Hic Gallus per interpretem loquitur: at, qui cum T. Manlio pugnavit, Latine scilicet scivit. Si Herodotus talia scripsiſſet, quam inclamaſſet impurus Juvenalis: *Et quicquid Graecia mendax Audet in historia!* Sed haec non agimus. GLAR. Vox *fecisset* exsulat a Leid. 2. Deinde legunt *convocat* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Hearnii Oxon. L. 2. et in margine N. *vocat* Lovel. 2. *provocat per interpretem virum ex Romanis* Lovel. 4. Supra hoc lib. c. 9, 8. *Quem nunc, inquit, Roma fortissimum virum habet, procedat, agedum, ad pugnam.* Ita *viri* et *uni* commutantur supra 4, 55, 3. (*32, 20, 7.) Verum hoc loco *virum* pro *unum* datum est ob similitudinem literarum *ir* et *n*; ob quam cauſſam etiam *iratus* et *natus* supra commutabantur 1, 29, 4. *ire* et *ne* 10, 18, 3. Eutrop. 2, 6. *Quidam ex Gallis unum e Romanis, qui esset optimus, provocavit.*

§. 2. *M. erat Valerius tribunus militum*] *M. Valerius erat* Gaertn. Tum *tribunus pl.* vel *pleb.* vel *plebis* Voſſ. 2. Leid. ambo, Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. C. Neque aliter est in margine Voſſ. 1. quum corruptius in contextu foret *M. erat Valerius tempore militiae.* Praeterea male *L. Valerius* vocatur apud Florum 1, 13, 20. sive ipsius Flori error sit, sive potius librarii ejus peccarint, et vel cum Stadio ex Jornande *M. Valerius* scribere debeamus, vel praenomen delendum sit, ut erat in Mſto antiquo bibliothecae S. Amandi, cujus scripturam probavit Pighius in Annal. ad ann. CDIV. p. 295. *M. Valerius* etiam vocatur apud Gell. 9, 11. verum ex emendatione Lambecii, ante quem ita edebatur vulgo. *De Maximo Valerio, qui Corvinus appellatus est* etc. *haud quisquam est nobilium scriptorum, qui secus dixerit.* Si ex Mſtis, vel si Mſti conjecturam ejus ſtabiliunt, de quo tamen silent interpretes, non adversor. Contra, si in alia omnia eunt codd. exarati, conjecturam illam in contextum admittere, ut poſtea factum est, rem mali exempli exiſtimo. Nam *De Maximo Valerio* dictum eſſe potuit, ut *Paetus Aelius*, et similia apud Livium, de quibus infra v. ad 30, 1, 9. quomodo etiam *Tiro Tullius* est apud Gellium 7, 3. Infra quidem Corvus se ab eo Valerio, qui reges ejecit, anno primo poſt illos ejectos consul fuit, et Publicolae cognomen habuit, ortum dicit 7, 32, 13. *Fuit, quum hoc dici poterat; Patricius enim eras, et a liberatoribus patriae ortus; et, eodem anno familia ista consulatum, quo urbs haec consulem habuit.* Et paullo poſt: *Non, si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus*

tribunus militum, adolescens, qui haud indigniorem eo decore se, quam T. Manlium, ratus, prius sciscitatus consulis voluntatem, in medium arma-
3 tus processit. Minus insigne certamen humanum numine interposito Deorum factum. namque con-

homines dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae cognomen memoria excessit. Nihilominus se existimare tradit Pighius in Annal. ad ann. CDV. p. 296. Corvum potius a M'. Valerio Maximo, Publicolae fratre, genus trahere, quoniam apud Zonar. 7. Ann. 25. vocatur *Οὐαλέριος Μάρκος, ὁ τοῦ Μαξίμου ἐκείνου ἔγγονος.* Adde, quae idem notat in Annal. ad ann. CDX. p. 303. et ad ann. CDLII. p. 381. Id si placebit, *familia* apud Livium accipi debet pro *gens*, ut supra 2, 49, 1. *Fabios ad coelum laudibus ferunt: familiam unam subiisse civitatis onus.* Eum Valerii dictatoris atnepotem vocat Doujatius. Verum, praeterquam quod dictatorem male adpellet *M. Valerium Volusum*, pro M'. Valerio Volusi filio, nullo etiam argumento sententiam firmat. Forte etiam historicorum dissensus statui posset, quorum nonnulli, quos Livius sequitur, Corvum ex familia Publicolarum, alii, quorum sententiam Gellius et Zonaras probant, eum ex familia Maximorum genus ducere credidissent. Id tanto verisimilius fit, quod etiam in alia parte hujus historiae non convenit inter Gellium ac Livium. V. infra hoc ipso §. Insuper mox *adulescens* pro *adolescens*, Florent. V. ad 6, 34, 11.

Haud indigniorem eo decore se, quam T. Manlium] *eo dedecore* Florent. Forte dare voluit librarius *codē decore*, quemadmodum est in Lovel. 4. edit. Mediol. anni 1480. et eam secutis aliis, quas vidi, omnibus usque ad Aldum, qui iterum *eo decore* revocavit, ut habent reliqui codd. et edd. Rom. anni 1471. ac Parm. [*decore sequente Manlium* Veith.]

Prius sciscitatus consulis voluntatem] Nempe L. Furii Camilli; ejus enim collega Ap. Claudius in ipso belli adparatu mortuus erat, ut supra refert cap. praec. Alios itaque annales secutus est Livius, quam is, cujus libros annales laudat Gellius 9, 11. Si enim hunc sequimur, uterque consul tempore pugnae Valerii ac Galli adhuc vivebat. Narrat enim: *Instruebanturque acies a consulibus, de vi ac multitudine hostium satis agentibus.* et deinde: *Tum Valerius tribunus, inpetrato prius a consulibus, ut in Gallum tam inaniter arrogantem pugnare sese permitterent, progreditur.*

§. 3. *Numine interposito Deorum factum*] *munimine Deorum*, omissa etiam voce media, male Gaertn. *minime interposito* Lovel. 2. et 3. Vox *Deorum* non adparet in Leid. 2. [*humanum omine deorum interposito factum* Veith.]

Corvus repente in galea consedit, in hostem versus] *in galea repente consedit* Harlej. 2. et Portug. *in galeam repente consedit* Haverh. *repente galea consedit* Lovel. 3. Praepositio

cior fuit. Ibi, circa jacentis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. Jam non 7
manipulis proximarum stationum, sed legionibus utrimque effusis res geritur. Camillus laetum militem victoria tribuni, laetum tam praesentibus ac secundis Diis, ire in proelium jubet: ostentansque insignem spoliis tribunum, *Hunc imitare, miles,* ajebat; *et circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas.* Dii homines- 8
que illi adfuere pugnae; depugnatumque haudqua-

ctu Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. 5. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum *elatus* constanter praeferunt scripti et inpressi, nisi quod ejus loco *datum* sit in Lovel. 4. sollemni errore. V. ad 40, 28, 2. Deinde *petat* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 6. *Nec Galli se statione tenuerunt*] *ne Galli* Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 5. Harlej. duo, Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Tum *statione se tenuerunt* Voss. 1. Lovel. 1. et 5. *se statione tenerent* Haverk. Paullo ante *quietae utrunque stationes* Voss. 2. et Lov. 3. *quietae utriusque stationes* Gaertn. At verbum *fuere*, quod in omnibus scriptis et reliquis excusis exstat, in una omittitur ed. Parm.

Romanorum cursus ad victorem etiam ocior fuit] Pall. duo, pr. ac tert. *ad victoriam*. ut supra cap. 23. *pro munitionibus*. GEBH. *ad victoriam* etiam Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn.

§. 7. *Camillus laetum militem victoria tribuni*] Pall. tres MSS. codd. *laetatum militem victoria*. GEBH. *laetatum* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 5. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Verum vulgatum tuetur, quod sequitur, *laetum tam praesentibus ac secundis Diis*, Solent autem alibi hae voces commutari. V. ad Liv. 23, 33, 3. *Camillus laetus victoria tribuni militem laetum* Leid. 2. *Camillus laetum victoria militem tribuni* Lovel. 1. Mox *laeti ut praesentibus ac secundis dissidiis* corrupte Lovel. 2.

Ostentansque insignem spoliis tribunum] *insignem etiam spoliis* Lovel. 2. Mox *Huc imitare*, pro *Hunc*, Leid. 2. Deinde *agebat*, pro *ajebat*, Lovel. 1. V. infra ad 8, 33, 23.

Circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas] *sternere* dederunt indocti librarii Leid. utriusque, Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. credentes forsitan, ita convenire praecedenti *imitare*. V. supra ad 6, 3, 8. Provocatorem hunc Gallum etiam *ducem* vocarunt Valer. Max. 3, 2, 6. et Gellius 9, 11. quod adversus Perizon. defendit Cel. Dukerus ad Flori 1, 13, 20.

§. 8. *Illi adfuere pugnae; depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis est*] *adfuere illi pugnae* Voss. 2. Tum *depugnatumque est haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *depugnatum*, omissa copula *que*, edd. vett. usque ad Aldum, qui

quam certamine ambiguo cum Gallis est. adeo duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, utraque
9 acies animis perceperat. Inter primos, quorum concur-

eam primus adoptavit, consentientibus omnibus scriptis. Insuper *haudquamquam* male Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 3. 5. et Gaertn. Ita frequenter lapsi sunt librarii. V. ad 5, 46, 3. 6, 36, 3. infra hoc lib. ad c. 37, 16. 8, 8, 16. c. 12, 11. c. 29, 3. et 12. 9, 20, 2. c. 23, 17. c. 26, 6. 10, 9, 7. c. 12, 9. c. 13, 4. et alibi.

Utraque acies animis praeceperat] Si ante duorum pugnam Romanorum quidem erecti, Gallorum vero jacentes animi fuissent, verum esset. Haec enim vis est τοῦ *praecipere* pro ante capere, praesumere. Sed loquitur de proelio inter exercitus commisso post Gallum a M. Valerio Corvo prostratum. Ergo repone *perceperat*. Ut apud Plautum Amphitruone [5, 1, 66.] *Mihi horror membra misero percipit dictis tuis.* Menaechmis [5, 5, 22.] *Priusquam percipit insania.* Terentius Eun. [5, 5, 2.]

Neque agri, neque urbis odium me umquam percipit.

Lucretius 3, [28.]

His ibi me rebus quaedam divina voluptas
Percipit atque horror.

Sic legendum pro *ubi*, quod habent MSS. esque *ibi* eo sensu quo *tum*. Etiam eleganter *percipitur*, quod penitus capitur: *animis percipitur*, quod animos penetrat, totos occupat, nec alii adfectui aut cogitationi locum relinquit. Nec aliter Aldina et Juntae editiones. J. FR. GRON. Plerique quidem et optimi codices *praeceperat* servarunt, *conceperat* tamen est in Lovel. 4. *perceperat* in Lovel. 2. 5. Harlej. 2. et Portug. a m. 1. quibus codices, quos Oxonii consuluit, consonare, auctor est Hearnius. Idem illud *perceperat* non tantum in edd. a Gronovio memoratis superest, sed et in omnibus, quas vidi, vetustioribus. *praeceperat* primum inveni in Mediol. anni 1505. inde in Ascens. annorum 1513. et 1516. Mogunt. Colon. Cervic. reliquisque recentioribus. Eodem sensu *percipere* usurpatur a Valer. Max. 3, 1, 2. *Tenere ergo animo Cato totius curiae gravitatem perceperat.* Ubi recte Doctiss. Torren. a Perizon. *praeceperat* legendum conjiciente dissentit. Etiam usurpatur a Gratio v. 388.

Ille, ubi salsa siti percepit viscera longa,
Moliturque fugas, et iedem spernit amatam.

ubi v. viros doctos, et Lambin. ad Lucret. 3, 80. et 4, 733. Saepius autem *praecipere* et *percipere* in Mstis commutantur. V. Gulielm. ad Cic. 3. in Verr. 1. Broekhus. ad Propert 4. El. 2, 11. et quae notantur ad Liv. 4, 27, 5. 6, 5, 4. 10, 26, 4. et 38, 20, 1. Doujatius testatur, se non videre, quid obstet, quominus *praecipiendi* verbum menti auctoris conveniat: licet enim duorum pugna nec Romanorum erecti, nec Gallorum animi demissi fuerint; potuisse tamen eos, ex eventu singularis illius pugnae capto omine, successum proelii, mox inter utrumque exercitum committendi, animo *praecipere*. Verum, ut Livius inquit, non praeceperunt successum proelii, sed *eventum duorum militum*; ubi hoc sensu non *praecipiendi*, sed *percipiendi*, verbum convenire, ratio docet.

cior fuit. Ibi, circa jacentis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. Jam non 7
manipulis proximarum stationum, sed legionibus utrimque effusis res geritur. Camillus laetum militem victoria tribuni, laetum tam praesentibus ac secundis Diis, ire in proelium jubet: ostentansque insignem spoliis tribunum, *Hunc imitare, miles,* ajebat; *et circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas.* Dii homines- 8
que illi adfuere pugnae; depugnatumque haudqua-

etu Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. 5. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum *elatus* constanter praeferunt scripti et inpressi, nisi quod ejus loco *datum* sit in Lovel. 4. sollemni errore. V. ad 40, 28, 2. Deinde *petat* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 6. *Nec Galli se statione tenuerunt*] *ne Galli* Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 5. Harlej. duo, Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Tum *statione se tenuerunt* Voss. 1. Lovel. 1. et 5. *se statione tenerent* Haverk. Paullo ante *quietae utrunque stationes* Voss. 2. et Lov. 3. *quietae utriusque stationes* Gaertn. At verbum *fuere*, quod in omnibus scriptis et reliquis excusis exstat, in una omittitur ed. Parm.

Romanorum cursus ad victorem etiam ocior fuit] Pall. duo, pr. ac tert. *ad victoriam*. ut supra cap. 23. *pro munitionibus*. GEBH. *ad victoriam* etiam Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn.

§. 7. *Camillus laetum militem victoria tribuni*] Pall. tres MSS. codd. *laetatum militem victoria*. GEBH. *laetatum* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 5. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Verum vulgatum tuetur, quod sequitur, *laetum tam praesentibus ac secundis Diis*, Solent autem alibi hae voces commutari. V. ad Liv. 23, 33, 3. *Camillus laetus victoria tribuni militem laetum* Leid. 2. *Camillus laetum victoria militem tribuni* Lovel. 1. Mox *laeti ut praesentibus ac secundis dissidiis* corrupte Lovel. 2.

Ostentansque insignem spoliis tribunum] *insignem etiam spoliis* Lovel. 2. Mox *Huc imitare*, pro *Hunc*, Leid. 2. Deinde *agebat*, pro *ajebat*, Lovel. 1. V. infra ad 8, 33, 23.

Circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas] *sternere* dederunt indocti librarii Leid. utriusque, Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. credentes forsitan, ita convenire praecedenti *imitare*. V. supra ad 6, 3, 8. Provocatorem hunc Gallum etiam *ducem* vocarunt Valer. Max. 3, 2, 6. et Gellius 9, 11. quod adversus Perizon. defendit Cel. Dukerus ad Flori 1, 13, 20.

§. 8. *Illi adfuere pugnae; depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis est*] *adfuere illi pugnae* Voss. 2. Tum *depugnatumque est haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *depugnatum*, omissa copula *que*, edd. vett. usque ad Aldum, qui

dissipati sunt: inde Apuliam ac mare inferum pe-
10 tierunt. Consul, concione advocata, laudatum
tribunum decem bubus aureaque corona donat
ipse, jussus ab senatu bellum maritimum curare,
11 cum praetore junxit castra. ibi, quia res trahi se-

Verum tamen est, ut Glareanus et Sigonius observarunt, *mare inferum* hic ferri non posse. Vel itaque eorum sententiae, quorumdam codd. auctoritate ac suffragio firmatae, adsentiendum est, vel legendum puto *inde Apuliam ab mari infero petierunt*. Glareani emendationem probat etiam Cl. Wesseling. 2. Observ. 26. Praeterea *petunt* Lovel. 4. Post vocem sequentem *consul* folium decerat in Lovel. 5. usque ad verba *pro salute nostra*, quae exstant c. 30, 7.

§. 10. *Decem bobus aureaque corona donat*] *decem bubus* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. et Klock. quod recepi. Infra 7, 37, 1. *Aurea corona eum et centum bubus, eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat. Milites* etc. *singulis bubus binisque privis tunicis donati.* Ita etiam illo loco iidem aliique codd. 22, 10, 7. *Praeterea bubus Jovi trecentis, multis aliis Diis bubus albis atque ceteris hostiis.* 26, 48, 14. *C. Laelium corona aurea ac triginta bubus donavit.* 28, 38, 8. *Quum centum bubus votis in Hispania Jovi sacrificaret.* ubi iterum vide. Adde Ciofan. et Inl. N. Heinsium ad Nason. Ep. 5. Her. 116. et jam Oudendorp. ad Frontin. 2. Strateg. 4, 17. et Voss. 4. Gramm. 15. Praeterea *atque aurea corona* Lovel. 4. Mox *jussus a senatu* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 11. *Ibi, quia res trahi segnitia Graecorum non committentium se in aciem videbatur. Ibiq; res* Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. sollemni librariorum errore. V. ad 5, 29, 3. Deinde *segnitie Graecorum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. infra ad 31, 6, 5. Tum *non comité tm se in acie* Gaertner. De locutione *committere se in aciem* v. supra ad 4, 27, 6. Denique *res trahi videbatur* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 3. 4. Flor. Klock. Gaertn. Hearn. Oxon. L. 2. et C. atque edd. principes. *videbatur* primum obvium fuit apud Vascos. quod praeter Gryphium ac Sigonium reliqui editores servarunt. Utrumque dici potest. *Res* enim hic est bellum. Jam vero *rem* et *res gerere* atque in usu fuit. V. supra ad 3, 70, 10. Optimos itaque codd. et vetustissimas edd. secutus *videbantur* restitui. Mox *T. Mallium* Lovel. 3. 4. et Gaertn. *T. Manilium* Florent. et Leid. 1. V. ad 34, 53, 2. Praenomen *T.* abest apud Hearnium ab Oxon. C.

§. 12. *Consularia comitia habuit, aemulumque decoris sui.* Quia T. Manlius, qui comitia habebat, Gallum et ipse singulari in certamine obtruncarat. Sic *comitia consularia* omnes, quos adhibui, codices uno ore; quare eos audiendos censui. Tum *aemulum quamquam decoris sui* Leid. 1. *Aemiliumque sui decoris* Gaertn.

Absentem M. Valerium Corvinum, id enim etc.] Scribe *Cor-*

gnitia Graecorum non committentium se in aciem videbantur, dictatorem comitiorum cauſſa T. Manlium Torquatum ex auctoritate senatus dixit. Di- 12
ctator, magistro equitum A. Cornelio Coſſo dicto, comitia consularia habuit, aemulumque decoris

cum, non *Corvinum*. Sic enim est in Capitolinis tabulis, et veteribus plerisque libris. Egregie. Ut enim *Albus*, *Rufus*, *Crassus*, *Luscus*, *Longus*, cognomina primum inventa sunt, poſt autem *Albinus*, *Rufinus*, *Crassinus*, *Luscinus*, *Longinus* subsecuta sunt: sic, qui primus cognomen hoc tulit, *Corvus*. posteri *Corvini* appellati sunt. SIG. *Corvum* MS. Sed *Corvinum* cognomen uno ore scribunt, et dicunt Marcellin. 24, [4.] et alii. Poëtae quoque Claudianus [1. in Eutrop. 460.] et Manilius [1, 780.] et Juvenalis Sat. 8, [5.] V. Muret. ad Propert. 3. El. 9, [66.] KLOCK. M. Valerii cognomen integrum *CORVVS* exſtat correctiſſime in fragmentis Capitolinis. Ceterum in omnibus quorumcumque vulgatis auctorum exemplaribus paſſim recentiori et magis usitato Valeriorum cognomine *Corvinus* appellatur. Quod, quia poſteriorum temporum librariis atque etiam hiſtoricis magis notum erat, vetuſtius illud exclusisse videtur. Nam qui corvo adjutante Gallum occidit, rudi cognomine militari *Corvum* appellatum potius fit verisimile: velut in antiquioribus Livii exemplaribus reperiri teſtatur Sigonius, atque item in Cuspiniani tabulis legitur. Poſteros vero ejus familiae ab eodem Corvinos appellatos exiſtimari poteſt. Sic enim primum *Albi*, *Crassi*, *Rufi*, *Mamerci*, *Longi*, *Laevi*, *Lusci* inveniuntur appellati; quorum poſteri derivativo cognomine *Albini*, *Crassini*, *Rufini*, *Mamercini*, *Longini*, *Laevini*, *Luscini*. Quapropter non dubitarem in Livio, Cicerone, Gellio, Valerio Maximo, aliisque auctoribus antiquis, qui hujus M. Valerii mentionem faciunt, vulgatum illud cognomen *Corvinus* in *Corvus* mutare. PIGH. in Annal. ad ann. CDV. p. 296. Propert. [3. Eleg. 9, 66.]

Et cui cognomen corvus habere dedit.

Pall. pr. et sec. et hic *M. Valerium Corvum*, et mox *Collega Corvo de plebe M. Popilius Lenas quartum consul futurus datus est.* Iterum c. 27. *M. Valerius Corvus* duo exprimunt MSS. ut et c. 28. c. 39. fin. c. 40. m. l. 8, 16. Bis ita quoque lege l. 9, 17. GEBH. *Corvum* conſtanter servant omnes, quos consului, codices scripti hoc loco, et mox hoc cap. tum cap. seq. omnibusque fere locis, quae Gebhardus indicavit. *Corvum* etiam codd. Oxonienses hic exhibere, Hearne auctor est. Quamvis autem et olim et hodie de vero Valerii cognomine dubitatum fuerit, ac nonnulli exſtiterint, qui eum *Corvinum*, alii qui *Corvum* dictum eſſe exiſtimaverint; quorum catologum v. apud Doct. Arntzen. ad Aur. Vict. de vir. inl. 29, 1. poſterius tamen praefero. Ut ita sentiam, primo me permovet marmorum Capitolinorum, quum consularium, tum triumphalium, auctoritas, in quorum fragmentis, ubi, primae-

diffipati sunt: inde Apuliam ac mare inferum pe-
10 tierunt. Consul, concione advocata, laudatum
tribunum decem bubus aureaque corona donat.
ipse, juffus ab senatu bellum maritimum curare,
11 cum praetore junxit caftra. ibi, quia res trahi se-

Verum tamen est, ut Glareanus et Sigonius observarunt, *mare inferum* hic ferri non poffe. Vel itaque eorum sententiae, quorumdam codd. auctoritate ac suffragio firmatae, adsentiendum est, vel legendum puto *inde Apuliam ab mari infero petierunt.* Glareani emendationem probat etiam Cl. Wefteling. 2. Observ. 26. Praeterea *petunt* Lovel. 4. Post vocem sequentem *consul* folium deerat in Lovel. 5. usque ad verba *pro salute nostra*, quae exftant c. 30, 7.

§. 10. *Decem bobus aureaque corona donat*] *decem bubus* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. et Klock. quod recepi. Infra 7, 37, 1. *Aurea corona eum et centum bubus, eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat. Milites* etc. *singulis bubus binisque privis tunicis donati.* Ita etiam illo loco iidem aliique codd. 22, 10, 7. *Praeterea bubus Jovi trecentis, multis aliis Diis bubus albis atque ceteris hostiis.* 26, 48, 14. *C. Laelium corona aurea ac triginta bubus donavit.* 28, 38, 8. *Quum centum bubus votis in Hispania Jovi sacrificaret.* ubi iterum vide. Adde Ciofan. et Inl. N. Heinsium ad Nason. Ep. 5. Her. 116. et iam Oudendorp. ad Frontin. 2. Strateg. 4, 17. et Voff. 4. Gramm. 15. Praeterea *atque aurea corona* Lovel. 4. Mox *jussus a senatu* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 11. *Ibi, quia res trahi segnitia Graecorum non committentium se in aciem videbatur*] *Ibiq; res* Lovel. 3. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. sollemni librariorum errore. V. ad 5, 29, 3. Deinde *segnitie Graecorum* Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. infra ad 31, 6, 5. Tum *non comité tm se in acie* Gaertner. De locutione *committere se in aciem* v. supra ad 4, 27, 6. Denique *res trahi videbatur* Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 3. 4. Flor. Klock. Gaertn. Hearnii Oxon. L. 2. et C. atque edd. principes. *videbatur* primum obvium fuit apud Vascos. quod praeter Gryphium ac Sigonium reliqui editores servarunt. Utrumque dici potest. *Res* enim hic est bellum. Jam vero *rem* et *res gerere* atque in usu fuit. V. supra ad 3, 70, 10. Optimos itaque codd. et vetuftiffimas edd. secutus *videbantur* reftitui. Mox *T. Mallium* Lovel. 3. 4. et Gaertn. *T. Manilium* Florent. et Leid. 1. V. ad 34, 53, 2. Praenomen *T.* abeft apud Hearnium ab Oxon. C.

§. 12. *Consularia comitia habuit, aemulumque decoris sui*] Quia T. Manlius, qui comitia habebat, Gallum et ipse singulari in certamine obtruncarat. SIG. *comitia consularia* omnes, quas adhibui, codices uno ore; quare eos audiendos censui. Tum *aemulum quamquam decoris sui* Leid. 1. *Aemiliumque sui decoris* Gaertn.

Absentem M. Valerium Corvinum, id enim etc.] Scribe *Cor-*

gnitia Graecorum non committentium se in aciem videbantur, dictatorem comitiorum causſa T. Manlium Torquatum ex auctoritate senatus dixit. Dictator, magistro equitum A. Cornelio Coſſo dicto, comitia consularia habuit, aemulumque decoris 12

vum, non *Corvinum*. Sic enim est in Capitolinis tabulis, et veteribus plerisque libris. Egregie. Ut enim *Albus*, *Rufus*, *Crassus*, *Luscus*, *Longus*, cognomina primum inventa sunt, poſt autem *Albinus*, *Rufinus*, *Crassinus*, *Luscinus*, *Longinus* subsecuta sunt: sic, qui primus cognomen hoc tulit, *Corvus*, posteri *Corvini* appellati sunt. SIG. *Corvum* MS. Sed *Corvinum* cognomen uno ore scribunt, et dicunt Marcellin. 24, [4.] et alii. Poëtae quoque Claudianus [1. in Eutrop. 460.] et Manilius [1, 780.] et Juvenalis Sat. 8, [5.] V. Muret. ad Propert. 3. El. 9, [66.] KLOCK. M. Valerii cognomen integrum *CORVVS* exſtat correctiſſime in fragmentis Capitolinis. Ceterum in omnibus quorumcumque vulgatis auctorum exemplaribus paſſim recentiori et magis usitato Valeriorum cognomine *Corvinus* appellatur. Quod, quia poſteriorum temporum librariis atque etiam hiſtoricis magis notum erat, vetuſtius illud exclusisse videtur. Nam qui corvo adjutante Gallum occidit, rudi cognomine militari *Corvum* appellatum potius fit verisimile: velut in antiquioribus Livii exemplaribus reperiri teſtatur Sigonius, atque item in Cuspiniani tabulis legitur. Poſteros vero ejus familiae ab eodem Corvinos appellatos exiſtimari poteſt. Sic enim primum *Albi*, *Crassi*, *Rufi*, *Mamerci*, *Longi*, *Laevi*, *Lusci* inveniuntur appellati; quorum poſteri derivativo cognomine *Albini*, *Crassini*, *Rufini*, *Mamercini*, *Longini*, *Laevini*, *Luscini*. Quapropter non dubitarem in Livio, Cicerone, Gellio, Valerio Maximo, aliisque auctoribus antiquis, qui hujus M. Valerii mentionem faciunt, vulgatum illud cognomen *Corvinus* in *Corvus* mutare. PIGH. in Annal. ad ann. CDV. p. 296. Propert. [3. Eleg. 9, 66.]

Et cui cognomen corvus habere dedit.

Pall. pr. et sec. et hic *M. Valerium Corvum*, et mox *Collega Corvo de plebe M. Popilius Lenas quartum consul futurus datus est.* Iterum c. 27. *M. Valerius Corvus* duo exprimunt MSS. ut et c. 28. c. 39. fin. c. 40. m. l. 8, 16. Bis ita quoque lege l. 9, 17. GEBH. *Corvum* conſtanter servant omnes, quos consului, codices scripti hoc loco, et mox hoc cap. tum cap. seq. omnibusque fere locis, quae Gebhardus indicavit. *Corvum* etiam codd. Oxonienses hic exhibere, Hearne auctor est. Quamvis autem et olim et hodie de vero Valerii cognomine dubitatum fuerit, ac nonnulli exſtiterint, qui eum *Corvinum*, alii qui *Corvum* dictum eſſe exiſtimaverint; quorum catologum v. apud Doct. Arntzen. ad Aur. Vict. de vir. inl. 29, 1. poſterius tamen praefero. Ut ita sentiam, primo me permovet marmorum Capitolinorum, quum consularium, tum triumphalium, auctoritas, in quorum fragmentis, ubi, primae-

sui absentem M. Valerium Corvum (id enim illi
deinde cognominis fuit) summo favore populi, tres
13 et viginti natum annos, consulem renunciavit. col-
lega Corvo de plebe M. Popillius Laenas quartum
consul futurus datus est. Cum Graecis a Camillo
nulla memorabilis gesta res: nec illi terra, nec Roma-
14 nus mari bellator erat. Postremo, quum litoribus ar-
cerentur, aqua etiam praeter cetera necessaria usui

vam scripturam postea corruptam fuisse, nulla suspicio esse potest, quater *CORVVS* cognominatur. Deinde unanimis consensus septemdecim codicum, partim quos ipse vidi, partim quorum apud me sunt excerpta, quinque Oxoniensium, quos Hearne consuluit, duorum Palat. Gebhardi, et plerorumque veterum, quos Sigonius adhibuit. His obponuntur aliorum scriptorum Msti plerumque Valerium *Corvinum* vocantes. Verum vel hi scriptores sunt aut Livio aequales, aut non multo recentiores, in quorum Mstis librarios notius *Corvini* cognomen, quod Valerii posteri obtinuerunt, alteri *Corvo* substituisse, Pighio consentio: vel diutius post Livium scripserunt, quales ipsi errare potuerunt. Obponuntur etiam loca poëtarum, quibus aliquid propter metrum concedendum puto, vel quod grandius sonaret. Certe unius vel alterius testimonium efficere nequiit, ut sententiam mutarem.

Id enim illi deinde cognominis fuit] *id enim belli deinde cognominis fuit* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *id enim ille deinde cognitionis fuit* Lovel. 4. *id enim illi deinde loco cognominis fuit* Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed nihil muto. *id cognominis* enim dictum est, ut *id negotii* 3, 15, 3. *id monumenti* 4, 7, 10. *id temporis*, v. ad 5, 43, 4. *id praesidii* 23, 17, 11. et 44, 21, 10. *id inopiae* 23, 19, 13. *id locorum* 25, 22, 1. et c. 32, 2. *id hominum* 30, 12. [?] *id consilii* 34, 29, 12. et 36, 9, 7. *id praecipui* v. ad 42, 31, 2. *id ignominiae* 43, 17, 8. *id belli*, v. Gronov. ad Epit. Liv. 44. Ejusdem generis sunt *quidquam mandati* et similia, de quibus v. ad 32, 37, 5.

Tres et viginti natum annos consulem renunciavit] *III. et XXX. natum annos* Bloch. Male. Valer. Max. 8, 15, 5. *Tertium et vigesimum annum ingresso consulatum largiti.* Eutrop. 2, 6. *Propter hoc militum annorum trium et viginti consul est factus.* Vox *natum* deficit in Leid. 2. ut forte voluisse videri possit *trium et viginti*, seu *III. et XX. annorum consulem.* Sed reliqui vulgatum tuentur. Deinde *consulem nunciavit* Fragm. Hav. *consulem pronunciavit* Portug. a m. 2. Sed *renunciare* in hac re proprium verbum est. Cic. 2. de Orat. 64. *Quum ex centuria sua renunciaret Acidinum consulem.* 5. in Verr. 15. *Quum esses praetor renunciatus.* *Pronunciare*, sed de praecone, usurpat Sueton. in Domit. 10. Oc-

deficiente, Italiam reliquere. Cujus populi ea, cujusque gentis classis fuerit, nihil certi est. maxime Siciliae fuisse tyrannos crediderim. nam ulterior Graecia, ea tempestate intestino fessa bello, jam Macedonum opes horrebat. 15

XXVII. Exercitibus dimissis, quum et foris pax et domi concordia ordinum otium esset, ne nimis laetae res essent, pestilentia civitatem adorta coëgit 1

cidit et Flavium Sabinum, quod eum comitiorum consularium die destinatum perperam praeconem consulem ad populum, sed imperatorem pronunciavit.

§. 13. *M. Popillius Laenas quartum consul futurus*] *M. Pompilius* Lovel. 2. Harlej. 2. Gaertn. Leid. 2. Portug. et Haverk. *M. Papilius* Lovel. 3. *M. Popilius* Voss. duo, Leid. 1. Lovel. 4. et Fragm. Hav. V. ad 7, 12, 1. Tum *quartus consul* Voss. 2. et Lovel. 3. *quarto consul* Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. V. ad 5, 16, 1. Mox alio ordine *memorabilis res gesta* Lovel. 2. et 4. et *nec Romanus bellator mari erat* vett. edd. usque ad Aldum. *bellaturus* autem, pro *bellator*, Harlej. 2.

§. 14. *Quum litoribus arcerentur*] *a litoribus* Lovel. 4. Male. V. supra ad 5, 8, 8.

Aqua etiam praeter cetera necessaria usui deficiente, Italiam reliquere] *praeter necessaria cetera usui* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *praeter cetera usui necessaria* Lovel. 4. *praeter alia necessaria usui* vett. edd. Sed Frobenius primus anno 1535. *cetera*, pro *alia*, substituit, consentientibus scriptis. Tum *Italiam relinquere* Leid. 1. *Italiam liquere* Hearnii Oxon. N.

§. 15. *Cujus populi ea, cujusque gentis classis fuerit* etc.] Vereor ne classis ea Timoleontis Corinthii fuerit, qui priore anno Dionysium tyrannum Syracusanum vicit et regno exegit, legesque Siciliae victor dedit, ut scribit l. 16. Diodorus; qui idem fortasse Italiae quoque oram, tanta elatus victoria, classe tentaverit. Idem tamen post Postumii tyranni praedonis, aliorumque quorundam, quos idem Timoleon sustulit, meminit. SIG. *Cujus gentis classis fuerit*, reliquis omissis, Leid. 1. *Cujus populi ea, cujus gentis* Klock. *Cujus populi ea, cujusve gentis* legendum ad oram Livii conjecit Cl. Ant. Perizon.

Ulterior Graecia, ea tempestate intestino fessa bello] Voces *ea tempestate* non adparent in Harlej. 2. et Portug. *ulterior Graeciae tempestate* perperam praefert Leid. 1. Mox *orebat*, pro *horrebat*, Lovel. 1.

§. 1. *Domi concordia ordinum otium esset, ne nimis laetae res essent*] *domi concordia ordinum esset* Harlej. 1. [Veith.] Male. Quod hic *concordia ordinum otium*, supra *ab seditionibus urbanis otium* vocat, 4, 35, 2. Praeterea *ne minus laetae res essent* idem Harlej. 2. sollemni scribarum lapsu. V. infra ad 36, 9, 7. *ne nimis res laetae essent* Lovel. 4.

Pestilentia civitatem adorta

senatum imperare decemviris, ut libros Sibyllinos inspicerent; eorumque monitu lectisternium fuit.
2 Eodem anno Satricum ab Antiatibus colonia deducta, restitutaque urbs, quam Latini diruerant. et cum Karthaginiensibus legatis Romae foedus ictum,

coëgit senatum imperare duumviris] Legendum *decemviris*. GELEN. Vox *civitatem* deest in Harlej. 1. *civitatem adorta* in Lovel. 2. *adorta coëgit senatum imperare* in Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. Deinde *coëgit Patres* praeferunt Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 34, 56, 3. Mox *imperare duumviris* ex scriptis unus Harlej. 1. Ad quam scripturam proxime accedunt Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. *his*, vel *hiis*, *viris* praeferentes. At, loco *duumvirûm* jam *decemviros* creatos esse, supra retulit Liv. 6, 42, 2. *imperare decemviros* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Eorumque monitu lectisternium fuit] *eorum monitu lectisternium actum* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *lectisternium actum* se etiam in Oxon. B. invenisse, auctor est Hearnius. At saltem dedissent *factum*. Ita enim Livius loquitur supra 5, 13, 6. *Lectisternio tunc primum in urbe facto. lectisternium habitum est* infra dicit 8, 25, 1. et 22, 10, 9. Vulgatum tamen rectum est. Supra hoc lib. c. 2, 2. *Tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit.*

§. 2. *Satricum ab Antiatibus colonia deducta*] *reducta* Leid. 2. quomodo in hac locutione etiam peccabatur supra 2, 21, 7. Et solent passim *deducere* et *reducere* commutari in Mstis. V. ad 6, 26, 8. *educta* est in Lovel. 1. Mox *deruerant*, pro *diruerant*, Portug. a m. 1. *diverterant* Lov. 4. et Florent. a m. 1.

Et cum Carthaginiensibus legatis] Prima vocula deest in Haverk. Deinde *cum Karthaginensibus*, vel *cum Carthaginensibus*, plerique codd. nostri. Sed v. infra ad 28, 26, 1. Mox vox *amicitiam* deficit in Leid. 1. *amicitiam et societatem* habent Gaertn. et vett. edd. usque ad Froben. qui *ac* dedit anno 1535.

§. 3. *T. Manlio Torquato II. C. Plautio consulibus*] Bis antea de hoc Manlio admonuimus: nam quo pacto hic *II. consul* dici potest, qui antea non fuit, nisi anno CCCXCVIII. pro *Cn. Manlio*, legas *T. Manlio*. Alii hoc in loco illud *iterum* ad C. Plautium posuere: qui tamen l. 8. ab initio non considerarunt *iterum consulem* dici, qui tum tertium erat. Duo autem Caji Plautii fuere, Proculus ac Venox. Proculus consul fuit anno CCCXCVII. Venox hoc loco et l. 8 ab initio: quare locum ambiguum puto. Et quis haec omnia persequetur? Quantum errorem attulit historiae Romanae ambitio illa et immortalitatis sitis? GLAR. In veteribus libris nota iterati honoris est adjuncta Torquato, [non Plautio.] at abesse tamen ab utroque debet. Nam nec Cassiodorus eam affert, et Torquatus in Capitolinis tabulis ea caret; quia numquam ante consulatum cepit, quum tamen bis dictaturam gesserit; et post *iterum*, *tertiumque consul esse*, non *tertium quartumque*, traditur. Neque vero Plautius ea nota affici debet, quia non est idem

quum amicitiam ac societatem petentes veniſſent. Idem otium domi foriſque manſit T. Manlio Torquato, C. Plautio conſulibus: ſemunciarium tantum ex unciario foenus factum, et in penſiones aequas triennii, ita ut quarta praeſens eſſet, ſolutio aeris 3

cum eo, qui paulo ante conſul fuit; ille enim *Proculi* cognomen tulit, hic, ut opinor, *Hypsaei*. qua de re dicam in ſecundo hujus conſulatu. SIG. Iterati conſulatus nota adſcribitur T. Manlio Torquato in omnibus ſcriptis meis, praeterquam in Lovel. 2. qui neutri conſuli addidit. Priori conſuli adſcribitur etiam in Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et N. ut et in edd. vett. Poſtea Coloniences anno 1525. eamdem notam transtulerunt ad alterum conſulem C. Plautium, quorum exemplum deinde imitati ſunt Cervic. Ascens. anno 1530. aliique. Quamvis autem Sigonius poſtea vocem *ſecundum* ſive notam *II.* neutri conſuli addendam docuerit, eamque ex contextu ejecerit, nemo tamen recte monentum audire voluit ante Gronovium, qui lectionem Sigonii anno 1665. recepit. Miror autem id non feciſſe Gruterum in poſtrema ed. in qua exprimere emendationes Pighii ſolitus est. Is autem Sigonio conſentit in Annal. ad ann. CDVI. p. 297. Hunc autem primum T. Manlii conſulatum eſſe, patet ex illis, quae ſupra dicta ſunt ad c. 19. hujus lib. §. 9. [*Torquato ſecundo* Veith.]

Semunciarium tantum ex unciario foenus factum] *ſemiunciarium* Voſſ. 2. Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et plures ex prioribus editionibus. Non multum hinc abit Lovel. 3. transpositis literis *ſenium-ciarium* praeferens. V. infra ad 34, 1, 3. Deinde *factum foenus* editi Aldo priores, qui, adſtipulantibus ſcriptis, ordinem vocum mutavit, et *foenus factum* vulgavit.

In penſiones aequas triennii, ita ut quarta praeſens eſset, ſolutio aeris alieni diſpenſata est] Vet. lib. *in triennium*. SIG. *penſiones aequas in triennium* Harlej. 2. *in penſiones aequas in triennium* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Optimi codices aliique omnes in vulgatam ſcripturam conſpirant. Doujatius tamen obſervat, aes alienum quatuor penſionibus diſſolvi juſſum eſſe, ita ut prima quarta pars ſtatim repraeſentaretur; quartae aliae partes ſub finem primi, ſecundi, ac tertii anni, omnes intra triennium numerarentur. Hac de cauſſa legi malebat *in triennium*, vel potius *triennio*. Poſſet lectio *in penſiones aequas in triennium* recipi, ſi meliorum codicum auſpicio probaretur. Ita enim loquitur 30, 37, 5. *Decem millia talenti, deſcripta penſionibus aequis in annos quinquaginta ſolverent*. At tum potius, ut repetitionem *τοῦ in* vitaret, dicturus fuiſſe videtur Livius, *et penſionibus aequis in triennium ſolutio aeris alieni diſpenſata est*, quomodo etiam loco laudato extulit. Potuiſſet etiam dicere *in penſiones aequas per triennium*, ut infra 38, 9, 9. *Quingenta Fuboïca darent talenta: ex quibus ducenta prae-*

4 alieni dispensata est. et sic quoque parte plebis adfecta, fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit. Levatae maxi-
5 me res, quia tributo ac delectu superseſſum. Tertio anno poſt Satricum reſtitutum a Volscis, M. Valerius Corvus, secundum consul cum C. Poetelio factus, quum ex Latio nunciatum eſſet, legatos

sentia, trecenta per annos sex, pensionibus aequis. vel *in pensiones aequas intra triennium*, ut 38, 38, 13. *Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato intra duodecim annos pensionibus aequis.* Quum tamen non tantum major pars codicum, sed et omnes integriores vulgatum servent, id mutare religio est. *pensiones aequas triennii*, ut *pensiones decem annorum* 33, 30, 7. *Mille talenta daret populo Romano: dimidium praesens, dimidium pensionibus decem annorum. aequae pensiones triennii* sunt aequae ratione non tantum summae solvendae, sed et ratione temporis, intra quod solutio erat praeſtanda. Vox *triennii* male deficit in Lovel. 4. Praeterea *ut quarta pars esset* non recte obſerunt Voſſ. 2. Lovel. 3. et Portug.

§. 4. *Fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit*] *fides tū publica* Lovel. 2. V. ad 22, 17, 5. *potius ad curam* Harlej. 2. *ad curam senatus fuit* Lovel. 4. a m. 1. *potior ad curam*, ut apud Cic. in Topic. 2. *Inveniendi vero artem, quae Topice dicitur, quaeque ad usum potior erat, totam reliquerunt.* 1. de Finib. 4. *Judicabit nulla ad legendum his esse potiora.*

Quia tributo ac delectu superseſſum] *dilectu* Florent. Lovel. 1. et Klock. V. ad 37, 51, 7. *quia dilectos tributo superseſſum* Leid. 1. *tributo ac delectu* Voſſ. 2. Harlej. duo, Gaerts. et Fragm. Hav. Cic. 1. de Invent. 40. *Sunt autem, qui putant, nonnumquam posse complexione et oportere supersederi.* 4. ad fam. Ep. 2. *Ut supersedeas hoc labore itineris.* In verbis praecedentibus *Levatae maximae res* errore operarum edidit Froben. anno 1535. quae lectio tamen per reliquas editiones omnes propagata est, donec tandem Dan. Heinsius in Elzevir. emendaret.

§. 5. *M. Valerius Corvus secundum consul cum C. Petilio factus*] Petilio etiam adjiciendum *Il.* quippe qui fuit consul anno cccxcv. nisi quis alium fuiſſe contendat: quod ut negari, ita sciri non poteſt. GLAR. Quemadmodum ex sententia Glareani sciri nequit, consulem hujus anni C. Poetelium diversum eſſe ab illo, qui supra memoratur hoc lib. c. 11, 2. ita viciſſim adfirmari nequit, eumdem eſſe: quare cautius egiſſet Glareanus, si non pronunciasset, Poetelio etiam adjiciendum eſſe *secundum*. Verum ex mea aliorumque sententia illud *secundum* Poetelio non est addendum. In nullo enim invenitur codice; ut nec apud

tos ab Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum; priusquam plus hoftium fieret, 6
Volscis arma inferre jussus, ad Satricum exercitu infefto pergit. quo quum Antiates aliique Volsci praeparatis jam ante, si quid ab Roma moveretur, copiis obcurriffent, nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta est. Volsci, ferocior ad 7
rebellandum, quam ad bellandum, gens, certa-

Censor. de Die nat. c. 17. neque etiam in ullis faftis, praesertim autem non in marmoribus Capitolinis, quae, licet hoc anno lacera, Poetelii tamen cognomen *VISOLVS* praeferunt, eique iterati consulatus notam *II.* non adjiciunt. Non addo, consules hujus anni et anni CCCXCV. diversos videri, quoniam hujus anni consul in marmoribus Capitolinis cognominatur *Visolus*, ab aliis *Libo*; unde Pighius eum duo illa cognomina *Libo Visolus* habuiffe opinatur in Annal. ad ann. CDVII. p. 298. at consul anni CCCXCV. Livio supra c. 11, 2. vocatur *C. Poetelius Balbus*. Dixi enim ad illum locum, verisimilem effe conjecturam Sigonii, qui *Libo*, pro *Balbus*, emendandum censet, quoniam etiam illius anni consul *Libo Visolus* in marmoribus Capitolinis vocetur. Ceterum *Poetilio*, vel *Petilio*, scripti. V. ad 3, 35, 11. Tum *Corvus secundus consul* Voff. 2. Lovel. 3. et Gaertn. *Corvus iterum consul* Lovel. 4. In verbis sequentibus *quum exultatio nuncia esset*, pro *quum ex Latio nunciatum esset*, praeferunt Voff. 2. et Lovel. 3. *quum exultatio nunciatum esset* Leid. 1.

Legatos ab Antio circumire populos] *legatos Antio* Lovel. 4. Male. V. ad 4, 7, 4. Tum *circuire* Haverk. V. supra ad 3, 6, 9.

§. 6. *Nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta est*] *offensos diutino odio* Leid. 2. et Lovel. 2. V. Cel. Burm. ad Suet. Galb. 3. *infestos diutino odio* Lovel. 1. a m. 1. sollemni scribarum errore. V. ad 2, 46, 7. *infensos tam diutino odio* Lovel. 4. et Neapol. Latinii. Sed *infensus odio*, ut *infensus ira* 2, 12, 12. *Rex simul ira infensus, periculoque conterritus*. ubi tamen alii codd. praeferunt *incensus*. Deinde τὸ *est* ignorat Lovel. 2. Praeterea verbis praecedentibus *Antiates et alii Volsci* Lovel. 4. Tum *si quid a Roma* Voff. 2. Lovel. 3. Portug. et Gaertn.

§. 7. *Volsci, ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum, gens, certamine victi, fuga effusa*] Non ambigo de hac lectione, quam et vetuftiffimae agnoscunt editiones. Sed cur tam bona et aperta lectio Pall. membranas non habet affertores? ex quibus primus ac tertius: *Vulscorum ad rebellandum magis, quam ad bellandum, gens certamine victa fugit*. In Pal. sec. fuerat initio. *Volsci, ferocior ad rebellandum gens, certamine victi*. GEBH. Codices etiam quidam eorum, quos con-

mine victi, fuga effusa Satrici moenia petunt. et, ne in muris quidem satis firma spe, quum corona militum cincta jam scalis caperetur urbs, ad quatuor millia militum, praeter multitudinem inbellem,
8 sese dedidere. Oppidum dirutum atque incensum: ab aede tantum Matris Matutae abstinuere ignem. Praeda omnis militi data. Extra praedam quatuor millia deditorum habita. eos vinctos consul ante

sului, a vulgato discedunt. *Volscorum ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum, gens certamine victa fugit* habet Voss. 2. *Volscorum ad rebellandum, quam ad bellandum, gens certamine victa fugit* Fragm. Hav. a m. 1. in quo manus altera inter versus adscripsit vocem *ferocior*, et *fugit* mutavit in *fuga*. *Volscorum ad rebellandum magis, quam ad bellandum, gens victa fugit* Lovel. 3. Neque inde differt scriptura Lovel. 2. nisi quod in eo sit *victi*, pro *victa*. Praeterea *ferociter*, pro *ferocior*, praefert Leid. 2. *ferocior ad rebellandum magis* Gaertn. Nihil mutandum est. *Volsci, gens ferocior* dictum est per adpositionem, ut infra 38, 16, 1. *Galli, magna vis hominum, nullam gentem parem armis rati, in Dardanos pervenerunt*. ubi alia vide. Praeterea *effusa Satrici moenia petiit* Fragm. Hav. *effusaque Satrici moenia petit* Lovel. 2. Verum et hic vulgatum *Volsci* etc. *certamine victi, fuga effusa petunt* verum est. *fuga effusa* nostro frequentissimum est. V. ad 40, 28, 4. [*certamine victa fugit effusaque Satrici* Veith.]

Et, ne in muris quidem satis firma spe] Vocula *ne* a librario Haverk. omissa est. Tum *satis firma spe* Leid. 1. et Harlej. 1. *satis firma spem* Florent. *satis firma spes* Portug. Librariis fraudi fuisse videtur, quod non adsecuti sint, haec dicta esse per ellipsin participii verbi substantivi, quam ob caussam alibi etiam saepe errarunt. V. supra ad 4, 47, 7.

Ad quatuor millia militum, praeter multitudinem inbellem, sese dedidere] *agmen militum praeter multitudinem* Lovel. 2. *ad duum milium praeter multitudinem* Voss. 2. et Lovel. 3. sed *quatuor millia deditorum* mox memorantur. *ad quatuor millia praeter multitudinem* Harlej. duo, Portug. Gaertn. omnesque edd. usque ad Cl. Jac. Gronov. qui primus, adoptata voce, *ad quatuor millia militum* edi curavit: quomodo etiam praeferunt reliqui codd. nisi quod alio ordine *ad quatuor militum millia* sit in solo Florent. Vox *militum* exciderat ob similitudinem alterius *millia*, vel *milia*; unde etiam factum, ut ea omissa in uno et altero Mito *milium*, pro *milia*, scriptum fuerit. Deinde *praeter imbellem multitudinem* Lovel. 4. Insuper *sese dedere* idem Lovel. 4. *se dedere* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Sed saepius *dedere* et *dare* commutantur. V. infra ad 39, 50, 9.

§. 8. *Oppidum dirutum atque*

currum triumphans egit: venditis deinde magnam pecuniam in aerarium redegit. Sunt, qui hanc 9
multitudinem captivam servorum fuiſſe scribant: idque magis verisimile est, quam deditos veniiſſe.

XXVIII. Hos consules secuti sunt M. Fabius 1
Dorso, Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncum inde bellum ab repentina populatione coeptum. metu- 2
que, ne id factum populi unius, consilium omnis

incensum] *diruptum* Voſſ. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. sed duo poſteriores codd. a m. 1. nam a manu altera litera *p* deleta est. V. ad 9, 45, 17.

Ab aede tantum Matris Matutae abstinuere ignem] Ratio forte fuit prodigium supra memoratum 6, 33, 5. Superfuit itaque adhuc tempore belli Punici secundi, infra 28, 11, 2. *abstinuerunt ignem* est in Gaertn.

Extra praedam quatuor millia deditorum habita] *habiti* Mediol. edd. annorum 1495. et 1505. ac Ven. anni 1498. Idem etiam in contextum receperunt Ascens. 1513. et 1516. ac Paris. 1529. altera lectione in marginem rejecta. Id ferri poſſet, si codd. fide niteretur: alibi enim Livius ita loqui solitus est. V. ad 37, 39, 12. At recepta lectio in scriptis conſtanter superest, nisi quod *habitae* legat Leid. 1. ubi ultima litera *e* perperam adhaesit ex principio vocis seq.

Eos vinctos consul ante currum triumphans egit] *eos victos* Voſſ. 1. V. ad 30, 12, 7. *eos victor consul* Portug. Sed recepta scriptura proba est. Mox *venditisque*, adscita conjunctione *que*, Portug. et Haverk.

§. 9. *Idque magis verisimile est, quam deditos veniisse*] *idque magis veris simile* Leid. 1. *idque magis verosimile* Portug. a m. 1. *id magis verisimile* edd. principes. Particulam *que* primus addidit Froben. anno 1535. eamque servant omnes scripti. Praeterea *venisse* Voſſ. duo, Leid. 2. Florent. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. duo, Gaertn. et Haverk.

§. 1. *M. Fabius Dorsuo*] *Dorso*, ut supra dixi. SIG. *Dorsuo* servant Voſſ. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 3. 4. Harlej. 1. et, ut videtur, Florent. ex quo nihil notatum video. Corruptius *Dorsus* habent Voſſ. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Corruptiſſime *Drusus* Lovel. 2. Harlej. 2. et Portug. Solus meorum Haverk. minimae auctoritatis codex, hic tamen recte *Dorso* praefert, quam scripturam probat et adſtruit Pighius in Annal. ad ann. CDVIII. p. 300. V. etiam supra ad 5, 46, 2. Vetuſtae editiones partim *Dorsuo*, partim *Dorsus* receperunt.

Auruncum inde bellum ab repentina populatione coeptum] *Aruncum* Lovel. 2. Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. *inaruncum* Voſſ. 2. *inarum cum* Lovel. 3. *Au&cum* Gaertn. cum edd. antiquioribus. V. ad 2, 16, 8. et mox §. 3. *deinde*, pro *inde*, est in edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad 36, 24, 10. Tum *a repentina* Voſſ. 1. Leid. 2. Lov. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Hinc vox *populatione* deficit in Leid. 2. Deinde *captum*,

nominis Latini eſſet, dictator velut adversus armatum jam Latium L. Furius creatus, magiſtrum equi-
3 tum Cn. Manlium Capitolinum dixit. et quum, (quod per magnos tumultus fieri solitum erat) juſtitio indicto, delectus sine vacationibus habitus eſſet; legiones, quantum maturari potuit, in Auruncos du-

pro *coeptum*, legit Portug. V. supra ad 6, 27, 4.

§. 2. *Dictator velut adversus armatum jam Latium L. Furius creatus*] *adversum armatum jam Latium* Florent. Voſſ. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 3. Harlej. 1. et Gaertn. Verum non modo ingratus sonus lectionem hanc rejiciendam probat, sed etiam mos Livii, de quo v. ad Epit. Liv. 47. *Latinum* Lovel. 1. a m. 1. et Lovel. 2. Poſt eam vocem verbum *esset* inseritur perperam in Gaertn. Denique *vel Furius* Florent. Paullo ante *Latini nominis*, ordine mutato, Lovel. 4.

Cn. Manlium Capitolinum] *C. Manlium* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 2. V. supra hoc lib. c. 3, 3. *T. Manlium* Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. *Coſ. Manlium* Leid. 1.

§. 3. *Delectus sine vacationibus habitus esset*] *dilectus* Florent. et Leid. 1. V. ad 37, 51, 7. *sine vocationibus* Harlej. 2. et ed. Parm. V. supra ad 5, 8, 2. Tum *habitus est* Haverk.

Legiones, quantum maturari potuit, in Auruncos ductae] *quantum* exsulat a Leid. 1. Ejus loco *qui tum* praefert Harlej. 2. *maturare potuit legiones* Leid. 2. Deinde *in Aruncos* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. et Portug. *in Arruncos* Fragm. Hav. *in Auruncium* Harlej. 2. et Haverk. Forte dare voluerunt *in Auruncum*, ut se in Oxon. B. inveniſſe Hearne teſtatur. At nullus praeterea huic lectioni favet. *in aurũ eos* Gaertn. V. paullo ante ad §. 1. et infra ad 8, 15, 3. Praeterea *ducit* Lovel. 1.

Praedonum magis, quam hostium] *quam hominum* Lovel. 4. sollemni librariorum aberratione. V. infra ad 23, 37, 11. Supra 3, 7, 1. *Volscis Aequisque praedonum potius mentem, quam hostium, dedit.*

Prima itaque acie debellatum] *Prima utique acie* Voſſ. 2. Lovel. 3. et Gaertn. Saepe ita variant scribae in codd. antiquis. V. supra ad 3, 52, 5. 5, 43, 4. Infra hoc libro c. 30, 18. 8, 15, 17. 9, 43, 11. et alibi. Deinde *debellatum est* non modo scripti Florent. Voſſ. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. (in Lovel. 5. hic folium deeſſe supra monitum est) Harlej. duo, Portug. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac B. sed etiam omnes excusi usque ad Gronovium, qui nulla hujus mutationis reddita cauſſa, omisit *est*, exemplum ejus reliquis recentioribus secutis; quod pristino loco reſtitui.

§. 4. *Dictator tamen, quia et ultro bellum intulerant, et sine detrectatione*] *Dictator autem, quia* Klock. *Dictator tum, quia* Portug. [Veith.] Infinitis locis voces *tñ*, id est *tamen*, et *tũ*, id est *tum*, in Mſtis confunduntur. V. infra ad 22, 17, 5.

ctae. ibi praedonum magis, quam hoſtium, animi inventi. Prima itaque acie debellatum est. Dicta- 4
tor tamen, quia et ultro bellum intulerant, et sine detrectatione se certamini obferebant, Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem aedem Junoni Monetae vovit: cujus dam-

Dictator tumque Gaertn. Similiter etiam confundi *tá q;* id eſt *que*, et *q'*, id est *quia*, supra vidimus ad 5, 29, 3. Tum prior vocula *et* omittitur in Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. ad 2, 44, 3. Hinc *intulerat* Voſſ. 2. *intulerunt* Leid. 1. Deinde poſterius *et* omittitur in Haverk. Insuper *sine detratione* Portug. *sine detractione* Florent. Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *sine detractatione* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. infra ad 34, 15, 9.

Se certamini obferebant] *sine certamie offerebant* Haverk. *se certatum offerebant* Fragm. Hav. a m. 1. *se ad certamen offerebant* Harlej. 2. Sed *obferre se certamini*, ut *obferre se concordiae* 2, 60, 2. ubi v. quae notantur.

Aedem Junoni Monetae vovit] *Junoni monitate* Leid. 1. et Harlej. 1. *Junoni Monitae* Florent. quomodo mox §. 6. in eodem Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. scriptum superest. Vox *vovit* perperam deficit in Portug.

Cujus damnatus voti] *Votum* Cic. [2. de Leg. 16.] dixit eſſe *sponsionem*, *qua Deo obligamur*, ut interim Juriſtarum ac Theologorum definitiones praetermittamus. Qui vero vota pro re aliqua a Diis impetranda faciebat, *vovere*, seu *vota susciperе*, et *nuncupare vota* dicebatur. Qui vero solvebat, *persolvere*, et *signare vota*. Cujusmodi quum paſſim exſtent exempla, satis erit Plinium audire l. 10. ad Trajan. [ep. 36.] *Solennia vota pro incolumitate tua et suscepimus et solvimus, precati Deos, ut velint semper ea solvi, semperque signari.* ad quod et illud Juvenalis Satyr. 10, [55.] spectat.

Propter quae fas est genua incerare Deorum.

Nam cereas tabellas literis ſignatas, quae votum explicabant, Deorum imaginibus affigebant. At, qui votum susceperat, necdum voti compos persolverat, *reus voti* appellabatur. Virg. 5. Aen. [236.]

Vobis laetus ego candentem litore taurum
Constituam ante aras, voti reus.

Hoc est, ut Servius interpretatur, *voti debitor*. quem locum quoque enarrans Macrobius 3, 2. Saturnal. *Haec vox*, inquit, *propria sacrorum est, ut reus vocetur, qui suscepto voto numinibus se obligat.* Qui vero voto suscepto aſſecutus id, pro quo voverat, nondum tamen soluto voto *damnatus voti* dicebatur: quod clare Livii dicta 27, [45, 8.] demonſtrant. *Deos omnes*, aït, *Deasque precabantur, ut illis faustum iter felixque pugna, matura ex hostibus victoria esset, damnaren-*

natus voti quum victor Romam revertiſſet, dicta-
5 tura se abdicavit. Senatus duumviros ad eam ae-
dem pro amplitudine populi Romani faciendam
creari juſſit. locus in arce deſtinatus, quae area
6 aedium M. Manlii Capitolini fuerat. Consules, di-
ctatoris exercitu ad bellum Volscum usi, Soram

turque ipsi votorum, quae pro iis suscepissent. et 5, [25, 4.] *Haud mirum id quidem esse, furere civitatem, quae, damnata voti, omnium rerum potiorem curam, quam religione se eximendi, habeat.* et 39, [9, 4.] scribit: *Se pro aegroto vovisse, ubi primum convaluisset, Bacchis eum se initiaturam damnatam voti Deûm benignitate exsolvere id velle.* Virgil. Ecl. 5, [79.]

— — — tibi sic vota quotannis
Agricolae facient; damnabis tu quoque votis.

Ubi Servius, *Quum praestiteris*, inquit, *quae homines te oraverint, reddes illos obnoxios ad vota solvenda. Nam sumus voti damnati et obnoxii, antequam reddamus.* Ex quibus patet, Alex. ab Alex. Genial. 3, 22. perperam *damnatum voti* interpretatum, qui voti compos vota exsolviſſet; quod praecipue ex praesenti loco dignoscitur. Nam dictator voti damnatus, nondum eo soluto, dictatura se abdicavit. Cui voto subsequenti anno satisfactum, statim subdit Livius. M. DONAT. Alia vide apud Brisson. 2. de Formul. p. 102. Adde Alciat. ad l. 6. ff. de Verb. Signif. Ceterum *ejus damnatus voti* Harlej. 2. et Portug. Mox *revertit*, pro *revertisset*, Klock.

§. 5. *Duumviros ad eamdem aedem pro amplitudine populi Romani faciendam*] Vet. lib. *ad eam aedem.* SIG. Flor. Voſſ. uterque, Rott. *ad eam aedem.* J. FR. GRON. *ad eam aedem* etiam omnes mei, et Oxonienses Hearnii codices. V. infra ad 10, 10, 6. Praeterea *dum*, pro *duumviros*, Lovel. 4. Deinde pro *amplitudine reip. faciendam* Lovel. 2. V. ad 38, 58, 6. *amplitudine populi Romani faciendam*, omiſſa praepositione, Harlej. 2. *pro amplitudine populi Romani facienda* Haverk.

Quae area aedium M. Manlii Capitolini fuerat] *quae aurea aedium* Lovel. 1. Vox *area* deest in Lovel. 4. vox *aedium* in Hearnii Oxon. C. utrumque vocabulum in Gaertn. Tum *M. Manli Capitolium fuerat* legit Fragm. Hav. *M Manlii Capitolini fuit* Portug. De aede M. Manlii in Capitolio v. supra 6, 20, 13.

§. 6. *Exercitu ad bellum Volscum usi, Soram* etc. *ceperunt*] *usis oram*, perperam divisis literis, Voſſ. 2. et Lovel. 3. *versi, Soram* Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] Crediderunt librarii, per compendium scriptum fuiſſe *u si*, qui error admodum frequens est. Duplici errore lapsus est librarius Gaertn. *versis oram* praeferens. At *exercitu ad bellum Volscum verso, coram ceperunt* praefert Lovel. 2. Praeterea *incautos orti*, pro *adorti*, Lovel. 3. *in cautes adorti* Leid. 1. *incautos adorunti* Harlej. 1.

ex hoſtibus, incautos adorti, ceperunt. Anno poſt, quam vota erat, aedes Monetae dedicatur, C. Marcio Rutilo tertium, T. Manlio Torquato secundum consulibus. Prodigium extemplo dedica- 7
tionem secutum, simile vetuſto montis Albani prodigio. namque et lapidibus pluit, et nox interdiu

Aedes Monetae dedicatur] V. supra ad §. 4. Hanc autem aedem Kalendis Juniis dedicatam eſſe, ex Macrob. 1. Saturn. 12. observat Pighius in Annal. ad ann. CDIX. p. 301.

C. Marcio Rutilo tertium, T. Manlio Torquato secundum consulibus] Quidam codices utrique *tertium* dederunt, quidam *secundum*, sed utrique errant. Martius enim ter fuit hic consul, Manlius iterum, utcumque in prioribus inſtituatur lectio. GLAR. Quinam sint, qui utrumque hoc anno tertium consulatum adeptum exiſtimarint, nondum inveni. utrique vero notam *II.* addunt Colon. ed. anni 1525. et quaedam aliae: vocem *secundum* ed. Cervicorni: vocem *iterum* Ascens. anni 1530. quae lectio nullius codicis fide nititur. Unus enim Lovel. 4. priorem consulem *quartum*, alterum *tertium* fuiſſe dicit: unus etiam Lovel. 2. priori numerum nullum addit. reliqui omnes Marcium *tertium*, Manlium *secundum* fuiſſe tradunt, quod recte Glareanus hoc loco probavit. Verum ita admitti nequit conjectura, quam supra proposuit hoc lib. c. 19, 9. nempe c. 16, 1. pro *Cn. Manlio* legendum eſſe *T. Manlio*. Ceterum poſteriori consuli male praenomen *Gn.* tribuitur in Fragm. Hav. *M. T.* in Lovel. 2.

§. 7. *Simile vetusto montis Albani prodigio*] Hoc prodigium factum est Tullo Hoſtilio regnante, ut scripsit 1, [31.] SIG. Paullo ante *dedicatione secutum* perperam est in Leid. 1. et Harlej. 1.

Namque et lapidibus pluit, et nox interdiu visa intendi] Dodwellus de Cyclis Diſſert. 10, 80. scribit, se non facile credere, verba haec ad eclipsin aliquam, quae A. V. CDXII. Varroniano contigerit, fuiſſe referenda: nam sibi aegre persuaderi, eclipsium causas hoc saeculo Romanis fuiſſe explicatas; neque verba Livii eclipsin compertam supponere, et satis apte referri poſſe ad tenebras, quae propter nebulas, vel aliam quamcumque causam evenerunt. Hic quoque mihi accidit, quod saepe alibi in legendis illius scriptis, ut, quae lego, non intelligam: quae fortaſſe mea, non illius, culpa est. Primum non scio, quinam illi sint, qui hoc A. V. solem defeciſſe dicant. Si eorum sententia non alio fundamento, quam his verbis Livii, nititur, adsentior Dodwello, ex his non magis colligi poſſe defectionem solis quam ex iis, quae leguntur 38, 36, 4. *Luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebrae obortae fuerant.* Nam de defectione solis aut lunae aliter loquitur. V. 37, 4, 4. et 44, 37, 7. Sin autem id ex aſtronomicis rationibus probatum dederunt, fruſtra adversus eos verborum argutiis contenditur. Deinde plane non video, quid valeat ratio, ob quam vir doctiſſimus dicit, se non facile

visa intendi: librisque inspectis, quum plena religione civitas effet, senatui placuit, dictatorem fe-
8 riarum conftituendarum cauffa dici. Dictus P. Valerius Publicola. magifter equitum ei Q. Fabius Ambuftus datus est. Non tribus tantum supplicatum ire placuit, sed finitimos etiam populos; ordoque
9 iis, quo quisque die supplicarent, ftatutus. Judicia eo

credere, verba Livii ad eclipsin fuiffe referenda, *quia* nimirum *hoc saeculo Romanis non explicatae erant causae eclipsium.* Nam quis umquam ab hiftorico, qui solem aut lunam defeciffe, vel terram moviffe, vel cometen fulsiffe, vel quid aliud rerum naturalium prodidit, exegit, ut rerum illarum causas et rationes cognitas atque explicatas haberet. DUK. *nam et lapidibus* Harlej. 2. quomodo etiam alibi errarunt operae. V. supra ad 4, 56, 2. 5, 22, 4. et c. 47, 2. Infra ad cap. seq. §. 6. ad 8, 36, 2. atque alia loca. Tum *lapidibus pluvit* Voff. 2. et Gaertn. simili erque se in duobus Pall. inveniffe, supra monuit Gebhard. ad 3, 10, 6. V. ad 1, 31, 1. Vocem *pluit* omittit Haverk. Deinde *vox interdiu* Lovel. 2. V. supra ad 5, 44, 6. *nos interdiu* Lovel. 1. Vocabulum *nox* deficit in Voff. 2. Tum *visa incendi* Voff. 2. qualis varietas alibi saepe in Mftis obcurrit. V. ad 1, 25, 2. *visa intende* Florent. sed ultimae literae suprascribitur *τὸ r*, quasi vellet *visa intendere.* At ita legendum foret *visa se intendere*, ut supra 1, 57, 8. *Quo quum primis se intendentibus tenebris pervenissent.* ubi alia exempla notavit Gronov. Obseq. de Prodig. c. 123. *Circa horam undecimam nox se intendit.* Nihil tamen mutandum, et Florentini cod. librarium lapsum effe, aliorum codicum consensus oftendit. Mox *libris quoque inspectis* Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. supra ad 5, 27, 1.

§. 8. *Dictus P. Valerius Publicola*] Praenomen omiserunt Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est] *magister equitum Q. Fabius Ambustus dictus est* Lovel. 4. Sed vox *dictus* modo praeceffit. Confunduntur autem haec vocabula etiam supra 3, 31, 5. et infra hoc lib. c. 31, 8. *Τὸ ei* exsulat etiam ab Haverk. cujus loco *et* praeferunt Leid. 1. et Gaertn. Ceterum ultima vox *est* multaeque sequentes usque ad finem hujus §. desunt in Harlej. 1.

Non tribus tantum supplicatum ire placuit, sed finitimos etiam populos] *Non tantum tribus* Portug. et Haverk. Tum *ire supplicatum* Gaertn. Deinde *finitimos populos etiam* Voff. 2. Ceterum *supplicatum ire* etc. *quo quisque die* perperam omittuntur in Harlej. 1.

Quo quisque die supplicarent] *qua quisque die* Lovel. 2. Hinc *supplicare* Portug. *supplicaret* Voff. 2. Lovel. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. N. Male. V. ad 2, 22, 7.

§. 9. *Judicia eo anno populi Romani tristia in foeneratores facta*] Abest a MSS. *τὸ Romani.* J. FR. GRON. Eadem vox non

anno populi triſtia in foeneratores facta, quibus ab aedilibus dicta dies eſſet, traduntur. Et res, haud ulla insigni ad memoriam cauſſa, ad interregnum rediit. Ex interregno, ut id actum videri poſſet, ambo patricii consules creati sunt, M. Valerius Corvus tertium, A. Cornelius Coſſus. 10

XXIX. Majora jam hinc bella, et viribus ho- 1

tantum abest etiam ab omnibus meis, et Hearnii Oxoniensibus Mſtis, sed etiam ab omnibus edd. usque ad ultimam Gruteri; quae, nescio qua auctoritate, eam recepit. Unde recte a Gronovio iterum expuncta est. *tristia populi* alio ordine Portug. a m. 1. et Haverk. *tristicia*, vel *tristitia*, pro *tristia*, Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 3. 4. Harl. 1. et Gaertn. V. supra ad 4, 52, 5.

Quibus ab aedilibus dictae dies essent] Legendum *ab aedilibus dicta dies*. GELEN. *dictae dies essent* primus ediderat Aldus, eamque scripturam servant tantum non omnes codd. mei, nisi quod *dictae dies esse* sit in Leid. 2. Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 2. An ergo ideo numero plurali utitur, quod cuilibet foeneratorum alia atque alia dies dicta sit? Verum vel ita numerum unitatis adhibet Livius infra 10, 13, 14. *Eo anno plerisque dies dicta ab aedilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent.* c. 23, 11. *Aediles curules aliquot foeneratoribus diem dixerunt.* Gelenio itaque adsentior.

Et res, haud ulla insigni ad memoriam caussa, ad interregnum rediit] *Ea res* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum *haud illa insigni* Voſſ. 2. V. ad 25, 11, 3. Hinc *ad interregnum redit* Florent. Voſſ. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 36, 35, 2.

§. 10. *Ex interregno, ut id actum videri posset, ambo patricii consules creati sunt*] Priore etiam anno ambo patricii consules fuerunt, cujus tamen rei non meminit. Fabius, inquam, et Sulpicius. SIG. Verum hi non anno priore, sed biennio antea consules creati sunt. Ceterum *Ex interregno id actum videri potest* Klock. *Ex interregno id actum videri posset* Fragm. Hav. a m. 1. *Ex interregno et id actum videri posset* Gaertn. *Ex interregno, ut id actum videri possit* Lovel. 2. *Ex interregno, ut id actum videri posse* Portug. *Tò sunt* non adparet in Lovel. 3.

M. Valerius Corvus tertium, A. Cornelius Cossus] Vocem *tertium* non agnoscunt Gaertn. et Hearnii Oxon. C. Tum *et A. Cornelius* Portug. et Haverk. *et M. Cornelius* Fragm. Hav. Sed Cornelii praenomen exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2.

§. 1. *Et longinquitate vel regionum, vel temporum spatio*] Suspectum est ultimum vocabulum, tamquam insertum ab aliquo, qui longinquum de tempore dici non putabat. V. 4. Observ. 11. 9. [24, 2.] *Et aut tempore longinqua, aut praeceps periculo victoria esset.* J.

stium, et longinquitate vel regionum, vel temporum spatio, quibus bellatum est, dicentur. namque eo anno adversus Samnites, gentem opibus
2 armisque validam, mota arma. Samnitium bellum, ancipiti Marte gestum, Pyrrhus hostis, Pyrrhum Poeni secuti. Quanta rerum moles? quoties in extrema periculorum ventum, ut in hanc magnitudinem, quae vix sustinetur, erigi imperium posset?

FR. GRON. Vox *spatio* haud male meo judicio suspecta est Gronovio. *longinquus* enim et *longinquitas* saepissime apud Livium non tantum de loci, sed et temporis spatio adhiberi solent. Supra 1, 31, 5. *Donec ipse quoque longinquo morbo est inplicitus.* 2, 14, 3. *Inopi tum urbe ab longinqua obsidione.* 5, 5, 12. *Cibi gratia praesentis aut potionis longinquum et forsitan insanabilem morbum efficiat.* c. 6, 8. *Ut exercitum Romanum non taedium longinquae obpugnationis, non vis hiemis ab urbe circumsessa semel amovere possit.* c. 11, 5. *Quibus diutina militia longinquitasque belli sit gravis.* c. 15, 5. *Jam per longinquitatem belli commercio sermonum facto.* 6, 8, 10. *Cohortatus milites, ne, tamquam Vejos obpugnantes, in opere longinquo sese tererent.* hoc lib. c. 16, 3. *Exercitum in agrum Privernatem, integrum pace longinqua, induxit.* (* 10, 31, 15.) 21, 23, 4. *Constabat, non tam bello motos, quam longinquitate viae.* 41, 21, 5. *Longinquo, maxime quartanae, inplicabantur morbo.* Etiam alios scriptores similiter locutos esse, patebit ex illis, quae notavit Cl. Jac. Gronovius ad Cic. de Senect. 12. Broekhus. ad Prop. 1. El. 6, 27. et quae dixi ad Silii 6, 628. Pro *longinquitate* Harlej. 2. [Veith.] praefert *propinquitate;* et ita m. 2. emendatum erat in Gaertn. et in contextu Voss. 2. exstabat, in quo posteriori inter versus adscriptum erat *longinquitate.* Tum *religionum* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 2. Harlej. 1. Portug. a m. 1. et Haverk. [Veith.] Alibi hae voces commutari solent. V. ad Epit. Liv. 2. ad 5, 34, 7. c. 54, 3. (*35, 51, 2.) et alibi. Adde Cel. Burm. ad Sueton. Aug. 90. Deinde *vel temporis* Leid. 1. Paullo ante *Majora dehinc bella* Lovel. 4. *Majora hinc bella,* omissa vocula *jam,* Hearnii Oxon. L. 2.

Quibus bellatum est, dicentur] Verbum *est* non adparet in Harlej. 2. Portug. et Haverk. Vox sequens *dicentur* omittitur in Lovel. 4. Sed *dice'tur*, id est *diceretur*, pro *dicĕtur*, id est *dicentur*, praefert Gaertn. Similiter erratum est supra in Mss 6, 18, 7. *dicerentur* exhibet Haverk. V. quae notantur ad 1, 56, 7.

Adversus Samnites, gentem opibus armisque validam] *adversus Samnitem* Hearnii Oxon. L. 1. et B. reliquis invitis.

§. 2. *Samnitium bellum, ancipiti Marte gestum*] *Samnitium bellum* Voss. 1. pro varia lectione in margine, Leid. 1. Lovel. 1. 2. et Harlej. 2. Sed ia-

Belli autem cauſſa cum Samnitibus, Romanis, quum 3
societate amicitiaque juncti eſſent, extrinsecus venit; non orta inter ipsos est. Samnites Sidicinis 4
injuſta arma, quia viribus plus poterant, quum intuliſſent, coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere, Campanis sese conjungunt. Campani 5
magis nomen ad praesidium sociorum, quam vires, quum adtuliſſent, fluentes luxu ab duratis usu ar-

fra similiter, ut hoc loco, 10, 31, 10. *Supersunt etiam nunc Samnitium bella. Samnitum bellum* Portug. et edd. Mediol. anni 1495. Ven. anni 1498. et quaedam aliae. Et ita plerumque alibi multi codd. praeferre solent. Male. V. infra ad 23, 11, 11. Tum *ancipite Marte gestum est* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *ancipiti gestum Marte* Leid. 2. et Lovel. 1. *ancipiti Marte gestum est* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Quanta rerum moles] Sic MSS. non *mole*. J. FR. GRON. *moles* non tantum etiam omnes mei Mſti, sed et omnes edd. usque ad Dan. Heinsium, qui apud Elzevir. *mole* vulgavit, verisimiliter operarum errore.

In hanc magnitudinem, quae vix sustinetur] *qua vix sustinetur* Lovel. 2. *qua vix sustinet* Leid. 1. V. ad 10, 10, 1.

§. 3. *Belli autem caussa cum Samnitibus, Romanis* etc. *extrinsecus venit*] *Belli autem caussa Samnitibusque Romanisque* Lovel. 3. sed prius *que* delendum esse, subjectis notis librarius docuit. *Belli autem caussa cum Samnitibus Romanisque* Voſſ. 2. non placet; ut nec quod *Romani* legant Portug. et Haverk. Perperam etiam *Etruscus venit*, pro *extrinsecus*, Leid. 2. Una autem voce auctior Gaertn. *societate amicitiaque invicem juncti* legit. Mox *inter ipsos orta est* alio ordine Lovel. 4.

§. 4. *Inopes ad opulentiorum auxilium confugere*] *ad auxilium opulentiorum* Lovel. 4. *Opulentus* autem hic est potens, viribus praevalens. V. ad 2, 21, 5. Ceterum *opulentorum* est in edd. Rom. 1472. et Parm.

§. 5. *Magis nomen ad praesidium sociorum, quam vires, quum adtulissent*] Curtius 4, 13. *Indi ceterique rubri maris adcolae, nomina verius, quam auxilia, post currus erant.* V. supra ad 3, 65, 9.

Fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro] *fruentes luxu* Portug. Infra hoc lib. c. 32, 7. *Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque sua, quam vi hostium, victos esse.* Cic. de Amic. 15. *Non ergo erunt homines deliciis diffluentes audiendi.* V. Cl. Dukerum ad Flori 4, 12, 65. Deinde *a duratis* Leid. 2. Lovel. 4. et Fragm. Hav. *in Sidicino pulso agro* Haverk. V. ad 6, 3, 8. *in Sidicino agro pulsi* Lovel. 4.

In se deinde molem omnem belli verterunt] Praepositio *in* omittitur in Leid. 1. Deinde *omnem belli molem vertere* Lo-

morum in Sidicino pulsi agro, in se deinde molem
6 omnem belli verterunt. namque Samnites, omissis Sidicinis, ipsam arcem finitimorum Campanos adorti, unde aeque facilis victoria, praedae atque gloriae plus esset, Tifata, inminentes Capuae colles, quum praesidio firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in planitiem, quae Capuam

vel. 4. *molem omnem verterunt belli* Fragm. Hav. a m. 1. *vertunt*, pro *verterunt*, Leid. 2. V. infra ad 10, 12, 4. Similiter variant codd. mox §. seq.

§. 6. *Namque Samnites ipsam arcem finitimorum Campanos adorti*] *nam Samnites* Leid. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. V. ad cap. praec. §. 7. Hinc *ipsam arcem finitimorum Campanorum* Leid. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Atque ita in optimo Florent. a m. 2. interpolatum est. Male. Ipsi Campani hoc loco finitimorum *arx* vocantur, id est, eorum praesidium, auxilium. Ita infra 7, 34, 4. *Arx illa est spei salutisque nostrae.* Cic. Orat. 8. Philipp. 8. *Quum ad nos Cotylam mitteret, ornamentum atque arcem amicorum suorum.* [*Campanos* omittit Veith.]

Undique aeque facilis victoria, praedae atque gloriae plus esset] *inde ut facilis victoria, et praedae atque gloriae plus esset* Harlej. 2. Portug. et Haverk. [*Inde cum aeque* Veith.]

Tifata, inminentes Capuae colles] *Tifacta* Voss. 2. Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *Tifatam* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et B. Similiter etiam a m. 2. interpolatum erat in optimo Florent. At *Tifata* nomen montis est numero plurali. Silius Ital. 13, 219.

Tifata umbrifero generatum monte Calenum
Nutrierant, audere trucem.

Infra 23, 36, 1. *Super Capuam in Tifatis habebat castra.* 36, 5, 4. *In valle occulta post Tifata montem inminentem Capuae consedit.* Alia loca v. apud Clover. 4. Ital. Ant. 5. p. 1178. Praeterea *imminentem Capuae collem* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et B. *montem* quidem vocat I. I. Livius, vulgatum tamen, quod reliqui codd. tuentur, non mutem; quum potuerit esse mons plures colles, sive tumulos, habens. Certe *tumulos* ei etiam adscribit Silius Ital. 12, 487.

Tifata invadit propior, qua moenibus instat
Collis, et e tumulis subjectam despicit urbem.

Descendunt inde quadrato agmine in planitiem, quae Capuam Tifataque interjacet] *descenderunt* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. V. ante §. praec. Tum *Tifactaque* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *Tifatemque* Leid. 2. *Tifatamque* Voss. 1. Leid. 1. [?] Harlej. 2. Port. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. et C. V. ad verba praec.

§. 7. *Campani intra moenia compulsi. Quum robore*] *To suae*

Tifataque interjacet. ibi rursus acie dimicatum: 7
adversoque proelio Campani intra moenia compulsi, quum, robore juventutis suae adciso, nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxilium.

XXX. Legati, introducti in senatum, maxime in 1
hanc sententiam locuti sunt: *Populus nos Campanus*

significat, aliter scripsisse Livium, et quidem hoc modo. *ibi rursus acie dimicatum, adversoque proelio Campanis intra moenia compulsis quum, robore juventutis suae acciso, nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxilium* J. FR. GRON. Gronovii emendationi nulli codices favent, neque etiam illam necessariam existimo, modo mutata interpunctione locus ita distinguatur, quemadmodum in contextu exprimi curavi, et omnes etiam praeferunt usque ad Gruter. qui in postumam editionem recepit distinctionem, quae Gronovio displicuit, et ab omnibus recentioribus servata est. Neque tantum Gronovii emendationem non necessariam, sed ne admitti quidem posse, existimo. Si enim legamus *Campanis intra moenia compulsis*, non video, quo commode referendum sit, quod sequitur, *coacti sunt*. At nunc cohaerent *Campani, intra moenia compulsi, coacti sunt ab Romanis petere auxilium, robore juventutis suae acciso*. Et ita *τὸ suae* incommodum non est. Ceterum *inter moenia* habent Voss. 2. Lovel. 2. in contextu, Lovel. 3. et Haverk. quomodo etiam operarum errore praeferunt edd. Basil. anni 1539. et Curionis. Et ita librarii quoque saepius in Mstis peccarunt. V. supra ad 5, 27, 2. Tum *pulsi* edd. vett. usque ad Aldum, qui *compulsi* dedit, consentientibus scriptis. Paullo ante vox *proelio* non adparebat in Haverk. inertia scribae.

Quum robore juventutis suae occiso] *acciso* est in archetypis, non *occiso*. GELEN. *occiso* servant Voss. 1. a m. 2. Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 1. 2. ac 3. *absciso* inveni in Portug. Harlej. 2. et Gaertn. *abscisso* in Haverk. Sed *acciso*, ut Gelenius restituit, praeferunt Florent. Voss. 1. a m. 1. Leid. 1. Lovel. 4. Harlej. 1. Klock. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quod verum esse judico. Passim enim *adcisus* nunc in *occisus*, nunc in *abscisus* commutatur. V. supra ad 3, 10, 8. ubi viri docti pluribus de hac voce egerunt. Adde, quae notavi ad Silii Ital. 2, 392. Mox *nulla spes esset propinqua* alio ordine editi ante Aldum, qui, concinentibus scriptis, ut nunc editur, vulgari curavit. Praeterea *a Romanis* Voss. ambo, Lovel. 1. et Gaertn.

§. 1. *In hanc sententiam locuti sunt: Populus nos Campanus legatos ad vos, Patres conscripti, misit*] Haec petitio Campanorum expressa est ex l. 1. Thucydidis [32.] quo in loco Corcyraei auxilium ab Atheniensibus petunt. Quod quisque intelliget, qui utrasque orationes comparabit. SIG. Vocem *legatos* non reperit Hearnius in Oxon. L. 1. qui vocem *conscripti* simi-

legatos ad vos, Patres conscripti, misit; amicitiam in
2 *perpetuum, auxilium praesens a vobis petitum. quam si secundis rebus nostris petissemus, sicut coepta celerius, ita infirmiore vinculo contracta esset. tunc enim, ut*

liter non invenit in B. Eamdem negligunt Harlej. 1. Portug. et Haverk. Praeterea *in hanc sententiam sunt locuti* legit Gaertn.

Amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a vobis petitum] In edit. quae sub nomine Sigonii, sed diu post ejus mortem, prodiit Venet. anno 1592. editum exstat *auxilium in praesens:* quod qua auctoritate receptum sit, se nescire profitetur Hearnius. Ita vero scribendum esse, etiam Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii conjecit, adscripto hoc loco ex Liv. 7, 37, 2. *Milites duplici frumento in perpetuum, in praesentia singulis bubus binisque privis tunicis donati.* Ex omnibus autem codicibus, quos evolvi, ita unus praefert Lovel. 2. Et potuit sane illud *in* intercidisse ob similitudinem ultimae literae vocis praecedentis *auxilium*, quemadmodum alibi saepe factum. V. ad 10, 13, 5. Ita fere locutus est Livius 2, 42, 7. *Nec in praesens modo, sed in venientem etiam annum M. Fabium, Kaesonis fratrem, et magis invisum alterum plebi, accusatione Sp. Cassii, L. Valerium consulem dedit.* 8, 7, 22. *Manlianaque imperia non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent.* 42, 47, 8. *Interdum in praesens tempus plus profici dolo, quam virtute: sed ejus demum animum in perpetuum vinci, cui* etc. Etiam Cic. ad Brut. Epist. 15. *Ut et in praesens sceleratos cives timore ab inpugnanda patria deterrerem, et in posterum documentum statuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari.* Verum quum omnes alii codd. in editam lectionem conspirent, eam veriorem esse existimo; praesertim quum Livius, qui variandi orationem quamcumque occasionem captavit, eam ob caussam hic etiam potius *amicitiam in perpetuum, auxilium praesens* dixisse videatur, quam vel *amicitiam perpetuam, auxilium praesens*, vel *amicitiam in perpetuum, auxilium in praesens.* Sane simili varietate orationem distinguit infra 9, 3, 10. *Priore se consilio cum potentissimo populo perpetuam firmare pacem: altero consilio in multas aetates bellum differre.* et 45, 18, 2. *Ut et in libertate gentes quae essent, tutam eam sibi perpetuamque sub tutela populi Romani esse; et quae sub regibus viverent, et in praesens tempus mitiores eos justioresque respectu populi Romani habere se.* Similia alia v. ad 38, 39, 10.

§. 2. *Petissemus, sicut coepta celerius, ita infirmiore vinculo contracta esset*] *petiissemus* Gaertn. Male. Ita supra restitui 5, 39, 4. *Quum pars major ex acie Vejos petisset.* ubi etiam antea edebatur *petiisset.* V. infra ad 8, 2, 9. Tum *ita firmiore vinculo* contra sensum Livii Lovel. 2. Deinde *conjuncta esset* Leid. 2. quod ex interpretis glossa marginali in contextum inrepsisse puto. Paullo ante *secundis nostris rebus* alio ordine edd. ante Aldum, invitis scriptis. Mox ver-

qui ex aequo nos venisse in amicitiam meminissemus, amici forsitan pariter ac nunc, subjecti atque obnoxii vobis minus essemus. nunc, misericordia vestra conciliati, 3 *auxilioque in dubiis rebus defensi, beneficium quoque ac-*

bis seqq. *qui ex quo*, pro *qui ex aequo*, Fragm. Hav. a m. 1.

Pariter ac nunc, subjecti atque obnoxii vobis minus essemus] Verba haec *subjecti atque obnoxii vobis minus essemus* absunt a Pall. pr. ac tert. Palatinus sec. exhibet *atque subnoxii*. GEBH. *pariter*, omissis vocibus *ac nunc*, Lovel. 2. Portug. Haverk. et edd. Parm. *pariter nunc*, omissa media voce, Harlej. 2. *pariter at*, omissa particula *nunc*, Gaertn. *pariter ac non* Lovel. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. *pariter, at nunc* a m. 2. quod etiam est in Lovel. 1. *pariter ab nunc*, omissis sex sequentibus vocibus, Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. Neque aliter ab horum codicum lectione differt Harlej. 1. quam quod *pariter ac nunc* servet. Praeterea *subjecti, at subnoxii nimis essemus*, neglecto pronomine *vobis*, Port. a m. 1. in quo *minus* a m. 2. emendatur. *subjecti atque subnoxii nimis essemus* Harl. 2. et Haverk. *Tò vobis* non exstat etiam in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Gaertn. Ejus loco *novis* praefert Flor. Elegans est vox *obnoxius* de eo, qui alterius potestati subjectus est, qui alteri paret. Infra 23, 12, 9. *Si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienae libertatis obliti, alterum suae.* ubi *obnoxius* dicitur, qui *suae libertatis oblitus* est. Similiter, ut hoc loco, *subjectus imperio et obnoxius* junguntur 37, 53, 4. *Verbo socios, re vera subjectos imperio et obnoxios habituri sint.* Et ita *servus et obnoxius* junguntur 42, 46, 4. *Quae serva atque obnoxia fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus.* Et hinc *pax obnoxia* dicitur, quum populus alterius populi majestatem comiter venerari, eique parere, eam superiorem agnoscere, legibus pacis jubetur. Supra 6, 28, 7. *Ubicumque esset Latinus hostis, satis scire eum esse, quem, ad Regillum lacum devictum, centum annorum pace obnoxia tenuerint.* Quoniam vero, qui alteri subjectus est, vel servit, eodem illo infirmior, ejus etiam injuriis expositus sit, et timide agat, hinc factum est, ut *obnoxius* etiam ponatur pro infirmo, injuriis exposito, ac timido; de quibus significationibus agunt Gronov. ad Senec. 3. de ira 8. et Schulting. ad Quinct. Declam. 1, 6. *nimis* autem et *minus* passim in Mstis commutantur ob literarum adfinitatem ac ductuum similitudinem. V. infra ad 36, 9, 7.

§. 3. *Nunc, misericordia vestra conciliati*] *his misericordia vestra* Leid. 1. *his nunc misericordia vestra*, juncta utraque lectione, Harlej. 1. *nunc his misericordia vestra* Voss. 2. et Lovel. 3. *at nunc misericordia vestra* Lovel. 2. Harlej. 2. et Portug. *ac nunc misericordia vestra* Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *nunc at misericordia vestra* Gaertn. *nunc misericordia vestra conciliati* Fragm. Hav. a m. 1.

Ne ingrati, atque omni ope divina humanaque indigni vi-

ceptum colamus, oportet; ne ingrati atque omni ope
4 *divina humanaque indigni videamur. Neque, Hercule, quod Samnites priores amici sociique vobis facti sunt, ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam accipiamur: sed*

deamur] Pall. pr. ac tert. *neque gratia.* GEBH. *ne in gratia* Lovel. 2. *ne ingrā* Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *ne grā* Leid. 2. *neque grā* Voss. 2. *neque gratia* Lovel. 3. Deinde *omni ope, divina atque humana* Gaertn. *omni ope, divina, humana* Portug. quod probari posset, si plurium, graviorisque auctoritatis codicum consensu firmaretur. Ita enim Livio placere, ut, antecedente voce *omnis*, singula, quae ei subjunguntur, sine copula proponantur, Cl. Jac. Gronovius docuit ad 24, 16, 9. Vocem *indigni* non agnoscit Leid. 2.

§. 4. *Ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam suscipiamur*] Pall. tres, Campani editio *in amicitiam accipiamur.* GEBH. Pall. tres, Voss. uterque, editio Campani *accipiamur.* Nam et sic interdum maluit Livius. 8, [25, 3.] de Lucanis et Apulis. *Foedere ergo in amicitiam accepti.* Ubi tentarunt etiam nonnulli codices, offerentes *recepti.* 9, [41, 20.] *Ocriculani sponsione in amicitiam accepti.* 26, 32, 8. *Veniam iis daret, et in fidem clientelamque se urbemque Syracusas acciperet.* Sic vett. edd. cum optimis. Frustra concutit Sigonius laciniam sui codicis *reciperet.* Cicero 2. ad Attic. 22. *Numestium libenter accepi in amicitiam.* J. FR. GRON. *valere arbitramur* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. quomodo dedisse videntur librarii, quod non unus, sed plures legatos a populo Campano Romam missos esse, ex initio hujus capitis meminissent, ac Livius dixisset, *locuti sunt.* Id tamen ita accipi debet, ac si dixisset, eorum unus omnium nomine locutus est. Et hinc etiam infra est §. 6. *Haud parva, ut arbitror, accessio.* et §. 17. *Non loquor apud recusantem justa bella.* et, *ne bello quidem arbitror vobis opus fore.* etiam §. 22. *Stare omnem multitudinem ad portas, certum habeo.* Praefero itaque receptam lectionem, quam et optimi et plures etiam codd. tuentur. Deinde *suscipiamur* in nulla apud me cod. superest. Nam *recipiamur* habent Harlej. 2. Portug. et Hearnii B. ac C. *accipiamur* reliqui omnes cum ejusdem Oxon. L. 1. 2. et N. Eandem etiam lectionem Hearnius se invenisse testatur in ed. Romana principe, quum tamen in ed. Rom. anni 1472. mihi jam *suscipiamur* obvium fuerit. Exemplis, quibus Gronovius locutionem *accipere in amicitiam*, quam in contextum recipienti adsentior, firmavit, addi potest illud Livii 38, 39, 6. *Et Ariarathes rex in amicitiam est acceptus.* Ejusdem generis sunt *accipere in civitatem, accipere in deditionem* et similia. V. supra ad 4, 3, 14. Paullo ante *primores*, pro *priores*, Gaertn. V. infra ad 37, 43, 10.

Vetustate et gradu honoris nos praestent] *vetustate et honore* Lovel. 4. Tum *nobis praestent* Klock. quomodo Livius locutus est 42, 52, 10. *Respicere ad*

sed ut vetustate et gradu honoris nos praestent. neque enim foedere Samnitium, ne qua nova jungeretis foedera, cautum est. Fuit quidem apud vos semper satis 5 *justa caussa amicitiae, velle eum vobis amicum esse, qui vos adpeteret. Campani, etsi fortuna praesens magni-* 6

suum ipsi exercitum, quantum numero, quantum genere militum praestarent tironibus raptim ad id bellum conscriptis ipsi, a pueris eruditi artibus militiae. aliique saepe. Verum uni huic codici, quamvis eum inter optimos refero, fidem habere non audeo; praesertim quum et altera locutio, pro qua stant reliqui codd. (nisi quod *non*, pro *nos*, sit in Leid. 2. et Haverk.) passim apud Livium obcurrat. Supra 3, 61, 7. *Praestate virtute peditem, ut honore atque ordine praestatis.* 5, 36, 4. *Quantum Galli virtute ceteros mortales praestarent.* Infra 37, 30, 2. *Robore navium et virtute militum Romani longe Rhodios praestabant.* ad quem locum plura notantur.

Neque enim foedere Samnitium, ne qua nova jungeretis foedera, cautum est] Pall. pr. ac tert. *ne quos in novo jungeretis foedere.* Sec. autem Palat. *ne qua ope nova jungeretis foedera.* Vides, quid discrepent libri vulgo cusi et codd. MSS. Quae tamen lectio praevaleat, facile, qui non obtusum geris pectus, distingues. Certe vulgatae firmum accommodant consensum edd. vetustissimae. GEBH. *neque nova jungeretis foedere* Leid. 1. et Harlej. 1. *ne qua ope nova jungeretis foedera* Voss. 1. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. (qui *jungeritis* habebat a m. 1.) et Hearnii Oxon. N. ac C. [Veith.] Neque aliter erat in Leid. 2. nisi quod *jungentis* praeferat. *ne quos in novo jungeretis foedere* Voss. 2. et Lovel. 3. *ne qua nova ingeretis foedere* Gaertn. *ne qua jungeretis foedera* Lovel. 2. *ne qua nova foedera jungatis* Lovel. 4. Sed recte vulgatum praetulit Gebhardus. *Jungere foedera*, ut *jungere amicitiam, societatem, pacem*, et similia, de quibus infra v. ad 35, 12, 9.

§. 5. *Velle eum vobis amicum esse*] *velle vobis eum amicum esse* Voss. 1. Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Verbum *esse* non adparet in Lovel. 2. Paullo ante voces *semper satis* desunt in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Earum posterior deest etiam in aliis vetustioribus excusis usque ad Aldum, qui addidit. In omnibus vero scriptis utraque constanter superest.

§. 6. *Populo ulli praeterquam vobis, cedentes*] Nescio, quid Clericum inpulerit, ut ita ederet, quum non modo omnes edd. priores, sed et omnes codices praeferant *ulli populo*, quod revocavi. Male vero *cedens* praefert Lovel. 2.

Haud parva (ut arbitror) accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram] Male sit illorum capitibus, qui perversissime scriptores optimos interpolant: quippe in Palat. sec. hoc modo hic locus mutilatus est: *haud parva (ut arbitror) accessione bonis rebus vestris: si in amicitiam vestram venimus.*

fice loqui probibet, non urbis amplitudine, non agri ubertate, ulli populo praeterquam vobis cedentes, haud parva (ut arbitror) accessio bonis rebus vestris in ami-
7 *citiam venimus vestram. Aequis Volscisque, aeternis hostibus hujus urbis, quandocumque se moverint, ab tergo erimus: et, quod vos pro salute nostra priores feceritis, id nos pro imperio vestro et gloria semper fa-*
8 *ciemus. Subactis iis gentibus, quae inter nos vosque*

GEBH. Paullo rectius, quam codex, de quo Gebhardus queritur, *accessio bonis rebus vestris, si in amicitiam vestram venimus*, praeferunt Harlej. 2. Portug. et Haverk. Quae lectio si placeat, ulterius continuanda erit oratio, atque omnia hoc modo cohaerebunt: *Campani*, etc. *haud parva (ut arbitror) accessio bonis rebus vestris, si in amicitiam vestram venimus, Aequis Volscisque*, etc. *ab tergo erimus*. Et sane illud *si* facile absorberi potuit ab ultima litera vocis praecedentis *vestris* et prima sequentis *in*. V. ad 39, 6, 2. Verum quum codd. qui ita praeferunt, fides admodum dubia sit, aliique omnes diffentiant, vulgatae lectioni controversiam non movendam esse censeo. *vestram amicitiam* etiam Lovel. 4. *Tō vestram* non adparet in Harlej. 1.

§. 7. *Aeternis hostibus hujus urbis, quandocumque se moverint, ab tergo erimus*] Pall. tres *alternis hostibus*. GEBH. Ita etiam legunt Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Sed recte Florent. Lovel. 4. Harlej. 2. et Klock. fiant pro recepta lectione. Supra 3, 16. 2. *Tum aeterni hostes Volsci et Aequi ad urbem, ut ex parte captam, venirent. anniversaria arma* Aequorum memorat Livius supra 4, 45, 4. *Aequorum jam velut anniversariis armis adsuerat civitas*. Solent autem *aeternus* et *alternus* in Mstis commutari. V. quae notavi ad Silii Ital. 15, 229. Tum *quemque se moverint* Lovel. 2. Hinc *a tergo erimus* Lovel. 4.

Quod vos pro salute nostra priores feceritis] *quod vobis pro salute vestra* Voss. 2. *pro salute vestra* etiam Lovel. 3. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 34, 2, 2. Vox *priores* deficit in Gaertn.

Id nos pro imperio vestro et gloria semper faciemus] Pronomen *id* non adparet in ed. Parm. Sed illud in omnibus scriptis superest. *id vestro imperio vestroque et gloria* praefert Voss. 2. et Lovel. 3. *id nos pro vestro imperio et vestra gloria* Lovel. 2. *id nos imperio vestro et gloria* Harl. 1. et Fragm. Hav. Eadem etiam scriptura exstat in Leid. 1. nisi quod corruptius *nostro*, pro *nos*, legat. Praeterea *faciemus semper* Lovel. 2. Sed *semper* exsulat a Leid. 2.

§. 8. *Subactis iis gentibus, quae inter nos vosque sunt*] *Subacti his gentibus* Haverk. *Subactis gentibus* Harlej. 2. et Portug. Tum *inter vos nosque* Lovel. 2. 5. Portug. et Haverk. quasi librarii indecens existimaverint,

sunt, quod propediem futurum spondet et virtus et fortuna vestra, continens imperium usque ad nos habebitis. Acerbum ac miserum est, quod fateri nos fortuna nostra 9
cogit. Eo ventum est, Patres conscripti, ut aut amicorum, aut inimicorum Campani simus. Si defenditis, vestri: si de- 10
seritis, Samnitium erimus. Capuam ergo et Campaniam omnem vestris an Samnitium viribus accedere malitis, deliberate. Omnibus quidem, Romani, vestram miseri- 11

ut supplices. Campani se ante Romanos, quorum auxilium impetratum volebant, memorarent. Sed infra v. ad 40, 10, 5. Mox *venturum*, pro *futurum*, habet Lovel. 2. V. supra ad 2, 56, 5. Tum *habeatis*, pro *habebitis*, Gaertn.

§. 9. *Acerbum ac miserum est, quod fateri nos fortuna nostra cogit*] Septem priores voces cum praecedenti *habebitis* desunt in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Fragm. Hav. duae tantum *fateri nos* in Lovel. 5. Deinde *Acerbum et miserum est* praeferunt Lovel. 5. Gaertn. et edd. vett. Aldus deinde dedit *ac miserum*, quem nemo audire dignatus est praeter Cl. Jac. Gronovium, et, qui editionem ejus secutus est, J. Clericum. Ita tamen praeferunt reliqui codd. Tum *coëgit* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Portug. a m. 2. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2.

Ut aut amicorum, aut inimicorum Campani simus] *ne aut amicorum* Voss. 2. et Lovel. 3. Voces *aut inimicorum* non conspiciuntur in Leid. utroque, et Lovel. 1. Paullo ante *τὸ est* deficit in Gaertn.

§. 10. *Vestris an Samnitium viribus accedere malitis, deliberate*] *vestris aut Samnitium iuribus* Lovel. 4. Sed solent passim confundi particulae *an* et *aut*. V. ad 5, 3, 7. Similiter etiam vocabula *ius* et *uis*. V. ad 3, 38, 13. Similitudo autem literarum *iu* et *ui*, quae praesertim in scriptura Longobardica maxima est, huic errori caussa extitit. V. infra ad 9, 1, 8. Deinde *accedere velitis* Harlej. 2. et Portug. V. ad 37, 54, 2. Hinc *de libertate*, pro *deliberate*, Lovel. 5. Ceterum voces *Capuam ergo et Campaniam omnem vestris an Samnitium viribus* inertia librarii exsulant a Gaertn.

§. 11. *Vestrumque auxilium aequum est patere*] *aequum est petere* Voss. 2. Lovel. 3. 5. Portug. a m. 1. Fragm. Hav. a m. 1. Hearnii Oxon. N. B. C. [Veith.] et editiones ante Aldum, alibi etiam obvio scribarum lapsu. V. Gebhard. 1. Crepund. 1. et supra ad Liv. 6, 39, 5.

Iis tamen maxime, qui etiam inplorantibus aliis auxilium dum supra] Pro *etiam* quidam restituunt *eam*, ut referat *misericordiam*, regaturque a participio *implorantibus*: *auxilium* vero referatur ad verbum *praestant*. Est tamen impeditus sermo, utcunque ordinemus. GLAR. Illud *eam*, quod quosdam restituisse Glareanus docet, jam obvium habui in edd. Mediol. an-

cordiam, vestrumque auxilium aequum est patere; iis tamen maxime, qui, eam inplorantibus aliis auxilium dum supra vires suas praestant, omnes ipsi in hanc ne-
12 *cessitatem venerunt. quamquam pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, quum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti; et, ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium*
13 *esse. Nec enim nunc, quia dolent injuriam acceptam Samnites, sed quia gaudent oblatam sibi esse caussam, obpu-*

ni 1480. 1495. et 1505. Veneta anni 1498. Mogunt. Ald. aliisque: cui lectioni non tantum pars major codd. sed etiam integerrimi eorum consentiunt. *Tò etiam* enim in nullo Mūo inveni; at *qui a*, vel *ab se implorantibus aliis auxilium* praeferunt tantum Harlej. 2. Portug. et Haverk. *qui eam ab se implorantibus aliis auxilium*, duplici lectione recepta, Lovel. 5. Praeterea *iis tū maxime* Lovel. 2. V. ad 22, 17, 5. Mox *suas* omittitur in Harlej. 2. *ipsi* vero in edd. vett. quam posteriorem vocem primus Aldus, concinentibus omnibus scriptis, restituit. [*his tamen qui eam implorant, qui suo auxilio, dum* Veith.]

§. 12. *Ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse*] *nisi conflagrassent Sidicini* Voss. 2. et Lovel. 3. Compendia scribendi u^{i}, id est *ubi*, et n^{i}, id est *nisi*, ob ductuum similitudinem facile commutari potuerunt. V. infra ad 9, 5, 3. *ubi conflagrassent Sidicinos, ad nos trajecturi illud incendium essent* Lovel. 2. ut *trajecturi essent* [quod etiam est in Veith.] pendeat non ex verbo *videremus*, sed ex particula *quum*. Ita *conflagrare* active usurpat Hygin. Fab. 179. *Jovis cum fulmine et tonitribus venit, et Semelen conflagravit.* ubi v. Muncker. *trajecturi incendium* autem, ut *trajicere exercitum, regiones, copias*; de quibus locutionibus v. ad 2, 11, 2. At nostri nihil mutant, nisi quod *ad nostram jacturam illud incendium esse* praeferat Klock. et *esse* deficiat in Lovel. 5. Vulgatum itaque genuinum censeo. Paullo ante *quum videremus*, pro *videremus*, est in Leid. 2. et Portug.

§. 13. *Nec enim nunc, quia dolent injuriam*] *Nunc enim quia dolent* Leid. 2. *Nec enim nunc enim quia dolent* Lovel. 1. *Etenim non quia dolent* Lovel. 2. Mox *gaudent sibi oblatam esse caussam* edd. vett. usque ad Froben. anni 1535. *Tò esse* exsulat a Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 14. *Semel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa legiones nostras cecidere*] *Tò semel* deficit in Leid. 2. Deinde *in Campaniam ipsam* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *in Campania praeda ipsa* Lovel. 4. Tum *ipsas legiones vestras cecidere* Lovel. 3. *ipsa legationes nostras cecidere* Leid. 1. V. ad 4, 52, 7. 7, 40, 6. 8, 6, 10. c. 10, 11. (* 10, 26, 7. 35, 14, 5.) et alibi. *ipsa legio-*

gnatum nos veniunt. An, si ultio irae haec, et non 14
occasio cupiditatis explendae esset, parum fuit, quod semel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa legiones nostras cecidere? Quae est ista tam infesta ira, 15
quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? Adde huc populationem agrorum, praedas hominum atque pecudum actas, incendia villarum ac ruinas, omnia ferro ignique vastata. Hiscine ira expleri non potuit? 16
Sed cupiditas explenda est. ea ad obpugnandam Capuam

nes nostre cecidere, a verbo *cadere*, Lovel. 4. *ipsa legiones nostras ceciderunt* Gaertn. *ipsa legiones nostras occidere* Hearnii Oxon. C. V. infra ad 36, 36, 6. Paullo ante *occasio cupiditatis expletae esset* Lovel. 3. V. mox ad §. 16. *occasio cupiditatis esset explendae* Lovel. 4.

§. 15. *Ira, quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit*] *ira, qua per duas acies* Voss. 2. et Lovel. 3. *ira, per duas acies* Florent. et Lovel. 5. a m. 1. Tum *effusus sanguis* Lovel. 4. Deinde *expleri non potuerit* Leid. 2. *explere non potuerat* Leid. 1.

Adde huc populationem agrorum] *Adde huic* Voss. 1. in margine pro varia lectione. Similiter praeferunt edd. Mediol. annorum 1480. 1495. et 1505. Tarvis. utraque, Venetae annorum 1495. 1498. et 1506. Ascensianae annorum 1510. 1513. et 1516. et Mogunt. Pro quo Aldus iterum revocavit *Adde huc*, quod exstat in reliquis codd. et edd. antiquioribus Rom. anni 1472. et Parm. Id etiam verius arbitror. Supra 1, 33, 2. *Additi eodem haud ita multo post novi cives.* ubi alia vide. 27, 22, 9. *Adderet eo triginta naves, quae ad Tarentum priore anno fuerant.* (*44, 21, 11.) Similiter *inpendere eo* 4, 35, 7. *Eo inpendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos speretur. adjicere eo* apud Colum. 6, 17. *Cuminum conteritur, eoque adjicitur exiguum picis liquidae et axungiae.* Ita praefert cod. Sangerm. Vulgo editur *eique adjicitur.*

§. 16. *Hiscine ira expleri non potuit*] Probo. nihilominus Pal. sec. *Haeccine ira expleri non potuit?* GEBH. *Haeccine ira* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Hiccine ira* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 3. et Gaertn. J. Fr. Gronovius eumque secuti omnes recentiores ediderunt *Hiscene*, quum tamen ipsi passim alibi *Hiscine* retinuerint, quod etiam reliqui codd. servant, et quo priorum vestigia ducunt. Tum *explere* Harlej. 2. quod idem etiam a m. 1. habent Portug. et Haverk.

Sed cupiditas explenda est. ea ad obpugnandam Capuam rapit] *expleta est* Lovel. 3. V. ad §. 14. *To est* non adparet in Haverk. *et ad oppugnandam Capuam rapit* Fragm. Hav. *ea ad oppugnandam Capuam caussa rapit* Lovel. 5. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *ea*

rapit. aut delere urbem pulcherrimam, aut ipsi possi-
17 *dere volunt. Sed vos potius, Romani, beneficio vestro occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis. Non loquor apud recusantem justa bella populum; sed tamen, si ostenderitis auxilia vestra, ne bello quidem*

ad pugnandam Capuam caussa rapit Harlej. 2. et Portug. *ea ad oppugnandum Capuam rapit* Klock. V. ad 40, 49, 1. Mox *aut ipsam possidere volunt*, pro *ipsi*, Florent. Lovel. 4. et Neapol. Latinii.

§. 17. *Quam illos habere per maleficium sinatis*] *per violentiam* Harlej. 2. Portug. et Haverk. quod ex interpretis glossa, olim margini adscripta, deinde in contextum recepta, natum puto. Paullo ante *Sed potius vos, Romani*, mutato ordine, Haverk. Deinde *occupare*, pro *occupate*, Lovel. 4.

Non loquor apud recusantem justa bella populum: sed tamen si ostenderitis] Illud *sed tamen* non video, ut ad praecedentia cohaereat: fortassis autem legendum *sed tantum*. Ego ea de re lectori judicium committo. GLAR. Glareanus mendose habere putat illas voces *sed tamen*, legendumque *sed tantum*: neque intelligit correctionem hanc esse oratoriam, ita. Quamquam quid dixi bella? neque enim si ostenderitis auxilia vestra, bello ullo opus fore arbitror. †. „ *Mendose* adverbium non dixit Glareanus. Locum autem lectoris „judicio committit. „ †. SIG. MS. *sed tantum*, Lego, *Non loquor apud recusantem etiam justa bella populum* etc. id est, Non loquor bella, non invito vos ad nova bella, quae pro sapientia vestra etiam justa refugitis, forsan et abominamini: ostendite saltem auxilium, nullo bello opus erit. Vel lego, *Non loquor apud recusantem juste bella populum*. eodem sensu, ordine illo: *Non loquor bella apud populum*, ea *juste recusantem*. KLOCK. Glareanus, non assequi potis mentem hujus loci, reponendum censet *sed tamen*. [l. *tantum*.] Nihil tale in vel MSS. codicibus, vel cusis. Pall. duo MSS. pr. ac tertius *si tamen ostenderitis auxilia vestra*. GEBH. Klockii emendationem et expositionem priorum illorum verborum omnino admittere nequeo. Quo colore enim legatus Campanorum senatui Romano dixisset, populum Quiritium etiam justa bella recusare? qui saepe vel injusta suscipere non refugit. Codd. vulgatum tuentur, nisi quod pro *justa* sit *juā*, id est *juxta*, in Gaertn. saepius obvio errore. V. ad 6, 6, 18. Se *justa bella* suscepisse, saepe apud Livium fatentur Romani. Infra 30, 31, 4. *Tunc Mamertinorum periculum, et nunc Sagunti excidium nobis pia ac justa induerunt arma*. Nequi ea ulli populi sibi dedecori putarunt. Achaei fatentur infra 39, 36, 11. *Pro vobis igitur justum piumque bellum suscepimus*. Karthaginienses petunt Romanos 42, 23, 6. *Permitterent Karthaginiensibus, ut adsersus injusta arma pio justoque se tutarentur bello*. Praeterea *Si tamen ostenderitis* Voss. 2. et Lovel. 3. *Sed tum si ostenderitis* Gaertn. V. ad 22, 17, 5. *Sed tantum si ostenderitis* Harlej. 2. et Portug. plane ut Gla-

arbitror vobis opus fore. Usque ad nos contemtus Sam- 18
nitium pervenit, supra non escendit. Itaque umbra ve-
stri auxilii, Romani, tegi possumus: quidquid deinde
habuerimus, quidquid ipsi fuerimus, vestrum id omne
existimaturi. Vobis arabitur ager Campanus, vobis 19

reanus conjecit. Sed et hanc lectionem ex errore scribarum, voces *tñ* et *tm* confundentium, natam judico. V. supra ad 3, 46, 1. Miror ad haec verba haesitasse Glareanum. In praecedentibus per ellipsin omittitur *τὸ quidem*, cui respondent *sed tamen*. Ut apud Terent. in Prol. Andr. v. 11.

Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt.

V. virum Doctum in Miscell. Observ. tom. 3. p. 388. Praeterea *ostenderetis* Fragm. Hav. a m. 1. In verbis proximis *sed ne bello quidem*, adscita prima voce, legit Lovel. 3.

§. 18. *Usque ad nos contemtus Samnitium pervenit, supra non escendit*] *contentus Samnitium* Gaertn. V. de hoc scribarum lapsu infra ad 25, 38, 20. Deinde *supra nos non ascendit* Lovel. 4. adjectis tamen signis, quibus librarius vocem *nos* delendam esse indicavit. Insuper *escendit* edidit Gronov. anno 1665. quod etiam Jac. Gronov. et Hearnius servarunt, sed postea Doujat. et Clericus in *ascendit* iterum mutarunt. Et quidem Gronovius supra ad 2, 28, 6. testatus est, vetustissimum Thuanaeum ita praeferre, quod mihi etiam in Harlej. 1. cujus quoque auctoritas non est spernenda, obvium fuit. Rursus itaque in contextum recepi.

Itaque umbra vestri auxilii, Romani, tegi possumus] Pall. duo *Utique umbra vestri auxilii, Romani, tegi*. Sec. *Itaque* (sed superscriptum tamen, *Utique* legendum esse) *umbra auxilii Romani protegi possumus*. GEBH. *Utique umbra vestri auxilii* Voss. 2. et Lovel. 3. quomodo et alibi peccarunt scribae. V. supra hoc lib. c. 28, 3. Vocem *vestri* omittit Haverk. Tum *o Romani* Leid. 1. et Gaertner. Deinde *tegi possimus* Voss. 1. Lovel. 1. et Gaertn.

Quidquid ipsi fuerimus, vestrum id omne existimaturi] Tres priores voces deficiunt in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Praeter primam omnes voces cum sequentibus *Vobis arabitur* omittuntur in Harlej. 1. Sed *quidquid id ipsi fuerimus* praeferunt Voss. ambo, Leid. 1. et Lovel. 1. ac 3. Tum *vestrum omne existimaturi*, omissa voce *id*, Lovel. 4. *vestrum id omne extimaturi* Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. Paullo ante *habuimus*, pro *habuerimus*, edd. vett. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 19. *Vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs frequentabitur*] *Vobis arabitur ager Campanus, urbs frequentabitur* Hearnii Oxon. B. quasi ex praecedenti repetendum foret *urbs Campana*. Idem autem Hearnius se in L. 1. invenisse testatur *Vobis arabitur ager Campanus, vobis Campana urbs frequentabitur*. Omnes nostri uno ore receptum tuentur.

Capua urbs frequentabitur: conditorum, parentum, Deorum inmortalium numero nobis eritis. Nulla colonia vestra erit, quae nos obsequio erga vos fideque superet.
20 *Adnuite, Patres conscripti, nutum numenque vestrum invictum Campanis, et jubete sperare, incolumem Ca-*
21 *puam futuram. Qua frequentia omnium generum mul-*

Conditorum, parentum, Deorum inmortalium numero nobis eritis] *creditorum* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 39, 43, 1. Deinde *parentium* Florent. Voss. 1. a m. 1. Leid. 1. et Lov. 1. quomodo etiam quidam scripti legebant supra 6, 14, 8. (* 26, 22, 15.) V. alia supra ad 1, 9, 15. Deinde *eritis nobis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Mox *superat*, pro *superet*, Florent. a m. 1.

§. 20. *Adnuite, Patres conscripti, nutum nomenque vestrum invictum Campanis*] Reperi in sola Campani editione. Nam Andreae consonans Palat. sec. MS. legit: *Annuite, Patres conscripti, nutum numenque vestrum.* At reliqui duo, *Annuite, Patres conscripti, meritum numenque invictum Campanis.* GEBH. Sic primus apud me Curio. Priores scripti et editi *numen.* Cicero post redit. ad Quirites [8.] *Qua sanctissimi homines pietate erga Deos immortales esse solent, eadem me erga populum Romanum semper fore: numenque vestrum aeque mihi grave et sanctum, ac Deorum immortalium in omni vita futurum.* Et in extrema [c. 10.] *Vobis, qui apud me Deorum immortalium vim et numen tenetis.* An vero *invictum numen* pejus dicitur, quam *invictus Jupiter?* J. FR. GRON. *nutum nomenque* ex scriptis tantum obferunt Lovel. 4. et Hearnii Oxon. N. ex editionibus autem ante Curionem, praeter edit. Campani Gebhardo memoratam, Basileensis anni 1539. *meritum numenque* Lovel. 3. *initum numen* Haverk. *nutum numenque* reliqui scripti. Quae quum ita sint, non nisi Gronovio obloquendi, et viri maximi meritis adlatrandi libidine actus fuisse censendus est Doujatius, alteram lectionem *nutum nomenque* defendere conatus. Sed praecipue animadverti debet ratio, qua ei scripturae patrocinium parare voluit. Opinatur nempe satis esse, semel ab his legatis *numen* dici Romanorum in extrema oratione; hic vero recte *nutum* tantum *nomenque Romanorum*: quasi sufficeret demonstratio solum quaedam, et nudum *nomen* sine re, sive, ut paullo ante dictum, *umbra auxilii.* Sed vix majora infelicis socordiae, qua in Gronovii notis perlegendis, et in Livio edendo versatus sit, indicia edere potuit. Quaeso enim, unde demum antecessorum Parisiensium primicerius hausit, hos legatos *numen* Romanorum iterum in extrema oratione memorasse, ut hoc loco illud superfluum ipsi visum sit? Sine dubio, ipsi inposuerunt notae Gronovianae, qui populo adulantes *numen* ei tribuisse probavit duobus locis ex Cic. orat. post red. ad Quirites petitis, quorum posteriorem exstare dixit in extrema; quod ita accepit,

udinis prosequente creditis nos illinc profectos? quam
nia votorum lacrimarumque plena reliquisse? in qua
nc exspectatione senatum populumque Campanum,
ijuges, liberosque nostros esse? Stare omnem multi- 22
linem ad portas, viam hinc ferentem prospectantes,
tum habeo, quid illis nos, Patres conscripti, solli-

si Gronovius indicasset extre-
n orationem legatorum populi
npani in senatu Romano, quae
excusanda est ἀβλεψία. Si
m Livium, quem prae mani-
habebat, respicere digna-
fuisset, errorem hunc com-
tere non potuisset; sed vi-
t, intelligi extremam oratio-
Cic. post red. ad Quir. sive
m ejus orationis. Praeterea
intellexit, quid paullo ante sit
bra auxilii; non enim ibi
re vana et nudo nomine po-
r, sed pro tutela, praesi-
auxilii ponitur. Ita 4, 42, 5.
tribunicia umbra consula-
virum delituisse. 32, 21, 31.
a sub umbra auxilii vestri
re volunt, in societatem ve-
m confugiunt. 34, 9, 10.
nt etiam eo tutiores, quod
umbra Romanae amicitiae
bant. 38, 51, 4. *Unum homi-*
caput columenque imperii
nani esse; sub umbra Sci-
is civitatem dominam or-
errarum latere. Ceterum,
rios *nomen* et *numen* com-
re solitos fuisse, olim do-
ad Silii 16, 655. Praeterea
vestrum deficit in Voss. 2.
vel. 3. Deinde *invinctum*,
invictum, Voss. 2. Harlej. 2.
ertn. V. infra ad 30, 12, 7.

1. *Qua frequentia omnium*
rum multitudinis prose-
te] *hominum*, pro *omnium*,
apte, sed frequentissimo er-
dederunt librarii Leid. 1. et
j. 1. V. supra ad 3, 54, 6. Verum, hanc lectionem non efficere commodum sensum, animadvertens librarius Lovel. 2. eam interpolavit *Qua frequentia omnium, gementiumque multitudine prosequente*. Sed *Qua ejus omnium frequentia generum multitudinis prosequente* haud melius ostentat Lovel. 1. Mox *votorum et lacrimarum plena* editiones omnes ante Froben. anni 1535. invitis scriptis.

In qua nunc exspectatione senatum populumque Campanum, conjuges, liberosque nostros esse] *senatum populumque Capuanum* Voss. 2. in marg. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 2. Ita Graevius ex Msto restituit in Cic. orat. 1. Agrar. 7. *Quid enim cavendum est in coloniis deducendis? si luxuries, Hannibalem ipsum Capuana corrupit*. Similiter etiam infra unus et alter codex praeferunt 9, 26, 8. *Ut quaestioni Capuanae materia decessit*. V. etiam ad cap. seq. §. 1. et ad 9, 6, 10. Verum J. Fr. Gronovius observat ad 27, 3, 1. Livium incolas urbis Capuae numquam aliter, quam *Campanos*, adpellasse. Insuper *conjuges, liberos nostros esse*, omissa copula, Haverk.

§. 22. *Viam hinc ferentem prospectantes, certum habeo*] *viam hinc ferentes* Leid. 1. et Portug. a m. 1. *viam hinc inferentem* Leid. 2. *viam hinc referentem* Lovel. 5. Harlej. 2. et Haverk. Sed vulgatum, pro quo stant

23 *citis ac pendentibus animi renunciare jubeatis. Alterum responsum salutem, victoriam, lucem, ac libertatem; alterum ominari horreo, quae ferat. Proinde ut aut de vestris futuris sociis atque amicis, aut nunquam ullis futuris nobis, consulite.*

1 XXXI. Submotis deinde legatis, quum consultus senatus esset, etsi magnae parti urbs maxima opulentissimaque Italiae, uberrimus ager marique

optimi, verius videtur. V. infra ad 39, 27, 10.

Quid illis nos, Patres conscripti, sollicitis ac pendentibus animis renunciari jubeatis] Et hoc etiam in loco *animi* recte reponit Florebellus. SIG. Omnino *animi*, quicquid in alterum conjurent librarii. Plautus in Mercat. [1, 2, 54.]

Obsecro, dissolve jam me: nimis diu animi pendeo.

Cicero 1. de Leg. [3.] *Ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus traducor alio.* Coelius ad Ciceronem [8. ad fam. Ep. 5.] *Quae cura sit, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo.* Livius hoc lib. 7, [34, 4.] *Itaque consul territo animi, videsne tu, inquit.* Vix est, ut aliter quoque scripserit Cicero 1. Tuscul. [40.] *Quod si exspectando pendemus animi, cruciamur, angimur.* Ubi *animis* tuentur magni auctores, et differentiam nobis constituunt, ut *pendere animis* dicatur, si de pluribus sermo sit; *animi* si de uno. Quod tamen confutat Livius 6, [36, 8.] *Quinque soli erant, et (ut ferme solent, qui a suis desciscunt) capti et stupentes animi.* Sed et 8, [13, 17.] *Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis.* Et sane ut unius *animos*, sic et multorum *animum* et dicimus frequenter, et dictum legimus. Eadem medicina censeo indigere Curtium 4, 5. de Graecis: *fidem paullo ante incertae famae captaverant auram, ut, quocumque pendentes animos tulisset fortuna, sequerentur.* Florebellus *animus*. Pall. *animis*. quod possis tenere una cum Cicerone loco in Tusculanis. Me tamen capit: *quocumque pendentes animi tulisset fortuna.* 4. Tuscul. [16.] *Qui appropinquare aliquod malum metuit, exanimatusque pendet animi.* J. FRONTON. (* quem etiam v. ad 30, 28, 1.) Terent. In Heaut. 4, 4. 5.

— — *Clitipho cum spe pendebit animi.*

Cic. 8. ad Attic. Ep. 5. *Pendet animi exspectatione Corfiniana, in qua de salute reipublicae decernitur.* Omnes tamen nostri in alteram lectionem *pendentibus animis* conspirant. [etiam Veith.] Lucret. 6, 49.

Cetera quae fieri in terris cernique tuentur
Mortales, pavidis quom pendent mentibus saepe.

Ceterum *quid illis vos renunciare* Lovel. 5. Portug. Gaert. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 34, 2, 2.

§. 23. *Ominari horreo*, quae

propinquus ad varietates annonae horreum populi Romani fore videbatur; tamen tanta utilitate fides antiquior fuit, responditque ita ex auctoritate senatus consul: *Auxilio vos, Campani, dignos censet senatus:* 2 *sed ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Samnites nobiscum foedere juncti sunt. itaque arma, Deos prius, quam homines, violatura, adversus Samnites vobis negamus.*

ferat] *quae feram* Voss. 2. et Lovel. 2. in quo utroque codice etiam *τὸ Alterum* priori loco omittitur.

Proinde ut aut de vestris futuris sociis atque amicis, aut nusquam ullis futuris] Vocula *ut* non exstat in Lovel. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B. et edd. Rom. anni 1472. et Parm. nec sequens *aut* in Voss. 2. Deinde *sociis aut amicis ut nusquam* habent Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Fragm. Hav. *sociis, aut amicis, aut nusquam* Lovel. 2. *sociis amicisque ut nusquam* Lovel. 4.

§. 1. *Quum consultus senatus esset*] *consulatus* MS. Forte *consiliatus*. KLOCK. Eam conjecturam non admittendam censeo. Caussam infra v. ad Epit. Liv. 125. Ceterum *cum consultis senatus esset* Leid. 1. *cum consultū senatus esset* Lovel. 2. Verbum *esset* non adparet in Lovel. 4. a m. 1.

Urbs maxima opulentissimaque Italiae, uberrimus ager marique propinquus] *urbs maritima opulentissimaque* Gaertner. *urbs maxima atque opulentissima* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *urbs maxima opulentissima Italiae* Hearnii Oxon. B. Deinde *uberrimus ager propinquus mari* Lovel. 4. *uberrimus ager mari propinquus* Lovel. 5. et Hearnii Oxon. N.

Horreum populi Romani fore] *pp. Ro. fore* praefert Lovel. 2. quod commode *populo Romano* exponi potest. [ut est in Veith.] Ambigue multi *po. Ro. fore* legunt non tantum scripti, sed et editi. V. infra ad 39, 47, 11. et mox hoc cap. ad §. 7. Nescio tamen, an ea legitima caussa sit vulgatum repudiandi? *Τὸ fore* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1.

Tamen tanta utilitate fides antiquior fuit] *tamen eī tanta utilitate*, voce addita, Lovel. 5. *tamen utilitate*, voce omissa, Leid. 2. Praeterea *fides* omittitur in Harlej. 2. Deinde *antiquior considerata fuit* Lovel. 5. Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Male. Quid sit *antiquius esse*, supra v. ad 1, 32, 2. Mox *ex auctoritate senatus consultus*, pro *consul*, Voss. 1. et Lovel. 3. *ex auctoritate senatus consulti* Gaertn.

§. 2. *Ita vobiscum amicitiam institui par est*] *ita amicitiam vobiscum institui par est* Leid. 2. *ita vobiscum amicitiam instrui par est* Klock. quae varietas in Mstis saepe obcurrit. V. infra ad 8, 38, 8. Sallustius in Jug. 14.

mano bello Karthaginiensi amicitiam instituit. ubi v. Cortium. *ita vobiscum amicitiam institui parem* Fragm. Hav. a m. 1. Sed per compendium scriptum *par ē*, in unum coalescentibus duabus vocibus, librario fraudi fuit. *ita vobiscum amicitiam institui, ne pax neque vetustior amicitia* Harlej. 2. *institui par est, neque amicitia* Gaertn. Paullo ante *Capuani*, pro *Campani*, Leid. 2. V. ad cap. praec. §. 21. In verbis sequentibus *amicitia atque societas* Fragm. Hav.

Samnites nobiscum foedere juncti sunt] *foedere nobiscum* Haverk. Sed vocem *nobiscum* omittit Lovel. 2. Praeterea *Deos prius, quam homines, violaturi*, pro *violatura*, Lovel. 5. et Portug. [Veith.]

§. 3. *Legatos, sicut fas jusque est, ad socios atque amicos precatum mittemus*] Prima vox *Legatos* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. quae etiam abesse potest. *Mittere* enim per excellentiam notat mittere legatos. Eo sensu hoc verbo Livius supra usus est, 1, 56, 5. *Delphos ad maxime inclitum in terris oracu-*

cos verbo *π*
adlatis exem
van Staveren
2. Quum tam
dices in vulga
sentiant, cam
tandam arbitr
tum transposi
catum, a m.
scriptum era
loco a m. 2.
titum. Alibi
petens commu
ad Silii 13, 25
pro *mittemus*
bis proximis
omissa voce,
vobis fiat Lo

Ad ea pri
(*sic enim don*
tulerat] Omn
pti, qua cusi
plius MS. P
mandatum.
enim domu
rat. domu a
1. *Aeneam a*
mu profugu
Cl. Lipsius.
tulerant, ut
legatos. Meli
tio prima. J.
principes leg
et 2. Verum

ue injuriam justa vi non vultis, vestra certe de-
Itaque populum Campanum, urbemque Ca- 4
agros, delubra Deûm, divina humanaque omnia
am, Patres conscripti, populique Romani di-

ecederet *princeps lega-*
tiam *attulerant* muta-
attulerat. Sed neutri
inceps legationis inquit
ipse aliique legati do-
rant. Praeterea *sic ei*
aertn. errore ex com-
ripturae nato. In Mſtis
pius *ei* pro *enim* exa-
ocurrit. V. infra ad 9,
inde *domi mandatum*
t Gaertn. *domum man-*
ilerant Harlej. 2. Por-
. et Haverk. quod cum
in domu mandatum
t mutandum non exi-
. supra ad 3, 29, 5.

certe defendetis] Theo-
in Lucam 12. Ἢ οὐχὶ
ἐν τοῖς οἰκείοις οὕτω
, μᾶλλον ἐκείνων φρον-
τῶν ὅλους ἑαυτοὺς ἐπι-
ν τῇ ἡμετέρᾳ θεραπείᾳ,
ων προνοούμενοι, ὡς
ουμένων αὐτῶν; J. FR.
vestra certe defenditis
estra certe do... dedi-
nt.

gros, delubra Deûm,
que omnia] Lege adden-
a humanaque omnia.
Vocem *divina*, quam
addidit, agnoscunt om-
V. ad verba sequentia.
voce omiſſa *populum*
e Capuam praefert Lo-

in vestram, Patres
i, populique Romani
dedimus] Pall. duo *om-*
estra potestate populi-
ani dedimus. sec. *om-*
stra, Patres conscri-
pti, populique Romani potestate dedimus. GEBH. *in vestram potestatem populique Romani dedimus* Gaertn. *in vestra potestate populique Romani dedimus* Voſſ. 2. Lovel. 3. *in vestra, Patres conscripti, populique Romani potestate dedimus* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *in vestra, Patres conscripti, dedimus potestate* ejusdem codex C. *in vestra, Patres conscripti, senatus populique Romani dedimus potestate* Lovel. 2. *in vestra, Patres conscripti, populique Romani ditione dedimus* Harlej. 1. *didimus*, pro *dedimus*, Klock. Ita *deditus* et *diditus* confuderunt librarii apud Silium Ital. 1, 186. Nihil autem hic mutandum eſſe, et recte verbis praecedentibus Gelenium *divina humanaque omnia* emendaſſe, docet formula in deditione Collatinorum adhibita supra 1, 38, 2. *Deditisne vos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia in meam populique Romani ditionem?*

Quidquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri] Pall. duo, et Andreae editio *deditii vestri passuri.* Pal. sec. *quicquid impatiemur, dediti vestri passuri.* GEBH. *quicquid inde patiemur* Harlej. 1. et Portug. V. ad 36, 24, 10. Quum autem per epitomen scriptum eſſet, *quicquid iñ patiemur*, id in *quicquid vi patiemur* mutavit librarius Haverk. eadem ratione qua *deiñ*

tionem dedimus; quidquid deinde patiemur,
5 *vestri passuri.* Sub haec dicta omnes, ma
consules tendentes, pleni lacrimarum in v
6 curiae procubuerunt. Commoti Patres vic
narum humanarum, si ille praepotens opi
pulus, luxuria superbiaque clarus, a quo

sive *deinde*, mutatum est in *de vi* supra 3, 33, 10. Ex eodem etiam fonte natum, quod Pal. sec. apud Gebhardum *quicquid impatiemur*, sive *inpatiemur*, praeferat. Nam *iñ*, id est *inde*, et *in* commutari saepissime solent. V. ad 10, 20, 6. Tum *deditii*, vel *dedicii* Voss. 2. Leid. 1. Florent. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. 1. Fragm. Hav. a m. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *dediti* Lovel. 2. V. infra ad 8, 13, 15.

§. 5. *Sub haec dicta omnes manus ad consules tendentes*] *Sub hujus dicta* Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *ad consulem tendentes* Lovel. 3. et Hearnii Oxon. B. Sed cur ad unum tantum consulem, quum alterum eo tempore abfuisse aliunde non constet? Errori itaque scribarum tribuendum est, de quo v. ad 10, 10, 2.

§. 6. *Commoti Patres vice fortunarum humanarum*] *Commoti sunt Patres* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Hearnii Oxon. B. *Commoti Patres sunt* Haverk.

Si ille praepotens opibus populus, luxuria potentiaque clarus] Lege *luxuria superbiaque clarus*, non *potentiaque*. Superbiae Campanorum crebra mentio fit apud Latinos scriptores. GELEN. *praepotens populus opibus*, transpositis vocabulis, Voss. 2. et Lovel. 3. Sed vocem *opibus* omiserunt prin quam a Frobenio anno scitam omnes codd. Deinde *luxuria sup* quod Gelenius restitui nibus scriptis superest, *τὸ luxuria* deficiat i Latinii, *luxuria super* copula *que*, praeferat *superbia luxuriaque*, ordine dictionum, G *xuria potentiaque* ta ferri potest, quod pro cedat *praepotens opib* tra inter vitia Campano sertim memorantur superbia. Luxuriae me 23, 8, 6. *Coeperunt e die, et convivium more Punico aut mili ciplina esse; sed, ut i atque etiam domo lu omnibus voluptatum instructum.* Silius 11,

Luxus et insanis n
gnavia lustris
Consumtusque pudo
do, unisque reli
Divitiis probrosus h
cerabat hiantem
Desidia populum, a
tam legibus urb
Insuper exitio trucu
perbia agebat.

Superbiae non tantu illo loco Silius mention sed etiam Capuam *supe micilium* atque *luxuri* esse testatur Cic. or. 2. *Nedum isti ab Rullo*

ante auxilium finitimi petiſſent, adeo infractos gereret animos, ut se ipse suaque omnia poteſtatis alienae faceret: tum jam fides agi visa, deditos non 7
prodi, nec facturum aequa Samnitium populum censebant, si agrum urbemque, per deditionem factam populi Romani, obpugnarent. Legatos ita- 8

similibus conquisiti atque electi coloni, Capuae, in domicilio superbiae atque in sedibus luxuriae, conlocati, non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii. Utrumque vitium tangit etiam Cic. orat. 1. Agr. 7. *Quid enim cavendum est in coloniis deducendis? Si luxuries, Hannibalem ipsum Capuana corrupit. Si superbia, nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur.* Praeterea *elatus*, pro *clarus*, Lovel. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Sed lectio illa nata videtur ex literarum *c* et *e* atque *r* et *t* similitudine. De prioribus v. ad 39, 35, 8. de poſterioribus ad 5, 55, 3.

Ut se ipse suaque omnia potestatis alienae faceret] *se ipse sua omnia* Florent. Paullo ante *gereret animos* Fragm. Hav. Et solet quidem *populus* conlective numero plurali jungi. V. ad 10, 13, 11. Hic vero Livium *gereret* maluiſſe, totus orationis contextus docet.

§. 7. *Tum jam fides agi visa*] Non adsequor, quomodo haec cohaereant, *Commoti Patres* etc. *tum jam fides agi visa*; et credo locum laborare. In uno Hearniano est *Commoti sunt Patres*. Hoc etsi in vulgata scriptura suppleatur, tamen adhuc quodammodo hiat oratio, nisi hic quoque addatur copula ante *tum*. DUKER.

Non prodi, nec facturum aequa Samnitium populum censebant] Voces *prodi nec* exsulant a Gaertn. *ne facturum aequa* praefert Leid. 1. *neque facturum aequa* primae edd. usque ad Frobenium, qui, consentientibus aliis omnibus scriptis, subſtituit *nec facturum aequa*. Deinde *populum Samnitium* Lovel. 4. cum excusis iterum usque ad eumdem Frobenium. Tandem *censebat* perperam Lovel. 3.

Agrum urbemque per deditionem factam populi Romani obpugnarent] *per ditionem* Leid. 1. solito lapsu scribarum. V. ad 26, 21, 17. Tum *factam populo Romano* Voſſ. 1. Lovel. 1. a m. 1. Portug. inter versus, Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. *factam populo*, poſtrema voce neglecta, Lovel. 3. et Voſſ. 2. Errorem ex epitome scribendi profluxiſſe, patebit ex illis, quae notantur ad 39, 47, 11. V. etiam supra hoc cap. §. 1. et infra §. 9.

§. 8. *Legatos itaque extemplo mitti ad Samnites placuit. data mandata*] *Legatosque itaque* Voſſ. 2. Deinde *ad Samnites extemplo mitti* Lovel. 2. Tum *dicta mandata* Lovel. 3. An librarius evitare voluit cacophoniam, quae oritur ex earumdem syllabarum repetitione *data mandata*? Verum eam non semper religiose Livius vitavit. V. ad 5, 46, 3. Alibi etiam *data* et

que extemplo mitti ad Samnites placuit. data mandata, *ut preces Campanorum, responsum senatus amicitiae Samnitium memor, deditionem postremo factam,*
9 *Samnitibus exponerent. Peterent pro societate amicitiaque, ut dediticiis suis parcerent: neque in eum agrum,*

dicta commutantur. V. ad 7, 28, 8. *data mandata sunt* Lovel. 5. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C.

Responsum senatus amicitiae Samnitium memor] Voss. [sec.] *memorum*. Buslid. et Vossiani alterius margo antiqua manu *memoris:* ut referatur ad *senatus*. Et non parum mollius videtur. Responsum senatus tale, ut appareret, eum memorem amicitiae cum Samnitibus fuisse. Quin imo illud *memor* ab Curione est. Omnes priores ab Andrea usque ad Frobenium *memoris*. J. FR. GRON. Parendum est libris scriptis et vetustis edd. alioqui *memor* satis defendi posset. 3, 36, 5. *Si quis memorem libertatis vocem aut in senatu aut in populo misisset*. et c. 69, 4. *T. Quinctium orationem memorem majestatis Patrum habuisse*. Virg. 1. Aen. 4. *memorem Junonis ob iram*. Prop. 1. el. 11, 5. *memores noctes*. Tibull. 3. el. 2, 25. *memores lacrimae*. et 4. el. 1, 89. *memor dolor*. V. Victor. 25. Var. lect. 2. DUK. *responsum senatus amicitiae Samnitium memorum*, praeter Voss. 2. a Gronovio laudatum, praefert etiam Lovel. 3. *responsum senatus, amicitiae Samnitium memoriam* Lovel. 2. ac 5. *responsum senatus amicitiae Samnitium memores* Hearnii Oxon. B. et C. *responsum amicitiae memoris*, praeter Voss. 1. marginem, etiam Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] *ut preces Campanorum senatus, amicitiae Samnitium memoris*, omissa etiam voce *responsum*, Lovel. 4. Illud *memor* non est a Curione, sed ita jam edidit Frobenius anno 1535. Quae editio quum ex mente Rhenani et Gelenii emendata sit, non modo huic lectioni aequior esse incepi, sed plane eam adprobandam et loco pristino restituendam esse existimavi, postquam vidi in eam consentire optimae fidei et quosdam alios codd. Voss. 1. in contextu, Leid. 1. Florent. Harlej. 1. Klock. Gaerta. et Fragm. Hav. a m. 1. *responsum memor amicitiae* eodem modo dictum est, quo *sententia memor moris* Livio restituit Gronovius infra 33, 12, 5. *Quinctius negare, Aetolos aut moris Romanorum memorem, aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse*. ubi etiam hujus loci priscam lectionem emendationi suae adstruendae adfert. Plura eo loco notantur. Doujatius, qui mira ingenii felicitate infinitis locis a Gronovio dissentit, ubi non oportuisset, hic ejus emendationem probat, ubi rejicienda erat.

Deditionem postremo factam, Samnitibus exponerent] Omnia haec verba cum sequenti *Peterent* omittuntur in Gaerta. sed postea inseruntur ante voces *in eum agrum*. sola autem vox *Samnitibus* deficit in Leid. 2. Insu-

grum, qui populi Romani factus esset, hostilia arma inferrent. Si leniter agendo parum proficerent, denun- 10
ciarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis, ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent. Haec le- 11
gatis agentibus in concilio Samnitium adeo est ferociter responsum, ut non solum gesturos se esse di-

per *deditionem factam postremo*, transpositis dictionibus, legunt Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Deinde *exprimerent* Lovel. 1. et 5. *expromerent* Harlej. 2. et Portug. a m. 1. De verbo *expromere* v. infra ad 39, 12, 4. (* 37, 52, 10.) Hic vero reliquis codicibus nihil mutantibus consentiendum censeo. *Exponere* est enarrare. Supra 2, 36, 6. *Quum minas irasque coelestes repraesentatas casibus suis exposuisset.* 8, 18, 3. *Sicut proditur tamen res, ne cui auctorum fidem abrogaverim, exponenda est.* 25, 8, 6. *Quum caussas consilii sui, et quid pararent, exposuissent.* c. 11, 12. *Convocatis principibus Tarentinorum omnes praesentes difficultates exposuit.* 28, 9, 7. *Quum, more omnium imperatorum expositis rebus ab se gestis, postulassent, ut triumphantibus urbem inire liceret.* 30, 17, 1. *Quaeque in Africa gesta essent, omnia exposuit ordine Patribus.* 31, 20, 2. *Quum in senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset.* c. 47, 7. *Expositisque rebus gestis, ut triumphanti sibi in urbem invehi liceret, petit.* 42, 21, 7. *Expositis, quas in Corsica res gessisset, postulatoque frustra triumpho. Exponere* autem et *Expromere* saepe in Mstis confundi solent. V. N. Heinsium ad Ovidii 3. Fast. 725. et Cel. Burm. ad Quinct. Declam. 12, 4. (* Gebhard. ad Cic. 4. ad Fam. 12.)

§. 9. *Peterent pro societate amicitiaque, ut dediticiis suis parcerent, neque in eum agrum*] *Peterentque, ne in eum agrum* Voss. 2. Lov. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. *Peterent, neque in eum agrum* Leid. 1. et Harlej. 1. reliquis omissis. *Peterentque pro amicitia societateque* Lovel. 4. Mox *qui populus Romanus factus esset* Voss. 2. et Lovel. 3. Errorem ex compendio scribendi ortum esse, supra dixi ad §. 7. Hic autem potius *populus Romanus*, quam alio modo, dederunt, ut ita conveniret cum sequenti *factus*, et praecedenti *qui*. V. supra ad 6, 3, 8.

§. 10. *Si leniter agendo parum proficerent*] *leviter agendo* Harlej. 5. [?] Port. et Fragm. Hav. sollemni scribarum lapsu. V. ad 36, 31, 8. *leniter agere* ut 3, 50, 12. *Leniter agentibus responsum non redditur.* ubi v. quae notantur. Deinde *populi Romani senatusque urbis* Lov. 1. et ed. Parm. V. ad 6, 17, 8. Voces *Samnitibus populi* exsulant a Gaertn.

Ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent] Particula *ut* non comparet in Leid. 2. quemadmodum nec vox *urbe* in Harlej. 2. Port. et Haverk. Verum paullo ante habuimus hoc cap. *populum Campanum urbemque Capuam.*

§. 11. *Non solum gesturos se esse dicerent id bellum, sed*

cerent id bellum, sed magiſtratus eorum e curia egreſſi, ſtantibus legatis, praefectos cohortium vo-
12 carent; iisque clara voce imperarent, ut praedatum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur.

1 XXXII. Hac legatione Romam relata, positis omnium aliarum rerum curis, Patres, fecialibus ad res repetendas missis, belloque, quia non redderentur, sollemni more indicto, decreverunt, ut primo quoque tempore de ea re ad popu-

magistratus eorum e curia egressi] *gesturos esse dicerent id bellum* Lovel. 1. V. supra ad 1, 23, 5. *gesturos esse illud bellum dicerent* Leid. 2. *gesturos se esse dicerent id bellum magistratus eorum, sed curia egressi* Lovel. 4. At, Livium praepositionem, cum qua verbum compositum est, in regimine saepissime repetere, supra vidimus ad Praefat §. 11. Quum itaque reliqui codices in lectionem receptam conspirent, eam non muto. Paullo ante *in consilio Samnitium* Leid. 1. et Lovel. 5. Sed indicatur conventus populi Samnitium, quod non *consilium*, sed *concilium*, vocatur, teste Gronov. ad Liv. 44, 2, 5.

Stantibus legatis praefectos cohortium vocarent] Lego *praesentibus legatis*. KLOCK *astantibus legatis* legendum esse, vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecit. Deinde *praefectos cohortum* Portug. et Haverk. Male. V. Vossium 4. Gramm. 14.

§. 12. *Iisque clara voce imperarent*] Haec et reliqua usque ad finem capitis omittuntur in Harlej. 1. *iisque voce clara imperarent*, transpositis vocabulis, praefert Portug. Mox τὸ *Campanum* exsulat ab Hearnii Oxon. L. 1.

§. 1. *Hac legatione Romam relata*] *Romam perlata* Lovel. 5. et Haverk. 2. [?] Nihil muto. Infra 24, 48, 5. *Oravit, ut duo legationem referrent ad imperatores suos.*

§. 2. *Consules ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti*] *ambo consules* Harlej. 2. et Haverk. Tum *cum duobus exercitibus ab urbe profecti* Lovel. 4. Sed voces *ab urbe* exsulant a Leid. 2.

Ille ad montem Calvum] Servata hoc loco differentia est inter *ille* ac *hic*. Ille Valerius, hic Cornelius. Caeterum pro *Calvum* quidam posuerunt *Gaurum*. Et *Gauri* Florus etiam in altera Epitome de bello Samnitico [1, 16.] meminit. Et Plinius 3, 5. Gauranos montes prope Mallicos et Surrentinos ponit. GLAR. Hujus montis meminit Florus [1, 16.] Cicero contra Rullum [orat. 2, 14.] Plin. 3, 5. SIG. *ad montem Taurum* Lovel. 5. et Hearnii Oxon. B. *ad montem Thaurum* Harlej. 2. *ad montem Clorum* Klock. *ad montem Caurum* Leid. 2. et Lovel. 1. *ad montem aureum* Hearnii Oxon. L. 2. *ad montem C. Aurum* Florent. et Leid. 1. *ad montem Caurum* Vat. 1. Lovel. 2. Harlej. 1. Portug. et Haverk. *ad montem Gaurum*

lum ferretur: jussuque populi consules ambo cum 2
duobus ab urbe exercitibus profecti, Valerius in
Campaniam, Cornelius in Samnium, ille ad mon-
tem Gaurum, hic ad Saticulam castra ponunt.
Priori Valerio Samnitium legiones (eo namque om- 3
nem belli molem inclinaturam censebant) obcurrunt.
simul in Campanos stimulabat ira, tam promtos
nunc ad ferenda, nunc ad arcessenda adversus se
auxilia. Ut vero castra Romana viderunt, feroci- 4

Voss. 2. Lovel. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. Ita etiam Aldus edidit, quum in prioribus excusis foret *ad montem Calvum*. De notissimo Campaniae monte Gauro v. Cluver. 4. Ital. Ant. 2. p. 1142.

Hic ad Satriculam castra ponunt] *Satricula* oppidum in Samnio, *Satricum* in Volscis, *Sutrium* denique in Hetruria. Quamquam anno CDXXXV. [infra 9, 16, 3.] genere foeminino in Samnio urbem facit, unde *Satricanus*. *Satriculanus* autem a *Satricula*. Ipse tamen Livius libro eodem [c. 21, 2.] anno CDXXXVIII. altero pro altero utitur, ni, quod fieri facile potest, codices errant. GLAR. *Saticulam*. sic enim libri veteres, sic Vellejus l. 1, [14.] sic Diodorus, sic Stephanus. uterque enim Σατικολαν edit. SIG. *Satriaculam* Voss. 1. et Lovel. 1. *Satriculum* Lovel. 4. *Satriculam* Voss. 2. Leid. duo, Lovel. 2. 3. 5. Harlej. duo, Portug. Gaertn. Florent. Klock. Haverk. et Fragm. Hav. Sed recte Sigonius *Saticulam* scribendum monuit hoc loco, et saepius infra. V. ad 9, 21, 2. 23, 5, 8. c. 14, 13. et 27, 10, 7. Eamdem lectionem probat etiam Cluverius 4. Ital. Ant. 5. p. 1183.

§. 3. *Simul in Campanos stimulabat ira, tam promtos*] *ira stimulabat* Lovel. 4. Deinde vocula *tam* omittitur in Voss. 2. Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertner. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B.

Nunc ad ferenda, nunc ad arcessenda adversus se auxilia] *arcessenda*, non *accersenda*, ut in multis scriptis et editis est, legendum esse, recte docuit Gebhardus ad Liv. 3, 9, 13. Deinde *nunc ad ferenda, nunc arcessenda*, vel *accersenda*, Voss. 2. Lovel. 1. 3. et Gaertn. Verum, Livium praepositiones potius repetere solitum fuisse, supra vidimus ad 6, 28, 6. *nunc ad ferenda, nunc arcessendo adversus se auxilia* Leid. 2. varia constructione *promtos ad ferenda*, et *promtos arcessendo auxilia*, quemadmodum *fatalis dux ad excidium illius urbis, servandaeque patriae* 5, 19, 2. et 38, 39, 10. *Iliensibus Rhoeteum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria*. ubi alia plura vide. Verum hoc loco optimis codicibus, qui nihil mutandum testantur, adhaereo.

§. 4. *Ut vero castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces poscere*] *Ut*

ter pro se quisque signum duces poscere, adfirmare, eadem fortuna Romanum Campano laturum
5 opem, qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius, levibus certaminibus, tentandi hostis caussa, haud ita multos moratus dies, signum pugnae proposuit,
6 paucis suos adhortatus: *Ne novum bellum eos novus-*

mota castra Romana viderunt Hearnii Oxon. L. 2. [*Ut nota castra* Veith.] *Ut vero viderunt castra Romana* Lovel. 4. *Ut vero castra Romana videre* Leid. 2. Hinc vox *ferociter* deficit in Voss. 2. quam reliqui omnes constanter defendunt. Deinde *pro se quisque signum petere coepit, duces poscere* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et C. [Veith.] Sed videntur librarii duas lectiones *signum petere coepit*, et *signum duces poscere*, quas forte in codd. suis invenissent, hoc modo jungere voluisse; quod eos saepe in Mstis facere solitos fuisse, supra dictum est ad 3, 44, 4. Ex his autem unice vera est posterior, quae in optimis codd. constanter superest: Livius enim verbo *poscere* haud raro duplicem accusativum addidit. Supra 1, 24, 4. *Sagmina, inquit, te, rex, posco.* ubi quaedam notata sunt. infra hoc lib. c. 40, 5. *Quod Deos inmortales inter nuncupanda vota expoposci.* Alios etiam ita locutos esse, ut verbis *petere rogare* similibusque duos accusativos addant, patet ex illis, quae notarunt Cel. Burmann. ad Ovid. 7. Met. 296. ad Phaedr. 1. fab. 16, 3. et Abrah. Gronov. ad Justin. 34, 2, 3. (* v. ad Liv. 35, 33, 9.) Solent autem alibi quoque *petere* et *poscere* inter se commutari. V. supra ad 6, 23, 8. ubi *poscere pugnam, signum* exemplis ex Livio inlustravi. *coepit* tandem additum est ab illo, qui verbum infinitum ab eo per ellipsin omisso pendere docere voluit, vel qui locutionem, infinitivo verbo prolatam, ferre non poterat. V. ad 1, 50, 5.

Campano laturum opem, qua Campanus Sidicino tulerit] *Campano ferre opem* Haverk. Tum pronomen *qua* perperam defit in Lovel. 1. [*quam* pro *qua* Veith.] Deinde *Sidicino tulit* Harlej. 2. Port. Haverk. et Hearnii Oxon. B.

§. 5. *Signum pugnae proposuit*] *posuit* Haverk. Paullo ante *Valerius levis certaminibus*, pro *levibus*, Voss. 2. Leid. 2. et Gaertner. solito errore. V. infra ad 21, 60, 7.

§. 6. *Ne novum bellum eos novusque hostis terreret*] *novum bellum eos novusque hostis terrere* Florent. *To eos* deest in Leid. 2. Deinde addita voce *Ne novum bellum eos novusque hostis terreret, dicit* Hearnii Oxon. C. Ea tamen non est necessaria. V. infra ad 23, 45, 6.

Quidquid longius ab urbe proferrent arma] Notandum et id genus sermonis, *quicquid longius*, pro quanto longius. Verum haec proprie non sunt hujus instituti. GLAR. Sic 8. [34, 5.] *Et quicquid progrediebatur, magis magisque turbatos hostes cernebant.* 34, [62, 11.] *Quicquid Byrsam sedem suam excesserint, vi atque injuria partum habere.* Gellius 11, 1. *Quicquid videntur amare.* J. FR. GRON. ꝗꝗ, id est *quamquam*,

que hostis terreret. quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in inbelles gentes eos prodire. Ne Sidicinorum Campanorumque cladibus Samnitium 7 *aestimarent virtutem. qualescumque inter se certaverint, necesse fuisse alteram partem vinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitia-*

pro *quidquid*, Lovel. 5. *quo longius ab urbe* Hearnii Oxon. C. quod ex interpretis expositione marginali in contextum receptum est. Nihil mutandum esse, exempla a Gronovio laudata evincunt, qui etiam simile huic putabat id, quod infra obcurrit 21, 54, 8. *Quidquid aurae fluminis adpropinquabant, adflabat acrior frigoris vis.* ubi v. iterum Gronovium.

Magis magisque in inbelles gentes eos prodire] Prius *magis* deficit in Lovel. 3. Gaertn. et Haverk. sed a sequenti interceptum est; qui error in scriptis obvius et frequens est. V. infra ad 33, 27, 4. *magis magisque in belles*, vel *imbelles*, Voss. 1. Leid. duo, et Lovel. 1. ac 2. Ubi iterum vel praepositio *in* a proximae vocis syllaba initiali elisa est. V. ad 8, 33, 6. vel primam syllabam sequentis vocis praepositio intercepit. V. ad 5, 19, 4. Alii librarii in codicem incidentes, in quo omissa erat praepositio, et aliquid deesse videntes, id de suo addentes dederunt *magis magisque contra inbelles gentes*; quod superest in Gaertn. et Haverk. *magis magisque tum contra inbelles gentes* voce auctiores praeferunt Harlej. 2. et Portug. *magis magisque tamen contra inbelles gentes* Lovel. 5. Denique *promtium*, pro *prodire*, Lovel. 3.

§. 7. *Ne Sidicinorum Campanorumque cladibus Samnitium aestimarent virtutem*] Omnia haec verba, praeter duo postrema, deficiunt in Lovel. 3. *Nec Sidicinorum* praeferunt Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 3, 47, 7. Deinde *extimarent* Lovel. 2. 3. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *existimarent* Harlej. 2. et Portug. V. ad 34, 2, 5.

Qualescumque inter se certaverint] *certaverunt* Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. *certavere* Gaertn. Ea forma infra 29, 17, 4. *Quod, qualescumque sumus, tamen haec, quae passi sumus, pati non debuimus.* 42, 42, 4. *Haec, qualiacumque sunt, per legatos meos non solum indicata, sed etiam excusata sunt saepe in senatu vestro.* Mox voces *alteram partem* omittuntur in Gaertn.

Nimio luxu fluentibus rebus] *nimio fluxu* Florent. Lovel. 3. 5. Harlej. duo, Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. idque dare voluisse videtur librarius Leid. 1. qui corruptius *nimio flexu* scripsit. Eodem errore *Fluxerit*, pro *Luxerit*, in Propert. datum esse, docuit olim Broekhus. ad ejus 2. Eleg. 25, 34. *luxu fluere* supra obcurrebat c. 29, 5. *Fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro.* ubi alia vide.

Mollitiaque sua, quam vi hostium, victos esse] Vet. lib. *quam*

que sua, quam vi hostium, victos esse. Quid autem esse duo prospera in tot seculis bella Samnitium adversus tot decora populi Romani, qui triumphos pene plu-

virtute hostium. SIG. Intrusit hanc lectionem Sigonius contra omnes MSS. codices et cusos, qui *quam vi hostium victos.* Amplius *mollicieque sua* Pal. sec. GEBH. Potior apud me, quam Sigonius suffulit, et plurium et meliorum codicum scriptura. Plautus Amphitr. [1, 1, 82.] *vicimus vi feroces.* Noster hoc libro infra [c. 40, 6.] *Bis legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis.* 8. [9, 7.] in formula devotionis: *Uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis.* Iterum [c. 39, 8.] *Nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum, peditumque vim potuit.* 9. [2, 3.] *Luceriam omnibus copiis circumsedere, nec procul abesse, quin vi capiant.* Et rursum [c. 16, 13.] *Seu virium vi, seu exercitatione multa.* Perinde ut Comicus [Plautus l. l. v. 79.] *Cadunt vulneris vi et virium.* 21, [41, 17.] *Qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac Romani imperii fore.* Justinus 5, 1. de Atheniensibus: *Consumti magis fortunae varietate, quam vi victi sunt.* Sic enim olim legebatur; nec debuit, opinor, mutare Bongarsius. J.FR.GRON. *mollitiaque sua, quam hostium* Fragm. Hav. a m. 1. Sed vocem *ui*, omissam propter ductuum similitudinem, intercepit ultima litera praecedentis *quam.* (*v. ad 10, 46, 11.) Reliqui omnes codices constanter *quam vi hostium* servant; quod recte Gebhardus et Gronovius probarunt. Supra 4, 38, 4. *Quacumque incedunt, vi viam faciunt.* 34, 46, 7. *Tertio vi subiere ad vallum, castraque ab omni simul parte adgressi sunt.* 35, 1, 8. *In hoc discrimine ludos Jovi, si vi fudisset cecidissetque hostes, propraetor vovit.* Praeterea *mollitieque sua* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Similem varietatem in uno suorum codd. Gebhardus etiam supra invenit 5, 6, 5. V. etiam infra ad 31, 6, 5.

§. 8. *Quid autem esse duo prospera in tot seculis bella*] Voces *Quid autem esse* desunt in Lovel. 1. *Quid autem possunt* praefert Leid. 2. Quam lectionem profectam arbitror a librario, cui locutio per verbum infinitum concepta displicebat; de qua supra vide ad 1, 50, 5. Deinde *in tot secundis* Lovel. 3. *inter tot seculis* Haverk. solito librariorum errore. V. ad 38, 37, 6. Ceteroquin facile suspicio nasci posset, Livium scripsisse *inter tot secula*; de qua locutione v. supra ad 1, 10, 7. Verum id nunc displicet ob aliorum codicum vulgatam lectionem tuentium dissensum.

Populi Romani, qui triumphos pene plures etc. *numeret*] *numerant* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. *numerent* Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. duo, Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. quorum multi mox etiam *habeant* et *compulerint*, pro *habeat* et *compulerit*, praeferunt. Et quidem *populus*, tamquam conlectivum nomen, saepius cum verbo plurali construitur. V. infra ad 10, 13, 11. Sunt tamen, quae persuadeant, vulgatum hoc loco verius esse.

§. 9. *Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Aurunco domita armis habeat*] *Sabinos et Etruriam*

res, quam annos ab urbe condita, numerret? qui omnia 9
circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Auruncos, domita armis habeat? qui

Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *Latinos et Hernicos* Fragm. Hav. Verum vel non his locis, vel pluribus aliis conjunctio erat inserenda: quorum prius praefero. Antecedente enim voce *omnis*, placere Livio per singula ire sine copula, observat Cl. Jac. Gronov. ad Liv. 24. 16, 9. Praeterea *Hernicos, Volscos, Auruncos, Aequos* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *Tò Aequos* deficit in Rom. ed. anni 1472. et, praeterquam in Parm. etiam in reliquis, quas vidi, usque ad Aldum, qui ita, ut nunc vulgo exstat, edi curavit. Eam autem omnes recentiores secutae sunt, nisi quod Paris. anni 1529. praeferat *Aequos, Hernicos, Volscos, Auruncos.* Deinde *Aruncos* est in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 5. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. V. supra ad 2, 16, 8. Denique *habebat* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. *habeant* Leid. duo, Lovel. 1. 5. Portug. et Fragm. Hav. V. ad §. praec.

Gallos, tot proeliis caesos, postremo in mare ac naves fuga compulerit] Cap. 26. scribit, Gallos post cladem a Camillo acceptam primo per Volscos et agrum Falernum dissipatos fuisse, deinde Apuliam et mare inferum (vel potius superum, ut ibi Glareanus et Sigonius) petiisse. Hinc quidem non liquet, eos naves habuisse, aut, postquam aliquamdiu vagi erraverant, a Romanis fuga in eas compulsos fuisse. Nec tamen improbabile est, Gallos, qui dudum oram maris Adriatici occupaverant, etiam ibi naves coepisse habere, in quas recipere se ex fuga potuerint. Sed hoc verum est, Valerium in hac oratione more oratorum ad exhortandos militum animos nonnulla dicentem induci, quibus res aliquantum exornatur, et virtus Romanorum exaggeratur. DUK. Quum Livius nullo loco scribat, Gallos, a Romanis continente pulsos, naves conscendere coactos fuisse, hinc Doujatius existimat, aliquid omissum, et ejusmodi a Livio scriptum fuisse: *Gallos, tot proeliis caesos, in extremam Apuliam, Graecos postremo in mare ac naves fuga compulerit.* Hanc conjecturam Doujatii ad examen revocavit Cl. Wesseling. 2. Observ. 26. ubi observat, Livium quidem supra hoc lib. c. 26, 9. referre Gallos *Apuliam ac mare inferum*, vel, ut Glareanus malebat, *superum petiisse*; sed tamen eodem loco addidisse, *cum Graecis nullam memorabilem gestam rem* esse, eosque, *quum litoribus arcerentur, aqua etiam praeter cetera necessaria usui deficiente, Italiam reliquisse.* Haec itaque directa fronte pugnare Doujatianae interpolationi. Non enim recte dici, fuga in mare et naves esse compulsos, qui ultro continentem reliquerunt. Melius autem fore existimat, ut recepta scriptura in sede sua maneat, dicamusque potius, Livium, quum Corvini hanc orationem perpoliret, alios annales ab oculos habuisse; atque hinc natam esse qualemcumque hanc discrepantiam. Id autem Livio interdum evenisse, infra dicendum erit ad 42, 47, 6. Ceterum *compulerunt* Harlej. 2. a m. 1. in quo emendatur manu altera *compulerint*, quod etiam superest in Lovel. 5. Portug. Gaertn. et Haverk. V. supra ad §. praeced.

Gallos, tot proeliis caesos, postremo in mare ac navis
10 *fuga compulerit? Quum gloria belli ac virtute sua quemque fretos ire in aciem debere, tum etiam intueri, cu-*
11 *jus ductu auspicioque ineunda pugna sit. utrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator sit, verbis tan-*

§. 10. *Quum gloria belli ac virtute, sua quemque, fretos ire in aciem debere*] *Tum gloria* Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 1. 2. ac 3. V. ad 6, 23, 3. Deinde *ire in eam aciem* Haverk. *ire in em aciem* Leid. 1. Mox verbis sequentibus *dictu auspicioque*, pro *ductu*, Klock. millies in Mstis obvio errore. V. ad 38, 43, 1.

§. 11. *Utrum qui audiendus dumtaxat magnificus adhortator sit*] Vide, num legendum, *utrum audiendus, qui duntaxat magnificus adhortator sit.* GLAR. Glareanus legendum putat, *utrum audiendus, qui duntaxat magnificus adhortator sit.* quasi vero non optimus sensus eliciatur ex hac lectione, id est, utrum, qui imperat, et cui obediendum est, sit tantum magnificus adhortator. Sic paulo post [c. 35, 2.] *Hoc silentium in me audiendo servandum est.* SIG. Adsentior Freinshemio emendanti *audendi dumtaxat.* Ammianus 15, [8.] *Fixo gradu consiste inter signiferos ipsos, audendi in tempore consideratus hortator.* Helm. *audientibus.* alius, *audiendum.* J. FR. GRON. Emendatio haec Freinsh. *utrum qui audendi dumtaxat* obcurrit in ejus notis ad Curtii 9, 2, 29. Omnes autem mei constanter *audiendus* praeferunt, quod pro obedire accipiendum esse monens Sigonius, male huc advocavit locum ex c. 35, 2. hujus libri, ubi *audire* notat *concionantem audire*, ut Livius inquit 1, 28, 2. Et ita forte nunc etiam exponi debet, ut, quemadmodum hoc loco *audire magnificum adhortatorem*, sic contra *adhortandi caussa magnifice loqui* infra sit 21, 41, 1. nisi quicum Freinsh. ac Gronov. *audendi* malit. Ceterum *verum*, pro *utrum*, praefert Leid. 2. de quo errore supra v. ad 2, 17, 3. qui deest in Harlej. 2. et Gaerto. Vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecit legendum esse *utrumque audiendus*, id est, et utrum audiendus. V. supra ad 3, 36, 7. Sed pronominis, quod reliqui omnes codices tuentur, mutandi caussam non video. Mox *expari* scribitur in Lovel. 3. quod non improbat Dausquej. de Orthogr. part. sec. in ea voce.

Qui et ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat] Voculam *et* ignorat Voss. 2. *ipsa tela tractare* praefert ed. Parm. *ipse cetera tractare* Leid. 2. et Lovel. 1. *ipse bella tractare* Harlej. 2. Supra 5, 12, 7. *Seditio intestina majore mole coorta, quam bella tractabantur.* Justin. 9, 8. *Hic aperte, ille artibus bella tractabat.* 22, 5. *Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari.* Liv. 23, 28, 4. *Quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret.* Et ita *tractare imperium* Justin. 1, 2. *Nec inmaturo ausa tradere imperium, nec ipsa palam tractare.* ubi v. J. Fr. Gronovium. *tractare rempublicam* Sallust. in Catil. 51. *Triginta viros inposuere, qui rempublicam eorum tractarent.* ubi v. Cortium. Uni tamen, et qui-

tum ferox, operum militarium expers; an qui et ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat. Facta mea, non dicta, vos, milites, inquit, *sequi volo; nec disciplinam modo, sed exemplum etiam, a me petere. Non factionibus modo* 12

dem huic, codici fidem habere, nimis temerarium puto. Similiter Ovidius 2. Am. Eleg. 3, 7.

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis;
Bellica non dextrae convenit hasta tuae.
Ista mares tractent.

5. Fast. 397.

Dumque senex tractat squalentia tela veneno,
Excidit, et laevo fixa sagitta pede est.

Cic. in Bruto 2. *Non auctoritatis armis egere rempublicam, quae didiceram tractare.* Horat. 1. Epist. 18, 52.

— — adde, virilia quod speciosius arma
Non est, qui tractet.

Ceterum indocte literis, olim continua serie scriptis, in voces divisis *versa remedia*, pro *versari media*, Florent. *versari media mole*, omissa media praepositione *in*, Harlej. duo, et Portug. sed ea intercepta est a prima litera vocis sequentis. V. infra ad 37, 1, 2. Et amat saepe Livius praepositiones medias inter substantiva et adjectiva ponere. V. ad 2, 19, 8. Denique vox *pugnae* omittitur in Leid. 2.

§. 12. *Facta mea, non dicta, vos, milites, inquit, sequi volo*] *Tò inquit* deest in Gaertn. Praeterea *Facta media*, pro *mea*, Klock. cujus librario adhuc obversabatur illa vox, quae modo praecesserat. Paullo post *ne disciplinam*, pro *nec*, Harlej. 1.

Non factionibus modo, nec per conciones usitatas nobilibus] Tametsi paullo ante praecesserit verbum *modo*, tamen, hoc loco quid sibi velit, haud equidem intelligo, cum absque eo sit longe luculentior sensus. GLAR. Glareanus tollendam vocem *modo* putat, quia eadem quoque praecesserit, *nec disciplinam modo, sed exemplum etiam a me petere;* neque videt illam *solum* significare, hanc vero *nuper*, atque ita utrumque locum habere. Caeterum legendum est *per coïtiones*, non *conciones*. Quid autem sit in petendo magistratu *coïtio*, supra ostendi, cum alia loca emendavi. SIG. Sigonius legendum pertendit *per coïtiones*, incongrue. Palat. tert. *nec per contiones inusitatas nobilibus is hac dextra.* Valde implexe. Forte extricandum *non factionibus modo, nec per contiones usitatas nobilibus: is hac dextra mihi tres consulatus summamque laudem peperi.* GEBH. Copulam *modo*, quam Sigonius contra Glareanum vindicavit, servant omnes scripti. Si autem pro nuper accipiatur, jungendum *modo usitatas*. Vide tamen, an non potius *non factionibus modo* positum sit pro *non modo non factionibus*. Neque offendet quemquam τὸ *modo*, quod verbis praecedentibus praecesserat, iterum repetitum, si adtenderit ad illa, quae plena manu congesta sunt ad 1, 3, 9. Tum

nec per coïtiones usitatas nobilibus, sed hac dextra, mihi tres consulatus summamque laudem peperi.
13 *Fuit, quum hoc dici poterat: Patricius enim eras, et a liberatoribus patriae ortus: et, eodem anno familia i-*
14 *sta consulatum, quo urbs haec consulem, habuit. Nunc*

nec per contiones usitates Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. duo, Florent. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. *conciones inusitatas* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. *conciones visitatas* Leid. 1. Unus hic Klock. veram lectionem *per coïtiones usitatas* servat. Solent autem voces *contio*, vel *concio*, et *coïtio* saepe in Mſtis confundi. V. ad 4, 13, 9. Corruptius *per conditiones*, vel *condictiones*, *inusitatas* habet Hearnii Oxon. L. 1. Passim autem vocem *conditio* τῷ *concio* a librariis subponi, supra vidimus ad 4, 12, 7. Mox vocula *sed* deficit in Gaertner. Ejus loco *is hac dextra* est in Voss. 2. quod perperam Gebhardo placuit. *his hac dextra* Lovel. 3. *sed hac dextera* Lovel. 5. Haverk. et Fragm. Hav.

Tres consulatus summamque laudem peperi] Lego *summa cum laude peperi*. KLOCK. Cur vulgata scriptura, quam omnes codices uno ore defendunt, Klockio sordeat, nondum caussam video. Vocem *tres* omittit Harlej. 1.

§. 13. *Fuit, quum hoc dici poterat*] *Fuit tempus, quum hoc dici poterat* Harlej. 2. et Haverk. Verum illud *tempus*, quod olim margini adscriptum fuisse videtur ad indicandum, eam vocem hic subintelligendam esse, postea a nasutiore in contextum receptum est In his autem locutionibus illam vocem per ellipsin omitti, docet Sanctius 4. Minervae 4. de Ellipsi nominum, in v. *Tempus*. *Fuit, cui haec dici poterant* habet Lovel. 2. Verum non indicat Valerius, unum vel alterum patriciorum fuisse, cui id objici poterat, sed olim, antequam consulatus cum plebeis communicaretur, similia universo ordini patriciorum dici potuisse. *Fuit, cum quo dici poterat* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo amanuensis altera *Fuit, cum dici poterat* emendatum exstat. *Fuit, cui hoc dici poterat* Lovel. 5. a m. 1. *Fuit, cum hoc dici potestati* Lovel. 3.

Patricius enim eras, et a liberatoribus patriae ortus] *patricius enim erat* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Fragm. Hav. a m. 1. Neapol. Latinii, et edd. Mediol. anni 1495. Veneta anni 1496. et multae aliae usque ad Edum, qui iterum *eras* restituit: quod etiam praefero, ut ita inducatur plebejus, qui patricio hoc objiciat. *patricius eras enim* Harlej. 2. Haverk. et Portug. a m. 1. in quo postea emendatum *patricius erat enim*. [*enim eram et liberatoribus* Veith.] Deinde *et a liberatoribus ortus patriae* Leid. 1. *To* et deficiebat in Voss. 2.

Eodem anno familia ista consulatum, quo urbs haec consulem habuit] Vox *anno* non adparet in Portug. quemadmodum nec *consulatum* in Lovel. 4.

§. 14. *Nunc jam nobis Patribus vobisque plebejis promiscuus*

jam nobis Patribus vobisque plebejis promiscuus consulatus patet; nec generis, ut ante, sed virtutis est praemium. proinde summum quodque spectate, milites, decus. Non, si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiae 15

consulatus patet] *Hunc jam vobis* Haverk. errore scribarum. V. ad 9, 9, 9. *Nunc quoque nostris Patribus* Lovel. 2. Librariis displicuisse videntur junctae particulae *Nunc jam*. Ita tamen Livius supra loquitur 5, 2, 10. *Nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire*. c. 17, 7. *Nunc jam pro se fortunam suam illis negare*. 10, 19, 7. *Nunc jam populares orationes serere*. Ex Cic. exempla laudat Turscll. de Partic. Latin. orat. c. 110. Inverso ordine *jam nunc* infra usurpat 31, 32, 3. *Deliberationis autem ejus tempus ita jam nunc statui posse*. ubi alia vide. *Nunc jam vobis Patribus* Harlej. 2. V. ad 34, 2, 2. Deinde *vobisque plebei* Leid. 1. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 1. et Klock. quod Klockius pro *plebi* scriptum existimabat. Hac forma autem eam vocem interdum in Livii Mstis obcurrere, supra vidimus ad 2, 42, 2. Potuit tamen etiam scriptum esse pro *plebeji*, quemadmodum praefert Florent. Nam similiter etiam *plebeis* pro *plebejis* praeferunt Leid. 2. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. hoc loco, et infinitis aliis. Sed et vulgatum commode servari potest.

Nec generis, ut ante, sed virtutis est praemium] *nec gentis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac N. in quo posteriori et alterum *generis* pro varia lectione adscriptum fuit. Alibi saepe *gens* et *genus* commutantur. V. ad 34, 17, 6. Hic potius vulgatum probo. Supra 4, 4, 7. *Nobilitatem plerique non genere nec sanguine, sed per cooptationem in Patres habetis*. c. 9, 4. *Virginem plebeji generis maxime forma notam petiere juvenes; alter virgini genere par, nobilis alter*. Deinde *virtutis praemium est*, trajectis vocibus, Fragm. Hav.

Summum quodque spectate, milites, decus] *exspectate* Leid. 2. *exspectare* Voss. 1. et Lovel. 1. V. ad 6, 33, 1. De verbo *spectare* hoc sensu v. ad 2, 12, 13. *spectare* Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde *milite decus* Leid. 1. *militiae decus* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. Duplici lectione juncta *milites*, *militiae decus* Gaertn. de quo v. ad 3, 44, 4. Sed, quod vulgo circumfertur, verius est. Quum enim jam Patribus et plebejis promiscuus consulatus pateat, milites non tantum summum militiae, sed etiam civilium honorum decus spectare poterant.

§. 15. *Non si mihi novum hoc Corvini cognomen Diis auctoribus homines dedistis*] Pall. duo *novum hoc quorum cognomen*. Forte legendum *novum hoc Corvum cognomen*. GEBH. *Corvini cognomen* Voss. 1. Leid. 1. Florent. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. duo, Portug. et Fragm. Hav. idque dare voluisse videtur librarius Klock. qui tamen scripsit *Corvi in cognomen*. Sed *quorum cognomen* Voss. 2. Lovel.

15 [illegible]. *Semper ego plebem*
Romanam [illegible], *pro*[illegible], *in magistratibus*
parvis magnisque, [illegible] *tribunus ac consul*, *eodem*
tenore per omnes deinceps consulatus, *colo atque colu-*
17 *rem*, *quid usus*, *Dis iovis auspicibus*, *novum atque*
integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.

1 **XXXIII.** Non alias militi familiarior dux fuit,

3. et Gaertn. *Corvi cognomen* Lovel. 2. et Haverk. quomodo primo Sigonius, deinde Gruterus in postrema editione, et post eum reliqui vulgarunt. V. supra hoc lib. ad c. 26, 12. Si cum Gebhardo malis *Corvum cognomen*, epexegesis erit. V. Gronov. ad Liv. l. 1, 3, 7. Sed servandum puto *Corvi cognomen*. V. supra hoc lib. ad c. 10, 13.

Vetustum familiae nostrae cognomen memoria excessit] Vox *memoria* non reperitur in Lovel. 4. Ita sane loquitur Silius Ital. 15, 34.

— *Cannaene tibi, graviorque palude*
Maeonius Stygia lacus excessere, Padusque?

At, reliquis codd. vulgatum tuentibus, id mutandum non censeo. *excedere memoria*, ut *excedere vita* saepissime apud scriptores obvium, et *excedere animis* apud Curtium 8, 8. *Ubi vero reverentia excessit animis*. Praeterea *vetustum* non adparet in Hearnii Oxon. C.

§. 16. *Militiae domique, privatus, in magistratibus parvis magnisque*] Ipse mox exponit, *aeque tribunus, ac consul*. quibus verbis simul indicat, se ex eo numero tribunorum fuisse, qui *comitiati* dicebantur; de quibus c. 5, 9. dixit. Sallustius quoque in Jug. 63. tribunatum militum *magistratum* vocat. et Suet. Caes. 5. *honorem suffragio populi datum*. DUR. *militiaeque domique* Haverk. Sed, alterum usitatius esse, patebit ex plerisque eorum exemplorum, quae, alia quamvis occasione, supra conlata sunt ad 1, 34, 12. Mox *magistratibus magnis parvisque* Lovel. 2.

Eodem tenore per omnes deinceps consulatus] *per omnes deinde consulatus* Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. et Portug. V. supra ad 5, 17, 4. *per omnes denique consulatus* Gaertn. Mox *colo* et *colui*, pro *atque colui*, Leid. 2.

§. 17. *Novum atque integrum de Samnitibus triumphum mecum petite*] *nomen atque integrum de Samnitibus triumphum* Portug. *novum atque integrum de Samnitibus nunc triumphum* Lovel. 3. Sed illud *nunc* modo praecessit. Paullo ante *quod in stadiis*, pro *quod instat*, Klock. *quod justas* Voss. 1. et Lovel. 1.

§. 1. *Non alias militi familiarior dux fuit*] *Non alius* Hearnii Oxon. L. 1. Tum *multis familiarior* Klockian.

Omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo] Palat. duo *haud gravate minimo obeundo*. GEBH. *aut grave-*

a inter infimos militum haud gravate munia ob-
o. In ludo praeterea militari, quum velocita- 2
iriumque inter se aequales certamina ineunt,
ter facilis vincere ac vinci vultu eodem; nec
aquam adspernari parem, qui se obferret; fa- 3
benignus pro re, dictis haud minus libertatis
ae, quam suae dignitatis, memor: et, quo

! *minima obeundo* Fragm.
a m. 1. *haud gravare mu-*
beundo a m. 2. *haud gra-*
munera obeundo Gaertn.
ra etiam Voss. 1. in mar-
Saepe ita variant librarii
is. V. ad 36, 31, 12. *haud*
te mioieā obeundo Lovel.
ud gravitate minima ob-
Voss. 2. et Lovel. 3.

. *In ludo praeterea mili-*
V. Lipsium 5. de Milit.
Dial. 14. DUKER.

niter facilis, vincere ac vin-
ultu eodem] *comifacilis*
. *comiter facile* Lovel. 3.
ertn. Tum *vincere vinci*,
conjunctione, Fragm. Hav.
tamen deinde eadem ma-
scripta est. Paullo ante *cā*
tatis viriumque Haverk.
im velocitatis, solito lapsu
rum. V. supra ad 4, 44, 10.

se obferret) *qui secum of-*
Gaertn. *qui secum confer-*
vel. 5. Harlej. 2. Portug.
erk. Praecedens autem vox
non conspicitur in ed.

. *Factis benignus pro re,*
haud minus etc.] Horum
rum sensus mihi non ad-
m patet, et est totus ver-
bscurus. Alii aliter distin-
; sed est nihilominus sen-
bscurus. GLAR. Sensus hu-
ci, quem se ignorare Gla-
fatetur, est, Factis, in-
quit, habita personae et temporis ratione, liberalis erat, dictis ita cautus, ut non minus aliorum libertatis, quam suae dignitatis rationem haberet. *Dicta* autem Latini vocant, quae Graeci *ἀποφθέγματα* †. „Glareanus „inquit, non admodum patet: „Sigonius dicit, Glareanum fa„teri se ignorare. Ita ubique in„vertit verba. „ †. SIG. *Dicta* hic pro dicteriis. Carrio 1. Emend. 4. Sigonius Graecis *dicta ἀποφθέγματα* dici docet. Tu tamen v. Varron. 5. de L. L. [p. 56.] ubi *dicta ducum* Scalig. in Conject. *παραγγέλματα* et tesseras interpretatur. Adde Godesch. Stewichium ad 3. Vegetii 5. nota 2. KLOCK. *Ἀποφθέγματα* a Latinis saepe dici *dicta*, dudum docuerunt Manutius ad Ciceronis 7. ad famil. ep. 32. et 9. ep. 16. Casaub. ad Suet. Caes. 57. et interpretes Phaedri ad prolog. l. 2. Nec tamen puto, *dicta* hoc loco ea significatione poni, sed in universum *dicta* hic esse omnia, quae dicuntur, ut fere ubique, quum *dicere* vel *loqui* et *facere*, item *dicta* et *facta* conjunguntur. Infra c. 40, 9. Valerius de se. *Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis?* 6, 20, 8. *Facta dictis aequando.* Suet. Aug. 12. *Dicta factaque quorumdam calumniatus.* Ner. 34. *Matrem dicta factaque sua exquirentem acerbius et corrigentem.*

nihil popularius est, quibus artibus petierat magi-
4 ſtratus, iisdem gerebat. Itaque universus exercitus,
incredibili alacritate adhortationem prosecutus du-
5 cis, caſtris egreditur. Proelium, ut quod maxime
umquam, pari spe, utrimque aequis viribus, cum
fiducia sui, sine contemtu hoſtium, commiſſum est.
6 Samnitibus ferociam augebant novae res geſtae et

Cic. 1. ad fam. ep. 9. *Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Caesare intercessit.* Adde Boxhorn. ad Tac. 2. Ann. 53. DUK. *factis benignus ac dictis* Lovel. 2. 5. Portug. et Haverk. *factis benignius ac dictis* Harlej. 2. et Fragm. Hav. *factis benignus prae dictis* Lovel. 1. *factis benignus praedictus* Leid. 2. *factis benignis pro re ac dictis* Gaertn. Quod hoc loco Livius *pro re*, Cicero *pro re nata* dixit 7. ad Attic. Ep. 8. *Animadverteram, posse, pro re nata, te non incommode ad me in Albanum venire.* 14. Ep. 6. *Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum.*

Quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat] *regebat* Leid. 1. transpositis perperam literis. V. infra 27, 40, 2.

§. 4. *Universus exercitus incredibili alacritate adhortationem prosecutus ducis*] *unium suus exercitus* Lovel. 3. Deinde *prosecutus* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 5. *Proelium, ut quod maxime umquam, pari spe, utrimque*] *Proeliumque quod maxime umquam* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. ac B. *Proelium et quod maxime umquam* Haverk. Non intellexerunt librarii voces *ut quod maxime*, quae similiter obcurrunt infra 29, 31, 5. *Si quit arceat, ut quod maxime opus sit, acie dimicaturum.* V. etiam Catan. ad Plinii 9. Ep. 22. et *quod numquam* praefert Lovel. 2. *ut quod maxime nunquam* Lovel. 3. [*proelium quod maxime* Veith.] Deinde *pari spe proelium utrimque* Leid. 1. Harlej. 1. Lovel. 3. et Gaertn. *Proelium, ut quod maximum proelium pari spe utrinque* est in Florent. *saepe*, pro *spe*, male obſert Haverk. V. supra hoc lib. ad c. 5, 6. Deinde *cum sui fiducia* trajectis vocibus Leid. 1. Mox *est* deficit in ed. Parm.

§. 6. *Romanis contra quadriagentorum annorum decora, et conditae urbi aequalis victoria*] Hic annus est CDXII. ab urbe condita. Non enim ubique rotundi poſtulantur numeri. SIG. Omnia haec verba deficiunt in Hearnii Oxon. L. 1. cui errori repetitio vocis *victoria*, quae proxime praeceſſit, originem dedit. V. infra ad 9, 11, 11. Praeterea *creditae urbi* Voſſ. 2. et Lovel. 3. V. ad 39, 43, 1. *conditae urbis aequalis* Lovel. 5. a m. 1. Harlej. 2. Portug. et Gaertn.

§. 7. *Utrisque tamen novae hostis curam addebat*] Pergit Livius in eodem sensu, et aliud momentum narrat, quod pugnam fecerit vehementiorem; sic ut, quum ante narrati stimuli fuerint singulis proprii, hic unus

ıucos ante dies geminata victoria; Romanis con-
'a quadringentorum annorum decora, et conditae
rbi aequalis victoria: utrisque tamen novus hostis 7
uram addebat. pugna indicio fuit, quos gesserint
nimos. namque ita conflixerunt, ut aliquamdiu in
eutram partem inclinarent acies. Tum consul, 8
repidationem injiciendam ratus, quando vi pelli

ommunis fuerit idemque ambo-
us. Non vero ad diversa quae-
am discedit auctor, ut neces
ırium illi fuerit τὸ *tamen*. Lege
x Rott. *utrisque tam novus.*
AC. GRON. Alibi saepe τὰ *Ta-*
ıen et *Tam* commutantur. V.
ıfra ad 22, 59, 13. Quum tamen
illus eorum codd. quos adhi-
ui, Rott. quo Cl. Jac. Grono-
ius usus est, faveat, eidem Gro-
ovio adsentiri nequeo: qui non
idetur adtendisse, in praeceden-
bus per ellipsin omitti *quamvis*,
el similem particulam; quod
requens esse, infra videbimus
d 37, 25, 11. Sensus itaque est;
uamquam Samnitibus novae res
essae, Romanis tot annorum
ecora ferociam augebant, no-
us tamen hostis utrique populo
uram addebat. Ceterum *utrius-*
ue tamen novus hostis Leid. 1.
t Harlej. 1. *utrisque tamen no-*
ıs hostis Haverk. *utrique tamen*
ovus hostis Voss. 1. Leid. 2. Lo-
el. 1. 5. et Hearnii Oxon. L. 1.
'. infra ad 36, 16, 6. Deinde *ho-*
tis novus Gaertn.

Ita conflixerunt, ut aliquam-
liu in neutram partem inclina-
et acies] Scripti *inclinarent.*
. FR. GRON. Ita sane est in Flo-
ent. Voss. utroque, Leid. utro-
que, Lovel. 1. 3. 4. a m. 2. Har-
ej. 1. Klock. Fragm. Hav. Hear-
ıii Oxon. L. 1. 2. N. et ed. Me-
liol. anni 1505. *inclinaverint* e-
at in Lovel. 4. a m. 1. Quod ante
Gronovium editiones obsederat,
in uno tantum Harlej. 2. mihi ob-
vium fuit; sed proxime accedunt
Portug. et Haverk. *declinaret*
ostentantes. Sed *inclinare* in hac
re usitatum. Supra 2, 20, 11. *Tum*
demum inpulsi Latini, perculsaque inclinavit acies. Tacit. 3.
Hist. 83. *Quoties pars altera inclinasset.* Vell. Pat. 2, 53. *Ut primum C. Caesar inclinatam vidit Pompejanorum aciem.* Praeterea *conflixere* Voss. 2.

§. 8. *Trepidationem injiciendam ratus, quando vi pelli non poterant*] *q̃m*, sive *quoniam*, *vi pelli non poterant* Haverk. sol. lemni errore operarum. V. ad 29, 1, 7. *quando ſpelli non poterant* Lovel. 2. Qui error ex literarum adfinitate ortus est. V. ad 3, 49, 6. (* 10, 28, 12. c. 39, 2. 25, 40, 2.) Ita *incepissent*, pro *vi cepisset*, in uno erat cod. supra hoc lib. c. 9, 1. *inexpugnatum*, pro *vi expugnatum*, 4, 57, 7. *intueri*, pro *vi tueri*. 10, 3, 2. *quando vi pelli non poterat* Lovel. 5. Sed verbum pendet ex eo, quod sequitur, *signa hostium.*

Turbare prima signa hostium conatur] *turbare pugna prima signa hostium* Lovel. 1. Deinde *conatus* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. utramque lectionem jungentes *conaturus* legunt Leid. 1. Lovel. 4. et Harlej. 1. Adscriptis enim ultimis literis *us*, qui primus eam

non poterant, equitibus inmissis turbare prima si-
9 gna hostium conatur. quos ubi nequidquam tumul-
tuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit, nec
posse aperire in hostes viam, revectus ad antesigna-
10 nos legionum, quum desiluisset ex equo, *Nostrum*,
inquit, *peditum illud, milites, est opus. agitedum, ut
me videritis, quacumque incessero in aciem hostium,
fer-*

lectionem dedit, indicare voluisse puto, non tantum se *conatur*, sed etiam *conatus*, invenisse.

§. 9. *Nec posse aperire in hostes viam*] *viam in hostes* Harlej. 2. et Haverk. *in hostes viam in hostes*, utraque lectione adscita, Portug.

Revectus ad antesignanos legionum, quum desiluisset ex equo] *rectus*, pro *revectus*, Voss. 2. et Lovel. 3. *revecto* in editione Aleriensis esse, Hearne auctor est; qui id inde forsan ortum conjicit, quod operae in Msto *revecto* invenerint, idque non intellexerint. Ed. tamen Rom. anni 1472. manifeste *revectus*. Deinde *antesignarios* Voss. 2. Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad 4, 47, 2. Tum *desoluissset* Leid. 1. *dissiluisset* Leid. 2. et Lovel. 2. Praeterea *ab equo* Lov. 2. *equo* Lovel. 4. *ex quo* Portug.

§. 10. *Nostrum, inquit, peditum illud, milites, est opus*] *Vestrum, inquit, peditum* Lovel. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Tum *peditum, milites, illud est opus* Voss. 1. et Lovel. 1. *peditum, milites, illud opus est* Leid. 2. *peditum illud, milites, est opus* Lovel. 4. *peditum illud militum est opus* Lovel. 2. 5. et Fragm. Hav. a m. 1.

Ut me videritis, quacumque incessero, in aciem hostium] Vocula *ut* deficit in Lov. 5. [*dum pro ut* Veith.] Deinde *qua cum incessore* Leid. 1. *quacumque incessore* Lovel. 2. *qua cum incessero* Lovel. 1. Gaertn. et ed. Rom. anni 1472. ac Parm. *qua cum incessero* Harlej. 1. Deinde *in acie hostium* Harlej. 2. et Portug. Mox etiam *ferro* deficit in Gaertn. Ceterum multae ex recentioribus edd. ita distinguunt, quum mutata interpunctione legendum sit *quacumque incessero in aciem hostium*, ut olim edebatur; quod Hearnius revocavit. *incedere in aciem*, ut *incedere in hostem* 8, 8, 13. *Unque continente agmine in hostem incedebant*. ubi vide.

Illa nunc omnia, qua nunc erectae micant hastae] Thuan. Voss. uterque, Helm. ignorant priori loco positam particulam. J. FR. GRON. Eamdem ignorant etiam omnes mei, Oxonienses, quos Hearnius consuluit, et Neapol. Latinii. At posteriori loco desit in ed. Parm. Praeterea transpositis vocibus *Omnia illa* praefert Fragm. Hav. Tum *quia nunc erectae micant hastae* Voss. 2. et Lovel. 3. *quae nunc coacta micant hastae* Leid. 2. *quae nunc erecta micant hastis* Lovel. 1. *quae nunc erectae micant hastae* Lovel. 5. a m. 1. *qua nunc erecta micant hastae* Leid. 1.

ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite. Illa omnia, qua nunc erectae micant haſtae, patefacta strage vaſta cernetis. Haec dicta dederat, quum e- 11
quites consulis jussu discurrunt in cornua, legionibus in mediam aciem aperiunt viam. Primus omnium consul invadit hoſtem; et, cum quo forte contulit gradum, obtruncat. Hoc spectaculo ac- 12
censi dextra laevaque, ante se quisque, memoran-

qua nunc creata micant hastae Lovel. 1. *qua nunc rectae micant hastae* Lovel. 4. *qua nunc recte dicant hastae* Florent. Ceterum librarii, qui *quae* loco τοῦ *qua* scripserunt, partim id feciſſe videntur, ut ita conveniret sequentibus *erectae hastae*. V. ad 6, 3, 8. et saepe alibi. partim, quod *qua* praecedenti *illa omnia* convenire non poſſe existimarent. Sed sciendum est, *qua* poni pro *qua parte*. V. ad 5, 37, 7. Jam autem illud adhiberi posse, licet vocabulum vel numeri vel generis diversi praecedat, ad quod referri debeat, supra dictum est ad 5, 47, 9. Mox *vastata*, pro *vasta*, Venet. anni 1498. invitis reliquis scriptis et editis. V. ad 23, 30, 7.

§. 11. *Haec dicta dederat*] *Haec edicta dederat* Lovel. 5. Harlej. 2. et Portug. *Haec edicta ederat* Haverk. Sed saepius *dicta dare* pro dicere. Supra 3, 61, 7. *Haec ubi inter signa peditum dicta dedit.* 22, 50, 10. *Haec ubi dicta dedit, stringit gladium.* (* 29, 2, 12.) Ita et Ovid. 1. Faſt. 356.

Talia non tacito dicta dolore dedit.

5. Fast. 571.

Ille manus tendens, hinc stanti milite justo,
Hinc conjuratis, talia dicta dedit.

In Virgil. saepius hoc hemiſtichium obcurrit *Haec ubi dicta dedit.* ut 6. Aen. 628. 7, 323. 471. et alibi. Mox *tum equites*, pro *cum*, Lovel. 5. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. *tunc equites* Lov. 2. Mox *jussu consulis* Lovel. 4.

Legionibusque in mediam aciem aperiunt viam] Thuan. et Voſſ. ambo per ἀσύνδετον *legionibus in mediam*. J. FR. GRON. Particula connectens deest etiam in Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. utroque, Portug. Gaertner. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxoniensibus. Unus Haverk. *ac legionibus* praefert.

Cum quo forte contulit gradum, obtruncat] *obtulit gradum* edd. Rom. anni 1472. et Parm. invitis manu exaratis. *conferre gradum* pro cominus pugnare, Silius Ital. 12, 381.

— — longumque coïre videtur
Et conferre gradum.

Tacit. 2. Ann. 22. *Conlato illic gradu certatum.* 2. Hiſt. 42. *In aggere viae conlato gradu.* Similiter *conferre pedem, conferre manus*, obvia sunt.

§. 12. *Accensi, dextra laevaque ante se quisque memorandum proelium ciet*] Forte *cient.*

dum proelium cient. Stant obnisi Samnites, quamquam plura accipiunt, quam inferunt, vulnera.
13 Aliquamdiu jam pugnatum erat: atrox caedes circa signa Samnitium, fuga ab nulladum parte erat. ad-
14 eo morte sola vinci destinaverant animis. Itaque Romani, quum et fluere jam lassitudine vires sen-

Voss. alter *ejecit*. J. FR. GRON. *ejecit* etiam Lovel. 3. *sciet* Klock. *cient* vero, ut Gronovius conjecit, habent Lovel. 5. Harlej. 2. Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Supra hoc cap. *Agitedum, pro se quisque obvios sternite.* V. ad 2, 22, 7. et 7, 19, 2. Similiter igitur hoc loco ex sex codd. quamvis minoris plerumque auctoritatis, rescripsi. Nullus enim tam subtilitae fidei codex est, qui non interdum veriorem scripturam servat, ubi etiam integerrimi lapsi sunt. Doct. Arntzen. tamen ad Aurel. Vict. de Vir. Inl. 47. receptam lectionem facile locum suum tueri posse judicat. Praeterea *dextera laevaque* Lovel. 5. et Haverk. Paullo ante etiam pronomen *Hoc* non adparet in Lovel. 3.

Stant obnisi Samnites] *Astant* Florent. *Instant* Lovel. 4. et Neapol. Latinii. *Stant obnisi*, ut *intentus stat* 5, 26, 7. *Alius exercitus proelio intentus stabat. defixi stant* 8, 7, 21. *Quum silentio defixi stetissent.* Et ipsum hoc nostrum apud Virgil. 10. Aen. 359.

Anceps pugna diu: stant obnixi omnia contra.

Praeterea *obnixi* Flor. *obnoxii* Leid. 1. Lov. 2. in contextu, et Harl. 1. Male. De voce *obnixus* ejusque cum altera *obnoxius* commutatione v. supra ad 6, 12, 8. Mox voces *quam inferunt* perperam exsulant ab ed. Parm.

§. 13. *Atrox caedes circa signa Samnitium*] *atrox caedes orta circa signa Samnitium* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *atrox caedes citra signa Samnitium* Voss. 2. V. ad 22, 48, 6. *atrox caedes atra signa Samnitium* Lovel. 3. *atrox caedes orta circa signa Samnitium fuit* Gaertn.

Fuga ab nulladum parte erat] *a nulladum parte erat* Gaertn. et edd. ante Aldum. *ab nulladum erat parte* Harlej. 2. *ab nulla erat parte*, omissa enclitica *dum*, Lovel. 5. Portug. et Haverk. quam tamen fide digniores pertinaciter servant. Ita 29, 11, 1. *Nullasdum in Asia civitates socias habebat populus Romanus.* Ubi plura vide.

§. 14. *Itaque Romani quum effluere jam lassitudine vires sentirent*] Pall. duo *cum fluere jam lassitudine.* Secundus vero et Campani editio *cum et fluere jam lassitudine.* Infra l. 35, 17. *Si primum impetum, quem fervido ingenio et caeca ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore et lassitudine membra, labant arma.* GEBH. Lege ex Flor. et sex aliis codicibus: *Itaque Romani quum et fluere jam lassitudine vires sentirent, si diei haud multum superesset, accensi ira concitant se in hostem.* De verbo *fluere* v. ad 27, 17, 4. J. FR. GRON. *Itaque Romani confluere* Voss. 2. quod datum est pro *cum fluere*, quemodo praefert Lovel. 3. Id autem idem est genus erroris, ac con-

tirent, et diei haud multum superesset, accensi ira concitant se in hostem. Tum primum referri pedem 15
atque inclinari rem in fugam adparuit; tum capi, occidi Samnis. nec superfuissent multi, ni nox victoriam magis, quam proelium, diremisset. Et Ro- 16
mani fatebantur, numquam cum pertinaciore hoste

gratulatione pro *cum gratulatione;* de quo v. supra ad 4, 24, 7. Similiter *conquaereretur*, pro *cum quaereretur*, in uno cod. mox est §. 16. *Itaque Romani cum effluere* in solis meorum Lovel. 2. et Fragm. Hav. obvium fuit. *Itaque Romani et eum et fluere* in Haverk. *Itaque Romani quum et fluere* praeferunt Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 4. 5. Harlej. uterque, Portug. et Haverk. De errore scribarum, quo *effluere* pro *et fluere* dederunt, infra v. ad 38, 49, 4. Deinde *in lassitudinem* Lovel. 1. *in lassitudine* Voss. 1. inter versus, Leid. 2. et Lovel. 2. Mox *et diem haud multum superesse* Lovel. 2. *et diei haud multum superesset* Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ut *superesset* pendeat ex praecedenti *quum*. Utrumque, *et flueret*, ac *superesset*, in contextum recepi.

§. 15. *Tum primum referri pedem atque inclinari rem in fugam adparuit*] *Tñ primum* Haverk. V. ad 22, 17, 5. Deinde *et inclinari rem* Harlej. 2. et Portug. *referri pedem atque inclinare rem in fugam* Lovel. 2. ut *rem inclinare* absolute ponatur, de quo supra v. ad 3, 61, 4. Et ita saepe passivis subjunguntur activa, atque in vicem. V. infra ad 8, 34, 9. Verum omnes reliqui codices *inclinari rem* servant, nisi quod vox *rem* deficiat in Haverk. De locutione autem *inclinatur res*, quod active diceretur *inclinant rem*, v. ad 4, 55, 4.

Tum capi, occidi Samnis] *Samnites* Harl. 2. Portug. Gaertner. et Fragm. Hav. Verum frustra. Infra 8, 38, 6. *Totis jam copiis Samnis urguebat*. Eodem cap. §. 10. *Jam pridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati*. c. 39, 8. *Nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum, peditumque vim potuit*. 9, 3, 2. *Omnia aequa ac plana erunt Romano, in perfidum Samnitem pugnanti*. c. 4, 4. *Suis deinde legibus Romanum ac Samnitem aequo foedere victurum*. Ita *Pelignus* infra hoc lib. c. 38, 1. *Ab Romano in Pelignum vertit bellum. Romanus, Campanus, Sidicinus* cap. praec. §. 4. *Eadem fortuna Romanum Campano laturum opem, qua Campanus Sidicino tulerit*. V. plura supra ad 3, 2, 11.

Ni nox victoriam magis, quam proelium, diremisset] Supra 6, 8, 7. *Repente ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam, quam proelium, diremit*. Ceterum *n' nox*, id est *nisi nox*, Lovel. 2. V. ad 23, 1, 8.

§. 16. *Et Romani fatebantur, numquam cum pertinaciore hoste conflictum*] *Et Romani ferebantur* male Florent. Deinde *numquam pertinaciore hoste conflictum* Lovel. 3. *numquam*

conflictum: et Samnites, quum quaereretur, quae-
nam prima caussa tam obstinatos movisset in fugam?
17 *oculos sibi Romanorum ardere visos*, ajebant, *vesano-*
que vultus et furentia ora: inde plus, quam ex alia
ulla re, terroris ortum. quem terrorem non pugnae
solum eventu, sed nocturna profectione, confessi
18 sunt. Postero die vacuis hostium castris Romanus

cum pertinaciore hoste esse conflictum Lovel. 4. a m. 1.

Quum quaereretur, quaenam prima caussa] *cum quaererentur* Lovel. 1. Harlej. 2. Leid. 2. et Portug. *cõq̃rerẽtur*, sive *conquaererentur*, Haverk. V. paullo ante ad §. 14.

Tam obstinatos movisset in fugam] *vertisset in fugam* Hearnii Oxon. C. quod, reliquis omnibus receptam lectionem servantibus, ex ejus expositione natum puto. Proprie *moveri* dicitur hostis, quum pedem referre incipit. Supra 4, 28, 6. *Et moverunt victorem, donec dictator pedem jam referentibus suis advenit.* Et ita minus est, quam *pelli*, vel *averti*. Hoc lib. c. 8, 3. *Inferunt pedem, et primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremo jam haud dubie avertunt.* Eam ob caussam jam additur *movere in fugam.*

§. 17. *Oculos sibi Romanorum ardere visos ajebant*] *Τὸ sibi* deest in Lovel. 4. et Gaertn. *ardere* in Portug. Praeterea *agebant* Leid. 1. Lov. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 8, 33, 23. Ceterum illud responsum non hoc tempore, sed post calamitatem ad Furculas Caudinas Romanis inlatam, quum dedecoris abolendi caussa bellum instauraretur, Samnites dedisse, auctor est Florus 1, 16, 12. ubi v. Cl. Dukerum. Similiter, Volscos sociosque ardore animi micantem Romanorum vultum ferre non potuisse, Livius supra tradit 6, 13, 2.

Vesanosque vultus et furentia ora] *insanosque vultus* Lovel. 4. quod ex interpretatione alterius profluxisse puto. Eo etiam utitur infra 9, 13, 3. *Omnia ira militaris prope vesano inpetu egit.* Cum diphthongo *vaesanos* praefert Florent. at, simplici *e* scribendum, probat Dausquej. de Orthogr. part. 2. v. *Vaescum*, et v. *Vecors*. Quin et infra l. l. non aliter exaratur in eodem Florent. cujus librarium hic errasse, illud indicio esse potest, quod similiter copulam cum diphthongo scribens dederit *vaesanosquae vultus.*

Inde plus, quam ex alia ulla re, terroris ortum] *quam ulla alia re* Haverk. *quam ex ulla alia re* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *quam ex alia re* se in Oxon. L. 1. reperisse, monuit Hearnius. Male. Supra 4, 48, 13. *Nec se ullam opem cernere aliam usquam.* 24, 40, 4. *Ob nullam aliam caussam, nisi quod imminerent Italiae, peterentur.* Cic. 7. ad fam. Epist. 13. *Neque alia ulla fuit caussa intermissionis epistolarum.* 5. ad Attic. Ep. 10. *Quid quaeris? non mehercule alius ullus sermo, nisi dele.*

potitur: quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit.

XXXIV. Ceterum hoc gaudium magna prope 1
clade in Samnio foedatum est. nam ab Saticula profectus Cornelius consul exercitum incaute in saltum, cava valle pervium, circaque inseſſum ab hoſte, induxit: nec prius, quam recipi tuto signa non 2

Sed nocturna profectione confessi sunt] Pall. duo *testati sunt*. GEBH. Ridicule *professione confessi sunt* Harlej. 2. et Portug. *testati sunt* etiam Voſſ. 2. et Lovel. 3. quod iterum ex gloſſatoris expositione desumtum videtur.

§. 18. *Quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit*] *effundit* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 1, 56, 12. Quum autem forte *Cāpanorum* scriptum fuiſſet, indoctus Lovel. 3. librarius inde *causa panorum* fecit.

§. 1. *Ceterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio foedatum est*] *Ceterorum hoc gaudium* male Leid. 2. Tum *magna prop te clade* Gaertn. in quo etiam deficit praepositio *in*. At mutato ordine *magna prope in Samnio clade* Lovel. 4.

Ab Saticula profectus Cornelius] *ab Satricula* omnes codd. quos consului. Sed v. hoc lib. c. 32, 2. Insuper autem *ad Satriculam profectus* Neapol. Latinii. Male. Supra enim l. l. retulit Livius, Valerium in Campania ad montem Gaurum, Cornelium in Samnio ad Saticulam caſtra posuiſſe; et inde res geſtas eorum per partes descripturus primo narravit victoriam, a Valerio de Samnitibus reportatam; nunc, quid Cornelio Saticula caſtra moventi contigerit, adjungit. Ceterum quae Livius hic *a Saticula* profecto Cornelio eveniſſe scribit, *ad Veserim* accidiſſe innuit Harduinus ad Plinii 22, 5. ubi de P. Decio Mure duplici corona obsidionali donato agens addit: „Intelligitur „porro ad Veserim pugna Sam„nitico bello.„ Verum proelium ad Veserim non decertatum est bello Samnitico, sed Latino; eoque Decius non honorem obsidionalis coronae promeritus est, sed se pro salute exercitus devovit. V. Liv. l. 8, 8. et 10, 28, 15. Mox *cauti*, pro *incaute*, Florent.

In saltum, cava valle pervium, circaque insessum ab hoste, induxit] Praepositio *in* non est in Leid. 1. Tum *avia valle* Klock. Sed *a v i a valle p e r v i u m* ferri nequit. Quin et, dum sequentia cogitat, librarius in errorem abductus *a v i a* scripsiſſe videtur, pro *cava*. Saepius *cava vallis* apud Livium memoratur. Supra 3, 8, 9. *Compulsos in cavas valles circumveniunt*. 28, 2, 2. *Ibi in cava valle, atque ob id occulta, considere militem, et cibum capere jubet*. 44, 5, 10. *Postero quoque die in tam cava valle opperiri Popillium necesse fuit*. Ovid. 6. Faſt. 110.

Nodosasque cava tendere valle plagas.

3 poterant, inminentem capiti hostem vidit. Dum id morae Samnitibus est, quoad totum in vallem infimam demitterent agmen, P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem, inmi-

cavam rupem infra dixit 9, 2, 9. *In eum campum via alia per cavam rupem demisso agmine.* Hinc *pervium circaque* exsulant a Leid. 2. *pervium circumsessum* dedit Haverk. *circumquaque insessum* Hearnii Oxon. L. 1. Praeterea *inclusit*, pro *induxit*, Lovel. 5. et Hearnii Oxon. N. in contextu. [Veith.] Alibi *inducere* et *includere* commutantur. V. N. Heinsium ad Nason. 4. Metam. 408. Hic autem id tanto facilius accidit, quod passim litera *d* ob ductuum adfinitatem in scriptura Longobardica abit in *cl*, et vicissim. V. ad Liv. 10, 24, 2. quemadmodum etiam saepe commutari solent literae *s* et *x*. V. ad Liv. 26, 19, 4.

§. 3. *Quoad totum in vallem infimam dimitteret agmen*] Scribo *demitteret*. in eumdem lapidem et alibi non semel impegerunt scribae. GELEN. Sic [*demitteret*] jam Andreas, sic Aldus: sic omnes, quotquot utor: quum scribendum sit *demitterent*, nempe Samnites. Et ita uterque Vossianus. J. FR. GRON. *dimitteret* Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. quod recte Gelenio displicuit: id enim admitti nequit, quum agatur de descensu in vallem infimam, quod *demittere* est. V. ad 9. 2, 9. Solent autem *demittere* et *dimittere* confundi. V. ad 34, 50, 2. *demitteret* habent excerpta Voss. utriusque, (ex quibus *demitterent* laudat tamen hoc loco Gronovius) Lovel. 1. a m. 1. Lovel. 5. Harlej. 1. 2. Florent. Klock. et Gaertn. Et ita ante Gelenium ediderunt Mediolanenses anno 1505. eorumque exemplum secuti Ascensius annis 1513. et 1516. ac Paris. anno 1529. *demitterent* Leid. 2. Lovel. 1. a m. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. N. et C. qui in cod. B. se *transmitterent* reperisse testatus est. Doujatius *demitteret* adversus Gronovium, *demitterent* substituentem, probat, et refert ad Cornelium consulem Romanum. Livium enim velle opinatur, id morae esse Samnitibus, ne Romanos incidant, quoad consul totum agmen in infimam vallem demitteret. Ut enim ipsi Samnites descenderent, non multum morae interponendum esse, atque ita Decio non futurum fuisse tempus superiorem hostium castris collem occupandi. Ejus sententiam veriorem esse puto. Praeterea *quod ad* Leid. 1. Saepe librarii τὰ *quoad* et *quod ad* commutarunt. V. ad 2, 12, 16. infra 8, 2, 4. c. 13, 14. et aliis locis.

P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem] Vide, an hoc locutionis sit, quod vulgo dicimus, *unus dixit mihi*. At ego unum pro insigni positum puto, quasi alii non tam celsi, et item omnes ab hoste insessi. GLAB. Immo vero *unus* hic redundat, sive pro eo ponitur, quod vulgo *aliquis* dicitur. Ita infra 8, 2, 8. *Ex his tot populis unus ingens exercitus duce Latino fines Samnitium ingressus.* 21, 22, 6. *Eo vinculo Hispaniam vir unus solerti magis, quam fideli, consilio exsolvit.* 45, 30, 2. *Si L. Paullus in turba togatorum unus privatus interroget.* Statius 3. Theb. 604.

nentem hostium castris, aditu arduum inpedito agmini, expeditis haud difficilem. Itaque consuli 4
territo animi, *Videsne tu*, inquit, *A. Corneli, cacumen illud supra hostem? Arx illa est spei salutisque*

Unus ut e silvis Pholoës habitator opacae,
Inter et Aetnaeos aequus consurgere fratres.

Ovid. Epist. 15. Her. 162.

Constitit ante oculos Naïas una meos.

ad quem locum v. Cel. Burmann. Ceterum male *tribunus pl.* vel *tribunus plebis*, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox *aditu arduum inpeditis ato*, sive *animo*, perperam Lovel. 2. *aditum arduum inpediti agmini* Florent.

§. 4. *Itaque consuli territo animi*] *deterrito* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. V. Modium ad Curtii 4, 10, 17. Deinde *animo* Voss. 2. Lovel. 3. 5. et ejusdem Hearnii L. 2. *animis* Harlej. 1. ea vox deficit in Lovel. 2. Sed nihil mutandum. *territus animi* haud magis novum in Livio videri potest, quam *nimius animi* supra 6, 11, 3. *Nimius animi quum alios principes sperneret, uni invideret.* ubi alia vide, etiam *aeger animi* ex ipso Livio laudatum. *confusus atque incertus animi* 1, 7, 6. *dubius sententiae* 33, 25, 5.

Videsne tu, inquit, A. Corneli, cacumen illud supra hostem] Asperum editumque locum intelligit, quem *verrucam* appellat Cato, ubi de simili facto Calpurnii Flammae tribuni militum bello Punico primo agebat in Originibus, auctore Gellio 3, 7. SIG. *Vides tu, inquit* Leid. 2. *Videsne, inquit* Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Nihil mutandum. Supra 1, 39, 3. *Viden' tu puerum hunc, inquit?* ubi vide, quae notantur. Deinde alio ordine *supra hostem cacumen illud* Lovel. 4.

Arx illa est spei salutisque nostrae] Prima vox exsulat a Leid. 1. et Harlej. 1. exsulat etiam a Lovel. 2. 3. Voss. 2. et Gaertner. sed eorum prior insuper praefert *Id est spei salutisque nostrae*, reliqui *Illud est spei salutisque nostrae.* At Florent. jocoso errore legit *Armilla est spei salutisque nostrae. Arx* ut supra 6, 37, 10. *Consulatum superesse plebejis: eam esse arcem libertatis, id columen.* 3, 45, 8. *Non si tribunicium auxilium et provocationem plebi Romanae, duas arces libertatis tuendae, ademistis.* ubi alia vide. *Arx illa et spei salutisque nostrae* habent Harlej. 2. Portug. et Haverk. Voculas *est* atque *et* inter se commutari, videbimus infra hoc lib. ad c. 40, 1.

Si eam, quam caeci reliquere Samnites, inpigre capimus] *si eum, quem caeci Samnites reliquere* Gaertn. et Oxon. N. apud Hearnium. *si eum, quoniam caeci reliquere Samnites* Lovel. 3. *quoniam* praeferunt etiam excusi ante Aldum. Et solent haec vocabula commutari. V. supra ad 4, 48, 15. *quŏ*, id est *quom*, vel *quum*, pro *quam*, praefert Harlej. 1. quae et ipsa confunduntur. V. ad 27, 28, 5. *si eum locum, quem caeci reliquere Samnites* Lovel. 2. Deinde *inpigre* deficit in Lovel. 4.

nostrae, si eam, quam caeci reliquere Samnites, inpi-
5 *gre capimus. Ne tu mihi plus, quam unius legionis principes hastatosque, dederis. cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu, teque et exercitum serva. neque enim moveri hostis, subjectus no-*
6 *bis ad omnes ictus, sine sua pernicie poterit. Nos dein-*

Tandem *capiemus* Harl. 2. Gaertner. Haverk. et Hearnii Oxon. B. invitis optimis: quare non audio. Praesenti usus fuisse Livius censeri potest, ut nullam moram in hac re nectendam doceat, et mox rem incipiendam esse, si consilium placeat.

§. 5. *Nec tu mihi plus, quam unius legionis principes hastatos, dederis*] Antiqua scriptura, *Ne tu mihi plus, quam unius legionis principes hastatosque, dederis.* GELEN. Principes ac hastatos ipse author post l. 8, [8.] quinis manipulis separat, et hoc triginta manipulorum agmen *antepilanos* appellatos tradit. Vide ergo, an non potius legendum *unius legionis principes hastatosque dederis.* Porro ipse author numerum certum alioqui nullum exprimit. GLAR. *Ne*, pro *Nec*, omnes nostri servant codices, nisi quod in excerptis utriusque Harlej. nihil notatum videam. *Ne* etiam superesse in Oxon. N. L. 2. et C. Hearne monuit. Quare eam lectionem contextui Liviano reddidi. Praeterea *principes hastatosque*, ut viri docti voluerunt, omnes iterum codices, praeterquam quod per errorem scribarum *princeps* sit in Lovel. 3. et 5.

Cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu] *uti evasero in summum* Lovel. 3. V. ad 8, 13, 9. *ubi invasero in summum* Lovel. 1. Malc. Verbum *evadere* hoc loco inlustrari potest ex illis, quae de significatione ejus tradiderunt Cel. Burmann. ad Quinctil. 8. Inst. Orat. 3. p. 707. et Cortius ad Sallust. Jugurth. 14, 9. et 52, 3. Tum *perge hic omni liber metu* Lovel. 3. V. ad 26, 13, 13. et hoc cap. §. 14. *perge hinc omne liber metu* Leid. 1. et Haverk. *perge hinc omni libri metu* Gaertn. Mox *teque exercitum serva* Lovel. 1. Haverk. et Fragm. Hav. Sed copulam *et* interceperunt primae literae vocis sequentis. V. infra ad 44, 43, 3. Insuper *teque exercitum servat* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 6. *Aut fortuna populi Romani, aut nostra virtus expediet*] Vox *Romani* deficit in Leid. 2. *virtus expediret* obsert lapsus librarius Leid. 1.

§. 7. *Nec prius ab hoste est visus, quam loco, quem petebat, adpropinquavit*] *ab hoste est usus* Voss. 2. V. infra ad 37, 51, 9. *ab hoste visus est* Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *quam in loco* Portug. et Haverk. Sed praepositio nata est a vocis praecedentis litera finali. V. ad 37, 11, 4. Paullo ante *a consule* Lovel. 2. 4. Gaertn. Fragm. Hav. Florent. omnesque edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *ab consule* dedit, consentientibus reliquis scriptis. Praeterea *per saltus* primi vulgarunt Basil. anno 1539. quod praeter Sigonium servarunt

de aut fortuna populi Romani, aut nostra virtus expediet. Conlaudatus ab consule, accepto praesidio, 7
vadit occultus per saltum; nec prius ab hoste est visus, quam loco, quem petebat, adpropinquavit. Inde admiratione paventibus cunctis, quum om- 8
nium in se vertisset oculos, et spatium consuli de-

omnes, donec Gronovius eodem tempore restitueret *per saltum*, quemadmodum ante Basileenses vulgo exstabat, et Sigonius a nemine exauditus revocarat, quum ita etiam praeferant, quoscumque consului, libri scripti.

§. 8. *Admiratione paventibus cunctis, quum omnium in se vertisset oculos*] Horum duorum alterum Doujatio sufficere videtur, nec satis Livianum putat, post *cunctis* addere *omnium*: aliud etiam esse dicit *admirationem*, aliud *pavorem*. Libens itaque resecaret haec verba *admiratione paventibus cunctis*. Sed quod ad prius adtinet, observari velim, quod notat Festus v. *Cuncti*. *Cuncti significat quidem omnes, sed conjuncti et congregati; at vero omnes, etiamsi diversis locis sint.* ut et quod monet Servius ad Virgil. 1. Aen. 518. *Sane* cuncti *non idem significat*, *quod* omnes. *Cicero saepe ait*, Cuncti atque omnes, *quia* omnes *non statim sunt* cuncti, *nisi iidem simul sint juncti*. Verum licet ad distinctionem hanc non adtendisset Livius, an vereretur duabus vocibus ejusdem significationis uti paucissimis interjectis, qui exiguo verborum ambitu eamdem vocem bis terve adhibere veritus non est? ut supra pluribus exemplis probavi ad 1, 3, 9. Quod adtinet ad alterum, ideo *admiratione paventibus* ferre non potuisse videtur, quod *pavor* ac *timor* sive *terror* idem notasse crediderit, et quemadmodum *admiratione timere* dici nequeat, ita nec dici posse existimaverit *admiratione pavere*. Ea tamen differunt, et quemadmodum *metu*, ita etiam *spe pavere* dixit Ovid. 3. Fast. 362.

Sollicitae mentes speque metuque pavent.

Videnda sunt, quae notantur ad Silium Ital. 16, 432. ubi N. Heinsius laudat locum hunc ex passione B. Perpetuae. *Processerunt de carcere in amphitheatrum, quasi in coelum, hilares, gaudio paventes, non timore.* Ut autem *spe*, *gaudio pavere*, ita etiam *admiratione pavere* dicere licet. Doujatio itaque, audacissime secanti, adsentiri nequeo: praesertim quum verba haec, quae ejecta voluit, sine ulla varietate in omnibus codd. supersint, nisi quod *admirationē paventibus* perperam legat Leid. 2. Praeterea *omnium* male deficit in Lovel. 4. At *omnium int' se vertisset oculos* praefert Gaertn. frequenti lapsu scribarum, qui passim *in* et *int'*, sive *inter*, commutarunt. V. ad 38, 57, 6.

Spatium consuli dedit ad seducendum agmen] Antiqua scriptura *ad subducendum agmen*, non *seducendum*. GELEN. *ad seducendum* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *ad sucducendum* Leid. 1. Reliqui

dit ad subducendum agmen in aequiorem locum,
9 et ipse in summo conſtitit vertice. Samnites, dum huc illuc signa vertunt, utriusque rei amiſſa occasione, neque insequi consulem, nisi per eamdem

codd. mei, ut et Hearnii Oxonienses ac Neapol. Latinii cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *ad subducendum*. V. viros doctos ad Val. Max. 8, 2, 3. et Oudendorp. ad Lucani 2, 475. quibus locis illa significatio vocis *subducere*, qua hic accipi debet, pluribus inluſtratur.

Et ipse in summo constitit vertice] *et in summo ipse constitit vertice* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *et ipse constitit in summo vertice* Lovel. 4. *et ipse summo constitit vertice* Voſſ. 2. omiſſa praepositione, aliis invitis, qui eam conſtanter servant. Liv. 6, 27, 7. *Nec per otium libertatis meminisse sinant, aut consistere in concione.* 9, 40, 3. *His dextrum cornu datum; illi in sinistro consistunt.* ubi quaedam vide. Ovid. Epist. 21. Her. 117.

Non ego constiteram sumta peltata securi;
Qualis in Iliaco Penthesilea solo.

Curtius 5, 1. *Magna pars Babyloniorum constiterat in muris.* 9, 6. *Credisne, adventu magis hostium, ut jam in vallo consisterent, quam cura salutis tuae, nos esse sollicitos?*

§. 9. *Samnites, dum huc illucque signa vertunt*] Vetuſti codices *Samnites, dum huc illuc signa vertunt*, absque conjunctione. GELEN. Pall. duo, *dum huc illucque signa vertunt.* sec. *dum huc atque illuc signa vertunt.* Probo alterum. GEBH. *huc atque illuc signa vertunt* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Ita mox hoc cap. *Huc atque illuc signa moveri videtis.* 5, 8, 8. *Quum huc atque illuc signa transferrent.* Verum hanc lectionem non nisi incertae fidei codices ostentant. *huc illucque* praeferunt Voſſ. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Block. et Fragm. Hav. quam lectionem primus recepit Aldus. Tempore enim priores *huc illuc signa vertunt* sine copula dederunt. Et ita etiam legunt Florent. Harlej. 1. et Lovel. 4. Ovid. Epiſt. 13. Her. 34.

— — huc illuc, quo furor egit, eo.

Epist. 20, 130.

Anxius huc illuc dissimulanter eo.

ubi v. Cel. Burmann. Male etiam *vertant* Leid. 2.

Utriusque rei omissa occasione] Pall. duo, pr. ac tert. et Campani editio *amissa occasione.* GEBH. *amissa occasione* Gronovius jam anno 1665. recte in contextum recepit. Nam praeter Leid. 2. Lovel. 5. Portug. Block. Haverk. et Oxon. C. omnes mei Hearniique codices lectionem illam firmant. Non tantum huc illuc signa vertendo opportunam *occasionem omiserunt*, id est, ea usi non sunt, sed eamdem etiam *amiserunt*, adeo ut, licet quam maxime vellent, tamen nunc uti non possent. Infra 9, 12, 2. *Et beneficii et maleficii occasione amissa.* ubi etiam similiter variant codd. 31, 36, 3.

vallem, in qua paullo ante subjectum eum telis suis habuerant, possunt; nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum. Sed quum ira in hos 10 magis, qui fortunam gerendae rei eripuerant, tum

Non satis exspectato signo, ante tempus excitatis suis, occasionem bene gerendae rei amisere. Terent. in Eun. 3, 5, 56.

— — — *an ego occasionem*
Mihi ostentatam tantam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam
Amitterem?

Cicero 15. ad Att. Epist. 11. *Multo inde sermone querebantur, atque id quidem Cassius maxime, amissas occasiones.* Pro Caecina 5. *Nullam esse rationem amittendi ejusmodi occasionem.* Caesar 3. belli Gall. 18. *Clamant omnes, occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse.* Hirtius bell. Alex. 37. *Pharnaces, amissa proximi temporis occasione, suos in castra revocavit.* Alibi tamen *omittere occasionem* non damno, ut (*25, 38, 18. 28, 35, 8.) apud Val. Max. 9, 3, 1. *Primam occasionem pugnandi non omissurum se respondit.* apud Sueton. in Calig. 14. *Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine.* et in Galba 10. *Cohortantibus invicem, ne occasionem omitterent.* ubi tamen Torrent. in libris duobus *amitterent* invenit. Frequentissima autem est commutatio verborum *amittere* et *omittere* in Mstis. V. ad 8. 27, 11. Praeterea *utriusque amissa occasione*, una voce omissa, Haverk. *utriusque rei occasione amissa* Lovel. 4.

Neque consequi consulem, nisi per eamdem vallem] Vetusti codices *insequi* habent, pro *consequi.* GELEN. *insequi* etiam omnes mei, et Neap. Latinii. neque aliquid ex suis Hearne notavit, licet monuerit, ed. Aler. *consequi* praeferre. Supra c. 24, 9. *Consul non ultra castra insecutus, a persequendo hoste* exercitum *continuit.* c. 36, 3. *Nec arma inpigre capere, nec obsistere, nec insequi poterant.* et saepe. Mox alio ordine *subjectum telis suis eum habuerant* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum] *eripere agmen* Harlej. 5. solito scribarum errore. V. ad 3, 5, 7. De locutione *erigere agmen in tumulum* infra v. ad 10, 26, 8. Tum *in ceptum*, vel *inceptum*, Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 6, 27, 4. Deinde *supra se* edd. Rom. anni 1472. et Parm. quomodo ante hoc cap. *cacumen supra hostem* dixit. Sed utrumque ferri potest, atque hae praepositiones passim in Mstis commutantur. V. supra ad 4, 22, 6. Scriptos igitur sequi malo. Hinc *a Decio* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 5. et Gaertn. Denique *tumultum* Lovel. 1. a m. 1. Lovel. 3. et Harlej. 2. frequenti errore. V. ad 6, 14, 6. (*10, 40, 8.)

§. 10. *Sed quum ira in hos magis, qui fortunam gerendae rei eripuerant*] Vocula *Sed* non est in Fragm. Hav. Deinde *tum ira* Florent. a m. 2. Voss. 2. Lovel. 3. 5. Gaertn. Portug. et Haverk. V. ad 6, 23, 3. Praeterea *ira magis in hos* Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. At prae-

11 propinquitas loci atque ipsa paucitas incitat: et nunc circumdare undique collem armatis volunt, ut a consule Decium intercludant; nunc viam patefacere, ut degressos in vallem adoriantur. incer-
12 tos quid agerent, nox obpressit. Decium primum spes tenuit, cum subeuntibus in adversum collem ex superiore loco se pugnaturum: deinde admiratio incessit, quod nec pugnam inirent, nec, si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur, opere se

positio *in* deficit in Lovel. 2. et 3. *τὸ magis* in Voss. 2. Mox *perpaucitas* praeferunt Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 11. *Ut a consule Decium intercludant*] *ab consule* Portug. et Haverk. *ut tribunum Decium intercludant* Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.]

Nunc viam patefacere] *nunc itinera patefacere* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. [Veith.] quae lectio ex glossa marginali recepta videtur. Utramque jungens Gaertn. *nec viam ac itinera patefacere* dedit. V. ad 4, 55, 5.

Ut digressos in vallem adoriantur] *degressos*, ut ante. SIG. Ita legunt Florent. Lovel. 5. et Klock. Si autem fides excerptis habenda, quibus utor, non aliter fuit in utroque Harlej. Certe quamvis hi codd. cum editione commissi sint, quae *degressos* praeferat, nulla tamen ex illis diversitas adnotatur. V. supra ad 4, 17, 11.

§. 12. *Ex superiore loco se pugnaturum*] *ex superiori* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *se pugnaturam* Florent. et Harlej. 1. *se pugnaturi* Gaertn.

Admiratio incessit, quod nec pugnam inirent] *qui nec pugnam* Gaertn. Mox *deterrentur*, pro *deterr'entur*, sive *deterrerentur*, librariorum errore Haverk. V. ad 40, 14, 3.

§. 13. *Quaenam illa inscitia belli ac pigritia est*] *Quaenam, ait, illa inscitia* Lovel. 2. quae librarii liberalitate non utor. V. ad 23, 45, 6. *Quaenam illa instita belli* Haverk. Tum aut *pigritia est* Lovel. 2. V. ad 21, 53, 3. *ac pugna est* Leid. 2. ac *pigritiae* Florent. Quae lectio ex eo nata est, quod verbum est una litera *é* scriptum voci praecedenti adcreverit. (* v. Burm. ad Lucani 5, 211.) Contrario errore *prodita est res* datum erat, pro *proditae res*, supra 6, 30, 6. *ac pigritia*, omisso verbo *est*, Lovel. 4. V. supra ad 2, 33, 5. Paullo ante *Tum centurionibus*, pro *Tum*, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Fragm. Hav. Praeterea *a se vocatis*, pro *ad se*, Lovel. 5.

Quonam modo isti ex Sidicinis] Vet. lib. *aut quonam modo*. SIG. Ita non modo omnes manu, sed et typis descripti, quos vidi, praeferunt. Quid igitur Sigonio ita emendandi occasionem dederit, nescio. Ceterum verba *ex Sidicinis Campanis*

valloque circumdarent. Tum centurionibus ad se 13
vocatis, *Quaenam illa inscitia belli ac pigritia est? aut quonam modo isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt? Huc atque illuc signa moveri, ac modo in unum conferri, modo educi videtis. opus quidem incipit nemo, quum jam circumdati vallo potuerimus esse. Tum* 14
vero nos similes istorum simus, si diutius hic moremur, quam commodum sit. Agitedum, ite mecum; ut, dum lucis aliquid superest, quibus locis praesidia ponant, qua

que etc. *signa moveri* deficiunt in Gaertn.

Ac modo in unum conferri, modo educi videtis] *ac modo videtis*, reliquis omissis, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Huic errori caussam dedit repetitio vocis *modo*. V. ad 9, 11, 11. *ac modo etiam unum conferre* est in Lovel. 2. Male. Supra 5, 20, 1. *Tantumque praedae fore, quantum non omnibus in unum conlatis ante bellis fuisset.* 27, 42, 8. *Suorum corpora conlata in unum sepeliri jussit.* 32, 30, 2. *Ut et ipsi conlatas in unum vires firmarent.* 33, 19, 8. *Si in unum ambo simul contulissent vires.* Pariter *in unum colligere, cogere, compellere*, et similia, de quibus v. ad 28, 3, 9. Mox *quum jam circumdato vallo potuerimus esse*, pro *circumdati*, Lovel. 5.

§. 14. *Tum vero nos similes istorum simus*] *Cum nunc nos similes* Lovel. 2. Pronomen *nos* abest a Leid. 2. et Hearnii Oxon. B. Praeterea *similes istis simus* ejusdem Hearnii codex C. V. supra ad 6, 13, 3. *similes istorum sumus* Gaertn. et Haverk. In verbis seqq. *si diutius hic memoremur*, pro *moremur*, Leid. 1. *si diutius moremur hic* Lovel. 3.

Agitedum, ite mecum, ut, dum lucis aliquid superest] *Agitedum te mecum* Voss. 2. et Haverk. *Agitedum vos mecum* Gaertn. Tum vocula *ut* deficit in Lovel. 2. et 3. cujus loco *et* praefert Lovel. 4. V. ad 21, 28, 8. sequens vox *dum* exsulat a Leid. 2. et Gaertn. tres illae *dum lucis aliquid* a Lovel. 1. Mox *praesidia sonant*, pro *ponant*, legunt Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3.

Qua pateat hinc exitus] Multitudinis numero Andreae editio *qua pateant hinc exitus*. Secundus Pal. MS. *quibus locis praesidia ponat, hinc qua pateat exitus.* GEBH. *qua pateant hinc exitus* non tantum Andreae, sed et aliae edd. praeferunt usque ad Frobenianam anni 1535. Idque, si codices accederent, non displiceret. V. ad 3, 8, 9. Nunc in nullo superest, nisi in Lovel. 5. a m. 1. reliqui omnes habent *pateat*, praeterquam Lovel. 2. qui legit *eat*. et Leid. 1. *quateat*, pro *qua pateat*, obferens. Praeterea *quia*, pro *qua*, est in Florent. V. ad 40, 29, 8. Tum *hic*, pro *hinc*, idem Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. V. supra hoc cap. §. 5. Denique *exercitus* Florent. *ex'citus* Lovel. 2. Solent etiam alibi hae voces

15 *pateat hinc exitus, exploremus.* Haec omnia sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustravit.

commutari. V. quae supra notantur ad 5, 26, 7.

§. 15. *Sagulo gregali amictus*] Pall. pr. ac tert. *sagulo gregario.* GEBH. V. Lipsium de Milit. Rom. 2. Dial. 9. DUR. Similiter etiam legunt Lovel. 2. et 3. At *sagulo gregariā ictus* Leid. 1. *sagulo gregali amictus dicit* Hearnii Oxon. L. 1.

Centurionibus item manipularium militum habitu ductis] Pal. pr. *habitu indutus.* At tert. *centurionibus item manipularium militum habitu indutis.* Videtur mihi tamen vulgaris lectio rectior, a qua ne minimum desciscunt vetustissimae editiones. GEBH. *centurionum item manipularium militum habitu ductus* Lovel. 2. *ductus* etiam Leid. 1. et Gaertn. *indutus* Voss. 2. et Lovel. 3. Praeterea *manipularum militum* Voss. 1. Leid. 1. et Lovel. 1. a m. 1. *manipulorum militum* a m. 2. *manipularium habitu militum* vett. edd. usque ad Frobenianam anni 1535. Mox *circuire*, pro *circumire*, Voss. 2. Lovel. 3. Haverk. et quaedam ex antiquioribus excusis. V. ad 3, 6, 9. Adde Cortium ad Plinii 5. Ep. 6, 31.

§. 1. *Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari jubet*] *Deinde vigiliis dispositis* Leid. 2. et Lovel. 1. *Vigiliis dispositis,* media voce exsulante. Gaertn. Tum *ceteris hominibus* Lovel. 4. solito lapsu scribarum. V. supra ad 3, 54, 6. Deinde *dexteram dari* Fragm. Hav. a m. 1.

Ubi secundae vigiliae buccina datum signum esset] Qui *buccina* in *buccinae* mutarunt, perperam meo quidem judicio fecerunt. GLAR. *secundae vigiliae una* Voss. 2. et Lovel. 3. *secundae vigiliae buna* Leid. 1. *secundae vigiliae bucina* Florent. Lovel. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. Utroque modo scribi posse videtur, *bucina* et *buccina.* Certe *BUCINATOR* et *BUCCINATOR* in lapidibus antiquis obvium est. Prius apud Gruter. p. 559. n. 7. alterum ibidem p. 516. n. 8. p. 551. n. 5. et p. 1116. n. 4. De ratione scribendi consulendus est Duquej. in Orthogr. part. 2. in v. *Bucina. buccinae* autem in nullo scripto obvium est: sed ita praeferunt edd. vett. Pro eo postea Mediol. anno 1505. *bucina* substituerunt; quod deinde receperunt Ascens. annis 1513. 1516. et 1530. Parisini anno 1529. et inde reliqui. Insuper trajectis dictionibus *signum datum esset* Lovel. 2.

Armati cum silentio ad id venirent] Hoc lectorem moveri merito potest, quomodo tacti venerint ad Decium, quibus buccina signum detur: nisi quis etiam clamore concurrere solitos post datum signum existimet. GLAR. Difficultati a Glareano propositae dupliciter Douiatius respondet. Vel enim, quum hi milites visi hostibus essent, nihil caussae fuisse, cur dando vigiliarum signo abstineretur, quasi sic latere possent: immo id ad fallendos Samnites valere potuisse, qui sic facile in animum

XXXV. Vigiliis deinde dispositis, ceteris omni- 1
tesseram dari jubet: *ubi secundae vigiliae buccina*
n signum esset, armati cum silentio ad se conveni-
Quo ubi, sicut edictum erat, taciti convene- 2

rent, hanc Romanorum
eodem loco pernoctatu-
uffeciſſe autem, ut in mo-
ongreſſu ad tribunum si-
observaretur; ne ad mo-
strepitum convenientium
hoſtes intentius vigilias
nt, et ita bene gerendae
casionem eriperent. Vel
subtiliorem aliquem su-
poſſe exiſtimat, tacenti-
manorum buccinis, po-
os milites ad cantum ho-
uccinae, secundam vigi-
tantis, tacitos ad condi-
enire. Ceterum *armati*
ad se venirent, sine prae-
ne *cum*, Hearnii Oxon. C.
V. ad 24, 31, 10. Deinde
onvenirent Voſſ. 1. Leid.
ovel. quinque, Florent.
Gaertn. Klock. Haverk.
Hav. Hearnii Oxon. B.
Latinii, et edd. omnes,
di, usque ad Frobenium,
no 1531. *venirent* primus
it, recentioribus omni-
s lectionem probantibus,
loco alteram scripturam
dicum teſtimoniis firmatam
i. Varro 3. de re ruſt. 13.
sti ad bucinam inflatam
tempore apros et capreas
enire ad pabulum. Cauſſa,
Frobenium permovit, ut
ent praeferret, illa fuiſſe
ur, quod mox sequatur *con-*
runt. Eam tamen repudian-
receptae lectioni legitimam
nem non eſſe, docebunt,
notantur ad 1, 3, 9.

1. *Quo ubi, sicut edictum*
taciti convenerunt] Om-
aec verba inertia librarii
t in Lovel. 1. *Quo ut*, pro
ubi, legit Lovel. 5. V. ad 24, 15,
1. Tum *sicut dictum erat* Lo-
vel. 4. V. ad 8, 7, 15. *sicut edi-*
tum erat Leid. 2. Lovel. 5. et
Klock. V. infra ad 21, 62, 7. *e-*
dictum nempe teſſera. Amm.
Marc. 21, 5. *Per tesseram edi-*
cto itinere in Pannonias. Deinde
tacite convenere Leid. 1. Verum
mox sequitur, *In dextram par-*
tem taciti transibitis.

Hoc silentium, milites, in-
quit] Duo codices MSS. Pall.
unitatis numero *miles.* GEBH.
Duo Pall. meliores cum Voſſia-
no: *Hoc silentium, miles, in-*
quit. Satis commode. Sic 3, [29, 2.]
Consularem exercitum ipsum-
que consulem increpans, care-
bis, inquit, praedae parte, mi-
les, ex eo hoste, cui prope prae-
dae fuisti. Supra hoc libro [c.
26, 7.] *Ostentansque insignem*
spoliis tribunum, hunc imitare,
miles, ajebat, et circa jacen-
tem ducem sterne Gallorum ca-
tervas. 45, [39, 15.] *At tu, cen-*
turio, miles, quid de impera-
tore Paullo senatus decrerit,
potius audi. Neque impediat,
quod mox ut plures appellat. Sic
in hac ipsa oratione, cum dixis-
set: *Cum eo hoste res est*, etc.
mox addit. *Nos tam paucos tot*
ipsi millibus hominum nec a-
scensu arcuerint, nec tenentes
locum, quum diei tantum su-
peresset, vallo circumdederint.
Sic enim MSS. et Campanus.
non *ipse*, nec *circuerit*, nec *cir-*
cumdederit. Ipsi habet et An-
dreas. Sic 25, [34, 11.] *Cuneus-*
que is hostium, qui in confer-
tos circa ducem impetum fece-
rat, ut exanimem labentemque

runt, *Hoc silentium, milites*, inquit, *omisso militari adsensu, in me audiendo servandum est. ubi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis: quae pars major*
3 *erit, eo stabitur consilio. Nunc, quae mente agitem, audite.*

ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nunciantes discurrunt. Sed de his pluribus infra. J. FR. GRON. *Hoc silentium, miles, inquit* Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Supra 3, 2, 10. *His vocibus irritatus miles in diem posterum in castra reducitur.* ubi similiter verbis sequentibus additur: *Tum quidem corpora cibo somnoque curant.* 4, 59, 8. *A cetera praeda Fabius militem abstinuit.* 6, 2, 12. *Praedam militi dedit, quo minus speratam a minime largitore duce, eo militi gratiorem.* c. 3, 5. *Arma secum militem ferre jubet.* c. 7, 1. *Novus hostis veteri adjunctus commovit animos militis Romani.* quo et praecedenti loco in uno tantum cod. variatur. 7, 37, 10. *Frumentatum per agros militem duci.* ubi unus cod. *milites.* 45, 43, 8. *Laetior hunc triumphum est secutus miles.* V. Scheffer. ad Justin. 11, 6, 1. Eo sensu *pedes* numero singulari pro peditibus 1, 14, 8. *Quum, velut inter pugnae fugaeque consilium, trepidante equitatu, pedes quoque referret gradum.* 2, 6, 6. *Valerius quadrato agmine peditem ducit.* c. 20, 10. *Obtestans, ut, fesso jam pedite, descendant ex equis.* c. 25, 3. *Militem avidum certaminis emittit.* 4, 26, 4. *Intentior, quam umquam antea, muniendi exercendique militem cura ducibus erat.* c. 49, 9. *Quum inter obpugnationem praedam militis fore edixisset.* 3, 62, 9. *Verecundiae erat, equitem suo alienoque marte pugnare, peditem ne ad pedes quidem degressum equiti parem esse.* ubi etiam his *eques* pro equitibus. De quo supra v. ad 2, 20, 12. Ita *hostis* pro hostibus. V. supra ad 3, 50, 2. *mercator* pro mercatoribus. V. ad 10, 17, 6. *Romanus* pro Romanis. V. ad 3, 2, 11. Utrum tamen modo legas, haud multum interest. Neque etiam, quae vera lectio sit, certum esse puto, praesertim multis primae auctoritatis codd. pro vulgata scriptura stantibus. Mox *in audiendo servabitis*, omisso pronomine *me*, ed. Parm. *ne audiendo servabitis* Lovel. 2. An voluit *me audiendo*, sine praepositione? Sed omnes reliqui libri vulgatum tuentur.

Omisso militari adsensu] V. Lipsium de Milit. Rom. 4. Dial. 9. DUKER.

Tum, quibus eadem placebunt, in dextram partem] cum *quibus* Voss. 1. et Lov. 1. Deinde *eadem placebit*, scilicet sententia, Hearnii Oxon. C. *eadem placebant* Gaertn. Hinc *in deteram partem* Leid. duo, Lovel. 4. Haverk. Fragm. Hav. et quaedam ex vett. edd. V. etiam mox ad §. 12.

Quae pars major erit, eo stabitur consilio] Vet. lib. *ejus stabitur consilio.* SIG. Quos libros habuerit Sigonius nescio, e quibus legit *ejus stabitur consilio.* Certe et Pall. MSS. trig

lite. Non fuga delatos, nec inertia relictos hic vos 3
cumvenit hostis. virtute cepistis locum; virtute hinc,
rtet, evadatis. Veniendo huc exercitum egregium 4
uli Romani servastis; erumpendo hinc vosmet ipsos
vate. digni estis, qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi
lius auxilio egueritis. Cum eo hoste res est, qui hester- 5

scribit vulgatae lectioni: sic-
et Andreae editio. Jam non
or in aliis codicibus hunc
um esse interpolatum, quip-
et Campanus vulgavit *eorum*
bitur consilio. GEBH. Sigo-
s *ejus*, approbante Jureto ad
nmachum. At alterum mihi et
egnans et venustissimum. Sen-
enim, quae major pars erit,
od illa secuta fuerit, eo sta-
ur consilio. Talia veteribus,
a quotidiana erant, et obvium,
od supplerent, quamvis curta,
il praebebant obscuritatis:
is cum occurrunt, potius
utanda, quam corrigenda sunt.
cile alioqui posses: *qua ma-*
pars erit. Sed vetus scriptu-
hoc vult; quae major pars erit,
od dabit vel sequetur, eo sta-
ur consilio. Tale est Plauti
Curcul. 2, 1, 35. *Quod eis re-*
ndi, ea omnes stant senten-
. Quod similiter integrum:
od eis respondi, quae ejus
ponsi sententia est, ea om-
stant. J. FR. GRON. Lectio-
m Sigonii ex omnibus meis
i praeferunt Harlej. 2. Haverk.
Fragm. Hav. a m. 2. *eorum*
bitur consilio Lovel. 4. *sta-*
lior consilio Portug. Sed re-
Gronovius receptam lectio-
m adversus Sigonium patro-
nio suo dignam censuit.

§. 3. *Nunc, quae mente agi-*
n, audite) Omnia haec ver-
, quae constanter Msti servant,
rperam deerant in vett. excu-
ante Aldum, qui primus ad-
dit. *Nunc quo mente agitem*
Liv. Tom. IV. Pars I.

praefert Portug. *Nuncque mente, agite, audite* Harlej. 1. De locutione *mente agitare* v. infra ad 44, 18, 1. Mox *fugat delatos*, pro *fuga*, Haverk. *fuga dilatos* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Nec inertia relictos hic vos circumvenit hostis] *nec in hericia relictos* Leid. 2. Deinde *hinc vos circumvenit* Harlej. 2. V. ad Liv. 26, 13, 13. *hic nos circumvenit* Lovel. 2. 5. et Gaertn. V. ad 34, 2, 2. *hinc nos circumvenit* Portug. At sequens *evadatis*, et quae eadem forma sequuntur, *vos* legendum docent. Mox *oportet, hinc evadatis*, transpositis vocibus, Lovel. 2. *hinc, oportet, evadetis* Leid. 2.

§. 4. *Erumpendo hinc vosmet ipsos servate*] J. Fr. Gronovius supra ad 2, 19, 5. legendum conjecit *vosmet ipsi servate*. Quamvis autem viri κριτικωτάτου judicium plurimi faciam, quum tamen nullus codicum sententiam ejus juvet, ei ut hic subscribam, a me inpetrare nequeo. Caussam vide ad locum laudatum. Ceterum verbis praecedentibus *Veniendo hunc exercitum*, pro *huc*, praefert Leid. 1. At vox illa deficit in Lovel. 3.

Pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis] *pauci opem pluribus* alio ordine Lovel. 2. qui idem cum Lovel. 3. Voss. 2. et Leid. 1. non habent ultima quatuor verba librariorum inertia omissa. *egueris* male est in Leid. 2.

§. 5. *Hesterno die delendi*

no die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit; hunc tam opportunum collem inminentem
6 *capiti suo non ante viderit, quem captum a nobis; nos tam paucos tot ipsi millibus hominum nec adscensu ar-*

omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit] *externo die* Lovel. 3. 5. Haverk. et Fragm. Hav. frequenti admodum in libris exaratis lapsu scribarum. V. ad 40, 14, 2. Vox autem *die* deficit in Florent. elisa a sequentis syllaba initiali. Tum *dedendi* Voss. 2. et Harlej. 4. V. infra hoc lib. c. 41, 4. *delendi omnes exercitus* Haverk. Praeterea *per secordiam* Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. supra ad 6, 37, 8. In verbis proxime praecedentibus *τὸ est* non conspicitur in Voss. 2. et Lovel. 3.

Inminentem capiti suo non ante viderit, quam captum a nobis] *non ante vidit* Gaertn. Cujus erroris alia exempla v. ad 40, 14, 11. *viderint* Haverk. Deinde *captum a vobis* Lovel. 4. Portug. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et, quos Hearnius consuluit, Oxon. B. ac C. quomodo in praecedentibus *vos circumvenit*, et *vosmet ipsos servate*. Quum tamen sequatur *nos tam paucos*, ubi unus tantum Lovel. 4. *vos* praefert, et in sequentibus modo secunda persona, modo, ut se etiam comprehendat, prima utatur, hic etiam, pluribus et melioribus codicibus adsentiens, nihil mutandum arbitror.

§. 6. *Nos tam paucos tot ipse millibus hominum nec assensu arcuerit*] Legendum, ut habent Pall. duo, vetustissimaeque item editiones *ascensu*. Porro Pall. tres, et Camp. *ipsi* etc. *arcuerint*, et mox *circumsederint*. GEBH. Sexta vox injuriam passa est, quum per notas scripsisset Livius; quae non ita erat exprimenda, ut vulgo factum, sed *tot ipsi millia hominum*. Non aliter loquitur 28, 28, 3. *Propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro securi percussa sunt*. Ibidemque: *Fuit octo millia hominum*. Ita 30, 7, 13. vides variatum inter *millium* et *millia*. Neque ego dubito, quin a Livio scriptum fuerit 35, 3, 1. *Nec in Italia ingenius Ligurum bellum erumpebat. Pisas jam quadraginta millia hominum, affluente quotidie multitudine ad famam brevi spemque praedae, circumsedebant*. Vulgo etiam *millibus*. JACGRON. *ascensu* omnes praeferunt excusi usque ad Gruter. cujus primae ἐκδόσεις habent *assensu* operarum errore, quem ipse Gruterus in postrema ed. castigavit. Et tamen *assensu* legunt etiam Leid. 2. Portug. et Haverk. *abscensu* Fragm. Hav. a m. 1. *ascensum* Leid. 1. Deinde *tot ipse* etc. *arcuerit*, et mox *circumsederit*, primum obcurrit in Froben. anni 1531. Plerique enim priorum edd. *tot ipsi* etc. *arcuerit*, vel *arcuerint*, et *circumsederit*. Sola Paris. anni 1529. *tot ipsi* etc. *arcuerint*, et *circumsederint*. Et ita non tantum superest apud Latinium in Neapol. et apud Hearnium in Oxoniensibus, sed etiam in omnibus meis; nisi quod *arguerit* et *circumsederit* et in Klock. *arcuerunt* et *circumsederunt* in Port. et Lov. 5. *arguerint* et *circumsederunt* in Leid. 1. Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *arguerint* et *circumsederint* in Flor. Voss. 2.

cuerint; nec tenentes locum, quum diei tantum superesset, vallo circumdederint. quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum, oportet, fallatis; immo necesse est. In eo enim loco res sunt nostrae, ut vobis ego 7

troque. Leid. 2. Lovel. 1. 3. et Gaertn. At solito errore *arceo* et *arguo* in Mstis commutare librarii consueverunt. V. ad 6, 25, 6. Ceterum *tot ipsi* etc. *arcuerint*, et *circumsederint* emendandum esse, monuit jam supra Gronov. hoc cap. ad §. 2. et antea in pr. edit. notarum ad l. 38, 29. idque etiam anno 1665. recte in contextum recepit. Non displicet etiam Cl. Jac. Gronovii conjectura *millia*, quamvis omnes codd. servent *millibus*, vel *milibus*, nisi quod *militibus* sit in Haverk. sollemni lapsu, de quo v. ad 23, 41, 10. Nam, ut observat, vox illa per epitomen *M*, vel *CIↃ*. vel ∞. scripta fuerat, in qua exponenda facillime error committi potuit. V. infra ad 25, 9, 16. Ita *ipsi tot millia* dictum erit per epexegesin, in scriptis Livii saepius obviam. V. infra ad 40, 36, 8. Praeterea *nec cernentes locum*, pro *tenentes*, Lov. 2. *nec tenente locum* Haverk. Hinc *dum diei tantum*, pro *quum*, Gaertn. V. ad 1, 40, 7. *quum di tantum* Harlej. 1.

Quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum, oportet, fallatis] *videntem atque vigilantem* Lovel. 5. et Portug. *videntem atque evigilantem* Haverk. Tum *eluxeritis* Lovel. 5. qui error ex confusione literarum *s* et *x*, alibi saepe in Mstis obvia, profluxit. V. ad 26, 19, 4. Deinde *septum*, pro *sopitum*, Gaertn.

§. 7. *In eo enim loco res sunt nostrae*] Concisius Pall. duo meliores *In eo res sunt nostrae*. GEBH. Duo meliores Pall. et Vossianus [sec.] recisis duabus vocibus, *In eo res sunt nostrae*: quae auctoritas vehementer illas mihi suspectas facit. 2, 17, 5. *Et quum, vineis refectis aliaque mole belli, jam in eo esset, ut in muros evaderet miles.* Inserit quidem Sigonius τὸ *res*; sed meliores eo carent, et verbum *esset* respicit militem. Cornelius Nepos in Militiade [7.] *Cum jam in eo esset, ut oppido potiretur.* Idem Pausania [5.] *Cum jam in eo esset, ut comprehenderetur.* Servius ad 3. Aen. [286.] *Gestamen Abantis*] *Cumque in eo essent, ut jam civitatis potirentur.* J. FR. GRON. *In eo res sunt nostrae* etiam Lovel. 3. Ita infra 8, 27, 3. *Jamque in eo rem fore, ut Romani aut hostes aut domini habendi sint.* 30, 19, 3. *Non in eo esse Karthaginiensium res, ut Galliam atque Italiam armis obtineant.* 33, 41, 9. *Quum res non in eo esset, ut Cyprum tentaret.* Similiter apud Graecos locutus est Aristoph. in Plut. 399.

Οὐκ ἔστι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ.

Res nondum in eo sunt. Similiter ἐν τούτοις et ἐνταῦθα iisdem in usu esse, docuit Doct. van Staveren ad Nepot. Militiad. 7. Quaedam etiam supra v. ad 2, 17, 5. Et sane Livius, si in hac locutione vocem per ellipsin omissam *locus* addat, praepositionem *in* omittere solitus est. Ita supra 2, 47, 5. *Missis ad consules nunciis, quo lo-*

magis necessitatis vestrae index, quam consilii auctor,
8 *sim. neque enim, maneatis, an abeatis hinc, deliberari potest; quum, praeter arma et animos armorum memores, nihil vobis fortuna reliqui fecerit, fameque et sui*

co res essent. 8, 35, 6. *Cujus tibi ne parens quidem, si eodem loco fuisset, quo fuit L. Papirius, gratiam fecisset.* Et ita, qui Livium imitari amat, Silius Ital. 1, 598.

O patria, o fidei domus inclita, quo tua nunc sunt
Fata loco?

Ubi quaedam notavi. Attamen nec vulgatum hoc loco servanti adversor; utpote quod in reliquis, iisque optimae fidei, codicibus constanter superest. Nam et alii ita locuti, et Livius in similibus locutionibus praepositionem addere non refugit. Terent. in Phorm. 2, 4, 6.

— — Videtis, quo in loco res
haec siet.

et 3, 1, 9.

Loquere obsecro, quonam in loco sunt res et fortunae meae.

Seneca in Hippol. 358.

Altrix, profare, quid feras, quonam in loco est
Regina?

Cato apud Quinctil. 9. Inst. 2. p. 774. *Cedo, si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis.* Sallust. Catil. 58. *Nunc quo in loco res nostrae sint, juxta mecum omnes intellegitis.* ubi v. Cortium. Livius autem non tantum *esse ingenti gloria, esse aliquo statu*, sed etiam *esse in ingenti gloria, in majore dignitate, in maximo honore, in aliquo statu* dixit. V. supra ad 2, 22, 6. et infra ad 35, 8, 2. Quin etiam ipsum hoc nostrum infra obcurrit 37, 14, 5. *Qui id alteri suaderet, quod ipse, si in eodem loco esset, facturus fuerit.* Ceterum *res sunt* urt, id est *vestrae*, Lovel. 5.

Ut vobis ego magis necessitatis vestrae index] *ut vobis g*, id est *ergo*, Leid. 1. saepius obvia scribarum aberratione. V. ad 37, 53, 11. et mox hoc cap. ad §. 12. *ut ego vobis* editi autt. Jac. Gronov. qui voces transposuit; neque ulli meorum ab ea dissentiunt, nisi forte Florent. ex quo nihil notatur. Tum vox *necessitatis* deest in Leid. 2. *vestrae* in Harlej. 2. et Portug. Deinde *iudex* praefert Haverk. V. supra ad 5, 26, 6.

§. 8. *Neque enim maneatis, an abeatis hinc, deliberari potest*] Particula *enim* exsulat ab Harlej. 1. *neque enim maneatis hic, an abeatis, deliberari potest* habet Lovel. 4. *an abeatis hic* Portug. V. ad 26, 13, 13. *habeatis hinc* Leid. 1. Lovel. 3. 5. Klock. Gaertn. et Haverk. V. ad 22, 59, 19. *beatis hinc* Florent. a m. 1. sed postea litera a adscripta est, ut sit *abeatis*.

Quum, praeter arma et animos armorum memores, nihil vobis fortuna reliqui fecerit] *praeter arma animos*, omissa copula, Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *nihil nobis* Lovel. 4. et Gaertn. Hinc *relinqui*, neglecta voce *fecerit*, Lovel. 1. *fecerit reliqui* Gaertn. *reliqui paraverit* Leid. 1. Male. Infra 9, 24, 13. *Quos reliquos fortuna ex nocturna caede ac fuga fe-*

moriendum sit, si plus, quam viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. Ergo una est salus erumpere 9
hinc atque abire. id aut interdiu aut nocte faciamus, oportet. Ecce autem aliud minus dubium. quippe si 10

cerat. (*22, 55, 5.) 26, 47, 1. *Sua omnia, quae reliqua eis bellum fecerat, restituit.* Cic. 3. in Verr. 48. *Quibus nihil, non modo de fructu, sed ne de bonis quidem suis, reliqui fecit.* Pro Sulla 32. *Quod fortuna in malis reliqui fecit, id sibi ne eripiatur, vos obtestatur.* V. Gifan. Observ. in ling. Lat. v. *Reliqui.* Ceterum post *fecerit* in prioribus edd. duplex σίγμα ponebatur; in Elzevir. Heinsii et quibusdam aliis recentioribus σίγμα τέλειον. Male. Sequentia enim *fameque et siti moriendum sit* pendent a praecedenti particula *quum*, unde et haec verba. Interpunctionem itaque mutavi, et cum Hearnio post verbum *fecerit* minorem distinctionem recepi.

Fame et siti moriendum sit] Iterum iidem codices adstipulante editione Campaniana, *fameque et siti. que* particula in Pal. sec. inter lineas inserta est. GEBH. Omnes etiam nostri *fameque et siti*, solis tantum exceptis Lovel. 5. Harlej. 2. Portug. et Haverk. forte etiam Florent. ex quo nihil notatum video. *fameque* jam Cl. Jac. Gronovius in contextum recepit, quem Clericus secutus est.

Plus, quam viros ac Romanos decet] *viros ac armatos* Lovel. 4. Male. Numquam enim, aut certe non nisi locis mendae suspectis, Livius vocula *ac* sequente alia, quae a vocali incipit, usus est. V. ad 10, 36, 17. Vulgatum probum est. Ita supra 1, 59, 4. *Auctorque, quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi adversus hostilia ausos.* ubi quaedam vide. 9, 24, 8. *Vos et decem numero, et, quod plus est, Romani, Romanorumque fortissimi viri estis.* 22, 60, 12. *Nec viros quidem, nec Romanos vos duceret, si nemo tantae virtutis extitisset comes.*

§. 9. *Id aut interdiu aut nocte faciamus, oportet*] *illud aut interdiu aut nocte* Harlej. 2. *id autem interdiu aut nocte* Lovel. 5. V. ad 4, 42, 6. et mox §. seq. *aut id interdiu aut nocte* edd. vett. ante Aldum. *id interdiu aut nocte* Lovel. 2. V. infra ad 41, 12, 8. *id aut interdiu ac nocte* Voss. 1. et Leid. duo, frequenti scribarum errore. V. ad 21, 53, 3. *id interdiu aut noctu* Lovel. 4. Cujus librarius in ea fuisse videtur opinione, quasi illud *interdiu* requireret, ut eadem forma *noctu* adderetur: quod tamen saepissime fallit. Exempla ex Livio quaedam notavit Gronov. infra ad 29, 14, 3. Adde supra 1, 47, 1. *Nec nocte nec interdiu virum conquiescere pati.* Ita et Sueton. in Caes. 65. *Subinde observandum se admonens, repente interdiu vel nocte subtrahebat.* V. Ursin. ad Sallust. Jug. 38. Paullo ante trajectis vocibus *una salus est* Leid. 2. et *obire*, pro *abire*, Gaertn. V. ad 9, 9, 1.

§. 10. *Ecce hoc aliud minus dubium*] Vet. lib. *Ecce autem aliud.* SIG. Sola Andreae editio exhibet hanc lectionem: nam Campan. cum Pall. duobus *Ecce*

lux exspectetur, quae spes est, non vallo perpetuo fossaque nos septurum hostem? qui nunc corporibus suis subjectis undique cinxerit, ut videtis, collem. Atqui, si nox opportuna est eruptioni, sicut est, haec profecto
11 *noctis aptissima hora est. Signo secundae vigiliae convenistis, quod tempus mortales somno altissimo premit, per corpora sopita vadetis; vel silentio incautos falli-*

autem aliud minus dubium. quam scripturam, repertam quoque in Palat. sec. interpolatores corruperunt, substituto *Ecce haud aliud.* GEBH. Sigonii liber, Thuan. duo Pall. duoque Voss. editt. Campanus, Aldus, Juntas: *Ecce autem aliud.* Alludit Pall. tertius: *Ecce haud aliud.* Quid moramur? Plautus Menaechm. 5, 2. *Ecce autem litigium.* Cicero ad Attic. 14. Ep. 3. *Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti.* Eodemque epist. 13. *Ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia fixit legem.* 2. de Oratore. *Ecce autem quum te nihil aliud profecisse arbitrarer.* 1. in Verrem [6.] *Ecce autem repente his diebus paucis, comitiis consularibus factis.* J. FR. GRON. *Ecce hoc aliud* in solo apud me superest Harlej. 2. *Ecce aut aliud* in Gaertn. Sed *aut* et *autem* passim commutantur. V. ad verba praec. Ex ea deinde scriptura alii ulterius corruperunt, et *Ecce haud aliud* dederunt, quod Hearne se quoque in Oxon. L. 1. reperisse testatus est. Solent enim *aut* et *haud* in scriptis confundi. V. infra ad 28, 2, 11. Reliqui omnes mei *Ecce autem aliud.* Quod recte viri docti Livio reddiderunt. Terent. in Eun. 2, 3, 6. *Ecce autem alterum. Nescio quid de amore loquitur.* Notat autem Asconius ad ultimum a Gronovio laudatum locum Cic. *Ecce autem*] *Proprium hoc Ciceronis est in rebus inprovisis, quod cum cura Virgilius et legit et transtulit. ut* [2. Aen. 203.]

Ecce autem gemini a Troiae. V. etiam Servium ad laudatum Virgilii locum, Tursell. de Particl. Lat. Orat. 48. et Cortium ad Sallust. Jug. 14, 11. *ecce aliud* supra erat 2, 36, 7. *Ecce aliud miraculum.* Doujatius existimat, Livium velle, haud dubie minus periculosum consilium posterius nempe erumpendi de nocte. Perspicuum itaque magis fore arbitratur, si legamus *Hoccce autem illo minus dubium.* Praeterea *majus dubium* Portug. a m. 1. et Gaertn. De hoc errore infra v. ad 45, 25, 7.

Corporibus suis subjectis undique cinxerit collem] Malim *objectis.* J. FR. GRON. Quum tamen Decius cum suis in vertice collis consistant, quem corporibus colli subjectis undique cinxerunt hostes; atque in vulgatam lectionem conspirent omnes codices, nihil etiam mutandum puto. Ita cap. praec. *Neque enim moveri hostis, subjectus nobis ad omnes ictus, sine sua pernicie poterit.* Et paullo post: *In qua paullo ante subjectum eum telis suis habuerant.* Supra etiam hoc lib. c. 24, 9. *Subjicere exercitum pugna fessum tumulis ab hoste occupatis nolebat.* ad quem locum v. quae notantur. Doujatius etiam vulgatum prae-

tes, vel sentientibus clamore subito pavorem injecturi. Me modo sequimini, quem secuti estis, ego eamdem, 12 *quae duxit huc, sequar fortunam. Quibus haec salutaria videntur, agitedum, in dextram partem pedibus transite.*

XXXVI. Omnes transierunt, vadentemque per 1 intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. Jam 2

fert, et notat, idem hic valere *subjectis*, id est, obpositis ab inferiori loco. Paullo ante *septum hostem*, pro *septurum*, Harlej. 1. *septuri hostem* Gaertn.

Atqui, si nox opportuna est eruptioni, sicut est, haec profecto noctis aptissima hora est] *Atque*, vel *Atq; si nox* Voss. 2. Leid. duo, Lovel. 1. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Male. Sed ita saepe lapsi sunt scribae librarii. V. supra ad 3, 52, 8. *At si nox* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Deinde *τὸ est* deficit in Lovel. 5. Insuper *ut est* praefert Lovel. 2. quae ejusdem potestatis vocula e etiam alibi commutantur. V. supra hoc lib. c. 13, 8. Praeterea *hoc profecto noctis aptissima hora est* Lovel. 1. Similiter *h*, per cornu trajecta lineola, pro *haec*, Lovel. 3. Ita fere *hoc solatii* infra 30, 13, 13. ubi alia vide. Sed vulgatum, quod reliqui tuentur, non muto. Denique ultimum *est* deficit in Gaertn. Forte librariis, qui vel primo, vel ultimo loco id omiserunt, gemina ejus repetitio displicuit. At infra v. ad 35, 1, 12.

§. 11. *Signo secundae vigiliae convenistis*] *convenietis* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. C. et in margine N. Verum id initio capitis adversatur, unde jam eo tempore convenisse constat. Mox *mortales* deficit in Lovel. 2.

Incautos fallentes, vel sentientibus clamore subito pavorem injecturi] *incautos pallentes* Leid. 1. et Harlej. 1. Tum *clamorem inituri* Haverk. insulse. Librarii autem animo adhuc inhaerebat modo praemissa vox *clamore*.

§. 12. *Ego eamdem, quae duxit huc, sequar fortunam*] *g*, sive *ergo eandem, quae huc duxit, sequamur fortunam* Lovel. 2. Male. Illis enim, quos, ut se sequerentur, adhortatus erat, indicat, quid ipse facere proposuisset. *ego* et *ergo* commutari modo vidimus ad §. 7. *ego tandem, quae vos duxit huc* Leid. 2. *tandem* autem etiam Lovel. 3. Ita nonnumquam librariorum inertia peccatum est in Mssis. V. supra ad 5, 26, 8. c. 53, 2. et alibi (* 31, 32, 2. 35, 37, 5.) *ego eamdem, quam dixit huc* Lovel. 1. a m. 1. *ego eamdem, qua duxit huc* Lovel. 5. et Fragm. Hav. Paullo ante *qui secuti estis*, pro *quem*, Haverk.

Quibus haec salutaria videntur] Similem formulam, in senatusconsulto per discessionem faciendo usitatam, illustrat Brisson. de Formul. l. 2. pag. m. 183. Ceterum *in dexteram partem*, pro *dextram*, Leid. 2. Lovel. 4. Haverk. Fragm. Hav. et quaedam ex vett. edd. V. etiam supra hoc cap. §. 2.

§. 1. *Omnes transierunt, vadentemque*] *Omnes transiverunt* Lov. 5. Tum *volentemque* Gaertn.

§. 2. *Jam evaserant media ca-*

evaserant media castra, quum superscandens vigilum strata somno corpora miles offenso scuto pro-

stra] *per media castra* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Infra 9, 2, 8. *Si ire porro pergas, per alium saltum artiorem inpeditioremque evadendum.* At integerrimi codices vulgatum servantes eam lectionem veriorem esse evincunt. Infra 45, 41, 4. *Inter praesidia ejus saltum ad Petram evasi.* Ubi v. quae notavi.

Quum superscandens vigilum strata somno corpora] To quum male deficit in Haverk. *vigilum castra somno corpora* habet Klock. *vigilum strata somnino corpora* Florent. a m. 1. in quo postea prima litera *τοῦ somnino* erasa est. Sed edita lectio vera est. *Stratus somno*, ut *sterni leto* Silius Ital. dixit 10, 32.

— — — *Labienus et Oeris*
Sternuntur leto atque Opiter.

sternere ictu cuspidis Ovid. 12. Met. 74.

Troaque Peliacae sternebat cuspidis ictu
Agmina.

stratus caede Liv. 4, 29, 1. *Messium inpetus per stratos caede hostes extulit ad castra.* Neque multum abit, quod obcurrit 27, 47, 9. *Fessique aliquot somno ac vigiliis sternunt corpora passim.* Quin et ipsum hoc infra est 37, 20, 5. *Pars vescentes sub umbra, quidam somno etiam strati.*

Quo excitatus vigil quum proximum movisset, erectique alios concitarent] Meliores Pall. bini *quo exterritus vigil. is cum proximum movisset: exciti alios concitarent.* GEBH. Duo meliores Pall. et Voss. *quo exterritus vigil.* Num fuit *quo expergitus?* Nam quod Diomedes [1. Gramm. p. 372.] *expergitus* ait dici, qui satiatus somno sponte evigilat, *experrectum* autem a quiete impeditum, *expergefactum* denique, qui per alium a somno excitatur; id equidem tale esse arbitror, qualia multa sunt horum. Festus contra. *Expergitus, ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum. Experrectus, a porrigendo* (ita scribendum) *se excitatus, quod facimus recentes a somno.* Censorinus de die Natal. c. 12. *Pythagoras, priusquam se somno daret, et cum esset expergitus, cithara, ut ferunt, cantare consueverat.* et MS. Modii epistola 89. Arnobius 1. 5. [p. 155.] *Expergitosque illos statim perdocuisse regem.* Chiflet. *exercitus.* Voss. *excitatus.* sed in margine eadem fert manu *excitus*: quod etiam non incommodum. Mirum vero et eosdem duos Pall. pro *erectique* habere *excitique.* 4, [27, 6.] *Clamor subito ortus, non conturbatis modo vigiles, exercitum deinde omnem, sed dictatorem quoque somno excivit.* 24, [40, 13.] *Ipse rex, sicut somno excitus erat, prope seminudus fugiens.* Sallustius Jug. [72.] *Interdum somno excitus arreptis armis tumultum facere.* Tacitus 3. Hist. [55.] *Vitellius ut e somno excitus.* J. FR. GRON. *quo exterriti vigiles proximos monent, ut exacti alios concitarent* in Oxon. L. 2. se invenisse, Hearne profitetur. eodem etiam modo in cod. C. nisi quod is obferat *maverunt. excitatus vigil*, omisso pronomine *quo*, est in Harlej. 1. *quo excitatus*, sine τοῦ *vigil*, in Gaertn. At duobus optimis

buit sonitum. quo excitatus vigil quum proximum moviſſet, erectique alios concitarent, ignari cives

Pall. apud Gebhardum per omnia consentiunt Voſſ. 2. et Lovel. 3. Eſt enim Voſſ. 1. in cujus contextu *exitatus*, sed in margine eadem fere manu *excitus* legi, Gronovius monuit. quod idem de Oxon. N. etiam Hearne teſtatur, nisi quod vox *excitus* scripta sit ab alia manu. *exterritus*, pro *excitatus*, praeferunt etiam Fragm. Hav. a m. 1. et Lovel. 2. in margine: in quorum priori a manu altera emendatum est *excitatus*, in poſterioris autem contextu scriptum fuerat *ex'citus*, id est *exercitus*, quemadmodum exaratum exſtat in Leid. 1. *excitus* vero legunt Leid. 2. et Lovel. 1. Mox *proximos movisset* codex N. apud Hearnium. *proximum movissent* Florent. Deinde *erecti alios concitarent* Leid. 1. Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Puto vel legendum, ut vulgo editur, *quo excitatus vigil*, vel recipiendum, ut quidam scripti habent, *quo excitus vigil*. Certe paſſim *excitus* et *excitatus* commutantur a librariis. V. infra ad 28, 24, 4. *Tò excitus* autem deinceps mutatum est in *ex'citus*, vel *exercitus*, ut etiam alibi factum est. V. ad 10, 30, 1. [5, 47, 4.] At pro *exercitus* poſtea alii dederunt *exterritus*, quae et ipsae voces interdum inter se commutantur. V. Miscell. Obs. tom. 1. p. 3. *Exterritus* denique in *expergitus*, ut Gronovius conjicit, mutandum non exiſtimo. Ut enim codicum diſſensum taceam, non modo Livius, verum etiam ne ullus quidem aequalium, ea voce usus est. Neque videtur etiam aevi Liviani eſſe. Non aliunde enim, quam ex antiquioribus Valerio Antiate, Lucilio, Lucretio et Varrone, vel ex recentioribus, qui obsoleta eorum verba captare gavisi sunt, Apulejo, Arnobio, ac Macrobio exempla Laurenbergius in Antiquario laudavit. Verbum *excitare* in hac re sollemne eſſe, supra docui ad 5, 47, 3. Neque minus usitatum in eadem re est *excire* et *excire somno*. Supra 1, 7, 6. *Hercules ad primam auroram somno excitus*. 5, 47, 4. *Clangore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius*. 42, 64, 3. *Media nocte profectus, ut prima luce adgressus falleret. Nequidquam. primae stationes obpressae tumultu ac terrore suo ceteros exciverunt*. Alia exempla ex Livio laudat Gronovius. V. etiam Cl. Dukerum ad Florum 1, 13, 15. Adde insuper Cortium ad Sallust. Jug. 70, 2. ubi, pro *excitus*, alios codd. *exercitus*, *exercitatus* et *excitatus* praeferre, notavit. Ceterum Gronovius in priore ed. notarum sicut *movisset* nondum loco movet, ita arbitrandum relinquit, sitne melius *monuisset*. Verum quum in posterioribus curis hanc conjecturam omiserit, eam etiam spreviſſe videtur. [*quo exterriti vigiles proximos movent ut erecti alios* Veith.]

Ignari, cives an hostes essent, praesidium erumperet, an consul castra cepisset] *cives an hostes erumperet*, duabus vocibus neglectis, Lovel. 1. *cives an hostes erumperent* Leid. 2. *cives an hostes praesidium erumperent* edd. pr. usque ad Mediol. anni 1505. quae eamque secuta Aldina reſtituerunt, ut nunc recte editur. Praeterea *praesidium an erumperet, an consul* Voſſ. 2. quod non est neceſſe. Saepiſſime enim prior dubitandi particula subticeri solet. V. supra ad 2, 8, 8. et 4, 55,

an hoſtes eſſent, praesidium erumperet, an consul
3 caſtra cepiſſet: Decius, quum non fallerent, clamorem tollere juſſis militibus, torpidos somno insuper pavore exanimat; quo praepediti, nec arma inpigre capere, nec obsiſtere, nec insequi poterant.

8. Deinde *ac consul* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 3. *Decius, quum non fallerent, clamorem tollere*] Vet. lib. *quando non fallerent.* alii *quoniam non fallerent.* SIG. *quoniam non fallerent* habent omnes noſtri libri. GEBH. *qui non fallerent* Gaertn. *quem non fallerent* Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 2. *quoniam*, sive *qm̃*, *non fallerent* Florent. Leid. 1. Voſſ. 1. Lovel. 3. 4. 5. Haverk. Fragm. Hav. a m. 1. et edd. quas vidi, usque ad Frobenianam anni 1531. quae subſtituit *cum.* Et *quum* etiam dare voluiſſe videtur Aldus, ubi tamen errore operarum, ut puto, exſtat *quem.* Ita alibi variant codd. scripti. V. ad 4, 29, 6. *qm̃* etiam, sive *quoniam*, et *qn̄*, sive *quando*, commutantur in membranis vetuſtis. V. ad 29, 1, 7. Praeterea *Decius clamorem*, *q̃m non fallerent*, *tollere* praefert Lovel. 4.

Torpidos somno insuper pavore exanimat] Male edidit Campan. *trepidos somno.* Inter lineas habet quoque Pal. sec. *insuper et pavore exanimat.* 25, 38, 17. *Tum inter tot torpidos somno paventesque ad necopinatum tumultum et inermes in cubilibus suis oppressos illa caedes edatur.* GEBH. Ut hic *somno torpidus*, ita *stupore torpidus* infra 22, 53, 6. *Quum stupore ac miraculo torpidos defixisset.* (*ubi similiter variant libri.) Deinde *insuper et pavore* etiam Harlej. 2. *insuper clamore exanimat* Lovel. 4.

Quo praepediti, nec arma inpigre capere, etc. *poterant*] *quo perpediti* Fragm. Hav. a m. 1. *quo impediti* excusi ante Aldum, qui, consentientibus reliquis scriptis meis, *praepediti* recte reſtituit. Eſt enim hoc Livio amatum saepiusque usurpatum vocabulum. V. infra ad 38, 1, 6. Tum *umquam*, pro *poterant*, Haverk. *desistere* etiam, pro *obsistere*, male Gaertn. V. infra ad 27, 7, 3.

§. 4. *Inter trepidationem tumultumque Samnitium*] *Inter tumultum trepidationemque* Lovel. 4. Sed copulam *que* omitt. Leid. 2. Sequentia ita exhibet Haverk. *Samnitum praesidium Romanus, obviis custodibus caesis, ad castra consul pervenit. consul* autem, pro *consulis*, etiam habent Lovel. 3. et Gaertn. V. ad 10, 10, 2.

§. 5. *Aliquantum superesset noctis*] Ita primus Aldus edidit, et omnes codices, quos consului, praeferunt praeter unum Lovel. 4. Is autem *aliquantulum* exhibet: cum quo faciunt Aldi antiquiores. Ita infra 21, 12, 3. *Tribus arietibus aliquantulum muri discussit.* c. 31, 4. *Agri aliquantulum amplexi confluunt in unum.* Sequor tamen potiores scriptos. V. ad 21, 28, 11. Saepe *aliquantum* et *aliquantulum* in Mſtis permutantur. V. supra ad 1, 7, 9. 2, 30, 11. 5, 21, 14. 6, 22, 8. 39, 29, 1. (*30, 18, 6.) Doct. Torren. ad Val. Max. 3, 1, 1. et alios alibi.

Inter trepidationem tumultumque Samnitium, praesidium Romanum, obviis cuſtodibus caesis, ad castra consulis pervadit. Aliquantum supererat noctis, jamque in tuto videbantur eſſe; quum Decius, *Macti virtute*, inquit, *milites Romani, este.* 4 5

Jamque in tuto videbantur esse] Ita Rott. Voſſ. duo, Flor. editique, non *videbatur*. J. FR. GRON. Similiter etiam Hearnii Oxonienses, et omnes mei, excepto solo Portug. qui *videbatur* oſtentat. Hoc autem monendi occasionem Gronovio dedit editio Gruteri prior, in qua quum *videbatur* receptum fuiſſet, idem poſtea servarunt recentiores omnes, usque ad Jac. Gronovium, qui recte *videbantur* revocavit.

Quum Decius, Macti virtute, inquit, milites Romani, este. vestrum iter] Voces *quum Decius* deficiunt in editis ante Aldum, qui primus addidit. Easdem servant omnes codd. Deinde *inquit*, *Macte virtute* Lovel. 1. *Macte virtute inquit* Voſſ. 1. Leid. duo, Lov. 3. 4. 5. Florent. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. *Macte virtutis* Lovel. 2. Sed, Livium voci *Macte* perpetuo casum sextum junxiſſe, supra vidimus ad 2, 12, 14. quamvis etiam alii junxerint casum secundum. Vulgatum vero *Macti* defendit locus, etiam apud Lexicographos notus, Plinii 2. H. N. 12. *Macti ingenio este, coeli interpretes, rerumque naturae capaces.* Tum *inquit, milites Romani. ecce vestrum iter* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Portug. et Havork. [Veith.] Similiter etiam Gaertn. nisi quod in eo deficiat τὸ *inquit*. Alio ordine *milites Romani, inquit. recte vestrum iter* Lovel. 2. *inquit, milites. recte vestrum* Harlej. 1. *inquit, milites Romani* desunt in Voſſ. 2. Lovel. 3. et Leid. 1. quorum duo priores praeterea legunt *recte nostrum iter*. poſterior *recte vestrum iter*. At *inquit, milites Romani. Etenim vestrum iter* edd. vett. ante Aldum. Male. Livius enim omnibus locis, quibus hac formula usum fuiſſe vidimus ad 2, 12, 14. semper numero singulari dixit *macte esto*, Plinius autem l. l. *macti este. inquit, milites Romani, acie virtute. ecce vestrum iter* Fragm. Hav. a m. 1. in quo *este* emendatur a manu altera.

Iter ac reditum omnia secula laudibus ferent] MS. *itum*. Sic Suet. in Tiber. 38. *Vota pro itu et reditu suo suscipi passus*. Frequens est in nummis et marmoribus locutio. V. etiam Nonium in *Itum*. KLOCK. *itum ac reditum* etiam Leid. 2. Ceteri omnes stant pro alia lectione: quare uni aut alteri adsentiri non audeo. Quod autem Klockius locutionem in marmoribus frequentem dicat, verum est; in nummis tamen nondum reperta est. Vox *omnia* deficit in Lovel. 3. *omnia laudibus efferent secula* habet Lovel. 4. *omnia secula laudibus efferent* Neapol. Latinii. Sed vulgatum satis placet. Supra 2, 49, 1. *Fabios ad coelum laudibus ferunt*. Mox hoc cap. *Decium in coelum ferunt*. 9, 10, 3. *Eum laudibus ad coelum ferebant*. 7, 10, 14. *Mirisque pro concione eam pugnam laudibus tulit*. Adde Cortium ad Plinii 4. Epiſt. 27.

vestrum iter ac reditum omnia secula laudibus fe
6 *Sed ad conspiciendam tantam virtutem luce ac die*
est. nec vos digni estis, quos cum tanta gloria in ca
reduces silentium ac nox tegat. hic lucem quieti oppe
7 *mur.* Dictis obtemperatum. atque ubi primum
luxit, praemisso nuncio ad consulem in castra,
genti gaudio concitantur: et, tessera data, inc
mes reverti, qui sua corpora pro salute omni
haud dubio periculo objecissent, pro se quis

2. Male etiam *refert*, pro *ferunt*, Florent.

§. 6. *Ad conspiciendam tantam virtutem, luce ac die opus est*] *ad conspiciendum tantam virtutem* Leid. 2. *ad conspiciendam virtutem, tantum luce* Leid. 1. Mox, addita voce, *nec vos digni estis, milites, quos* etc. Leid. 2.

Hic lucem quieti opperiamur] *quiete opperiamur* Haverk. Sed supra habuimus hoc lib. c. 26, 1. *Quum stationibus quieti tempus tererent.* 1, 28, 2. *Proximi constitere.* ubi vide. 22, 12, 7. *Occultus subsistebat.* ubi etiam alia videri possunt. Praeterea *opperiemur* Florent. Lovel. 4. et Neapol. Latinii. Similiter centurio ex praesidio revertens inquit 5, 55, 1. *Signifer, statue signum: hic manebimus optime.*

§. 7. *Praemisso nuncio ad consulem in castra, ingenti gaudio concitantur*] Forte *praemisso nuncio ad consulem, castra ingenti gaudio concitantur.* J. FR. GRON. Gronovii conjecturam probat Lov. 4. Neque multum abit lectio Neapol. Latinii, *ad consulis castra, ingenti gaudio.* Si plures codd. accederent, Gronovio con tirem. Nunc tamen, quum qui vulgatum servent, excidisse videtur ob voci cedentis literam postremam, saepe factum. V. infra ad 3. Paullo ante *atque* pri *ubi illuxit* Voss. 2. *atque* mum *illuxit* Lovel. 5. Portug. et Haverk. Ita riant codices. V. infra ad 15, 1.

Incolumes reverti, qui corpora] *quia sua corpora* 2. Leid. duo, Lov. 2. 3. et Hav. a m. 1. [Veith.] peccasse librarios, ut qui inter se commutarent, debimus ad 36, 33, 5.

Pro se quisque obviam Hoc quoque tessera data jussos arbitror: neque enim jussu consulis licuisset. tesserarum ad varia mandata Lipsium 5. de Milit. Rom. 9. Adde Liv. 27, 46, 1. DUK

Singulos universosque *tores suos vocant*] Nisi prop antecessisset, et subsequer idem verbi, probarem, reperi in Pall. duobus *singulos niversosque servatores suos* *dant.* GEBH. Primo sine pa cula connectente *singulos* *versos* Florent. et Lov. 4.

iam effusi laudant, gratulantur, singulos uni-
sosque servatores suos vocant: Diis laudes gra-
que agunt, Decium in coelum ferunt. Hic De- 8
castrensis triumphus fuit, incedentis per media
ra cum armato praesidio, conjectis in eum om-
m oculis, et omni honore tribunum consuli ae-
ntibus. Ubi ad praetorium ventum est, con- 9
classico ad concionem convocat: orsusque me-
s Decii laudes, interfante ipso Decio, distulit

atores suos laudant Voss. 2.
l. 2. in ipso contextu, et
l. 3. Verum sine dubio, ut
Gebhardo visum est, id ex
cedenti *obviam effusi lau-*
a librariis repetitum est.

is laudes gratesque agunt]
mnes codd. ut et edd. princi-
Rom. anni 1472. et Parm.
ediol. anni 1480. *laudes gra-*
ue, quam lectionem secuti
res servarunt usque ad Al-
, qui iterum *laudes grates-*
restituit. Recte. V. infra ad
2, 7.

. *Hic Decii castrensis trium-*
fuit, incedentis per media
a] *castrensis fuit trium-*
Lovel. 2. Tum *incidentis*
. 1. quomodo librarii alibi
e peccarunt. V. quae notan-
nfra ad 9, 24, 10.

njectis in eum omnium o-
, *et omni honore tribu-*
consuli aequantibus] *con-*
s oculis in eum omnium
l. 5. Tum *omnique honore*
l. 2. *et omnium honore* Lo-
5. Denique *tribunum con-*
aequantibus Leid. 1. et
ej. 1.

9. *Consul classico ad con-*
em convocat] *ad concionem*
vocat Lovel. 5. Hearnii Oxon. C.
et edd. vett. ante Aldum, qui
iterum *convocat* revocavit, ut
servant reliqui omnes. Verum
Cl. Ant. Perizonius ad margi-
nem Livii notavit, erasa prae-
positione sibi scribendum vide-
ri, *classico concionem convo-*
cat. Sed manum continuisset,
si meminisset eorum, quae Gro-
novius infra notavit ad 26, 48,
13. V. etiam supra ad 2, 55, 10.

Orsusque meritas Decii lau-
des] Non respiciendum videtur,
quod praebent nobis Palatini
duo meliores codices, *orsusque*
merita Decii laudesque. GEBH.
Eadem lectio mihi etiam obvia
fuit in Voss. 2. et Lovel. 3. Sed
recte non tantum Gebhardo dis-
plicuit, verum etiam Gronovio
infra ad 26, 50, 13. ubi plura
vide.

Interfante ipso Decio, distu-
lit concionem] *interfante ipse*
Decio Lovel. 3. *interfanto ipse*
Decio Leid. 1. *interstante ipso*
Decio Leid. 2. *interfando ipse*
Decius Lovel. 2. et Oxon. C. a-
pud Hearnium, qui testatur, se
in cod. L. 2. [ut in Veith.] *sua-*
dente ipso Decio invenisse; quod
ex interpretis glossa in contex-
tum receptum videtur. Margi-
ni enim adscriptum fuisse puto,

10 concionem: qui auctor omnia posthabendi, dum occasio in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes, et nocturno pavore adtonitos, et circa collem castellatim dissipatos, adgrederetur. credere etiam aliquos, ad se sequendum emissos, per sal-
11 tum vagari. Jussae legiones arma capere: egre-

Decii interfantis consilium fuisse, ut inpediret concionem, eamque in aliud tempus differendam suaderet. Est autem *interfari* Livio saepius usurpatum. Supra 3, 47, 4. *Priusquam aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur.* ubi alia exempla notantur.

§. 10. *Auctor omnia posthabendi, dum occasio in manibus esset, perpulit consulem*] *actor* Voss. 1. et Lov. 1. V. ad Liv. 1, 26, 5. *auctor omnia posthabenda* Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Hearnii Oxon. B. et C. ac Neap. Latinii. [Veith.] *auctor omnia posthabendum*, omissa sequenti voce *dum*, Florent. Praeterea *pepulit consulem* Lovel. 4. quomodo etiam alibi scribae errare soliti fuerunt. V. supra ad 1, 59, 11. *compulit* Hearnii Oxon. L. 2. Male. De verbo *perpellere* v. supra ad 3, 30, 4.

Et nocturno pavore adtonitos, et circa collem castellatim dissipatos, adgrederetur] *ac nocturno pavore* male Lov. 4. Tum *castellatum* Leid. 2. Vocem *castellatim* inlustrat Harduin. ad Plinii 19, 6. Praeterea *adgrederentur* Lovel. 4.

Credere etiam aliquos, ad se sequendum emissos, per saltum vagari] Pall. pr. ac tert. *vacare.* lege *vagare.* Aliquoties jam adnotavi, deponentibus inusitati Livium forma seu terminatione agendi amare. V. Animadversiones nostras ad Propertium. Sic paullo post c. 38. reperitur Palat. sec. *militarem imperium frustrare.* Reperi quoque in Palat. sec. l. 26, 27. *Velut feras bestias per agros vagare.* Sic l. 17. libri omnes praeferunt *inungrare.* Ceterum, quod mirum, Palatinus secundus aliquantulum a Sigoniano codice demutat, praeferens: *credere etiam aliquos ad se persequendum emissos per saltum vagare.* Sed hinc potuit, ut hanc lectionem alii non intellectam pro vitiosa derelictui habuerit Sigonius. *Emissi* autem milites sunt dimissi atque ablegati. „Terent. Heaut. 3, 1, 70.

— — — — — — *prius*
Pecuniam omnem, quam ob te amittas filium.

Sic supra Liv. 4, 12. *Legationibus terra marique nequiquam amissis.* ut habet unus e Pall. codd. MSS. GEBH. *aliquos ad sequendum* Lovel. 4. Sed vocula *se* librarii negligentia intercepta est ab initiali syllaba vocis proximae *sequendum.* V. infra ad 29, 21, 7. *aliquos ad se persequendum* Haverk. quod est glossemate natum arbitror. *sequi* enim hic, ut saepe alibi, pro persequi, insequi ponitur. Infra 29, 32, 7. *Ala equitum dispersa toto campo quinque hostes sequ-*

eque castris, quum per exploratores notior jam
tus esset, via patentiore ad hostem ducuntur.
em incautum inproviso adortae, quum palati 12
lim Samnitium milites, plerique inermes, nec
re in unum, nec arma capere, nec recipere in-
vallum se possent, paventem primum in castra

ar. et mox eodem cap. *Is fi-* Bocchari sequendi fuit, nec edi flumen auso, nec ha- credenti se, jam quem se- etur. 38, 2, 8. *Haec tumul-* io regem, cupientem, si se erentur, raptim evadere an- ias, revocare primos coë- 40, 48, 4. *Refugientium suo* agmen, post effuse sequen- barbaros conspexit. 44, 43, um finem sequendi propter cultatem transitus fore ra- Romanis. c. 44, 3. *Dum ef-* sequitur hostem. Curtius 5. *Instantibus suis inpune* antem hostem sequi permit- . Frontin. 1, 6, 2. *Ut hostes,* citate comtemta, audacius erentur. Nollem deinde, *a-* os, quod in nullo meorum ni, Gebhardo placuisset. Hoc sensu *amittere*, pro dimit- , neque apud Livium, ne- apud alios obcurrit. Hinc *altum* Leid. 2. et Lovel. 1. que *evagari* Lovel. 4. *va-* Lovel. 2. *vacare* Voss. 2. 1. Lovel. 3.* et Fragm. Hav. nec ipsum cum Gebhardo *agare* mutandum velim. A enim Livii abhorrere vide- ut deponentia forma activa piamus. V. ad 1, 17, 2. quam- alii ita loqui soliti fuerint. Voss. 5. Gramm. 7.

11. *Jussae legiones arma re: egressaeque castris*] *ae st' legiones* Lovel. 2. Tum *a carpere* Voss. 1. a m. 1. upra ad 6, 32, 11. Sed ambo haec vocabula male omittuntur a librario Leid. 2. Deinde *egressaeque a castris* Lovel. 4.

Notior jam saltus esset, via patentiore ad hostem ducuntur] *notior jam salutis esset via, patentiore* Voss. 2. *Tò via* deficit in Haverk. *via patentiore ad viam ducentur* Leid. 1. culpa amanuensis. *dicuntur*, pro *ducuntur*, Lovel. 2. solito errore. V. ad 38, 43, 1.

§. 12. *Incautum inproviso adortae, quum palati passim Samnitium milites*] *incautum inprobo viso adortae* errans dedit librarius Haverk. duplici lectione recepta. De voce *inproviso* v. ad 6, 4, 9. Tum *pallati* Lovel. 2. *paullati* Portug. a m. 1. *paullatim* Lovel. 5. Male. V. ad 1, 11, 1. Tum *passim* deficit in Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. ejus loco *passi* praefert Florent. *possent* Leid. 1. *essent* Lovel. 2.

Plerique inermes nec coïre in unum] *ppl'ique inermes*, id est *populique*, Lovel. 2. Similitudo ductuum *pl'ique*, id est *plerique*, et *ppl'ique* librario fraudi fuit. Deinde *neque coïre in unum* Gaertn. *nec colire in unum* Florent. *nec colligere in unum* Lovel. 4. Verum ita dicendum fuisset *nec colligere se in unum*. At aeque *coïre in unum*, quod reliqui omnes codices tuentur, ac *colligere se in unum*, apud Livium obvium est.

compellunt: deinde castra ipsa, turbatis stationi-
13 bus, capiunt. Perfertur circa collem clamor: fu-
gatque ex suis quemque praesidiis. ita magna pars
absenti hosti cessit. quos intra vallum egerat pavor,
(fuere autem ad triginta millia) omnes caesi; castra
direpta.

XXXVII. Ita

V. ad 28, 3, 9. Nihil itaque mutandum puto.

Nec recipere intra vallum se possent, paventem primum in castra compellunt] Omnes edd. priores praeferunt *intra castra compellunt*: neque aliter habent Voss. duo, Leid. duo, Lovel. quinque, Harlej. 2. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. et Fragm. Hav. Quidam tamen, non ferendum existimantes, parvo horum verborum ambitu praepositionem *intra* repeti, partim priori loco dederunt vel *recipere in vallum*, ut praeferunt Leid. 1. et Portug. vel *recipere inter vallum*, ut Harlej. 2. partim posteriori loco *inter castra compellunt*, ut Harlej. 1. vel *in castra compellunt*, ut Florent. et Neapol. Latinii, quomodo Cl. Jac. Gronovius edidit. Et sane saepius voces *in* et *intra* a librariis commutatae fuerunt. V. supra hoc libro c. 11, 10. *compellere in castra*, ut *compellere in urbem* 2, 11, 3. *Ut non cetera solum ex agris, sed pecus quoque omne in urbem compelleretur.* (* 37, 16, 12.)

§. 13. *Ita magna pars absenti hosti cessit*] *itaque magna pars* Harlej. 2. Portug. et Haverk. sollemni errore scribarum. V. ad 21, 53, 7. Tum *absenti cessit*, exsulante media voce, edd. Mediol. annorum 1480. 1495. et 1505. Veneta anni 1498. et Ald. in contextu; quarum tamen posterior inter errata, ut et reliquae, partim vetustiores, partim recentiores, cum omnibus libris scriptis vocem *hosti* tuentur. Paulo ante *Profertur*, loco τοῦ *Perfertur*, Portug. V. supra ad 5, 11, 10.

Fuere autem ad triginta millia, omnes caesi] *ad viginti millia* Lovel. 4. Tum *caesi omnes* Harlej. 2. Portug. et Haverk. In editionis Aldinae contexta locus ita distinguebatur: *intra pavor. Fuere autem ad triginta millia omnes caesi: castra direpta.* Inter errata vero etiam hic error emendatus est.

§. 1. *Consul, advocata concione, P. Decii non coeptat*] Prima vox non adparet in Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *convocata concione* Lovel. 2. invitis omnibus aliis. At supra pariter 7, 26, 10. *Consul, concione advocata, laudatum tribunum decem bubus aureaque corona donat.* 9, 38, 1. *Prius adloquendos milites ratus, concionem advocari jussit.* (* 26, 41, 2. ubi vide.) 30, 18, 11. *In tribunal escendit, et concionem advocari jussit.* 41, 10, 6. *Quum, concione advocata, fugam e castris A. Manlii adversis auribus militum jactasset.* Hinc voces *P. Decii* deliciunt in Leid. 2.

Non coeptas solum ante, sed cumulatas nova virtute laude peragit] *non coeptas modo ante, sed cumulatas etiam nova virtute* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *sed cumulatas etiam prae-*

XXXVII. Ita rebus gestis, consul, advocata 1
concione, P. Decii non coeptas solum ante, sed cumulatas nova virtute laudes peragit: et, praeter militaria alia dona, aurea corona eum et centum bubus, eximioque uno albo opimo auratis cornibus, donat. Milites, qui in praesidio simul fuerant, 2
duplici frumento in perpetuum, in praesentia sin-

fert quoque Gaertn. At saepe post *non modo, non solum*, infertur *sed*, pro *sed etiam*. Supra 2, 33, 7. *Non modo inpetum erumpentium retudit, sed per patentem portam ferox inrupit.* 6, 2, 11. *Non aperuit solum incendio viam, sed flammis in castra tendentibus ita consternavit hostes.* 7, 33, 17. *Quem terrorem non pugnae solum eventu, sed nocturna profectione confessi sunt.* V. supra ad 2, 6, 1. Deinde *laudes pergit* ed. Parm. operarum errore. *Peragere laudes*, ut *peragere carmina, postulata, sententiam*, et similia, de quibus infra v. ad 34, 31, 19. *Pergam* autem, pro *peragam*, etiam supra erat in Mſto 2, 1, 1.

Aurea corona eum et centum bobus] *antea corona eum* Gaertner. Sed male. Inter dona enim militaria memorantur coronae aureae, quibus vel milites donant imperatorem, vel imperator duces inferioris ordinis ac milites. V. Liv. 3, 29, 4. 7, 10, 14. 10, 44, 3. 26, 48, 14. et alibi. Praeterea *centum bubus* Florent. Leid. 1. et Klock. V. supra hoc lib. c. 26, 10. et mox hoc cap. §. seq.

Eximioque uno albo, opimo, auratis cornibus] *Eximium* sacrificale verbum, *de hostiis dictum, quae ad sacrificium destinatae eximantur e grege.* Auctor Macrob. 3, 5. SIG. Etiam Festus in v. *Eximium. Eximium inde dici coeptum, quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur; vel quod primum erat natum.* Ad quem locum viri docti laudarunt verba Donati ad Terent. Hecyr. 1, 1, 9. *Eximia pecora dicuntur, quae a grege excepta sunt ad usus dominorum suorum, ut uberius pascantur. Sed proprie eximii sunt porci majores, qui ad sacrificandum excepti liberius pascuntur. Etenim boves, qui ad hoc electi sunt, egregii dicuntur, et oves lectae.* Eam tamen, quam hic statuit Donatus, differentiam non perpetuam esse, non modo probat hic locus Livii, sed et alius supra 1, 7, 12. *Bove eximia capta de grege sacrum Herculi factum.* etiam Virgil. 4. Georg. 549.

Ad delubra venit, monstratas excitat aras:
Quatuor eximios praestanti corpore tauros
Ducit, et intacta totidem cervice juvencos.

Et quidem Livius innuit, ideo hoc eximio bove Decium donatum a consule esse, ut eum, quod fecit, Marti inmolaret; hinc datus est albus, hinc opimus, hinc auratis cornibus; quod, tamquam tironibus notum, pluribus probare abstineo. Male itaque *optimo*, pro *opimo*, praeferunt Leid. 2. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. V. infra ad 38, 8, 9.

§. 2. *Duplici frumento in per-*

gulis bubus binisque privis tunicis donati. Secundum consulis donationem legiones gramineam co-

petuum] Hinc Varroni 4. de ling. Lat. [p. 24.] *duplicarii dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur, institutum.* KLOCK. V. supra ad 2, 59, 11.

In praesentia singulis bobus, binisque tunicis donati] In vetustis codicibus legitur *binisque privis tunicis.* GELEN. *Τὸ privis* abest ab editione Andreae Campanique. Palat. tertius legit *singulis bobus, privisque binisque tunicis.* Primus vero assentiens Andreae editioni *singulis bobus priusque binis tunicis.* sec. *singulis bobus opimis binisque tunicis donati.* GEBH. *in praesentia et singulis bobus* Fragm. Hav. a m. 1. *in praesentia et singulis bobus opimis* a m. 2. et ita praeferunt etiam Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] nisi quod in illis vocula *et* deficiat. Sed inportunam hic puto boum *opimorum* mentio. Non enim milites eos dono acceperunt, ut, quemadmodum Decius, inmolarent, sed ut sibi haberent; quam ob cauſſam Decius, praeter unum opimum, similiter centum alios acceperat, qui ab uno illo opimo diſtinguuntur, licet tamen hos centum boves poſtea militibus dono dederit. Similiter Valerius Corvus, Gallo interfecto, donatur *decem bubus* supra hoc libro c. 26, 10. et C. Laelius *triginta bubus* 26, 48, 14. ubi *opimi* epitheton non additum est. *in praesentia singulis bubus* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. a m. 1. et Klock. V. ad §. praec. Deinde *prius binisque tunicis* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *privis binisque tunicis* Fragm. Hav. a m. 1. *privisque binisque tunicis* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. *binisque singulis tunicis* Florent. *binisque tunicis* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Klock. Haverk. Fragm. Hav. a Hearnii Oxon. B. N. C. [Veith.] At recte Gelenium *binisque privis tunicis* reſtituiſſe puto, necemque *privis*, ut minus obvium ac notam, a librariis omiſſum eſſe; qua tamen et Livium abusum fuiſſe, infra videbimus ad 21, 13, 7. Plura de hac voce apud viros Cel. Burmann. ad Ja son. 9. Metam. 20. et Bentley. an Horat. art. Poët. 60. quorum hic ex Feſto et Gell. 10, 20. et Gifanius collect. in Lucret. v. *Privus* ex iisdem docent, res *priva* dixiſſe, quae nunc *singula* dicimus: unde intelligi potest, lectionem, quam et Florent. produximus, ex gloſſemate natam eſſe. Eo tamen sensu sumi non poſſe videtur. Quum enim *binae*, ergo non *privae*, id est singulae, *tunicae* fuerunt: nisi quis *binis privis tunicis donati* pro binis privi, sive singuli, tunicis donati accipiendum contendat, qua ratione Lucilius dixit apud Non. Marc. v. *Privi*.

Ad coenam adducam, et primum hisce abdomina thunni
Advenientibus priva dabo.

ubi indicat, se singulis, sive unicuique abdomen thunni daturum. Ceteroquin *binae privae tunicae* sunt binae propriae, quas quisque privatim, singulatim acceperit. Nam *privum proprium uniuscujusque esse*, docet Non. Marcell. in v. *Privum*. V. etiam Gifan. l. l. Denique *donat*, pro *donati*, Lovel. 2. *donatis* Florent. ubi ultima litera adhaesit ex principio vocis sequentis. Vel legendum est *do-*

ronam obsidionalem, clamore donum adprobantes, Decio inponunt. altera corona, ejusdem honoris

nati sunt, ut praeferebat Lovel. 4. a m. 1. Ita enim non raro peccasse librarios, infra videbimus ad 45, 17, 5.

Secundum consulis donationem] *Post consulis donationem* Florent. quae lectio ex interpretis expositione in contextum recepta est. *secundum* enim pro post apud Livium saepius obcurrit. V. exempla infra ad 24, 10, 11.

Gramineam coronam obsidionalem] In vetustis codicibus legitur *coronam obsidialem*. quod nihil erat necesse mutare in *obsidionalem*. GELEN. De hac corona Gellius 5, 6. itemque de caeteris. SIG. *obsidialem* habent Florent. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. 1. Klock. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. idque monentem Gelenium secutus Frobenius anno 1535. contextui Livii reddidit, quemadmodum exemplo Frobenii plures alii, usque dum Grpyh. anno 1554. et anno sequenti Sigonius alterum *obsidionalem* revocarent. Quid sequendum sit, dubito: ut enim ab *obsidio* formatur *obsidionalis*, ita ab *obsidium* formari potest *obsidialis*. Alibi tamen hac forma vocabulum illud me legere non memini: sed semper apud Valer. Max. Plinium, Festum, Gellium, Aur. Victor. et Ammian. Marcell. exstat *obsidionalis*. unde etiam hanc lectionem, donec aliunde aliud exemplum proferatur, servandam putavi. Praeterea *legiones gratulantes coronam obsidionalem* legit Hearnii Oxon. C. at juncta utraque lectione *legiones gratulantes gramineam coronam obsidialem* Lovel. 5. Quum tamen *gratulantes* ab omnibus aliis exsulet, non recipiendum videtur. Ceterum, coronam obsidionalem fuisse *gramineam*, tironibus apud nos notum est, ut et factam fuisse ex gramine viridi, fere ex eo loco decerpto, in quo erant conclusi, qui obsidione exemti sunt. De ea late v. Paschal. de coron. 7, 16. Attamen Aur. Victor ter tribus locis eam *auream* vocavit in lib. de Vir. Inlustr. c. 17. 26. et 58. Duobus quidem prioribus locis verba ejus inmutando Aurelium erroris absolvere viri docti conati sunt. Verum, praeterquam quod, eorum emendatione recepta, nondum omnis tollatur vel difficultas, vel error Victoris, potius ipsum Victorem etiam prioribus lapsum fuisse existimo, quoniam certe tertio loco erroris liberari nequeat.

Altera corona, ejusdem honoris index a praesidio suo inposita est] *ejusdem honoris iudex* Gaertn. sollemni errore scribarum ob literarum adfinitatem. V. ad 5, 26, 6. Tum *a suo praesidio* Harlej. 2. *ab suo praesidio* Portug. et Haverk. qui tres codd. etiam omittunt verbum finale est. Praeter auream igitur coronam, qua virtutis caussa ab imperatore donatus est, Decius duplicem accepit coronam gramineam obsidionalem, unam a legionibus, alteram a praesidio suo. Id etiam testatur Plinius 22. H. N. 5. Corona graminea obsidionali *quidam imperatores et saepius donati sunt, veluti P. Decius Mus tribunus militum ab exercitu, altera ab his, qui in praesidio obsessi fuerant.* et Festus v. *Obsidionalis. Nam et P. Decio datae duae sunt: una ab exercitu universo, altera ab iis, qui fuerunt in praesidio obsessi.* Graviter igitur Aur. Vict.

3 index, a praesidio suo inposita est. His decoratus insignibus bovem eximium Marti inmolavit; centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant: iisdem militibus legiones libras

peccavit, qui in Viris Inluſtr. 26. de P. Decio Mure agens, inquit, *Ob hoc ab exercitu civica corona de quercu, quae dabatur ei, qui cives in bello servasset; obsidionali aurea, quae dabatur ei, qui obsidione cives liberasset, donatus est.* Neque deletis verbis, quae viri docti gloſſematis suspecta habent, Victor erroris inmunis erit: siquidem Decius ob exercitum servatum non civicam, quae tantum ob unum civem servatum dabatur, sed obsidionalem accepit. Nam, teſte Plinio 22, 4. *Graminea numquam, nisi in desperatione suprema, contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta.* Et mox: *Quod si civicae honos, uno aliquo ac vel humillimo cive servato, praeclarus sacerque habetur, quid tandem existimari debet unius virtute servatus universus exercitus?* In hunc etiam sensum accipienda sunt verba Feſti v. *Obsidionalis. Inter obsidionalem et civicam hoc interest, quod altera singularis signum salutis est, altera diversorum civium servatorum.* Certe ita accepit Paullus Diaconus, secundum quem *Civica corona singularis salutis signum erat, obsidionalis universorum civium servatorum.* Alteram itaque obsidionalem accepit a suo praesidio, quod ab obsidione hoſtili exemit; alteram ab universo exercitu, quem, se ac datum praesidium pro omnium salute haud dubio periculo objiciendo, universum servavit. Nam, teste iterum Plinio eodem loco, obsidionalis dabatur non tantum *liberatis obsidione*, sed etiam *abominando exitio castrit.* In his patet, non recte Pighium secutum fuiſſe errantem dum Aurel. Vict. quum in Annal. ad ann. cox. p. 304. scribat, Decium ab exercitu per ipsum servato obsidionali graminea corona, et a praesidio suo civica querna donatum fuiſſe.

§. 3. *Bovem eximium Marti inmolavit*] Vocem *Marti* non agnoscunt Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 3. invitis reliquis, qui eam servant. Meminit et Marti inmolati bovis in hac hiſtoria Plinius verbis mox plenius laudandis. Paullo ante *His decoratis insignibus* Lovel. 1. *His decoratus insignis* Lovel. 3.

Centum boves militibus dono dedit] *To dono* abest a Pall. duobus optimis. GEBH. *militibus dedit*, omiſſa media voce, Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 2. *militibus dona dedit* Leid. 1. quod se etiam in cod. Thuan. a m. 1. inveniſſe, Gronov. testatur 4. Observ. 14. p. 230. Utraque locutio proba est. V. quae notantur ad 2, 22, 6. et 4, 20, 4. Plurium itaque codicum auctoritate firmatae lectioni adhaereo. Ceterum secundum Plinium hi centum boves non a consule Cornelio, ut Livius supra retulit, sed a simul obsessis donati sunt Decio, eosque non militibus, qui secum in expeditione fuerant, dono dedit, sed Marti etiam inmolavit. Ita enim refert 22, 5. *Quanta esset ejus honoris* (coronae obsidionalis) *auctoritas,*

farris et sextarios vini contulerunt: omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur. Tertia pugna ad 4
Suessulam commissa est: qua fugatus a M. Valerio

confessus religione, siquidem donatus bovem album Marti inmolavit, et centum fulvos, qui ei virtutis caussa dati fuerant simul ab obsessis. Sed in ultimis his verbis mendum latere existimo, quod inspectis integrioribus codd. emendandum est. Ceterum verba *militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant. iisdem* non exstant in Harlej. 1. culpa librarii, cui repetita vox *militibus* fraudi fuit. V. ad 9, 11, 11.

Iisdem militibus legiones libras farris et sextarios vini contulerunt] Singulis singulas. Cujac. 9. Obs. 37. et Gronov. ad Liv. 4, 15. DUK. Tota haec periodus non adparet in edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, ac Venet. 1495. Primum vero obcurrit in ed. Mediol. anni 1495. et inde in reliquis, praeterquam in Venet. anni 1506. et Ascens. anni 1510. Eamdem servant etiam omnes scripti, nisi quod, ut modo notavimus, *iisdem* cum multis vocibus praecedentibus deest in Harlej. 1. et *legiones* in Gaertn. Praeterea *contulere* legit Lovel. 2. quomodo etiam est in editionibus, in quibus periodus exstat, usque ad Aldum. Is autem, concinentibus aliis omnibus scriptis, *contulerunt* substituit.

Omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem etc. gerebantur] *Τὸ ea* deficit in Voss. 2. et Lovel. 2. 3. ac 4. Tum *ingente alacritate* habet Leid. 1. et postea *gerebant* Harlej. 2. Lovel. 5. Portug. et Haverk. V. infra ad 10, 10, 1.

§. 4. *Tertia pugna ad Suessulam*] *Suessulani*, ut ex hoc loco patet, Campani erant. SIG. V. Cluverii Ital. Ant. 4, 5. p. 1183. et Cellar. Geogr. Ant. 2, 9. p. 545. Ceterum *Item alia pugna* praefert Klock.

Omni robore juventutis domo adcito] Palatini duo optimi *domo accepto*. GEBH. *omni clamore robore* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *domo accepto* Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. Alibi voces *accitus* et *acceptus* commutantur. V. infra ad 10, 19, 1. Paullo ante *fugatus ab M. Valerio* Portug. et Haverk.

Fortunam experiri statuit. Ab Suessula nuncii trepidi Capuam] Deest hic meo judicio tota narratio Suessulae a Samnitibus obsessae. Posset autem sic forte lacuna expleri: *certamine ultimo fortunam inimicae ejus delendae urbis experiri statuit.* KLOCK. Suessulam a Samnitibus hoc tempore obsessam fuisse, ex Livii narratione non constat: eo enim *sedendo ad Suessulam*, quae verba hoc capite sequuntur, referenda non videntur. Quin et *τὰ ultimo certamine experiri* non de obsidione urbis, sed de proelio intelligenda sunt. Eodem sensu *ultimum dimicationis*, *ultima dimicatio* apud Livium saepe obcurrit. 6, 38, 3. *Principio statim anni ad ultimam dimicationem de legibus ventum.* 8, 29, 10. *Discordia tamen prope ad ultimum dimicationis ventum est.* ubi vide. Quod hic *ultimo certamine fortunam experiri*, brevius *ultima experiri*

Samnitium exercitus, omni robore juventutis domo adcito, certamine ultimo fortunam experiri statuit.
5 Ab Sueſſula nuncii trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium consulem, opem oratum, ve-
6 niunt. Confeſtim signa mota: relictisque inpedimentis caſtrorum valido praesidio, raptim agitur agmen: nec procul ab hoste locum perexiguum

Livius dixit 3, 2, 11. *Aequos conscientia contracti culpa periculi ultima audere et experiri cogebat.* Habent vero Lovel. 4. et Gaertn. *A Suessula.*

§. 5. *Inde equites citati ad Valerium consulem opem oratum veniunt*] *inquietes citati* Lovel. 2. quod ex non intellecta scriptura, *iñequites* vel *iñ equites*, una transposita litera, profluxit. Male id poſtea in eo cod. emendatum, ejusque loco, omiſſa prima voce, margini adscriptum est *equites*. Tum *ad vallum consulem* Leid. 2. et Lov. 1. Verum neque hic compendium *ad Val ium* librarii adsecuti sunt. Deinde *opem orantium veniunt* Voſſ. 1. a m. 1. *opem orantes veniunt* Leid. 2. et Lovel. 1. Saepiſſime librarii supinum simile corruperunt. V. ad 2, 48. 4. et ad 22, 21, 3. V. etiam ad hujus cap. §. 8. *opem oratum conveniunt* Hearnii Oxon. L. 2.

§. 6. *Relictisque inpedimentis castrorum valido praesidio*] Edd. Tarvis. et Mogunt. *relictis impedimentis.* Lego *relictis impedimentis castrorumque valido praesidio.* KLOCK. Omnes edd. principes praeferunt *relictis impedimentis castrorum valido praesidio.* Mediol. deinde anni 1505. exhibuit *relictisque impedimentis castrorum cum valido praesidio.* quae lectio, si codd. adsentientes haberet, non neglegenda foret. Nam ita etiam Curtius 7, 5. *Sarcinas et impedimenta ibi cum praesidio reliquit.* pro eo Ascensius annis 1513. et 1516. et Mogunt. dederunt *relictis impedimentis castrorum cum valido praesidio.* Aldus denique id recepit, quod nunc editur. Aldo autem consentiunt omnes scripti. Nescio, quam cauſſam habuerint viri docti, cur displicuerit, inpedimenta castrorum relicta eſſe valido praesidio. Mihi certe nihil invitis scriptis mutandum videtur.

Nec procul ab hoste locum exiguum] Pall. pr. ac tert. et Campani editio *locum perexiguum.* GEBH. Quidquid est bonorum codd. *perexiguum.* Cicero 1. in Verrem [2.] *Quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguum postularem.* Noster 2, [14, 8.] *Pars perexigua, duce amisso, Romam inermes et fortuna et specie supplicum delati sunt.* J. FR. GRON. Non tantum quidquid est bonorum, verum etiam quidquid est codicum, quos aut ego, aut Oxonii Hearnius consuluimus, *perexiguum* praeferunt, nisi quod tota vox in uno meo Lovel. 1. perperam omittatur. Infra 44, 6, 16. *Reliquum perexiguum fossa modica valloque claudi poterat.* (*36, 19, 9.) Cic. 1. in Verr. 9. *Sollicitabar rebus maximis et*

(ut quibus, praeter equos, ceterorum jumentorum calonumque turba abesset) castris cepit. Samnitium 7
exercitus, velut haud ulla mora pugnae futura esset, aciem instruit: deinde, postquam nemo obvius ibat, infestis signis ad castra hostium succedit.
ibi ut militem in vallo vidit, missique ab omni parte 8
exploratum, quam in exiguum orbem contracta ca-

no atque eo perexiguo tempore. 2. Tuscul. 13. *Ut omnia praeterea, quae bona corporis et fortunae putantur, perexigua et minuta videantur.* Caesar 5. Bell. Gall. 15. *Quum hae, intermisso perexiguo loci spatio, inter se constitissent.* 3. bell. Civ. 42. *Omnibus castellis, quod esset frumenti, conquiri jussit. Id erat perexiguum.* et c. 87. *Perexigua pars illius exercitus superest.* Colum. 6. 30. *Ut perexigua portione cibi ad justa perducatur.* Similiter composita *peropportunus* et *peropportune* saepius apud Livium obcurrunt. V. ad 10, 45, 2. et 29, 34, 9. etiam *perpaucus.* V. ad 37, 11, 3.

Calonumque turba abesset] *colonumque* Voss. 1. a m. 1. Voss. 2. Lovel. 1. a m. 1. et Lovel. 3. Hinc *abesse* Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. et Harlej. 1. *adesset* Lovel. 4. V. ad 23, 8, 11.

§. 7. *Velut haud ulla mora pugnae futura esset*] Tres codices MSS. Palatini *mora pugnae futuraeesset.* Contra vulgatam tuentur antiquae editiones. GEBH. *velut nulla mora* Lovel. 3. *velut haud mora* Lovel. 4. Tum *mora pugnae futurae esset* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Haverk. Fragm. Hav. et ed. Parm. *mora futura pugnae esset* Gaertn.

§. 8. *Missique ab omni parte exploratum*] *missisque ab omni parte* Harlej. 1. *missi ab omni parte* Portug. *missique ab omni parte exploratores* Lovel. 2. V. supra ad §. 5.

Quam in exiguum orbem contracta castra essent] Vet. lib. *quod in exiguum.* Probo. SIG. Produxit e veteri, ut ait, codice Sigonius hanc lectionem *quod in exiguum.* Invenio tamen in Pall. duobus *quamquam in exiguum orbem.* in sec. *cum in exiguum.* Editiones cascae habent *quam in exiguum.* GEBH. Lege et distingue: *quam in exiguum orbem contracta castra essent, paucitatem inde hostium colligentes, retulerunt: fremere omnis acies,* etc. *To quam*, lectum etiam in vetustis edd. Sigonius mutavit in *quod*, non bene perpensa sententia. Ita enim evolvenda oratio: Ut missi exploratum retulerunt, in quam exiguum orbem essent contracta castra, paucitatem inde hostium colligentes; tum, scilicet, fremere omnis acies. J. FR. GRON. Sigonii vet. lib. unus consentit Hearnii Oxon. B. sed *quod quam in exiguum* praeferunt Lovel. 5. a m. 2. et Harlej. 2. *quia in exiguum* Klock. *cum in exiguum* Haverk. *quamquam in exiguum* Voss. duo, Leid. 1. Florent. Lovel. 1. a m. 1. Lovel. 2. 3. 5. a m. 1. Harl. 1. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. Sed re-

stra essent, paucitatem inde hostium colligentes,
9 retulerunt; fremere omnis acies, complendas esse
fossas scindendumque vallum, et in castra inrum-
pendum. transactumque ea temeritate bellum foret,
10 ni duces continuissent inpetum militum. Ceterum,
quia multitudo sua commeatibus gravis, et prius
sedendo ad Suessulam, et tum certaminis mora,
haud procul ab rerum omnium inopia esset; placuit,
dum inclusus paveret hostis, frumentatum per a-
11 gros militem duci. interim et Romano, qui expedi-

cte Gronovius vulgatum tuetur, quod superest tantum in Leid. 2. Lov. 1. a m. 2. et Lov. 4. Deinde *contra castra essent* Leid. 1. *contracta essent castra* Harl. 2. Portug. et Haverk. Mox *paucitatem deinde*, pro *inde*, Lov. 5. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. infra ad 36, 24, 10. Postea *retulere*, pro *retulerunt*, Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 9. *Fremere omnis acies, complendas esse fossas, scindendumque vallum*] *omnes acies* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. et Haverk. At una tantum Samnitium acies, et ea quidem omnis, fremebat. Male etiam *succedendumque vallum* Portug. a m. 1. Caesar 3. bell. Gall. 5. *Quum vallum scindere, fossasque complere coepissent.* Tacit. 4. Hist. 28. *Transrhenanos proelium poscentes ad scindendum vallum ire jubet.* Mox *in castra erumpendum*, pro *irrumpendum*, Lovel. 4.

Transactumque ea temeritate bellum foret, ni duces continuissent inpetum] Pall. duo meliores, *ni dux continuisset.* GEBH. *dux continuisset* etiam Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Praeterea *transactum ea temeritate* Haverk. τὸ *ea* in Voss. 1. a m. 2. tantum adscriptum est.

§. 10. *Commeatibus gravis, et prius sedendo ad Suessulam et tunc certaminis mora*] *commeatibus gregariis* perperam Lovel. 2. Tum *cedendo ad Suessulam* Leid. 2. De hoc errore librariorum v. ad 21, 40, 2. Deinde *et tum certaminis mora* Voss. 5. Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Block. Fragm. Hav. omnesque excusi vett. *et cum certaminis mora* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 5. Harl. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. *et etiam certaminis mora* Lovel. 1. *et tunc certaminis mora* demum obcurrit in ed. Froben. anni 1531. atque inde in reliquis. Verum quum ita nullus codicum praeferat, priorem scripturam tum revocandam censui. Mox *procul a rerum omnium inopia*, pro *ab rerum*, Gaertn.

Dum inclusus paveret hostis, frumentatum per agros militem duci] Palatini iterum duo *in agros.* Pessime autem edidit Campanus *dum inclusus maneret hostis.* GEBH. *dum inclusus maneret hostis* Lovel. 4. et Neap. Latinii. Et ita non tantum Cam-

us, quantum humeris inter arma geri poſſet fru-
menti, secum adtuliſſet, defutura omnia. Consul 12
alatos per agros quum vidiſſet hoſtes, stationes
infrequentes relictas, paucis milites adhortatus,
ad caſtra obpugnanda ducit. quae quum primo cla- 13
more atque inpetu cepiſſet, pluribus hoſtium in
tentoriis suis, quam in portis valloque, caesis,
signa captiva in unum locum conferri jussit; reli-
ctisque duabus legionibus cuſtodiae et praesidii
cauſſa, gravi edicto monitis, ut, donec ipse rever-

anus, ut Gebhardus docet, sed plures alii ediderunt. *paveret* im erat in edd. Rom. anno 72. et Parm. inde vero primum ti in ed. Mediol. anni 1505. ac in Aldina, et poſtea, exce- Paris. anni 1529. in reliquis entioribus. (* v. ad 22, 60, 26.) nde *frumentatum in agrum* gm. Hav. et Voſſ. 2. a m. 1. *rnentatum in agros* a m. 2. ta etiam Lovel. 3. et Gaertn. *mentatum agros* Leid. 1. ubi ud *in* absorptum videtur a accedentis vocis litera finali. ad 10, 13, 3. et mox §. 13. Alii, similiter corruptum codicem cidentes, dederunt *frumenta- um agris*, quod superest in Lo- el. 2. *per agros frumentatum* lio ordine habet Lovel. 4. De- que *milites duci* Fragm. Hav. ed v. ad c. 35, 2.

§. 11. *Interim et Romano, i expeditus*] *interimque et omano* Lovel. 2. et Harlej. 2. *terim quia et Romano* Voſſ. 10, Leid. duo, Flor. Lov. 1. 3. arl. 1. Port. et Gaertn. *inte- m quieto Romano* Lovel. 4. *m qui expeditis* Voſſ. 2. Leid. et Lovel. 2. ac 3. *qui expedi- m* Leid. 2. *qui expeditos* Flo- nt. *qui expeditius* Gaertn.

Geri posset, frumenti secum adtulisset, defutura omnia] *geri possit* Portug. et Haverk. Hinc *frumentum secum attulisset* Lovel. 4. *frumenti cum attulisset* Voſſ. 2. Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *frumenti ex commeatu attulisset* Harlej. 1. Tandem *et defutura omnia* Leid. 2. Sed vocula *et* perperam repetita eſt ex ultimis literis proximae dictionis. Alia exempla v. ad 39, 18, 8.

§. 12. *Stationes infrequentes relictas, paucis milites adhortatus*] *stationes infrequentes, relictis paucis, milites adhortatus* Harlej. 1. An indoctior librarius nescivit, *paucis adhortatus* dici pro paucis verbis? V. Sanctii Minerv. 4, 4. de Ellipsi nomin. in v. *Verba*. Praeterea vox *milites* non adparet in Gaertner. Mox *ad castra expugnanda*, pro *oppugnanda*, Fragm. Hav. V. infra ad 21, 57, 6.

§. 13. *Quae quum primo clamore atque inpetu cepisset*] *quae quum prima clamore* Lovel. 1. a m. 1. quod recte a manu altera emendatum est. V. ad 6, 4, 9. *primore clamore* Lovel. 5. a m. 1.

Pluribus hostium in tentoriis suis, quam in portis] *in cen-*

14 tiffet, praeda abftinerent; profectus agmine i
cto, quum praemissus eques velut indagine di
15 tos Samnites ageret, caedem ingentem fecit.
neque quo signo coïrent inter se, neque,

turiis suis Portug. a m. 1. Deinde *quam portis* Gaertn. Male. Solet enim Livius in similibus locutionibus praepositionem *in* repetere. V. ad 4, 58, 4. Intercepta autem illa hic erat ab ultima litera vocis praecedentis. V. paullo ante ad §. 10. [*signa capta* Veith.]

Relictisque duabus legionibus custodiae et praesidii caussa] Quis umquam audivit, castris praesidio relictas integras duas legiones, hoc est, integrum consularem exercitum, ut ostendit l. 8, 8. alibique appellat? Ergo Valerius solus abiit, nudatus omni suo exercitu? Profecto vitiosum. Supra c. 25, 12. in tumultu Gallico ipsi urbi Romanae tantum duae legiones praeponuntur. Et 22, [40, 6.] in tanto rerum tumore, tamque abundanti exercitu in castris minoribus ad Geronium tantum dicuntur fuisse una legio et duo millia sociorum. Immo toti Hispaniae cis Iberum Scipio, aggressurus Novam Carthaginem, reliquit ad praesidium regionis ejus M. Silanum cum tribus millibus peditum et trecentis equitibus 26, 42, 1. Nec hic itaque nec uspiam de duabus legionibus somniatum: ut omnino corrupta haec sint, proque iis substituendum censeam vel *relictisque duabus cohortibus*. Ut 6, 24, 2. *Aliquot validas cohortes in castris reliquerant*. Vel *relictisque duobus millibus*. Ut 3-, 39, 12. *Et duo millia mistorum Macedonum Thracumque, qui voluntate secuti erant, praesidio relicti sunt castris*. 24, 19, 5. *Marcellus duobus* i *millibus Nolae in prae: lictis*. JAC. GRON. In vel. 1. scriptum erat a *lictisque duobus custo praesidii caussa*. Sed p *bus* m. 2. emendatum e *bus*. Etiam conjunctio comparet in Portug. que dum nec mox τὸ *edicto* in ita tamen, ut lacuna in licta fuerit.

§. 14. *Quum praem ques velut indagine di Samnites ageret*] Liviu *daginem* pro *formidine* se videtur Vlitio ad Ner neg. v. 308. Vix puto. N Vlitius, quomodo ordina verba; sed si conjung *indagine dissipatos*, no illius sententiam: nam i et formidine, non dissipa clauduntur ferae, ut eva possint. Mihi ordo esse vid *lut indagine ageret S dissipatos*. in quibus hi est, quum eques praemis nites dissipatos, et, ut paul rius dixerat, per agros pal cumvenisset, et velut i clausos ac circumdatos DUK. *velut in indagine* Hav. *velut indigne* Leid male. *Indago* dici cred ries retium et plagarum venantes circumdant sil Cel. Duker. ad Flori 3 et quos ibi laudavit. *ind* tem non tantum retibus bus, et plagis, sed eti midine constabat. Per il tem intelliguntur innex gini variarum avium pen maeque, quae formidin

ſtra peterent, an longiorem intenderent fugam, ritis conſtare poterat. Tantumque fugae ac for- 16
dinis fuit, ut ad quadraginta millia scutorum, quaquam tot caesis, et signa militaria cum iis,

t feris, et efficiant, ne pro- s accedere audeant, aut tran- ndere, vel alio modo evadere entur. V. Titium et Barthium Gratii Cyneg. v. 75. et quos eo Barthius laudavit. Pro tali m formidine Livium hic voce *agine* usum eſſe, exiſtimat ius ad Nemes. Cyneg. v. 308. m recte refellit Cl. Dukerus. erum *agerent* habet Hearnii n. B. Ita *eques* hic more con- ivorum verbum plurale ad- ceeret. V. infra ad 8, 38, 5. nes autem reliqui codices vul- um tuentur. In verbis sequen- is *stragem*, pro *caedem*, aefert Lovel. 4.

§. 15. *Neque quo signo coï- nt inter se*] *neque quo signo ire inter se* Voſſ. 2. Leid. 1. vel. 2. 3. 4. Harlej. 1. et Fragm. iv. a m. 1. ut *coïre* pendeat ex quenti verbo *poterant*, et *ne- e quo signo* ponatur pro ne- e aliquo signo. Potius tamen letur, ut duae ultimae literae *coïrent* interceptae sint a imis vocis sequentis. Attamen n modo eamdem lectionem aeferunt etiam edd. princ. ve- m insuper legunt *neque signa ire inter se*. Sed ibi *quo* in- ceptum est a praecedentis cis syllaba finali. Aldus pri- is edidit *neque quo signo coï-* Frobenius deinde anno 1531. *que quo signo coïrent*. quod rvant reliqui scripti. Mox *longiorem intendēt fugam* ertn. [*constare potuit. Tan- m* Veith.]

§. 16. *Ad quadraginta millia utorum, nequaquam tot cae-*] Tres ultimas voces puto esse a glossatoris manu. KLOCK. Easdem ego puto eſſe a Livii manu. Nisi enim Livius illas addidiſſet, ex tot millibus scutorum ad consulem delatis aeque colligi poſſet, ingentem caedem factam eſſe, quam plurimum fugae ac formidinis fuiſſe. Nunc vero, quum monuerit Livius, nequaquam tot caesos eſſe, quot scuta delata sint, conſtat, Samnites tanta trepidatione ac formidine fugiſſe, ut paſſim arma abjecerint, ne eorum onere pressi tardius fugerent, et in fuga a victoribus interciperentur. Ceterum praepositio *ad* deficit in Voſſ. 2. et Lovel. 3. qua tamen hic innuit Livius, non quadraginta millia numero, sed circiter tot ad consulem delata eſſe, quomodo etiam mox *ad centum septuaginta* dicit. V. infra ad 10, 46, 5. *a quadraginta millibus scutorum* Gaertn. Praeterea *nequamquam* Lovel. 2. V. hoc lib. ad c. 26, 8. Paullo ante *tantumque fugae ut fortitudinis fuit*, pro *ac formidinis*, inscite Gaertn.

Signa militaria cum iis, quae in castris capta erant, ad centum septuaginta ad consulem deferrentur] *signa militaria cunctis, quae in castris* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. qui error ex literarum similitudine natus est. Praeterea *quae in castris septuaginta capta erant* Voſſ. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum *ad centum LXXX* iterum Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. B. *ad centum septuaginta milia* Voſſ. 1. a m. 1.

quae in castris capta erant, ad centum septuagin-
17 ta ad consulem deferrentur. Tum in castra hostium
reditum: ibique omnis praeda militi data.

1 XXXVIII. Hujus certaminis fortuna et Faliscos,
quum in induciis essent, foedus petere ab senatu

§. 17. *Tum in castra hostium reditum*] *Cum intra castra hostium reditum* Gaertn. *cum* et *tum* saepissime commutantur. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. similiter etiam *in* et *intra*. V. supra hoc lib. ad c. 11, 10. Deinde *hostium* deficit in Voss. 2. *reditum* in Leid. 2. et Lovel. 1.

Ibique omnis praeda militi data. Hujus certaminis fortuna] Perperam Florent. praefert *ibique omnis praeda militi dat. ad hujus certaminis fortunam.*

§. 1. *Faliscos. quum in induciis essent, foedus petere ab senatu coëgit*] Omittunt Pall. duo *in*. ut et fine cap. hujus: *iisdem oppidis et anno post praesidia hibernatura*. GEBH. Duo Pall. et Voss. uterque omittunt praepositionem *in*. Ambigo, an fuerit: *quum induciae exissent*. Ut 1, [42, 2.] *Bellum cum Vejentibus (jam enim induciae exierant) aliisque Etruscis est sumptum*. Nec ignoro, isto modo loqui Livium 9, [9, 13.] *Interea in induciis res fuisset*. Et potuit vocis insequentis prima syllaba particulam haurire. Meliores codices aliquando forte nos explicabunt. Qui si constanter illud servent, me libente haec conjectura in spongiam incumbet. J. FR. GRON. *quam induciis essent*, omissa praepositione *in*, praeter codices Gronovio laudatos, praeferunt etiam Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 1. et Haverk. quae lectio ansam dedit Gronovio conjiciendi, legendum esse *quum induciae exissent*. Ea modo saepius Livium locutum esse, non ignoro. Ita 4, 30, 4. *Induciae inde, non pax facta: quarum et dies exierat, et ante diem rebellaverant*. 30, 15, 1. *Necdum induciarum dies exierat*. 42, 47, 10. *Si induciarum dies exisset*. Similiter *dies censurae exire* dicitur 9, 34, 11. *dies stipendii exire* dicitur 11, 33, 5. et annus dicitur *esse in exitu*. V. ad 35, 41, 1. Hic tamen nihil mutandum puto, et potius dicendum est, id quod dici posse etiam Gronovius vidit, in codicibus illis, a quibus praepositio *in* exsulat, eam interceptam esse a vocis sequentis syllaba initiali, quomodo etiam peccatum est 9, 9, 13. ubi alia vide. Cur ita existimem, prima haec caussa est, quod plures, et inter eos optimi, codices vulgatum servent. Deinde quod Livius, ut hoc loco *esse in induciis*, ita saepe dixerit *esse in pace*; de quo v. ad 5, 4, 13. *esse in victoria, laetitia, supplicationibus, gratulationibus, seditione, terrore, tumultu* etc. de quibus infra dicam ad 8, 13. 20. Denique quia induciae Faliscis concessae nequaquam exierant. Nam, ut Livius supra narravit c. 22, 5. Falisci *in quadraginta annos impetraverunt inducias*. Earum autem nunc vix octo elapsi erant anni. Ut autem hoc loco induciae in pacem mutantur, ita contra Aequi, *foedus ab senatu quum petissent, inducias annorum octo impetraverunt* 4, 30, 1. Ceterum in

:git; et Latinos, jam exercitibus comparatis, ab
mano in Pelignum vertit bellum. Neque ita rei 2
lae fama Italiae se finibus tenuit: sed Kartha-
ienses quoque legatos gratulatum Romam misere
a coronae aureae dono, quae in Capitolio in

ciis habet Leid. 1. *in iudi-* Lovel. 5. a m. 1. solito er- scribarum; quos pari ra- e lapsos esse, supra vidimus , 8. 4, 43, 9. et alibi. Prae- *a senatu* Leid. 2. Lovel. 1. aertn.

Romano in Pelignum t bellum] a Romano Gaertn. ragm. Hav. *ab Romanum* -2. Tum *in Pellinum* Leid. Lovel. 1. *in Pelinum* Voss. Lovel. 5. *in Peliginum* 1. *impetu lignum* Leid. 1. *eligno* Portug. a m. 1. *in gnos* a m. 2. Male. V. su- oc lib. c. 33, 15.

1. *Neque ita rei gestae fa- taliae se finibus tenuit*] *ita* deficit in Harlej. 2. etiam se abesse malle, rginem Livii notavit Cl. Perizon. Eamdem tamen omnes codd. tuentur. *se Italiae finibus tenuit*, rdine, Lovel. 4.

Kaginienses quoque lega- tulatum Romam misere] m vocem per literam *K* nt Leid. 1. Lovel. 4. et 1. Et sic semper vocem *ago* exaratam ostentavit s Silii Ital. codex Colon. secutus N. Heinsius ita u- in Silio edi voluit. V. quae ad Silii 1, 3. Idem etiam in Livio recepi. Praeter- rique codd. cum edd. vett. nt *Karthaginenses*, vel *aginenses*, secundo *i* ex- Sed ex optimis praesertim ent. Klock. insuper etiam Portug. servant *Carthaginien- ses*, quomodo edi curavit Froben. anni 1535. et recte. V. Gronov. infra ad 28, 26, 1. Deinde *legatos gratulatos* Leid. 2. Caussam hujus erroris v. supra ad 6, 3, 8. Denique *miserunt* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Cum coronae aureae dono, quae in Capitolio in Jovis cella poneretur] *cum corona aurea, dono quae* etc. *poneretur* Lovel. 2. V. ad 4, 20, 4. Verum recte vulgatam lectionem reliqui omnes defendunt. Deinde *in Capitolio in Jovis capella* Florent. quod stupidi monachi glossema videtur. *in Capitolio in Jovis sella* edd. Rom. anni 1472. et Parm. quomodo etiam supra variant scripti 5, 50, 6. *in Capitolio Junonis cella* Lovel. 5. Portug. et Haverk. Junonis cellam in Capitolio fuisse, supra ad l. l. docui. Suspicio autem nasci posset, ideo Karthaginienses coronam ponere voluisse in cella Junonis, quae Romae in Capitolio colebatur, quoniam eamdem Junonem praecipua religione Karthagine venerarentur. V. Heindreich. de rep. Karthag. l. 2. sect. 1, 4. et doctos interpr. ad Virgil. 1. Aen. 15. Quum tamen in alteram lectionem et plures et meliores codd. conspirent, et Karthaginienses, coronam in Capitolio ponentes, id honoris Romanorum caussa fecerint, eam potius in cella istius numinis, quod a Romanis, quam quod in patria sua, maxima religione colebatur, dedicasse videntur.

Jovis cella poneretur. fuit pondo viginti quinque.
3 Consules ambo de Samnitibus triumpharunt, se-
quente Decio insigni cum laude donisque: quum
incondito militari joco haud minus tribuni celebre
4 nomen, quam consulum, esset. Campanorum dein-
de Suessanorumque auditae legationes: precantibus-

Fuit pondo viginti quinque] ꝑ, pro *pondo*, est in Klock. per compendium, quod non intelligentes alia dederunt. *fuit pro viginti quinque* est in Leid. 1. utramque lectionem jungens *fuit* ꝑ *pondo viginti quinque* dedit scriba Lovel. 5. et *fuit proinde viginti quinque* Harlej. 1. Sed vocem *pondo* omittit Lov. 3.

§. 3. *Consules ambo de Samnitibus triumpharunt*] Pall. duo *triumphare*. GEBH. Similiter praeferunt etiam Voss. 2. et Lovel. 3.

Sequente Decio insigni cum laude donisque] *sequente dono* Gaertn. Tum *insigni cum clade* Haverk. Mox *condito joco*, pro *incondito*, Lovel. 5. Sed primam syllabam *in* elisit litera finalis *m* vocis praecedentis. V. supra ad 5, 27, 6. Supra 4, 53, 11. *Alternis inconditi versus militari licentia jactati*. ubi vide.

§. 4. *Campanorum deinde Suessanorumque*] Legendum *Suessulanorum*, a *Suessula*, ad quam pugnatum est: non a *Suessa*, quod alia quam *Suessula* sit. SIG. Satis probabilis est Sigonii conjectura, licet codices in alia omnia abeant, nullusque ei consentiat. Certe ratio, quam Doujatius dedit, cur illa minus placeat, nondum evincit, vulgatam scripturam praeferendam esse. Dicit autem Suessulam, ex sua sententia, in Campano agro sitam praesidium cum Capua accepisse; deinde Suessam paulo remotiorem non minus excursionibus Samnitium opportunam fuisse post subactos ab illis Sidicinos. Verum, si Suessulani eodem tempore, quo Campani, praesidium acceperunt, omnino hic cum Sigonio legendum est *Suessulanorumque*. Campanorum enim et vel Suessanorum vel Suessulanorum legati hoc tempore Romam missi erant precatum, ut in urbes suas praesidium in hiberna mitteretur. Praeterea Suessani demum Samnitium excursionibus opportuni fuerunt subactis Sidicinis, inde nunc adhuc inmunes, aut certe illis minus expositi erant. Nam vim quidem antea fuisse narratur, sed non subacti; unde, ad opulentiorum auxilium confugiunt. Campanis sese conjunxisse dicuntur c. 29, 4. Infra etiam 8, 3, 4. Samnites belli jus a Romanis adversus Sidicinos petierunt. Ceterum *Suessariorumque* praefert Voss. 2. litera *n* in *ri* dissoluta, ut saepe alibi factum. V. ad 3, 30, 3. Sed conjunctio *que* deficit in Gaertn. contra *Campanorumque deinde atque Suessanorum* praefert Lovel. 4. *Campanorumque deinde Suessanorumque* ed. Parm.

Precantibus datum, ut praesidium in hiberna mitteretur] Legendum *precantibusque datum*. GELEN. Voculam *que* a

ue datum, ut praesidium eo in hiberna mitteretur,
uo Samnitium excursiones arcerentur. Jam tum 5
inime salubris militari disciplinae Capua inſtru-
ento omnium voluptatium delenitos militum ani-
os avertit a memoria patriae: inibanturque consi-
ı in hibernis eodem scelere adimendae Campanis

lenio additam non agnoscunt
oſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et
verk. quorum ultimus etiam
in hiberna praefert. Tum *in*
bernia Leid. 1. Lovel. 5. et Por-
g. Paullo post *Sumnitium ex-*
rsiones arcerent, pro *arce-*
ntur, Leid. 1. V. infra ad 10,
, 1. et mox §. seq.

§. 5. *Jam tum minime salu-*
is militari disciplinae Capua]
c dictum est propter hyberna
nibalis, cujus Capuae corru-
is exercitus est. SIG. *militari*
sciplina Voſſ. 1. Lov. 1. 5. Por-
g. et Hearnii Oxon. C. *mini-*
salubris militaris disciplin-
e Lovel. 4. Male. Supra 2, 3,
Leges rem surdam, inexo-
bilem esse, salubriorem me-
remque inopi, quam potenti.

Instrumento omnium volu-
tum delinitos militum ani-
os avertit) *instrumentum om-*
um voluptatum Voſſ. 2. et Leid.
instrumento omnium volun-
tum Haverk. sollemni errore.
supra ad 5, 6, 3. *instrumento*
nium voluptatium ex duobus
ll. scribendum esse, supra
um est Gebhardo ad 2, 14, 9.
omodo praefert etiam Florent.
dem ducunt vestigia cod. Leid.
in quo est *omnium voluptium*,
et Gaertn. *voluntarium* prae-
entis. (* v. ad 22, 4, 4.) Ita *ne-*
ssitatium a m. 1. est in opti-
o Florent. infra 9, 8, 4. *diffi-*
ltatium in eodem cod. 9, 31,
. *simultatium* in optimis codd.
9, 38, 12. *civitatium* paſſim. V.
ad 33, 20, 11. *TEMPESTA-*
TIVM in lapide apud Sponium
p. 76. Quin et Voſſ. 4. Gramm.
14. ad quartum canonem nomi-
num, quae genitivum pluralem
in *ium* faciunt, refert polysyl-
laba in *as*, ut *utilitas*, *civitas*,
hereditas. Optimorum itaque co-
dicum auctoritatem secutus sum.
Deinde *delinitum animos* Lo-
vel. 1. *delenitum animos* Leid.
2. *delinitum militem Romanum*
Lovel. 2. (Veith.) *delenitum mi-*
lites animos Leid. 1. *delenitum*
militum animos Voſſ. 1. *deleni-*
tos militum animos Florent.
Lovel. 3. 5. et Fragm. Hav. a m.
1. Saepius voces *delenitus* et
delinitus, ut et *delenimentum*
ac *delinimentum* in Mſtis com-
mutari, et tum *delenitus* ac *de-*
lenimentum recipiendum esse,
ubi placandi, mitigandi signi-
ficatio requiritur, supra dictum
est ad 5, 31, 1. contra vero *de-*
linitus et *delinimentum* praefe-
rendum esse, ubi oblinendi atque
imbuendi sensum habet. V. ad 39,
11, 2. Jam vero, utra lectio hic
probanda sit, *delinitos*, an *dele-*
nitos, ambiguum videtur. Si in-
strumentum voluptatium conside-
ratur tamquam venenum, quo a-
nimi militum imbuti a priſtina
virtute descivere, atque in vitia
praecipitati sunt, *delinitos* serva-
ri potest; at si consideratur tam-
quam res, qua eorum ferocitas
mitigata atque emollita sit, ma-
gis placebit *delenitos*. Similiter
apud Lactant. 1. Divin. Inſtit. 1.

Capuae, per quod illi eam antiquis cultoribus ade-
6 miffent: *neque immerito suum ipsorum exemplum in eos versurum. Cur autem potius Campani agrum Italiae uber-*

Quia virtutibus amaritudo inest, vitia vero voluptate condita sunt; illa offensi, hac deliniti feruntur in praeceps. Ita nunc editur, sed non minus incertum puto, *deliniti*, an *deleniti*, legendum sit. Prius requirere videtur, quod voluptas tamquam condimentum vitiorum consideretur. posterius obposita vox *offensi*. ut enim amaritudo virtutum homines exasperat, efficit ut virtutes displicean', ita voluptas vitiorum homines emollit, vitiis eos placatos reddit. Lectoris itaque arbitrio relinquo, quid probare malit. Ego tamen, optimis codicibus inhaerens, *delenitos* in contextum admisi. *animos qui vertit* Lovel. 5. a m. 1. *animos qui convertit* a m. 2.

Inibanturque consilia in hibernis eodem scelere adimendae Campanis Capuae, per quod etc.] Hac de re l. 4, [37, 1.] *Capuam Etruscorum urbem Samnites cepere, prius bello fatigatis Etruscis in societatem urbis agrorumque accepti; deinde festo die gravatos somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna caede adorti.* Idem Strabo l. 5. SIG. *inibantque consilia* Gaertn. eodem errore, quo §. praec. similiter in uno cod. *arcerent*, pro *arcerentur*, scriptum erat. *inibantur consilia*, sine particula conjungente, Haverk. Deinde *adimendis Campanis Capuae* Gaertn. *adimendae Campaniae Capuae* Portug. Mox *cultoribus antiquis*, transpositis dictionibus, Lovel. 2.

§. 6. *Neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos versurum*] De praeterito dicere licebat: *Neque immerito suum ipsorum exemplum in eos versum.* ita de futuro *versurum*, sed impersonaliter. GLAR. *verum* Leid. 2. *versura* Voff. 2. et Lovel. 3. quasi referendum ad praecedens *consilia*. Verum et hoc et illo modo scripsiffe videntur librarii, quod non animadverterent, *versurum* hic impersonaliter, ut Glareanus inquit, sive tamquam verbum neutrum vel passivum usurpari. Supra 2, 50, 2. *Omnis ira belli ad popolationem agri vertit.* ubi plura vide. *exemplum versurum in eos* alio ordine Haverk. Praeterea *suorum ipsorum exemplum* Leid. 2. Male. V. infra hoc lib. c. 40, 9.

Cur autem potius Campani agrum Italiae uberrimum] Cur, *ajunt*, *potius* Lovel. 3. Errori origo fuit similitudo ductus inter *aut*, id est *autem*, et *ait*, id est *ajunt*. Deinde *Campani Italiae agrum uberrimum* Leid. 1. *Campani agrum uberrimum Italiae* Leid. 2.

Qui nec se nec sua tutari possint, quam victor exercitus haberet] *qua nec se* Gaertn. V. infra ad 9, 30, 1. Tum *tutari possunt* Leid. 1. Quamvis autem ita alibi etiam inveniatur, obliqua tamen oratio plerumque subjunctivum requirit. V. Cel. Dukerum ad 3, 71, 6. *tutari possent* Florent. Voff. duo, Leid. 2. Lovel. quinque, Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. quomodo dediffe videtur librarii, quia mox sequitur

uberrimum, dignam agro urbem, qui nec se nec sua tutari possint, quam victor exercitus haberet, qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depulisset? An aequum esse, dediticios suos illa fertilitate atque amoeni- 7

haberet. Sed praesenti hic opus est. jam nunc se sua tutari non posse ostendebant Campani, qui non modo se suaque populo Romano dediderunt, sed etiam missis legatis petierunt, ut in urbem suam praesidium in hiberna mitteretur, quo Samnitium excursiones arcerentur. Hinc *exercitus victor habet* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 40, 14, 3. *exercitus victor haberent* Haverk. ut respiciat remotius *Campani.* Sed reliqui stant pro vulgato; quibus credo.

Inde Samnites depulisset] *Samnites inde depulisset* Fragm. Hav. *inde Samnites depulissent* Lovel. 5. et Gaertn. ut *exercitus* hic conlective sumtum construatur cum verbo plurali. V. supra ad 3, 28, 2. Sed hic etiam fidem habeo reliquis codd. qui stant pro recepta lectione. Paullo ante *sudore et sanguine* editi usque ad Frobenium, qui *ac sanguine* reposuit, concinentibus omnibus scriptis.

§. 7. *An aequum esse, dediticios suos illa fertilitate atque amoenitate perfrui*] Campani editio *An jam aequum esse.* GEBH. Similiter scriptum exstat in Lovel. 5. Neque multum abit Florent. in quo librarius per errorem dedit *ani equum esse.* Sed voculam *jam*, invitis reliquis membranis, non puto recipiendam. Deinde *illa felicitate* Harlej. 2. Quod non displiceret, si plures codd. accederent. *felix* enim interdum est fertilis, fructum ferens. Supra 5, 24, 2. *Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.* Ovidius 4. Fast. 671.

— — — felicior annus
Provenit, et fructum terra pecusque ferunt.

Ita enim N. Heinsius, pro *foecundior annus*, ex multis codicibus recepit. Contra *infelices arbores* vocantur, *quae neque seruntur umquam, neque fructum ferunt*, teste Plinio 16, 26. et 24, 9. Virgil. 1. Georg. 154.

Infelix lolium et steriles dominantur avenae.

ubi Servius notat: *Infelix lolium, infoecundum. Contra* [2. Georg. 188.] *Felicemque trahit limum.* quem etiam v. ad Ecl. 5, 37. ubi idem versus obcurrit. Lectioni huic firmandae illud etiam conducere potest, quod Campaniam *Felicis* cognomine adpellet Plinius 3. H. N. 5. *Hinc felix illa Campania est.* Attamen unius istius cod. fides levior est, quam ut eum tuto sequi possim. Praeterea *atque utilitate* Hearnii Oxon. C. Verum, praeterquam quod ceteri Msti in alteram lectionem conspirent, sub fertilitate Campaniae jam comprehensa erat ejus utilitas. Quare et hic vulgatam lectionem sequi praestat. Non tantum enim *fertilitas*, sed et *amoenitas* Campaniae passim laudatur. *Omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum, pulcherrima plaga* vocatur apud Florum 1, 16, 3.

In pestilenti atque urido circa urbem solo luctari] *in pestilentia* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. a m. 1. et edd. Rom.

tate perfrui; se, militando fessos, in pestilente atqu
arido circa urbem solo luctari, aut in urbe insidentem
8 *labem crescentis in dies foenoris pati?* Haec agitat
occultis conjurationibus, necdum vulgata in omne
consilia, invenit novus consul C. Marcius Rutilus

anni 1472. ac Parm. quae lectio licet sua Venere non careat, et in quasvis mutationes admittendas proniori placere possit, mihi tamen ultima litera voci *pestilentia* ex initio sequentis adcreviſſe videtur. V. ad 40, 7, 8. Quin et praefero unius Florent. lectionem *in pestilente*. Quamvis enim non adverser Vossio 4. Gramm. 12. ubi partim refellit Verrium Flaccum apud Caris. l. 1. p. 101. partim Servium ad Virgil. 2. Aen. 610. quorum ille nomina in *ns* desinentia ablativum dirigere in *e* docet; hic inter participia et nomina distinguit, et participia ablativum in *i* et in *e* formare, nominum vero ablativum tantummodo in *e* exire docet: illi igitur hos refellenti quamvis non adverser, altera tamen terminatio, quam obfert codex praestantissimus, vel ipso Vossio teste, magis frequens est. Deinde *baccari*, pro *luctari*, habet Portug. in margine. Quo quid indicare voluerit, qui lectionis ejus auctor fuit, non intelligo. Verbo *luctari* indicatur difficultas, qua laborabant agri Romani cultores, ut in morbida ac sterili regione victum compararent. Ita *cum finitimis luctantur*, qui difficile bellum cum iis gerunt, et se vix tuentur. Florus in praefat. *Circum ipsam matrem suam cum finitimis luctatus est.* 2, 1. *Prope quingentis annis domi luctatus est.* Similiter vero, ut hoc loco, Plinius 18, 5. *Malus est, cum quo dominus luctatur.*

Aut in urbe insidentem labem crescentis in dies foenoris pati Vet. lib. *tabem*. SIG. *insidentem* Florent. V. infra ad 9, 1, 3 Deinde *labem crescentis* et *Haec agitata* inertia librarii d sunt in Leid. 1. *labem* in ma Oxon. C. superesse notans Hen nius, reliquos codd. lectione Sigonii *tabem* probare, tacit agnoviſſe videtur. Variant etia noſtri. Nam *labem* servant Ve 2. Lovel. 2. 3. Florent. Harl 1. Klock. et Fragm. Hav. [Veith Eam vocem omittit Lovel. 4. lii omnes praeferunt *tabem*, si quod paullum aberrans librari Haverk. *talem* dederit. Quan vis vero *labem* tueantur opti codd. alterum tamen non disp cet. Ita supra 2, 23, 6. *Aes al num fecisse: id cumulatum suris primo se agro paterno vitoque exuisse, postremo u ut tabem pervenisse ad corpu* V. viros doctos ad Petron. S tyr. cxix. p. 564. ubi etiam ha scripturam probarunt. Sed autem voces *labes* et *tabes* Mſtis commutari. V. infra ad 9, 1. Praeterea *crescentis in die foenoris* Voſſ. 2. Lovel. 1. 3. Fragm. Hav. Ita etiam in c textu edidit Aldus, qui pos inter errata *in dies* reponend monuit. V. infra ad 21, 11, 1

§. 8. *C. Marcius Rutilus*] I jiciendum *quartum*: fuit e consul annis CCCXCVIII. CDIII. e atque hoc anno. Quare temere l quidam pro *quartum* potuer *tertium*; quod etiam ante monuimus. GLAR. Loco *C.* pr nominis *cum* scriptum est in Ve

ui Campania sorte provincia evenerat, Q. Servilio
ollega ad urbem relicto. Itaque quum omnia ea, 9
icut gesta erant, per tribunos comperta haberet,
aetate et usu doctus (quippe qui jam quartum
onsul esset, dictatorque et censor fuisset) optimum

et Lovel. 1. V. ad 4, 52, 4. *udius*, ut fere semper, habent vett. edd. Tum *Mancinus*, *Marcius*, Voss. 2. et Lovel. Deinde *Tullius* Leid. 2. *Tus* Lovel. 1. *Rutulius* Harlej. *Rutilius* Voss. duo, Lovel. 3. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertner. Haverk. Fragm. Hav. et e- ante Sigonium. V. supra lib. ad c. 17, 6. Ceterum ne- e non est, ut Marcio huic qua- adepti consulatus nota cum areano adjiciatur. Non modo m numerum repetiti honoris dere Livius saepius omisit, rum etiam id praesertim hoc o fieri non debebat, quoniam ox additur: *quippe qui jam artum consul esset.*

Cui Campania sorte provinia evenerat] *cui Campana sorte rovincia evenerat* Gaertn. *cui ampania forte provincia everat* Voss. 2. V. ad 38, 40, 13. *ui Campania sorte evenerat rovincia* Harlej. 2. Portug. et averk. *cui Campania sorte verat provincia* Lovel. 2. Male, supra ad 5, 12, 6.

Q. Servilio collega ad urbem licto] Adjiciendum *III.* quippe i prius bis fuit, anno CCCXC. CCCXCIII. Nisi quis intra tam ucos annos alium esse content, aut praenominibus variatum. LAB. Alium esse contendit Pinius in Annal. ad ann. CDXI. p. 5. Putat autem Servilii bis conlis et dictatoris filium fuisse, i supra magister equitum meoratus erat c. 22, 11.

§. 9. *Quum omnia ea, sicut gesta erant*] *Tò ea* deest in Leid. 2. Harlej. 2. et edd. vett. Frobenius demum addidit anno 1535. *Quum omnia, quae sic gesta erant* praefert Lovel. 2.

Per tribunos comperta et aetate haberet, et usu doctus] Vet. lib. *comperta haberet, et aetate et usu doctus.* SIG. Voces *et aetate* desunt in Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Reliqui, exceptis Florent. Leid. 1. Lovel. 4. et Klock. ordinem mutanti Sigonio favent. Florent. autem a manu admodum recenti interpolatus male praefert *per tribunos comperta et aetatem haberet, et usu doctus.* Praeterea *aperta haberet* Harlej. 2. et Haverk. *Itaque quum omnia ea, sicut gesta, erant per tribunos comperta, erat et aetate et usu doctus* perperam ostentat Gaertn. Deinde *usu ductus* Leid. 2. et Lovel. 1. V. infra ad 21, 27, 4.

Quippe qui jam quartum consul esset] *quippe quum jam* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *qui* et *quum*, sive *cum*, etiam alibi in Mstis commutantur. V. ad 8, 33, 15. Tum *quarto consul* eaedem edd. cum codd. Lovel. 2. et Portug. *quartus consul* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 3. 5. et Gaertner. *quater consul* Fragm. Hav. quae varietas ex notae numeralis expositione prognata est. Mox *dictatorque ac censor* Lovel. 3.

Optimum ratus, differendo spem] *optumum ratus* Harlej.

ratus, differendo spem, quandocumque vellent, consilii exsequendi, militarem inpetum frustrari; rumorem dissipat, in iisdem oppidis et anno post
10 praesidia hibernatura. divisa enim erant per Campaniae urbes, manaverantque a Capua consilia in

1. V. supra ad 3, 17, 5. Tum *transferendo spem* Gaertn. In verbis sequentibus *quandocumque vellet* quaedam ex vett. edd. Sed refertur ad milites. Deinde *exsequendi consilii* trajectis vocabulis Lovel. 2.

Militarem inpetum frustrari, rumorem dissipat, in iisdem oppidis] *frustrare* se in Palat. sec. invenisse, supra monuit Gebhard. hoc lib. ad c. 36, 10. quae eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Voss. 1. Leid. utroque, Lovel. 1. 5. Harlej. utroque, Portug. Haverk. ut et Hearnio in Oxon. B. et C. Neque aliter edd. Romana princeps, Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque. Eodem ducunt etiam lectiones, quae obcurrunt in Florent. et Lovel. 2. quorum prior inperitius divisis vocibus praefert *militari impetum frustra rerum orem*, posterior *militarem impetum frustraretur*, omissa voce *rumorem*. Quamvis autem, hoc verbo eadem forma quum alios, tum etiam Caesarem usum fuisse, Vossius observet 5. Gramm. 7. Livium tamen aut raro aut numquam verba deponentia forma activa adhibuisse, supra dictum est ad 1, 17, 2. Praeterea monuit etiam Gebhardus supra hoc cap. ad §. 1. praepositionem *in* deesse in duobus Pall. quae eadem etiam deest in Portug. Neque adparet in multis quoque aliis codd. ita tamen ut ejusdem manifesta servent vestigia. Nam *dissipatim hisdem oppidis* Florent. habet. *dissipatum iisdem oppidis* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Contra, duplici scriptura servata, *dissipatum in iisdem oppidis* Gaertn. At reliqui omnes praepositionem expresse tuentur, quam etiam servandam puto. Ab omnibus secedens Haverk. solus praefert *dissipavit, in iisdem oppidis*.

Et anno post praesidia hibernatura] Vocula *et* non conspiciebatur in Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. utroque. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *anno poste* Voss. 1. in contextu, per quo in margine emendatum est *anno postero*. Eadem autem hac lectio etiam superest in Leid. 1. et Lovel. 1. *Posterus annus* est sequens. Cic. 2. in Verr. 56. *Postero anno L. Metellus nationem tui census fieri vetat.* in Fragm. Orat. pro C. Cornelio. *Itaque auspicato postero anno decem tribuni plebis comitiis curiatis creati sunt.* Pro Cluent. 13. *Quum esset adolescens apud mulierculam quamdam, atque ibi pernoctaret, et illo diem posterum commoraretur.* Contra *annus prior* est annus praecedens. Liv. 4, 13, 10. *Indique primores Patrum et prioris anni consules increparent.* ubi alia vide. An tamen horum codd. auctoritas satis idonea sit ad lectionem receptam mutandam, est quod dubitem.

§. 10. *Divisa enim erant*] di-

ercitum omnem. Eo laxamento cogitationibus to, quievit in praesentia seditio.

XXXIX. Consul, educto iu aestiva milite, dum 1
ietos Samnites habebat, exercitum purgare mis-
nibus turbulentorum hominum instituit, aliis e-

a jam erant Harlej. 2. et Por-. Mox *omnem. Eo laxamento . Samnites habebat, exer-tum* desunt in Harlej. 1. ne-gentia librarii, cui repetitio is *exercitum* fraudi exstitit. infra 9, 11, 11.

. 1. *Consul, educto in aestiva lite, dum quietos Samnites bebat*) *Consule ducto*, male isis vocibus, Gaertn. *Consul cto in aestiva milite* Fragm. v. a m. 1. V. ad 39, 15, 11. nde *quietes Samnites habe-* Fragm. Hav. a m. 1. *quieto mnites habebat* Haverk. Sed ma litera τοῦ *quietos* inter-ta est a prima sequentis, quod litera sibilante saepissime ac-it. V. infra ad 37, 29, 5. Vo-n autem *habebat* Lovel. 1. nsfert post vocem *purgare*.

Exercitum purgare missioni-turbulentissimorum homi-m instituit) Ad normam plane ritatis exacta est vulgata haec tio. Sed cur Pall. omnes *pur-re remissionibus*? l. 24, 29. *Le-tio peropportuna ad multitu-tem inconditam ac tumultuo-n exonerandam*. Et ibidem: *sentinam quamdam urbis ti exhaustam*. GEBH. *exer-um pugnare* Lovel. 5. a m. 1. Klock. Tum *remissionibus* ff. 1. a m. 2. inter versus, Voss. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 5. Por-. Haverk. et Fragm. Hav. a 1. Sed primam syllabam *re* le librarii ex fine vocis prae-lentis repetierunt; de quo in-v. ad 37, 41, 5. Voces *tur-bulentorum hominum* desunt in Portug. sola *hominum* in Lovel. 5. τὸ *instituit* etiam non nisi in margine adscriptum habet Portug.

Aliis emerita dicendo stipendia esse] Duae priores voces desunt in Portug. quarum secunda margini adscripta est, sed alio ordine. Praefert enim *dicendo stipendia emerita esse*. Ordinem etiam mutat Haverk. hoc modo, *dicendo stipendia aliis emerita esse*.

Alios graves jam aetate esse] *esse* redundat. GELEN. Verum *esse* in uno tantum apud me Harlej. 2. conspicitur. Reliqui omnes omittunt. Mox autem praecessit.

Aut viribus parum validis] Pall. tres, et editi quoque *validos*. GEBH. *viribus parum validis* Gruterus ediderat, idque Dan. Heinsius apud Elzevir. servavit; sed recte Gronovius mutavit. Omnes enim mei praeferunt *validos*, nisi quod *viribus parum elatos* sit in Klock. Male. Supra 1, 48, 3. *Multo et aetate et viribus validior, medium arripit Servium*. Similiter, alia tamen constructione, Tacit. 2. Hist. 19. *Quod coloniam, virium et opum validam, robur ac sedem bello legisset*. Ita *corpore validus* Liv. 8, 8, 16. *Romanus corpore haud quaquam satis validus*. Tacit. 3. Ann. 33. *Gnarum militiae, corpore validum, et bello suffecturum*. 1. Hist. 57.

merita dicendo stipendia esse, alios graves jam
2 aetate, aut viribus parum validos. quidam in com-
meatus mittebantur, singuli primo, deinde et co-
hortes quaedam, quia procul ab domo ac rebus
suis hibernassent. Per speciem etiam militarium
usuum, quum alii alio mitterentur, magna pars
3 ablegati. quam multitudinem consul alter Romae
praetorque, alias ex aliis fingendo moras, retine-

Ut quisque corpore, opibus, ingenio validus. ingenio validus 2. Ann. 83. *Ut quisque amore in Germanicum aut ingenio validus.* Etiam Sallust. in Jug. 6. *Pollens viribus, decora facie, sed multo maxime ingenio validus.* ubi v. Cl. Wasse. Similem errorem etiam a Frobenio commissum esse, mox infra videbimus hoc cap. §. 8. (* v. Burm. ad Virg. 2. Aen. 50.)

§. 2. *Deinde et cohortes quaedam, quia procul ab domo ac rebus*] *deinde cohortes*, omissa voce media, Leid. 2. et Lovel. 4. *deinde in cohortes* Haverk. Tum *quia procul a domo* Portug. Gaertn. et Haverk. *quia ab domo*, neglecto τοῦ *procul*, Lovel. 4. Alibi Livium *procul* cum hac praepositione *ab* construxisse, quamvis etiam saepe praepositionem omittat, infra videbimus ad 24, 28, 1. Tum *ab domo et rebus* edd. vett. Sed *ac rebus* primus substituit Froben. anno 1535. concinentibus scriptis omnibus.

Per speciem militarium usuum magna pars ablegati] Lego addendo *Per speciem etiam militarium usuum, quum alii alio mitterentur, ablegati.* Attestantur manuscripti codices. GELEN. Unus Harlej. 2. praeter τὸ *etiam* a Gelenio interpositum, reliquas voces ab eo additas *quum alii alio mitterentur* omittit; quae tamen in ceteris omnibus constanter supersunt non modo, sed et τὸ *magna pars*, quae utrum expuncta Gelenius voluerit, an tantum omiserit, quod ad infinitum non faciebant, incertum est, similiter retinent. De locutione *magna pars ablegati*, infra videbimus ad Liv. 27, 1, 12. Praeterea *quum alii duo mitterentur* Lovel. 4. qui idem codex etiam praefert *obligati*; sed Gaertner. *allegati*. V. ad 4, 58, 11.

§. 3. *Quam multitudinem consul alter Romae praetorque, alias ex aliis fingendo moras, retinebat*] *aliam multitudinem* Portug. Tum vox *Romae* deest in Leid. 2. Deinde *fingendo moras* Leid. 1. sollemni scribarum errore, qui etiam alibi *figere* et *figere*, sive *fingere*, commutarunt. V. N. Heinsium ad Nason. 1. Fast. 158. et quae notavi ad Silii Ital. 15, 85. Eadem verba etiam infra confundantur 8, 18, 12. (* 22, 20, 2.) Tandem *retinendo*, pro *retinebat*, Vat. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. *retinebant*, nempe consul alter praetorque. Fragm. Hav. a m. 1. primigenia scriptura tanta cura deleta, ut, quid antea scriptum fuerit, non intelligi nequeat. Utrumque genus loquendi exemplis ex Livio petitis defendi potest. Et quo-

bat. Et primo quidem, ignari ludificationis, mi- 4
nime inviti domos revisebant. postquam neque re-
verti ad signa primos, nec ferme alium, quam
qui in Campania hibernassent, praecipueqne ex
iis seditionis auctores mitti viderunt; primum ad-
miratio, deinde haud dubius timor incessit animos,
consilia sua emanasse: *jam quaestiones, jam indicia,* 5
jam occulta singulorum supplicia, inpotensque et cru-

dem *retinebant* illis, quae notantur supra ad 1, 31, 7. *retinebat* illis, quae infra dicentur ad 37, 29, 6. Hinc vulgatae scripturae, pro qua stant reliqui codd. adhaereo.

§. 4. *Ignari ludificationis, minime inviti domos revisebant*] *ignari milites ludificationis*, media voce margini adscripta, Portug. Deinde *minime mitti* Haverk. Hinc *domos recusabant* Portug. et Haverk. Mox verbis sequentibus *reverti ad primos*, omissa voce *signa*, Lovel. 1. *reverti ad exercitus primos* Leid. 2. *reverti in signa primos* Klock.

Nec ferme alium, quam qui in Campania hibernassent] *nec ferme aliquem eorum, qui* Leid. 2. *nec ferme alium quem, quam qui* Lovel. 2. Deinde *in Campania hibernasset* idem Lovel. 2. cum Portug. a m. 2. quomodo dedisse videntur scribae, quod praecedat *alium*. Sed *hibernassent* probat, quod sequitur, *ex iis*.

Praecipueque ex iis seditionis auctores mitti viderunt] Pall. duo *praecipueque ab iis*. GEBH. *praecipueque ex iis seditionibus* Haverk. De quo errore infra v. ad 22, 8, 7. Deinde *viderant* Lovel. 2. et Port. *viderent* Haverk.

§. 5. *Jam quaestiones, jam judicia, jam occulta singulorum supplicia*] Quid aliud quaestio, quam capitis judicium? Recte Flor. et optimi quique: *jam indicia*. Intellige et insontium, qui aliquid comperissent, et magis proprie illorum, qui, ejusdem culpae conscii, fide publica data, alios protraherent. Ut *indicium postulare, indicium profiteri*. V. Asconium in Divinationem [c. 11.] J. FR. GRON. *jam indicia* etiam Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. a m. 1. Gaertner. et Klock. quod in contextum recepi, quamvis Doujatius vulgatum servet, quod plus aliquid *judiciorum* nomine significetur, unde major praesentiorque metus. Passim ob ductuum adfinitatem voces *indicium* et *iudicium* in Msstis commutantur. V. ad 3, 6, 5. c. 44, 10. 4, 10, 6. 5, 10, 3. c. 11, 12. 6, 15, 6. c. 16, 1. c. 20, 4. 7, 9, 7. 9, 7, 3. 10, 11, 7. 39, 8, 7. ad Epit. Liv. 127. aliisque locis: et adde N. Heinsium ac Cel. Burmann. ad Nason. 2. Trist. 79. et Ampl. Bynkersh. 1. Observ. 6. ubi etiam de *indicio* eo sensu agit, quo hic sumi debet, de quo et infra v. ad 42, 41, 3. Similiter etiam commutantur *index* et *iudex*, de quo supra v. ad 5. 26, 6. quemadmodum etiam *indicare* et *iudicare*. V. ad Epit. Liv. 63. Ceterum *quaesitiones* Florent. Dein *jam culta singulorum supplicia* Leid. 1. pro

6 *dele consulum ac Patrum in se regnum passuros.* Haec,

quo *cuncta* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav.

Inpotensque et crudele consulum ac Patrum in se regnum] *impudens ac crudele* Lovel. 4. *inpotens* et *inpudens* etiam alibi in Mstis commutantur. V. ad Epit. Liv. 43. Vocula *que* omittebatur quoque in Lovel. 2. *ac crudele* autem, pro *et crudele*, praeferunt et Harlej. 2. et editio Parmensis. Deinde *crudele consilium* Harlej. 2. et editi ante Aldum, qui, concinentibus reliquis scriptis, primus *consulum* restituit. Error ex non intellecta epitome scribendi *cons.* vel *coss.* natus est. V. ad 36, 35, 8..

§. 6. *Haec, qui in castris erant, occultis sermonibus ferunt*] Hearnius ex aliquot scriptis et edd. adnotat *serunt*. Sine dubio recte dicitur *serere sermones*. Liv. 3, 43, 2. *Tribunorum creandorum, secessionisque mentionem ad vulgus militum sermonibus occultis serentem*. 10, 19, 7. 34, 37, 1. et alibi. Sic etiam alii; ex quo saepe factum esse *ferre*, ostenderunt viri docti ad Silium 8, 266. quod forsitan et huic loco accidit. Nec tamen magis improbandum puto *ferre aliquid sermonibus*, quam *ferre fama*; de quo v. Cl. Drakenb ad Liv. 4, 5, 6. Adde 28, 40, 1. *Quum Africam jam P. Scipioni destinari homines fama ferrent*. Eadem ratione dicitur *prae se ferre*. Cic. pro Arch. 11. *Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum; trahimur omnes laudis studio* et *aperte ferre* Liv. 28, 40, 1. *Et ipse acturum se id per populum aperte ferret, si senatus adversaretur*. in quibus recte suppleri potest *verbis, sermonibus*. Adde Guyet. ad Terent. Ad. 3, 2, 30. Apertissimus fere locus Liv. 4, 5, 6. *Ferte sermonibus et multiplicate famae bella*. Nisi in veteri quodam libro inveniissem, ibi quoque in aliis legi *serite*. DUK. Haec lectio primum obvia fuit in Liv. Gronovii editione anni 1708. quam deinde servarunt omnes recentiores, excepta Doujatiana, quae dedit *sermonibus serunt*, quemadmodum non modo fuerat in omnibus prioribus editionibus, sed Hearne etiam in Oxoniensibus suis L. et B. ego vero in omnibus meis invenimus, nisi quod Lovel. 3. praeferat *ser. pro serunt*, Haverk. autem *serebant*. *Serere aliquid sermone*, ut apud Virgil. 6. Aen. 166.

Multa inter sese vario sermone serebant.

serere orationem Liv. 10, 19, 7. *Nunc jam populares orationes serere. serere mentionem alicujus rei* 3, 43. 2. *Tribunorum creandorum secessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem*. Simile alia N. Heinsius et ego notavimus ad Silii 8, 266. [*erunt, sermonibus inserunt* Veith.]

Nervos conjurationis ejectos arte consulis cernentes] Mirifice hic locus in Mstis Palatinis duobus corruptus est: quippe pr. ac tert. *occultis sermonibus ser. nerius. auctoris conjurationis ejectos*. Campani ed. *nervos conjurationis ejectos principes arte consulis cernentes*. Ansam autem corrumpendo huic loco dedisse videtur vocula obstrusioris significatus. Legendum profecto *nervos conjurationis ejectos arte consulis cernentes*.

qui in castris erant, occultis sermonibus serunt,

Mutuatus hoc Livius a Lucilio est, qui l. 28.

Concedat homini id, quod vult: deleniat,
Corrumpat prorsus, ac nervos omnes eligat.

Sicut c. 37. *privum* mutuatur ab eodem satyrico. Est autem *eligere nervos* Livio, paullatim excerpendo minuere ac dissipare. GEBH. Claud. Puteanus conjicit *exsectos*: ut Cicero secunda agraria [33] *Nervis omnibus exsectis urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt.* et Livius alibi, *nervos incidere.* Gebhardus *electos*, ut Lucilius [apud Nonium v. *Eligere*]

Corrumpat prorsus, ac nervos omnes elegat.

Cicero et *elisos* admittit 2. Tuscul. [11.] *Cum accesserunt etiam poëtae, nervos omnes virtutis elidunt.* Est et tertia Tuscul. extrema. *Atqui stirpes sunt aegritudinis quam multae? quam amarae? quae ipso trunco everso omnes elidendae sunt.* Et 2. de Divinatione pariter extremo, *Superstitionis omnes stirpes ejiciendae.* Sed utrobique corrigunt *eligendae.* J. FR. GRON. Eadem varietas scripturae est in Cicer. Or. 2. Agrar. 33. quem locum hic laudat Gronov. Nam et ibi libri quidam habent *ejectis.* Ego et ibi *exsectis*, et hic cum Puteano *exsectos* praefero, quia Graeci eadem metaphora ἐκτίμνειν τὰ νεῦρα et νευροκοπεῖν dicunt. V. Erasm. in Adag. νευροκοπεῖν. DUK. *nervis conjurationis ejectos* Leid. 1. pro quo, literis, quae ductu similes sunt, *n* ut *u*, atque *ui* et *iu*, inter se commutatis, *verius conjurationis ejectos* Fragm. Hav. *nervos aut conjurationis ejectos* Lovel. 2. *nervis auctores conjurationis ejectos* Lovel. 3. *auctores conjurationis ejectos*, voce *nervos* omissa, Voss. 2. in quo supra vocem *auctores* inter versus adscriptum est *verius*, quod in aliis codd. literarum commutatione et transpositione pro *nervis* exaratum obcurrit. Credo, vocem *auctores* ex glossa et interpretatione τοῦ *nervos* natam esse: eam autem interpretationem ex §. praec. petitam esse, ubi, qui hic *nervi conjurationis* vocantur, *auctores seditionis* dicti sunt. Quum autem in nervis consistat robur corporis, per *nervos conjurationis* hic non tam ejus auctores, quam illos, in quibus vires conjurationis consistunt, indicari existimo; quamvis tamen iidem etiam conjurandi auctores esse potuerint. Eo sensu vocem *nervus* inlustrat Cel. Burmann. ad Albinov. Eleg. ad Liviam v. 47. Hinc *enervare* translate notat vires infringere 35, 12, 7. *Ademtis maritimis civitatibus enervatam tyrannidem.* Jam autem *ejectos*, quod in omnibus codd. superest, hoc colore defendi posset, ut Livius dicat, illos milites, in quibus robur conjurationis consistebat, ex castris ejectos esse. Verum ita in metaphorica locutione non persistet Livius. Est et alia τοῦ *ejicere* significatio, qua poni solet pro luxare, loco suo emovere. V. Munker. ad Hygin. fab. 57. quo tamen sensu hic accipi, non placet. Non tam enim nervi, quam membra luxantur. Omnium maxime placeret, quod Puteano in mentem venisse Gronov. retulit, *exsectos*, modo codd. auctoritas accederet. Ut enim *exsecare nervos*, ita *incidere*, *praecidere*, similiaque saepe obcurrunt. Cic. orat. 2. in Rull. 18.

, nervos conjurationis ejectos arte consulis cerne
7 tes. Cohors una, quum haud procul Anxure e
set, ad Lautulas saltu angusto inter mare ac mont
consedit, ad excipiendos, quos consul aliis atq
8 aliis (ut ante dictum est) caussis mittebat. Ja
valida admodum numero manus erat; nec qui

Incidant nervos populi Romani, adhibeant manus vectigalibus vestris, inrumpant in aerarium. Orat. 12. Philipp. 3. *Quid? legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus?* Plin. 24, 16. *Boum nervos abscissos vomere solidari ea adfirmant.* 25, 5. *Hanc etiam praecisos nervos glutinare faciunt. Exsectus* autem et *Ejectus* etiam commutantur in loco Cic. a Gronovio laudato ex orat. 2. Agr. 33.

§. 7. *Quum haud procul Anxure esset*] *quum haud procul auxit*, reliquis omissis, Gaertn. *quum haud procul esset* Leid. 2. *quum haud procul Auxur esset* Haverk. *quum haud procul Anxur esset* Voss. ambo, Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. 2. et Portug. cum edd. quas vidi, Frobeniana anni 1531. vetustioribus. Neque aliter habet Fragm. Hav. a m. 2. quum a m. 1. *Anxir* scriptum esset. *Anxir* etiam praefert Florent. a m. 2. et Lovel. 2. *Anxyr* Klock. V. infra ad 21, 61, 8. Potuit tamen ultima litera *τοῦ Anxure* hausta esse a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. De orthographia vocis *Anxur*, pro qua *Anxyre* hic praefert Harlej. 1. v. supra ad 4, 59, 3. et 4.

Ad Lautulas saltu angusto inter mare ac montes consedit, ad excipiendos] *ad Lautulos* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. *Lauculos* Lovel. 2. *ad Lauculas* Leid. 2. *Λαυτόλας* vocari a Diod. Sic. l. 19. p. 711. observat Cluverius 3. Ital. Ant. 7. p. 1012. Ejusdem meminit etiam infra Livius 9, 4. ubi multi codices *Lauru* adpellant, unus etiam *Laurul* Sed locus dictus erit *Lautula* si verum est, quod Doujati contendit, a *lavando* ei nom factum esse. Ad id proband utitur testimonio Varr. 4. de L. p. 37. *Lautolae a lavando, qu ibi ad Janum geminum eqn calidae fuerunt.* Verum, ibi cum in urbe indicari, ipsa ver Varr. satis indicant, eaque, qu rum et ante et postea memin aperte docent. Rectius itaque cisset, si huc advocasset loc Festi ea voce. *Lautulae locus tra urbem, quo loco, quia aq fluebat, lavandi usum exer bant.* Quamvis tamen, Fest innuere locum hunc prope u bem Anxur, quemadmodum D cierius contendit, adfirmare n audeam. Credo tamen verum jus nomen esse *Lautulae*, et milem ob caussam nomen ac pisse. Deinde *inter mare et mo tes* Voss. 2. Portug. et Haver *inter mare et montem* Voss. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. De que *ad concipiendos* Portug. m. 1. et Haverk. *ad excipiend* Lovel. 2. V. ad 40, 49, 1. Pau post *inmittebat*, pro *inittebe* Gaertn.

§. 8. *Jam valido admod numero manus erat, nec qui quam*] Vet. lib. *valida*. SIG. ditiones duae vetustissimae *Ja valida admodum*. Ceterum P pr. *Jam valido admodum nu ro Romanus erat*. GEBH. *Ja*

quam ad justi exercitus formam, praeter ducem, deerat. incompositi itaque praedantes in agrum Albanum perveniunt, et sub jugo Albae longae castra vallo cingunt. Perfecto inde opere, reliquum diei 9
de imperatore sumendo sententiis decertant, nulli ex praesentibus satis fidentes. *Quem autem ab Roma* 10

valido admodum numero Romanus erat Lovel. 2. et Fragm. Hav. *Jam valida admodum numero Romanus erat* Voss. 2. *Jam valida admodum numero Romanis erat* Lovel. 3. Sed sine dubio prima syllaba *τοῦ Romanus* adhaesit ex vitiosa repetitione ejus, quae in voce praecedenti finalis erat. V. infra ad 37, 41, 5. *Jam valida admodum numero manus erat*, ut Sigonius restituit, non modo tuentur reliqui codd. sed etiam omnes, quas vidi, usque ad Frobenianam anni 1535. quae prima *valido admodum numero* dedit eodem errore, quo *viribus parum validis*, pro *validos*, Gruterus supra ediderat hoc cap. §. 1. Recte itaque Gruterus, Sigonio dicto audiens, id quod reliqui facere neglexerant, anno 1628. pristinam lectionem revocavit. Tac. 14. Annal. 58. *Nec milites ad scelus missos aut numero validos, aut manu promtos.* Et recte *numero validam manum* vocat Livius, qui App. in Excerpt. Peiresc. p. 550. *ὁμοῦ δυσμενεῖς γεγονότες* dicuntur. Praeterea *ne quicquam* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 5. et Haverk. V. ad 3, 47, 7. Mox *ac sub jugo Albae*, Lovel. 4.

§. 9. *Perfecto inde opere, reliquum diei de imperatore sumendo sententiis decertant*] *Perfecto deinde opere* Lovel. 2. 4. Harlej. 2. et excusi usque ad Aldum, qui *inde* reposuit, consentientibus reliquis scriptis. V. ad 36, 24, 10. Tum *de imperatore c'tamI*, id est *certamini*, *sumendo* Lovel. 1. invitis aliis. Praeterea *sententiis decertati* Lovel. 4. In verbis sequentibus *τό satis*, quod in reliquis codicibus constanter superest, in uno deficit Florent.

§. 10. *Quem autem ab domo posse adciri*] *ab Roma* in manuscriptis codicibus legitur, non *ab domo*. GELEN. Pall. omnes MSS. Campanique editio *posse exciri*. GEBH. *ab Roma posse acciri* a Gelenio est, neque hactenus abeunt nostri, cum prius ederetur *ab domo*. Sed Pall. tres, et Voss. uterque, ac Campanus *exciri*. 3, [2, 7.] *Indignitas rei magis, quam periculum, consulem alterum ab urbe excivit.* 27, [31, 2.] *Fama ejus rei Philippum ab ludis excivit.* J. FR. GRON. *Quem ut a Roma* Gaertn. *Quem autem a Roma* Fragm. Hav. *Quem autem ex Roma* Leid. 2. Reliqui codd. Gelenio consentientes *ab Roma* praeferunt, uno excepto Harlej. 2. in quo *ab domo* restat: quem non audiendum arbitror. Tum *possent* perperam Haverk. Hinc *acciri* unus iterum Harlej. 2. *exiri* Leid. 1. Reliqui omnes recte *exciri*: quomodo se etiam non tantum in Oxoniensibus suis invenisse Hearnius testatus est, sed etiam in ed. Aleriensi, quae propterea diversa esse debet a Romana anni 1472. in qua, ut et in reliquis recentioribus usque ad Gronovium, *acciri* excusum

posse exciri? quem Patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens obferat, aut cui ex injuria insa-
11 *nientis exercitus caussa recte committatur?* Postero die, quum eadem deliberatio teneret, ex praedatoribus vagis quidam compertum adtulerunt, T. Quinctium in Tusculano agrum colere, urbis honorumque im-
12 memorem. Patriciae hic vir gentis erat: cui quum militiae, magna cum gloria actae, finem pes alter

esse vidi. Neque lectio cod. Leid. 2. *ex Roma posse exciri* hoc colore defendi debet, quod Livius ad verba cum praepositione composita in regimine eamdem praepositionem repetere soleat. Quamvis enim Livius id saepissime facere amarit, ut vidimus ad Praefat. §. 11. non tamen id perpetuum ei fuisse existimandum est. Certe verbo *excire* praepositionem *ab* addidisse, docent loca a Gronovio laudata. Similiter etiam 32, 7, 7. *Ea res L. Lentulum consulem ab urbe excivit.* et 34, 27, 2. *A Creta mille delectos juventutis eorum excivit.* Ejusdem formae est locutio *exstare ab aqua*; de qua similibusque v. infra ad 22, 2, 10.

Quem Patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens obferat] *quem Patrum ut plebis esse* Gaertn. sollemni scribarum aberratione. V. quae supra notantur ad 4, 12, 8. Deinde *qui aut sine tanto periculo* Haverk. *qui aut tanto periculo se* Lovel. 4. *qui aut se tanto periculo esse* Lovel. 1. Tum *scire offert* Lovel. 3.

Ex injuria insanientis exercitus caussa recte committatur] Non intelligo sententiam horum verborum. *Ex injuria insanire* dicuntur, qui eam acceperunt. Terent. Adelph. 2, 1, 43. *Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria.* At his injuria non facta, verum ab ipsis orta erat. Videri possit delendum ex: nam quia sibi conscii sunt, se *injuria*, id est sine causa et ratione, *insanire*, desperasse patronum ac defensorem inventuros, quem, si injuriam accepissent, sperare potuissent. Nec quis hoc ita accipiendum putet, ut Livius significet, hos eo genere fuisse, qui quum injuriam aliis fecerint, idque intelligi videant, ipsi ultro, quasi injuria accepta, expostulant: quo ingenio quosdam esse, in eadem fabula Terentii dicit Micio 4, 3, 3. DUK. Transpositis verbis *recte caussa committatur* Lovel. 4. *caussa recte commutatur* Vat. 2. et Lovel. 3. Alibi etiam libri *Mittere* et *Mutare* confuderunt. V. N. Heins. et Cel. Burmann. ad Nason. Ep. 4. Her. 3. Similiter *Transmittere* et *Transmutare*. V. Cel. Burmann. ad Suet. Calig. 10.

§. 11. *Quidam compertum adtulerunt, T. Quinctium in Tusculano agrum colere*] *qui compertum attulerant* Lov. 4. Deinde *in Tusculano agro colere* Fragm. Hav. a m. 1. de cujus erroris fonte v. ad 6, 3, 8. Et quidem eo magis *agrum* in *agro* mutatum erat, ut ita suppleretur ellipsis, quae tamen Livio aliisque scriptoribus frequens est. Supra

ex vulnere claudus feciſſet, ruri agere vitam procul ambitione ac foro conſtituit. Nomine audito, 13
extemplo agnovere virum: et, quod bene verteret, adciri juſſerunt. Sed parum spei erat, voluntate quidquam facturum. vim adhiberi ac metum placuit. Itaque silentio noctis quum tectum villae, 14
qui ad id miſſi erant, intraſſent; somno gravem Quinctium obpreſſum, nihil medium, aut imperium

3, 7, 5. *Obvii fiunt descendentibus ab Tusculano in Albanam vallem.* 22, 1, 10. *In Antiati metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse.* ubi plura vide. *in Tusculano colere*, omiſſa voce, Lovel. 4. quod foret in Tusculano habitare. Eo enim sensu simpliciter *colere* usurpari solet. Infra 21, 26, 6. *Colunt autem circa utramque ripam Rhodani.* Et ita mox Quinctium *ruri agere vitam* dicit. Forte etiam *colere* pro agrum colere poſſet accipi, quo sensu *cultores* pro agricolis infra 28, 11, 9. *Liberis cultoribus bello absumtis, et inopia servitiorum, et pecore direpto, villisque dirutis aut incensis.* Ovid. Ep. 12. Her. 17.

Semina jecisset; totidem sensisset et hostes:
Ut caderet cultu cultor ab ipse suo.

Florus 3, 19. *Hic ad cultum agri frequentia ergastula catenatique cultores materiam bello praebuere.* Reliqui tamen, quos sequi praeſtat, vocem *agrum* servant. *agrum coleret* perperam praefert Harlej. 1. *agrum coleretur* pejus Leid. 1. Paullo ante *Postremo die*, pro *Postero*, Lovel. 3. V. ad 9, 7, 11. Mox verbis sequentibus *in memoriam*, pro *inimemorem*, Lovel. 5.

§. 12. *Agere vitam procul ambitione ac foro*] *procul ab ambitione et foro* Lovel. 4. et Fragm. Hav. a m. 2. Utraque locutio, et quam hi codices praeferunt, et quae vulgo circumfertur, proba est, et in Livio etiam saepius obvia. V. ad 24, 28, 1. Sana itaque ratio exigit, ut plures et meliores libros sequamur.

§. 13. *Quod bene verteret, adciri jusserunt*] *quod bene verterit* Haverk. Mox *vim adhibere*, pro *adhiberi*, Haverk. 2. [?] et editiones ante Froben. anni 1531.

§. 14. *Itaque silentio noctis quum tectum villae, qui ad id missi erant, intrassent*] Omnia haec vocabula solo ultimo excepto, ignavia librarii desunt in Gaertn. *tectum vile* habet Haverk. Deinde *introissent* Lovel. 2. Sed hae voces saepe in Mſtis commutantur. Exemplum habuimus 4, 53, 11. (*34, 26, 9.)

Somno gravi Quinctium obpressum] *somno gravem Quinctium* Flor. Voſſ. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. et Fragm. Hav. Eamdem lectionem se inveniſſe Hearne teſtatur in Oxon. L. 1. et B. atque insuper in ed. principe Romana episcopi Aleriensis; quae propterea diversa eſſe debuit a Romana anni 1472. in qua mihi *somno gravi* obvium fuit. Non damno vulgatam *somno gravi*. Ita enim et Valer. Flacc. locutus est 1, 300.

atque honorem, aut, ubi restitaret, m
sequeretur, denunciantes, in castra per
15 Imperator extemplo adveniens adpellatus:
que honoris exterrito subitae rei miraculo

Mox ubi victa gravi ceciderunt lumina somno. Ovid. 4. Met. 783. *Dumque gravis somnus colubrasque ipsamque tenebat.* Curtius 6, 10, 12. *Gravi sopore adquiescebam.* 8, 3, 9. *Quem ut alto et gravi somno sopitum esse sensit uxor.* et ita *graviter dormitare* Cic. dixit 1. de Divin. 28. *Ad lucem denique arcte et graviter dormitare coepisse.* Probe etiam *somno obpressus* dicitur, qui graviori atque altiori somno devinctus est. Curtius 4, 13, 17. *Gravatum animi anxietate corpus altior somnus obpressit.* 6, 8, 21. *Illum sive securitate animi, sive fatigatione resolutum somnus obpresserat.* 7, 11, 17. *Pariter eos et nox et somnus obpressit.* Neutrum itaque tamquam minus commodum damno. Verum vix tantum ex meis praeferunt hanc lectionem Lovel. 2. Harlej. 2. Haverk. et forte etiam Klock. ex quo nihil notatum video. Quare dubito, utrum haec lectio satis gravi auctoritate firmata sit, praesertim quum et in altera scriptura, quam reliqui codd. tuentur, nihil etiam sit, quod jure displicere possit. Certe *gravis somno* supra est 4, 37, 2. *Graves somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna caede adorti.* ubi plura notantur. *Som-*

denunciantes] MSS
stitaret, non *resta*
In altero membro a
in altero superest:
queretur quid alia
ubi restitaret? Fo
medium, *imperiun*
norem, *si sequeret*
restitaret, *mortem*
tes. J. FR. GRON. *ni*
uim aut imperium
Lovel. 3. Sed addit
est, nec convenit,
mis literis vocis p
cedentis. Tum *aut i*
honorem Lovel. 4.
aut et *atque* in Mſti
tur. V. Cortium ad
82, 2. Ut autem id
cerent, librarios p
detur, quod *aut* et
et sequatur, atque
stincta proponi cred
videntes ea tantum
quorum prius dua
imperium atque hon
mitur. [*aut impiu*
rem Veith.] Dein
quod jam Rhenanus
nullo apud me co
Sed *restitueret* habe
stiterit Leid. 2. *resis*
2. 5. Portug. Have
Oxon. L. 1. 2. B. et
N. [Veith.] Sed *res*
pro resistere ponit
ad 6, 7, 2. Ex ejus i

et ad urbem ducere jubent. Suo magis inde inpe- 16
tu, quam consilio ducis, convulsis signis, infesto
agmine ad lapidem octavum viae, quae nunc Appia
est, perveniunt: issentque confestim ad urbem, ni 17

Sed eam elisit proximae vocis litera finalis *m*. Gronovio *ni* in *si* mutanti non nihil quidem favent codd. *nisi* praeferentes; attamen quum in ordine verborum nihil varient ulli libri, trajectio ejus audacior videtur. Doujatius igitur *ni sequeretur* habet pro glossemate, quod, olim ad explicandum alterum *ubi restitaret* margini adscriptum, in contextum inrepsit, ideoque iterum delendum esse pronunciat. Quamvis autem et hoc violentius videri possit, si tamen vulgatum inmutandum placeat, ac nullo modo servari posse judicetur, in ejus, quam in alteram conjecturam pronior forem.

§. 15. *Adveniens adpellatus: insigniaque honoris exterrito*] *deveniens* Portug. a m. 1. *veniens* Haverk. Tum *insigni atque honoris* Voss. 2. et Lovel. 3.

Et ad urbem ducere jubent] Vocula *et* deficit in Voss. 2. et Lovel. 3. Eorum posterior praeterea praefert *ad urbem ducem jubent*, prior *ad urbem ducere jubent ducem*. Sed reliqui vulgatum tuentur.

§. 16. *Suo magis inde inpetu, quam consilio ducis, convulsis signis*] *Suo magis in die impetu* Leid. 1. *Suo magis impetu inde* Fragm. Hav. a m. 1. *Suo magis impetu*, voce omissa, Lovel. 4. Deinde *cum vulsis signis* Fragm. Hav. a m. 1. Corruptius inde factum *cum Vulseis signis* in Lovel. 1.

Ad lapidem octavum viae, quae nunc Appia est, perveniunt] Hott. *via*; idque haud dubie ab Livio venit. 2, 11, 7. *T. Herminium ad secundum lapidem Gabina via occultum considere*. 3, 6, 7. *Pervenere ad tertium lapidem Gabina via*. 5, 49, 6. *Ad octavum lapidem Gabina via vincuntur*. 7, 9, 6. *Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra habuere*. JAC. GRON. Vulgatum tamen non videtur improbasse J. Fr. Gronovius 1. de Pecun. vet. 3. DUK. *via, quae nunc Appia est* etiam Voss. 2. Lovel. 3. 4. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. atque Hearnii Oxon. L. 1. et B. Ita locutus est Plinius 15. H. N. 30. *Quod factum est in villa Caesarum, fluvio Tiberi inposita juxta nonum lapidem Flaminia via*. Festus v. *Pudicitiae*. *Item via Latina ad milliarium illi Fortunae*. Id autem positum est pro *in via*; de quo v. ad Epit. Liv. 107. Codices tamen non tantum numero plures, sed etiam integriores, in vulgatum conspirant, quod nec ipsum sine exemplo est. Ita enim locutus est Suet. in Aug. 94. *Ad quartum lapidem Campanae viae in nemore prandenti aquila panem ei e manu rapuit*. Simile fere est illud apud eumdem in Galba 20. *Ceterum truncum in privatis ejus hortis Aureliae viae sepulturae dedit*. ubi etiam Torrent. *Aurelia via* malebat, sed invitis omnibus membranis et edd. antt.

§. 17. *Issentque confestim ad urbem, ni venire contra exercitum*] *insissentque confestim* Portug. a m. 1. *issent confestim*, sine particula *que*, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm.

venire contra exercitum dictatoremque adversus se M. Valerium Corvum dictum audissent, et magistrum equitum L. Aemilium Mamercinum.

1 XL. Ubi primum in conspectum ventum est, arma signaque agnovere; extemplo omnibus memoria

Hav. Deinde *nisi venire contra exercitum* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 5. et Haverk. V. supra hoc cap. ad §. 14. *nisi venire exercitum* Portug. omisso τῷ *contra*, quo tamen alibi Livius sine casu uti solitus est. V. supra ad 3, 13, 4.

Dictatoremque adversus se M. Valerium Corvum dictum] *Dictatorem adversus se* Leid. 2. Tum dictatoris praenomen *M.* deficit in Fragm. Hav. a m. 1. Tandem *M. Valerium Coruntam* Lovel. 5. *M. Valerium Corvinum* Voss. 1. a m. 1. et Harlej. 2. Reliqui recte vulgatum *Corvum* tuentur. V. supra ad c. 26, 12.

Magistrum equitum L. Aemilium Mamercinum] Praenomen deficit in Lov. 2. et Haverk. Tum *Manilium Mamercum* Gaertn. *Aemilium Mamercum* omnes mei cum Oxon. N. B. C. apud Hearnium, et cum omnibus editionibus usque ad Gruteri postremam, quae prima *Mamercinum* praefert, secuta Pighium, a quo ita vocatur in Annal. ad ann. CDXI. p. 305. V. supra hoc lib. ad c. 1, 2.

§. 1. *Ubi primum in conspectum ventum est*] Lege *in conspectum ventum, et arma signaque.* J. FR. GRON. Vel sic legendum est, ut Gronovius conjecit, vel *in conspectum ventum est, et arma signaque. et* absorberi potuit a praecedenti *est.* DUK. Patris conjecturam probavit, aliisque exemplis inlustravit Cl. Jac. Gronovius ad Liv. 2, 39, 12. Quamvis autem omnes codd. *ventum est* praeferunt, nisi quod *ventum* desit in Gaertn. et *eventum* habeat Voss. 2. Gronovio tamen adsentior, ut verba melius cohaereant. Alibi saepe *est* atque *et* in Mstis commutatur. V. supra ad 5, 36, 3. c. 8, 10. 7, 34, 4. 42, 3, 5. 45, 3, 5. et alibi. Adde N. Heinsium ad Nason. 3. Metam. 29. et Broukhus. ad Prop. 3. Eleg. 9, 66. Praeterea *in conspectu* legunt Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. omnesque, quas vidi, editiones usque ad Vascos. Id autem ferri potest, et saepius apud scriptores antiquos in antiquis membranis obvium esse, pluribus docuit Cl. Burmannus ad Phaedri 5, fab. 1, 15. Eo modo *in potestate venire* plures codd. praeferunt infra 8, 20, 6. ubi vulgo etiam *in potestatem* nunc circumfertur. *recipi in urbe*, c. 26, 3. ubi etiam vulgatur *in urbem*. Eam igitur lectionem revocassem, nisi ex optimis Florent. Harlej. 1. et Klock. nihil notatum vidissem; unde verisimile fit, eos *in conspectum* servasse.

Signaque agnovere, extemplo omnibus memoria patriae iras permulsit] *agnovere* deest in contextu Portug. Posica quidem adscriptum fuit, sed tamen post vocem *extemplo*. Deinde *permulxit* Lovel. 5. et Portug.

ria patriae iras permulsit Nondum erant tam for- 2
tes ad sanguinem civilem, nec, praeter externa, noverant bella: ultimaque rabies secessio ab suis habebatur. itaque jam duces, jam milites utrimque, congressus quaerere ad conloquia. Quinctius, quem 3
armorum etiam pro patria satietas teneret, nedum

§. 2. *Nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem*] *Fortis* hic ponitur in deteriorem partem: ergo non audio edictum illius scioli, ad oram interiorem Palatini secundi legere imperantis, *Nondum erant tam feroces.* Juvenalis Sat. 6, 97.

Fortem animum praestant rebus, quas turpiter audent.

GEBH. *feroces ad sanguinem* etiam Lovel. 5. et Portug. quod recte Gebhardo displicuit. Propert. 2. Eleg. 8, 7.

Jam libet et fortes memorare ad proelia turmas.

ubi v. Passerat. sed inprimis Broekhusium. Quinctil. Declam. 4, 22. *Ad tua nunc genua porrigo, optime pater, has ad scelus tantum fortes manus.* ubi v. Cel. Burmann. Solent autem *fortis* et *ferox* saepe in Mstis commutari. V. infra ad 28, 42, 4. Elegans in his usus est praepositionis *ad*, similis illi infra 45, 32, 10. *Ita factum est, ut non magnificentiam tantum, sed prudentiam in dandis spectaculis, ad quae rudes tum Romani erant, admirarentur.*

Ultimaque rabies secessio ab suis habebatur] *secessio a suis* Gaertn. Sed voces *ab suis* desunt in Portug. Tum *habeatur* perperam scriptum est in Lov. 1.

Itaque jam duces, jam milites utrimque congressus quaerere ad conloquia] Pall. duo *jam*. *que jam duces.* GEBH. *jamque jam duces* etiam Lovel. 3. Alibi hae voces *jamque* et *itaque* in Mstis confundi solent. Exemplum supra habuimus 2, 50, 5. (*36, 33, 5.) *itaque jam duces tam milites* Leid. 1. et Harlej. 1. *itaque tam duces quam milites* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] Sed alibi ita *jam* repeti solet. Supra 2, 46, 3. *Pugna jam in manus, jam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, venerat:* ubi alia exempla vide. Deinde *utrumque* Lovel. 1. sollemni errore. V. infra ad 21, 45, 1. Tum *congressi* Leid. 2. [Veith.] Duplicem lectionem praefert Lovel. 1. hoc modo: *milites utrumque congressi, congressus quaerere.* V. ad 3, 44, 4. Tandem *congressus quaerere ac colloquia* Leid. 1. et ed. Mediol. anni 1505. ut apud Cic. Orat. 12. Philipp. 11. *Nempe in Antonii congressum conloquiumque veniendum est.* Solent autem voculae *ad* et *ac* in Mstis commutari. V. infra ad 21, 32, 2. Sed nec alterum, pro quo omnes reliqui codices et excusi stant, temere rejiciendum. Ideo vero *ad colloquia* vel *ac colloquia* addit Livius, ne dubium foret, quid intelligeret voce *congressus*, quae non tantum pro conloquio, sed etiam pro proelio ponitur, unde similiter *congressionem proelii* dixit Justin. 2, 12. et *acie congredi* Livius supra hoc lib. c. 22, 4.

§. 3. *Quem armorum etiam pro patria satietas teneret, ne-*

adversus patriam; Corvus, omnes caritate cives, praecipue milites, et ante alios suum exercitum,
4 complexus, ad conloquium processit. Cognito ei extemplo haud minor ab adversariis verecundia, quam ab suis silentium, datum: *Deos*, inquit, *immortales, milites, vestros publicos, meosque, ab me*

dum adversus patriam] Aliter haec ordinat Palat. sec. *quem armorum etiam pro patria, nedum adversus patriam, satietas teneret.* GEBH. In eumdem, quem Gebhardus memorat, ordinem verba etiam digeruntur in Portug. et Haverk. Illa vero, *nedum adversus patriam*, aberant apud Hearnium ab Oxon. B. Praeterea perperam *societas* Voss. 2. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. (* v. ad 37, 34, 3.)

Corvus omnes caritate cives, praecipue milites etc. *complexus*] Primo erat *omnis*. inde factum judico in Pall. duobus *omni caritate*. GEBH. *omni* etiam Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. quomodo librarios dedita opera scripsisse existimo, non quia antea *omnis* scriptum fuerat, sed ut ea vox casu et numero conveniret cum sequenti *caritate*. V. ad 6, 3, 8. Similem ob caussam *Corvinos omnes* scriptum fuerat in Klock. Reliqui omnes, quorum plerique passim recte *Corvi* cognomen huic Valerio dederunt, hic male *Corvinus* habent, uno excepto Lovel. 2. V. supra hoc lib. ad c. 26, 12. et mox hoc cap. §. 7.

§. 4. *Cognito ei extemplo haud minor ab adversariis verecundia, quum ab suis silentium datum*] Et sic fuerat initio in Pal. sec. ut est in ed. Andreae: pro quo suppositum iverunt *cognita ei*. Reliqui vero duo, itidem ex interpolatorum arbitrio, offerunt, primus *quo cognito extemplo*: tertius *quo cognito et extemplo*. GEBH. *cognito ei extemplo* apud me exhibet solus Portug. a manu altera. *quo cognito et extemplo* Voss. 2. et Lovel. 3. *cognito et extemplo* Leid. 1. Lovel. 2. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Saepius reculae *ei* atque *et* in libris scriptis confundi solent. V. ad 4, 15, 6. Utraque lectione junctim *cognito ei et extemplo* praefert Gaertn. utraque omissa cognito extemplo Klock. [*cognito enim extemplo* Veith.] *cognito ex extemplo* Leid. 2. qui idem etiam omissa praepositione legit haud *minor adversariis*. at voce addita *haud minor ejus ab adversariis* Leid. 1. quae lectio tanto verisimiliorem efficit conjecturam, quam Cel. Jac. Perizon. margini Livii adscripserat haud *minore ab adversariis verecundia, quam ab suis, silentium datum*. Certe ut orationem, quae sequitur, in medium inter duas acies progressus haberet, haud minus ab adversariis, quam ab suis silentium ei datum oportuit; et quidem tanto magis ab adversariis, quod eos proprie adscutus sit. Et quid, quaeso, est, *dare alicui verecundium*? Si *minore* vel ab uno codice confirmaretur, in contextum recipiendum existimassem. Ceterum post haec verba in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. illa addebantur *Colloquium Valerii Corvii*, vel *Corvini*; quae ex lemmate marginali, vel, quum Livius in qui-

ficiscens ita adoravi, veniamque supplex poposci, mihi de vobis concordiae partae gloriam, non victo-n, darent. Satis fuit eritque, unde belli decus pa- 5
ur: hinc pax petenda est. Quod Deos inmortales r nuncupanda vota expoposci, ejus me compotem vos facere poteſtis; si meminiſſe vultis, non vos 6

am codicibus etiam in ca-
dividi soleat, ex capitis in-
tione in contextum recepta
: quod in codd. Mſtis sae-
ab indoctis librariis com-
m est. Exempla v. ad 2, 17,
33, 3. c. 36, 3. 3, 27, 1. c.
. c. 69, 3. 5, 54, 5. 6, 8, 9.
, 10. c. 14, 12. c. ult. §. ult.
ib. c. 15, 2. 8, 9, 12. c. 20,
. 23, 11. c. 31, 7. 9, 46, 12.
7, 2. 32, 33, 1. (* 21, 6, 2.)
iorum scriptorum membra-
imilia paſſim viri docti ob-
runt.

*os, inquit, inmortales, mi-
, vestros publicos meosque*]
inquit deficit in Leid. 2. et
l. 1. Tum *nostros publicos*
2. et Lovel. 3. ac 5. Male.
d 34, 2, 2. et mox hoc cap.
et 16. Doujatius intelligit,
torem adorasse Deos mili-
publicos et suos familiares:
ambiguum videtur. Potius
ari puto, tum militum tum
s Dictatoris numina publica.
adoravi ita, trajectis vo-
, est in Leid. 2. Lovel. 1.
rtug. et Haverk.

*mihi de vobis concordiae
m gloriam, non victori-
darent*] *partae*, non *par-*
legendum. GELEN. *con-
ae per te gloriam* Gaertn.
rdiae partam gloriam* Lo-
. Harlej. 2. et Portug. a m. 2.
ui non modo scripti Gele-
dsentiuntur, sed eamdem
ue lectionem ex editis ante
eum servant Rom. anni 1472.
Parm. Venet. anni 1495. Mediol.
anni 1495. et 1505. cum Ascen-
sian. anni 1513. et 1516. Paullo
ante *supplex posci*, pro *poposci*,
Harlej. 1. prioris syllabae gemi-
natione omiſſa.

§. 5. *Unde belli decus pariatur; hinc pax petenda est*] *inde belli decus* Portug. et Fragm. Hav. a m. 2. V. ad 39, 33, 5. Deinde *huic pax* Portug. V. ad 25, 40, 2. Mox *ejus me voti compotem vos facere* Lovel. 4. *ejus me compotem voti facere* Leid. 2. Sed emphasis est in voce *vos*, quae commode omitti nequit.

§. 6. *Si meminisse vultis, non vos in Samnio*] *Tò vultis* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *non notum Samnio* Haverk. Mox *in Romano solio*, pro *solo*, Lovel. 4. et poſtea *patriae nostrae esse*, pro *vestrae*, Voſſ. 2. et Lovel. 3. V. modo ad §. 4. *patriae vestrae est* Leid. 1.

Bis legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis] *legationes Samnitium* Leid. 1. V. supra hoc lib. ad c. 30, 14. Deinde *castra tria cepistis* Lovel. 2. Sed perperam ductus literarum *ui* pro nota numeri ternarii librarius habuit, quemadmodum alibi *ij* et *duo* commutantur. V. ad 36, 43, 11. (* 34, 46, 7.) Ter quidem anno priori caſtra Samnitium capta fuerunt, sed bis tantum a Valerio, semel ab ejus

in Samnio, nec in Volscis, sed in Romano solo castra habere: si illos colles, quos cernitis, patriae vestrae esse, si hunc exercitum civium vestrorum: si me consulem vestrum, cujus ductu auspicioque priore anno bis
7 *legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis. Ego sum M. Valerius Corvus, milites, cujus vos nobilitatem beneficiis erga vos, non injuriis, sensistis; nullius superbae in vos legis, nullius crudelis senatusconsulti*

collega Cornelio, ut capp. praec. Livius narravit.

§. 7. *Ego sum M. Valerius Corvus, milites, cujus vos nobilitatem*] Vox *Corvus* deest in Gaertn. *Corvinus* habet Haverk. reliqui omnes *Corvus*. V. supra hoc cap. ad §. 3. Deinde voces *milites, cujus* culpa librarii deficiunt in Lovel. 1.

Nullius superbae in vos legis, nullius crudelis senatusconsulti auctor] *superbae contra vos legis* Hearnii Oxon. B. quod ex glossa natum videtur. Deinde *nullius crudelis senatusconsultus auctor* Voss. 2. et Lovel. 3. *ullius senatusconstus auctor* Gaertn. Sed v. ad 5, 13, 5. Recte Reliqui codd. vulgatum servant, nisi quod in quibusdam per notas sit *S. C. auctor*, in aliis *SIC*, quomodo est in Florent. Sed in eo facile vulgatae lectionis vestigia agnoscas. V. infra ad 22, 10, 1. Etiam vox *auctor* male exsulat a Gaertn.

In omnibus meis imperiis in me severior, quam in vos] *in omnibus nostris imperiis* Gaertner. Deinde *in me sevior* Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed facile *saevior* et *sev'ior* confundi potuerunt, praesertim seculo barbaro, quo diphthongus *ae* et litera *e* fere non distinguebantur. V. infra ad Epit. Liv. 57.

§. 8. *Ac si cui gens, si cui sua virtus, si cui etiam majestas*] Legendum *Ac si cui genus*, non *gens*. GELEN. *At si cui* Lovel. 1. 4. et Haverk. quod, si plures codices consentirent, non displiceret. Est enim oppositio eorum, quae Valerius de se verbis proxime praecedentibus praedicarat. Saepe vero librarios voculas has *Ac* et *At* commutasse, supra vidimus ad 3, 61, 4. Deinde *gens* in uno tantum apud me est Harl. 2. Reliqui omnes praeferunt genus. Sed saepius et haec vocabula in Mstis confundi solent. V. infra ad 34, 17, 6. Hinc *si cui et majestas* Voss. 2. V. ad 22, 17, 4. Alii codd. cum vulgato faciunt, nisi quod errore inmani librarii *scientiam*, pro *si cui etiam*, sit in Klock.

Si cui honores subdere spiritus potuerunt] *spiritus subdere* Gaertn. *subdere spem* Voss. 2. et Lovel. 3. V. supra ad 4, 54, 8. Deinde *potuerint* Haverk.

Iis eram natus, id specimen mei dederam] *his enim natus* Lovel. 1. *his eram natus* Haverk. *is eram natus* reliqui omnes codd. [Veith.] cum edd. Romanni 1472. et Parm. quomodo etiam ex conjectura legebat Doujatius. Fateor tamen, magis placere vulgatum *iis eram natus*. At cave, ne *iis* cum Doujatio

auctor; in omnibus meis imperiis in me severior, quam
in vos. Ac si cui genus, si cui sua virtus, si cui et- 8
iam majestas, si cui honores subdere spiritus potuerunt;
iis eram natus, id specimen mei dederam, ea aetate
consulatum adeptus eram, ut potuerim, tres et viginti
annos natus, consul Patribus quoque ferox esse, non so-
lum plebi. Quod meum factum dictumve consulis gra- 9
vius, quam tribuni, audistis? eodem tenore duo inse-

eodem exponas genere, virtute, etc. Nascenti enim Valerio virtus, majestas, et honores tribui nequeunt. Intellige igitur *iis eram natus* scilicet parentibus, majoribus, adeoque eo genere. Nam ita Livius loqui solet *natus patre*, pro ex patre. V. ad Epit. Liv. 1. Saepe autem *i* simplex ac duplex commutantur, et passim simplex pro duplici scribi solet. Ita *subit* et *subiit* similiaque praesentia et praeterita tempora multorum verborum confunduntur. V. ad 36, 20, 3. etiam *regis* et *regiis*, aliaque hujus generis. V. ad 32, 6, 6. ipsa illa quoque *is* et *iis*. V. ad 3, 39, 8. Praeterea *ad specimen mei dederam* Lovel. 3. V. ad 21, 10, 12. et mox hoc cap. §. 14. *id specimen unde dederam* Gaertn. *id specimen dederam mei*, vocibus transpositis, Lovel. 5.

Tres et viginti annos natus, consul Patribus quoque ferox esse, non solum plebi] *tres et viginti natus annos* Lovel. 4. Deinde *consulibus Patribus quoque ferox esse* Lovel. 2. qui error ex non intellecto compendio scribendi *cons.* natus est. V. infra ad 10, 10, 2. *consul Patribus quoque felix esse* Harlej. 1. Sed voces *Patribus quoque ferox esse* neglegentia librarii desunt in Lovel. 5. Praeterea *nunc solum plebi* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed alibi etiam *nc̄*, id est *nunc*, et *nō*, id est *non*, inter se commutantur. V. infra ad 9, 7. 5. *non plebi solum* Leid. 2. et Lovel. 1. Paullo ante *consulatus adeptus eram*, pro *consulatum*, Leid. 2.

§. 9. *Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis*] Vox *meum* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. utroque, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Sed omissam puto ab nasutiore, qui non intelligebat construendi genus *meum factum consulis*, pro factum mei consulis; quod tamen et Livio et aliis optimis scriptoribus familiarissimum est. Supra 2, 8, 3. *Quas quum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset.* hoc lib. c. 38, 6. *Neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos versurum.* 8, 7, 7. *Nostro jam hinc duorum eventu cernatur.* 10, 16, 4. *Si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent.* (* 28, 28, 12.) 30, 20, 70. *Deos hominesque accusantem, in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum.* 36, 36, 2. *Quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia vovisset.* 37, 43, 9. *Fugientibus major pestis intermixtis quadrigis elephantisque et camelis erat,*

in Samnio, nec in Volscis, sed in Romano solo castra habere: si illos colles, quos cernitis, patriae vestrae esse, si hunc exercitum civium vestrorum: si me consulem vestrum, cujus ductu auspicioque priore anno bis
7 *legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis. Ego sum M. Valerius Corvus, milites, cujus vos nobilitatem beneficiis erga vos, non injuriis, sensistis; nullius superbae in vos legis, nullius crudelis senatusconsulti*

collega Cornelio, ut capp. praec. Livius narravit.

§. 7. *Ego sum M. Valerius Corvus, milites, cujus vos nobilitatem*] Vox *Corvus* deest in Gaertn. *Corvinus* habet Haverk. reliqui omnes *Corvus*. V. supra hoc cap. ad §. 3. Deinde voces *milites*, *cujus* culpa librarii deficiunt in Lovel. 1.

Nullius superbae in vos legis, nullius crudelis senatusconsulti auctor] *superbae contra vos legis* Hearnii Oxon. B. quod ex glossa natum videtur. Deinde *nullius crudelis senatusconsultus auctor* Voss. 2. et Lovel. 3. *ullius senatusconstus auctor* Gaertn. Sed v. ad 5, 13, 5. Recte Reliqui codd. vulgatum servant, nisi quod in quibusdam per notas sit *S. C. auctor*, in aliis *SIC*, quomodo est in Florent. Sed in eo facile vulgatae lectionis vestigia agnoscas. V. infra ad 22, 10, 1. Etiam vox *auctor* male exsulat a Gaertn.

In omnibus meis imperiis in me severior, quam in vos] *in omnibus nostris imperiis* Gaertner. Deinde *in me sevior* Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed facile *saevior* et *sev'ior* confundi potuerunt, praesertim seculo barbaro, quo diphthongus *ae* et litera *e* fere non distinguebantur. V. infra ad Epit. Liv. 57.

§. 8. *Ac si cui gens, si cui sua virtus, si cui etiam majestas*] Legendum *Ac si cui genus*, non *gens*. GELEN. *At si cui* Lovel. 1. 4. et Haverk. quod, si plures codices consentirent, non displiceret. Est enim oppositio eorum, quae Valerius de se verbis proxime praecedentibus praedicarat. Saepe verolibrarios voculas has *Ac* et *At* commutasse, supra vidimus ad 3, 61, 4. Deinde *gens* in uno tantum apud me est Harlej. 2. Reliqui omnes praeferunt *genus*. Sed saepius et haec vocabula in Mstis confundi solent. V. infra ad 34, 17, 6. Hinc *si cui et majestas* Voss. 2. V. ad 22, 47, 4. Alii codd. cum vulgato faciunt, nisi quod errore inmani librarii *scientiam*, pro *si cui etiam*, sit in Klock.

Si cui honores subdere spiritus potuerunt] *spiritus subdere* Gaertn. *subdere spem* Voss. 2. et Lovel. 3. V. supra ad 4, 54, 8. Deinde *potuerint* Haverk.

Iis eram natus, id specimen mei dederam] *his enim natus* Lovel. 1. *his eram natus* Haverk. *is eram natus* reliqui omnes codd. [Veith.] cum edd. Romanni 1472. et Parm. quomodo etiam ex conjectura legebat Doujatius. Fateor tamen, magis placere vulgatum *iis eram natus*. At cave, ne *iis* cum Doujatio

auctor; in omnibus meis imperiis in me severior, quam in vos. Ac si cui genus, si cui sua virtus, si cui et- 8
iam majestas, si cui honores subdere spiritus potuerunt; iis eram natus, id specimen mei dederam, ea aetate consulatum adeptus eram, ut potuerim, tres et viginti annos natus, consul Patribus quoque ferox esse, non solum plebi. Quod meum factum dictumve consulis gra- 9
vius, quam tribuni, audistis? eodem tenore duo insc-

eodem exponas genere, virtute, etc. Nascenti enim Valerio virtus, majestas, et honores tribui nequeunt. Intellige igitur *iis eram natus* scilicet parentibus, majoribus, adeoque eo genere. Nam ita Livius loqui solet *natus patre*, pro ex patre. V. ad Epit. Liv. 1. Saepe autem *i* simplex ac duplex commutantur, et passim simplex pro duplici scribi solet. Ita *subit* et *subiit* similiaque praesentia et praeterita tempora multorum verborum confunduntur. V. ad 36, 20, 3. etiam *regis* et *regiis*, aliaque hujus generis. V. ad 32, 6, 6. ipsa illa quoque *is* et *iis*. V. ad 3, 39, 8. Praeterea *ad specimen mei dederam* Lovel. 3. V. ad 21, 10, 12. et mox hoc cap. §. 14. *id specimen unde dederam* Gaertn. *id specimen dederam mei*, vocibus transpositis, Lovel. 5.

Tres et viginti annos natus, consul Patribus quoque ferox esse, non solum plebi] *tres et viginti natus annos* Lovel. 4. Deinde *consulibus Patribus quoque ferox esse* Lovel. 2. qui error ex non intellecto compendio scribendi *cons.* natus est. V. infra ad 10, 10, 2. *consul Patribus quoque felix esse* Harlej. 1. Sed voces *Patribus quoque ferox esse* neglegentia librarii desunt in Lovel. 5. Praeterea *nunc solum plebi* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed alibi etiam *nc̄*, id est *nunc*, et *nō*, id est *non*, inter se commutantur. V. infra ad 9, 7, 5. *non plebi solum* Leid. 2. et Lovel. 1. Paullo ante *consulatus adeptus eram*, pro *consulatum*, Leid. 2.

§. 9. *Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis*] Vox *meum* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. utroque, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Sed omissam puto ab nasutiore, qui non intelligebat construendi genus *meum factum consulis*, pro factum mei consulis; quod tamen et Livio et aliis optimis scriptoribus familiarissimum est. Supra 2, 8, 3. *Quas quum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset.* hoc lib. c. 38, 6. *Neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos versurum.* 8, 7, 7. *Nostro jam hinc duorum eventu cernatur.* 10, 16, 4. *Si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent.* (* 28, 28, 12.) 30, 20, 70. *Deos hominesque accusantem, in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum.* 36, 36, 2. *Quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia vovisset.* 37, 43, 9. *Fugientibus major pestis intermixtis quadrigis elephantisque et camelis erat,*

quentes consulatus gessi; eodem haec imperiosa dictatura geretur: ut neque in hos meos et patriae meae milites mitior, quam in vos, horreo dicere, hostes. Ergo vos prius in me strinxeritis ferrum, quam in vos ego. istinc signa canent, istinc clamor prius incipiet atque inpetus, si dimicandum est. Inducite in animum, quod

et sua ipsorum turba. 41, 23, 8. *Nostram ipsorum libertatem subrui et tentari patimur.* 44, 22, 11. *Qui de sua unius sententia omnia gerat.* 45, 21, 4. *De sua unius sententia rogationem ferret.* Terent. in Heaut. 1, 1, 76. *Tot mea solius solliciti sunt caussa.* Ovidius Epist. 5. Her. 45.

Et flesti, et nostros vidisti flentis ocellos.

ad quem locum v. Inl. N. Heinsium. Justin. 38, 7. *Quem sine cujusquam militum auxilio suamet unius opera viderint Cappadociam, caeso rege, cepisse.* Tot exemplis fretus hanc locutionem Livio etiam infra restituendam conjicio 33, 11, 5. *Nunc omnium expertes consiliorum esse; suo ipsius arbitrio cuncta agere.* ubi *suo ipsum arbitrio* vulgo editur. Eamdem etiam variis locis Ciceronis aliorumque, ubi librariorum culpa expulsa fuerat, revocare, et exemplis inlustrare conatus est Zinzerl. in Promuls. crit. c. 35. Adde, quae notavit Gronov. ad Senec. Epist. 92. Praeterea *auditis* Harlej. 1.

Eodem tenore duos insequentes consulatus gessi] Legendum ex Pall. melioribus binis MSS. *duo insequentes consulatus gessi.* Supra hoc lib. c. 19, 5. *Eo nec patricios ambo consules, nec comitiorum curam, publicave studia prae privatis incommodis plebs ad animum admittebat.* Pari opera emendo locum infra l. 8, 3. e MSS. codd. *Praetores tum duo Latini habebant, L. Annium Setinum et L. Numitium Circejensem, ambo ex coloniis Romanis.* l. 25, 4. e Pall. duobus, *Inferentes aprum duo juvenes secutus ipse cum expedito venatore,* reposui. Sit forte legendum l. 26, 13. *Ambo consules et duo consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt.* Nam expresse Pal. tert. *ambo.* l. 27, 40. Pall. *Duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romam.* Ibid. c. 30. Palat. pr. *Duo Narniensis equites in castra, quae in faucibus Umbriae opposita erant, venisse e proelio.* Ad hunc modum habent Pall. tres et antiqua editio l. 29, 30. *Ambo praeoptantes exilio modicam domi fortunam cir. ad sese perduxit.* l. 35, 22. *Consules, quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo in provincias placuit.* Libri quoque omnes habent l. 38, 58. *Et ad extremum ambo pro populo Romano morte occubuisse.* GEBH. *duo insequentes* hic legendum esse auctoritate duorum Pall. et Thuan. etiam Gronov. infra monet ad 35, 21, 5. eamque lectionem in contextum recepit. Et recte. Eamdem enim constanter praeferunt plures ex optimis ac bonitate proximis codd. Florent. Voss. 1. a m. 1. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Harl. 1. Bloch. et Fragm. Hav. Hearne etiam ex quinque Oxoniensibus non nisi N. et B. memorans, in quibus

non induxerunt patres avique vestri; non illi, qui in Sacrum montem secesserunt; non hi, qui postea Aventinum insederunt. Exspectate, dum vobis singulis, ut 12
olim Coriolano, matres conjugesque crinibus passis obviae ab urbe veniant. Tum Volscorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieverunt: vos, Romanus

duos insequentes consulatus invenerit, reliquos tres *duo* praeferre, indicare videtur. Plura infra v. ad d. l. Livii. Praeterea vox *consulatus* deficit in Leid. 1. quasi repetenda foret ex praecedenti *consulatum adeptus eram.*

Eodem haec imperiosa dictatura geretur] *geritur* Portug. a m. 1. *agetur* Lovel. 2. quomodo frequenter variant codd. scripti. V. ad 22, 28, 1.

Mitior, quam in vos, horreo dicere, hostes] *mitior sim, quam in vos* Lovel. 4. et ed. Parm. *militio*, pro *mitior*, Harlej. 1. Tum *quam in nos* Gaertn. Voces autem *horreo dicere, hostes. Ergo vos prius in me strinxeritis ferrum, quam in vos* neglegentia scribae desunt in Leid. 2. Eum autem in errorem abduxit repetitio vocum *quam in vos.* V. ad 9, 11, 11.

§. 10. *Istinc signa canent*] Haec verba deerant in antiquioribus plerisque edd. Prima earum, quas vidi, ea restituit Parm. deinde Mediol. anni 1505. tum Ascens. annorum 1513. et 1516. atque hinc tantum non omnes reliquae.

§. 11. *Inducite in animum, quod non induxerunt patres avique vestri*] Vox *inducite* socordia librarii exsulat a Voss. 2. Idem cod. etiam praefert *quod non duxerunt*, in quo consentientem habet Lovel. 3. Sed *inducere* legit Gaertn. Deinde *avique nostri* Voss. 2. Sed *vestri* servandum est. Plebeji enim fuerunt, qui in montem sacrum et in Aventinum secesserunt; non itaque patres et avi Valerii dictatoris, qui patricius erat.

In Sacrum montem] In Sacrum montem secessio facta pro libertate plebis, et in Aventinum pro pudicitia. Liv. 2, [32.] et 3, [50.] SIG. V. etiam Florum 1, 23. et 24. Perperam autem mox *postea in Aventinum insederunt* Haverk. *postea Aventinum insederunt agrum* Lovel. 2. Trajectis vocabulis *Aventinum postea insederunt* est in Gaertn.

Matres conjugesque crinibus passis obviae ab urbe veniant] Affirmant hanc lectionem editiones binae vetustissimae: quippe Pall. tres *crinibus sparsis.* l. 1, 13. GEBH. *crinibus sparsis* etiam Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 5. Port. Gaertn. et Haverk. Similiter quoque Pierius in cod. antiquo olim invenit, ut monuit ad Virgil. 1. Aen. 480. eamque pro lectionis alterius periphrasi habere videtur. Et recte. *crines* enim *passi* supplicibus ac lugentibus, *sparsi* furore divino correptis tribui solent. V. supra ad 1, 13, 1. *passis* etiam constanter superest in plerisque optimis. Praeterea *ab urbe veniunt* Leid. 1. Paullo ante *Non exspectate*, addita negandi particula, legit Gaertn. *Exspectare* Lovel. 2.

§. 12. *Volscorum legiones*,

13 *exercitus, ne destiteritis inpio bello? T. Quincti, quocumque istic loco, seu volens, seu invitus, constitisti, si dimicandum erit, tum tu in novissimos te recipito: fugeris etiam honestius, tergumque civi dederis, quam pugnaveris contra*
14 *patriam. Nunc ad pacificandum bene atque honeste inter primos stabis, et conloquii hujus salutaris interpres*

quia Romanum habebant ducem, quieverunt] *legionesque* Haverk. V. ad 5, 29, 3. *legiones, q. Romanum habebant ducem* Lovel. 2. V. infra ad 38, 36, 4. Praeterea *quiverunt* Leid. 1.

Vos, Romanus exercitus, non destiteritis inpio bello] *vos vero, Romanus exercitus* Lovel. 5. Portug. et Haverk. Sed esse solet haec particula ex numero eorum, quibus scribae passim verba Livii, quum eorum judicio corrupto male cohaerere viderentur, connectere soliti sunt. V. ad 21, 13, 2. *vos, Romani exercitus* Florent. a m. 2. quasi *vos* jungi non posset singulari *Romanus exercitus*, quum tamen *exercitus* sit conlectivum ex pluribus militibus constans, unde etiam cum plurali construitur. V. ad 3, 28. 2. Et ita *vos* voci singulari, sed quae conlective intelligenda est, alibi jungi solet. Silius 3, 287.

Vos quoque desertis in castra mapalibus itis,
Misceri gregibus Gaetulia sueta ferarum.

quomodo ibi ex Colon. cod. legendum Heinsius docuit. *Gaetulia* vero ibi est incolae regionis Gaetuliae. Praeterea *ne destiteritis* Florent. Voss. duo, Lovel. quinque, Leid. 2. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. quod, tot codicibus volentibus, in contextum recepi.

§. 13. *Quocumque istic loco, seu volens, seu invitus, constitisti*] *quoque istic loco* Lovel. 2. [*quousque isthic* Veith.] Tum *constituisti* Haverk. Alibi saepe *constiti* et *constitui* commutantur. V. infra ad 27, 16, 11. *constiti* est in Voss. 2. et Lovel. 3.

Fugeris etiam honestius, tergumque civi dederis, quam pugnaveris contra patriam] *fugens etiam* Lovel. 3. literis *r* et *i* perperam in *n* ob ductuum similitudinem coalescentibus. V. ad 3, 30, 3. In similem codicem incidens librarius Voss. 2. ejus loco dedit *fugiens*. Cavendum itaque, ne hac lectione abrepti Livium scripsisse credamus *fugiens etiam honestius tergum civi dederis*. Reliqui enim codices *fugeris* legunt, omnes omnino *tergumque* tuentur, nisi quod in uno tantum desit Lovel. 2. Praeterea *cui dederis* Leid. 1. Florent. Lovel. 3. et Gaertn. *tui dederis* Voss. 2. Tum voces *quam pugnaveris* exsulant a Lovel. 5. Denique *intra patriam* Gaertn. V. ad 8, 13, 7. Scriptum forte fuerat *itra*, quod ab *ttra* parum differt. V. ad 10, 5, 11.

§. 14. *Ad pacificandum bene atque honeste inter primos stabis*] *id pacificando* Lovel. 2. ad et *id* commutari, modo vidimus hoc cap. ad §. 8. Tum *inter primos*

fueris. Postulate aequa, et ferte: quamquam vel iniquis standum est potius, quam inpias inter nos conseramus manus. T. Quinctius plenus lacrimarum, ad 15
suos versus, *Me quoque*, inquit, *milites, si quis usus mei est, meliorem pacis, quam belli, habetis ducem. Non enim illa modo Volscus aut Samnis, sed* 16

stabilis Harlej. 1. Mox *int' pres*, pro *interpres*, Haverk. quasi vellet *inter patres*, nullo sensu.

Postulate aequa et ferte] *Postulare aequa* Lovel. 4. *Postulate aeque* Gaertn. *Postulat ea equa* male divisis vocibus Florent. Supra 3, 53, 6. *Adeo aequa postulastis, ut ultro vobis deferenda fuerint.* Deinde *et conferre* Lovel. 4. *et conferte* Neapol. Latinii. Male. *ferre* enim hic est offerre, sive, ut Doujatius exponit, proponere. Supra 4. 10, 2. *Victis conditiones accipiendas esse, non ferendas, respondit.* 10, 19, 8. *Postremo conditionem ferre, quae decretura sit, non orator, sed imperator, uter sit melior.* Epit. Liv. 8. *Missis legatis ad senatum conditionem tulerunt.* Plaut. in Menaechm. 4, 2, 24. *Conditiones tetuli tortas, confragosas.* Eo sensu *ferre judicem* supra dixit 3, 24, 5. *Ni ita esset, multi ferebant Volscio judices.* ubi vide. Alia de verbo *ferre*, pro offerre, infra dicentur ad 34, 59, 2.

Quamquam vel iniquis standum est potius] Id est, vel quantumvis iniqua conditio accipienda est. SIG. Id est, quamvis vel iniqua, quae forsitan postulabitis ac feretis, probanda sunt. *Stare inquis*, ut *stare fama rerum* 7, 6, 6. *stare foedere* 21, 10, 4. quibus locis alia vide. *iniquius* praefert Lovel. 5. a m. 2. Verbum autem *est* deficit in Harlej. 2. et omnibus, quas vidi, edd. ante Froben. anni 1535.

Inpias inter nos conseramus manus] *conferamus* Haverk. quae voces saepissime commutantur. V. supra ad 3, 17, 10. Utrumque in usu fuit, *conserere* et *conferre manus.* V. supra ad 6, 42, 5. Vulgatum itaque, quod reliqui codices tuentur, praeferendum puto.

§. 15. *Si quis usus mei est, meliorem pacis, quam belli habetis ducem*] *mei usus est* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Idem etiam voluit librarius Leid. 1. qui tamen non recte divisis vocibus dedit *me iussus.* Deinde *meliorem pacem, quam belli habetis duces* idem Leid. 1. *meliore pacis* Gaertn. Tum *habebitis* Leid. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. Paullo ante *Me quoque, inquit ad milites* Florent.

§. 16. *Non enim illa modo Volscus aut Samnis*] *To modo* non adparet in Portug. Tum *Volscis aut Samnis* Haverk. *Volscus aut Samnius* Fragm. Hav. Mox *noster consul, noster imperator* Lovel. 5. et Gaertn. V. supra hoc cap. ad §. 4.

Cujus auspicia pro vobis experti nolite adversus vos velle experiri] *pro nobis* Gaertn. Sed ita etiam, *adversus nos* legen-

Romanus, verba fecit; vester consul, vester imperator, milites: cujus auspicia pro vobis experti nolite adversus
17 *vos velle experiri. Qui pugnarent vobiscum infestius, et alios duces senatus habuit: qui maxime vobis, suis militibus, parceret, cui plurimum vos imperatori ve-*
18 *stro crederitis, eum elegit. Pacem, etiam qui vincere possunt, volunt. quid nos velle oportet? quin, omissis ira et spe, fallacibus auctoribus, nos ipsos nostraque omnia cognitae permittimus fidei?*

dum foret. V. paullo ante ad verba praeced. Deinde *expetit* Harlej. 2. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, Venet. anni 1495. ac quaedam aliae. *expertae* Leid. 1. *experta* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et edd. Mediol. anni 1495. et 1505. Venet. anni 1495. Ascensii anni 1513. ac 1516. atque non nullae aliae. quod, si plures graviorisque auctoritatis codices firmarent, placere posset, quia alibi etiam Livius participio *expertus* passive usus est. Supra 5, 54, 6. *Quae (malum) ratio est, expertis alia experiri.* ubi vide. Sed reliqui codd. constanter *experti*; neque aliter edd. Rom. anni 1472. et Parm. quod etiam Aldus revocavit. Id itaque praefero. Praeterea *nolite, nolite adversus vos velle experiri* Leid. 1. In qua repetitione verbi *nolite* eadem emphasis esse potest, quam in simili observavit Cel. Jac. Gronovius infra 9, 9, 1. *Dedite interea, dedite, inquit, nos profanos.* ubi alia vide. Uni tamen codici, quamvis inter optimos non minimo, hoc loco vix credere audeo. Insuper *adversus velle experiri*, pronomine *nos* omisso, Voss. 2.

§. 17. *Qui pugnarent vobiscum infestius, et alios duces senatus habuit*] *Qui pugnaverint* Harlej. 2. *Qui pugnarent vobiscum infestius contra alios duces senatus, hunc, qui maxime* etc. Lovel. 2.

Qui maxime suis militibus placeret] Sincera lectio, *qui maxime vobis, suis militibus, parceret.* GELEN. *parceret* omnes etiam scripti mei. Iidem etiam interponunt *vobis*, excepto Lovel. 4. et Harlej. 2. in quorum priori non tantum deest pronomen, sed et *pareret*, pro *parceret*, obvium fuit.

Cui plurimum vos imperatori vestro crederetis, eum elegit] *Tò vos* non adparet in Harlej. 3. Portug. et Haverk. Deinde *crederitis* Voss. 2. Lovel. 3. et ed. Tarvis. prior. *credideritis* Lovel. 5. Portug. et Haverk. Praeterea *elegit eum*, trajectis vocibus, Florent.

§. 18. *Quid nos velle oportet*] *φ nos velle*, id est *quod*, Gaertn. V. infra ad 38, 10, 1. Sed si hic sensus fuisset, potius Livius dicturus videtur *quam nos velle.* Ad haec *quid vos velle* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. Haverk. Hearnii Oxonienses, et editi, quos vidi, usque ad Aldum, cum quo reliqui sentiunt.

Quin, etc. *nos ipsos nostraque omnia cognitae permittimus fidei*] *qui*, pro *quin*, Leid.

XLI. Adprobantibus clamore cunctis, T. Quin- 1
ctius, ante signa progressus, in poteſtate dicta-
toris milites fore dixit: oravit, ut caussam miſero-
rum civium susciperet: susceptamque eadem fide,
qua rempublicam adminiſtrare solitus esset, tuere-
tur. *Sibi se privatim nihil cavere: nolle alibi, quam* 2
in innocentia, spem habere. Militibus cavendum, quod
apud Patres semel plebi, iterum legionibus cautum sit,
ne fraudi secessio esset. Quinctio conlaudato, ceteris 3

2. *quando* Lovel. 3. Deinde *vos ipsos nostraque omnia* Portug. *nos ipsos vestraque omnia* Gaertner. Hinc *quin permittamus* Lovel. 5. Haverk. et Hearnii Oxon. B. N. C. [Veith.] Non sequor. Supra 1, 57, 7. *Quin, si vigor juventae inest, conscendimus equos, invisimusque praesentes nostrarum ingenia.* Ad quem locum plura exempla ex Livio notavimus.

§. 1. *Adprobantibus clamore cunctis*] *multis* edd. principes usque ad Mediol. anni 1505. quae prima *cunctis* dedit; ex ea deinde id Asceus. anno 1513. et 1516. in margine, Aldus vero et poſtea reliqui in contextu oſtentarunt. Neque aliter in omnibus scriptis inveni. Mox *fore milites dixit* Lovel. 4.

Oravit, ut caussam miserorum civium susciperet] Vet. lib. *oravitque, ut caussam.* SIG. *oravitque* Sigonius. Noſtri, ut prius vulgabatur, *oravit, ut caussam.* Videtur legendum, *orare, ut caussam.* Nempe eosdem milites. J. FR. GRON. Pauciſſimi tantum sunt meorum codd. qui Sigoniano consentiunt, neque alii, quam Portug. et Haverk. At contra suos omnes eidem favere Hearnius monuit. Ceterum *curavit, ut caussam* Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 1. a m. 1. et Harlej. 1. Conjectura Gronovii non displicet. Sed vellem codd. auctoritas accederet, ut in contextum etiam recipi poſſet.

Susceptamque eadem fide, qua rempublicam administrare solitus esset, tueretur] *suspectamque eadem fide* transpositis literis Leid. 1. V. infra ad 29, 6, 12. *susceptamque eamdem fide* Lovel. 2. Tum *quam rempublicam* Lovel. 1. Hinc *ministrare* Voſſ. 2. Denique *solitus erat* Leid. 2.

§. 2. *Nolle alibi, quam in innocentia, spem habere*] *quam in innocentiam* Flor. et Fragm. Hav. *quam innocentia* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Portug. Sed praepositio vel intercepta est a litera ultima vocis proximae, de quo infra v. ad 10, 13, 3. vel a prima syllaba vocis sequentis, de quo agetur ad 8, 33, 6.

Semel plebi, iterum legionibus cautum sit, ne fraudi secessio esset] *semel plebis* Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *semel plebis est* Voſſ. 2. Deinde *fraudi secessi esset* Lovel. 1. sed *esset* deficit in Lovel. 3.

§. 3. *Quinctio conlaudato*]

bonum animum habere jussis, dictator, equo citato ad urbem revectus, auctoribus Patribus, tulit ad populum in luco Petelino, ne cui militum fraudi secessio

Quinctio laudato Leid. 1. Fragm. Hav. a m. 1. et ed. Mediol. anni 1505. *conlaudari* sive de uno dici, qui plures, sive de pluribus, qui unum laudant, supra vidimus ad 7, 11, 9. hic vero usurpatur de uno dictatore Valerio, qui unum etiam Quinctium laudat. Ita 8, 25, 13. *Conlaudatus ab imperatore tria millia militum accepit.* 35, 11, 6. *Conlaudatum eum consul spe praemiorum onerat.* unus Gnatho *conlaudat* Thrasonem apud Terent. in Eun. 5, 9, 59.

— — *postquam eis mores ostendi tuos,*
Et conlaudavi secundum facta et virtutes tuas.

In Adelph. 3, 4, 4.

— — — *conlaudavit filium:*
Mihi, qui id dedissem consilii, gratias egit.

Dictator, equo citato ad urbem revectus] Pall. duo, pr. ac tert. *dictator citato ad urbem directus.* Sed *dirigere* eo significatu Livii aetate non in usu erat. De eo aliquid notavi in Crepundiis 3, 21. GEBH. *dictatorē quo citato* Florent. *dictatorque equo citato* Fragm. Hav. a m. 1. *dictator citato*, media voce omissa, Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 3, 23, 3. Sed *equo citato*, ut reliqui servant, genuinum puto. Supra 1, 27, 7. *Eques citato equo nunciat regi.* c. 57, 8. *Citatis equis advolant Romam.* 2, 47, 3. *In eam partem citato equo advectus.* 26, 15, 8. *Inde citato equo Cales percurrit.* (*30, 12, 10.) 34, 20, 8. *Equo citato subter murum hostium ad cohortes advehitur.* et alibi. Silius Ital. 10, 248.

Tum vero incumbunt Libyes super, ipse citato
Ductor equo, qua flatus agit, qua pervius ensis.

l. 11, 407.

Ac ponat ritus vescendi, ipse citato
Dum residet sub casside equi.

vers. 526.

— — *vidi, quum Varro citato*
Auferretur equo, projectis degener armis.

Deinde *ad urbem directus* Lovel. 3. quod rejicienti Gebhardo adsentior. *ad urbem reversus* Lovel. 4. Sed alibi etiam hoc vocabula in membranis confundi solent. Ita 3, 70, 6. ubi etiam locutionem *revehi equo* inluṡravi. (*37, 24, 9.) Adde infra 34, 15, 3. *Ipse ad secundam legionem, quae in subsidio posita erat, equo revehitur.* Ita Moguntinus cod. et ex eo Aldus. Priores vocem *equo* similiter, ut hoc loco, omiserant; quae eadem etiam in codd. scriptis aliis non adparebat.

Tulit ad populum in luco Petilino] 6, [20, 11.] *Petelinum lucum* appellavit. Plutarchus etiam in Camillo [p. 148.] Πετελίνου ἄλσος. apud Varronem de lingua Latina l. 4. [p. 15.] est *Petilius*, pro *Petelinus*, per mendum. SIG. *in luco Petillini* Florent. Voss. duo, Leid. 1. et Lovel. 3. ac 5. *in luco Petullini* Lovel. 1. *in luco Pelletini* Lovel. 2. *in luco Petellini* Bat-

ſſet. Oravit etiam bona venia Quirites, ne quis
am rem joco seriove cuiquam exprobraret. Lex 4
quoque sacrata militaris lata est, ne cujus militis

cj. 1. *in luco Petelini* Harlej. 2. *n luco Petilini* Leid. 1. Lovel. . Haverk. et Fragm. Hav. *in oco Petillini* Gaertn. et edd. riores. Sed alibi saepe *locus* t *lucus* commutantur. V. ad 21, 8, 4. *in luco Petillini* deinde ubſtitutum est in Veneta anni 1495. *in luco Petellini* in Ascens. *in luco Petilino* in Froben. anni 1531. quod in uno apud me superest Portug. et ab eo, qui primus ita emendavit, desumtum videtur ex 6, 20, 11. Verum si lucus hic ab aliquo ex gente Poetelia nomen accepit, quod verisimile esse ibidem dixi, non casu patrio *Poetelini*, ut habent hic tantum non omnes codices, sed *Poetelino* legendum erit.

Ne cui militum fraudi secessio esset] *superanti*, pro *fraudi*, Voſſ. 2. et Lovel. 3. *fraudis* Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed ultima litera fini vocis adhaesit ex principio sequentis. V. infra ad 28, 25, 2. *ne cui militum seditio fraudi esset* Lovel. 4.

Oravit etiam bona venia Quirites] Sic supra 6, [40, 10.] *Puta me ex media concione unum civem succlamare: Bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse.* SIG. Terent. in Phorm. 2, 3, 31.

Adolescens primum abs te hoc bona venia peto.

cum bona venia Livius etiam infra dixit 29, 17, 6. *Cum bona venia, quaeso, audiatis, Patres conscripti, id quod invitus dicam.* Quomodo etiam *cum bona pace* saepius Livius dixit. V. quae infra notantur ad 28, 37, 4. Deinde *oravit enim* Portug. solito scribarum errore. V. ad 36, 41, 3.

Ne quis eam rem joco seriove cuiquam exprobraret] *joco serione* Gaertn. *joco se novae* Lovel. 3. ubi non tantum voces indocte diſtinctae, et diphthongus *ae* pro simplici *e* scripta, sed et literae *ri* in *n* coaluere, ut saepe alibi factum est. V. ad 3, 30, 3. Deinde *exprobaret* ex minus diſtincta verba praeeuntis pronunciatione Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1.

§. 4. *Lex quoque sacrata militaris lata est*] Hanc legem cum nuper Jurisperitus inter caeteras Romanas leges edito de his libro allegaſſet, ne uno quidem verbo dignatus est eam explicare, cum ex proposito id in plerisque aliis legibus feciſſet. Nos id non agimus. Admonendus tamen est lector, ut consideret, quare id noluerint milites, videlicet haud dubiam infamiam denotante hac deletione. GLAR. *est lata* Gaertn. Verum τὸ *est* deficit in Portug. et Haverk. Mox *ne cui militis scripti nomen* Haverk. *ne cui militi scripti nomen* Leid. 2. Sed ultima litera τοῦ *militis* intercepta est a prima sequentis vocis. V. infra ad 37, 29, 5. In eodem etiam Leid. 2. vox *nomen* non adparet. Praeterea *deberetur*, pro *deleretur*, Fragm. Hav. a m. 1. *dederetur* Lovel. 4. quomodo etiam peccabatur a librariis supra hoc lib. c. 35, 5.

scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur. additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuiſſet,
5 poſtea ordinum ductor eſſet. Id propter P. Salonium poſtulatum est ab conjuratis; qui alternis pro-

Ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset] Hoc cum additur, *Tribuni* nomen honoris fuiſſe exiſtimo, at *ductoris ordinum* officii. Sed de hoc attigimus nonnihil 2, [27, 6.] ubi de primipilo M. Lectorio diximus. GLAR. Paullo ante *addictumque legi* Leid. 2. V. supra ad 6, 15, 9. *additum legi*, omissa copula, Lovel. 2.

§. 5. *Sed id propter Salonium postulatum est ab conjuratis*] *Sed* redundat. GELEN. *Sed id propter* servant Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 5. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses; primusque editorum id Aldus admiserat, quum ab antiquioribus excusis et reliquis scriptis exsularet. Non male. Videtur enim repetitum eſſe ex proxime praecedentis vocis syllaba finali, quemadmodum etiam interdum alibi peccarunt librarii. V. supra hoc lib. c. 6, 7. *Pro id propter* habet Klock. Deinde *P. Salarium* Lovel. 5. a m. 1. *P. Salanium* Portug. et Hearnii Oxon. B. non tantum hic, sed et bis infra §. 7. ubi in Lovel. 5. *Solonius* vocatur, reliquis recte tribus illis locis vulgatum tuentibus, nisi quod *Salonum* sit hic in Lovel. 4. Tandem *a conjuratis* idem Lovel. 4. cum Gaertn. et Fragm. Hav. ut et editis ante Aldum.

Et tribunus militum, et primus centurio erat, quem nunc primipilum adpellant] Melius in vetuſtis codicibus legitur *primi pili*, quam in vulgatis codicibus *primipilum*. GELEN. Primum *et* deficit in Leid. 2. Voſſ. 1. et Lovel. 1. Sed v. ad 2, 44, 3. *tribunus militum etiam centurio erat* Gaertn. *To erat* non adparet in Leid. 2. Deinde *primipilum* tantum inveni in Leid. 2. Lov. 2. 4. et Harlej. 2. Hearnius etiam in uno Oxon. C. *primumpili* in Harlej. 1. Reliqui recte *primi pili*. V. supra ad 2, 27, 6.

§. 6. *Quod semper adversatus novis consiliis fuisset*] Voces *adversatus* et *fuisset* deficiunt in Lovel. 2. *novis consiliis aversatus* praefert Leid. 2. Verum ita *nova consilia* dicendum fuiſſet. Eſt itaque error librarii, voces *aversari* et *adversari* confundentis, ut etiam alibi factum eſt. V. ad 4, 12, 8 et mox hoc cap. ad §. 8. *adversarius novis consiliis fuisset* Lovel. 4. quod eodem modo dictum foret, quo *amicus populo Romano*, *hostis Patribus*, *inimicus imperatori*, et similia plura dicuntur, de quibus infra v. ad 39, 47, 11. Sed et hoc potius erranti librario adscribo. Similiter enim etiam alibi in Mſtis peccatur. V. supra ad 6, 40, 3.

Et ne particeps eorum esset, qui ab Lautulis fugissent] Obscurus est sensus, quem equidem hercle non intelligo. Haud dubie dicere vult, eum cum illis conjurare noluiſſe, ideoque illos nolle eum in futurum suum eſſe primum centurionem. Caeterum Lautularum antea mentio habita: at de fuga ab Lautulis nihil prorsus. Ego locum mutilum puto, ac illud *et* ante *ne*

pe annis et tribunus militum, et primus centurio erat, quem nunc primi pili adpellant. Huic infensi 6 milites erant, quod semper adversatus novis consiliis fuisset, et ne particeps eorum esset, qui ab Lautulis

tollendum esse. GLAR. Vet. lib. *nec particeps eorum esset.* placet. SIG. Ab Sigonio est *nec particeps*, qui vulnus vulnere aggravavit. MSS. et prius editi: *et ne particeps.* Qui sunt autem, qui fugerunt ab Lautulis? Adolevisse et prorupisse conjurationem per illos, qui substitissent ibi, aliosque ab consule missos excepissent, cognovimus. Si qui aufugerant, recte fecerant, quorum consilii ac fugae qui participes esse noluerunt, videntur sensisse cum conspiratis, neque illis odio esse posse. Licet opinari, Salonium ipsum exceptum cum aliis, quod tum quoque flagitium illud improbaret, ab tumultuantibus fuga se subduxisse, eosque habuisse offensos. Scripsit Livius: *quod semper adversatus novis consiliis fuisset, et, ne particeps eorum esset, ab Lautulis fugisset.* Hoc etiam me monuit Alb. Rubenius. J. FR. GRON. *nec particeps eorum esset*, ut Sigonius in vet. lib. invenit, praeferunt soli apud me Portug. et Haverk. apud Hearnium vero Oxon. L. 2. et C. *et particeps eorum esset* Lovel. 2. et ejusdem Hearnii B. qui illud forsan rectius esse judicavit. Et sane eo sensu fere est apud Terent. in Heaut. 1, 1, 98.

Nisi ubi ille huc salvus redierit meus particeps.

Id tamen huic lectioni obstat, quod res quidem casu secundo, sed persona plerumque casu tertio exprimi soleat. V. loca laudata Gronovio ad Senec. Herc. Fur. 369. Reliqui codd. vulgatam ante Sigonium lectionem probant. Si quis Glareani *et* ante *ne* tollentis conjecturam veram putat, voculam illam ex ultimis literis praecedentis *fuisset* repetitam existimare poterit; quod alibi non raro factum est. V. infra ad 39, 18, 8. Verum illam minus adhuc, quam Hearnii emendationem probo. Displicet enim non modo propter illud, propter quod sententia Hearnii, sed etiam propter rationem, quam huc adtulit Gronovius. Accedit, *ne particeps eorum esset, qui ab Lautulis fugissent*, considerari non posse, tamquam legitimam caussam, *cur novis consiliis adversatus fuisset.* Quum enim, hac lectione recepta, per hos qui ab Lautulis fugerunt, intelligendi sint auctores novorum consiliorum, qui nova consilia probarunt, Livius diceret, adversatus est novis consiliis, ne cum aliis nova consilia probaret, ne particeps esset eorum, qui nova consilia probabant. Voces *qui ab Lautulis fugissent* desunt in Voss. 2. quibus deletis posset probari Sigonii lectio, *quod semper adversatus novis consiliis fuisset, nec particeps eorum esset.* Sed neque illud verum judico. Posset etiam legi *quod, semper adversatus novis consiliis, ne particeps eorum esset, ab Lautulis fugisset.* Certe *fuisset* in uno deesse antea vidimus. Huic tamen conjecturae illa Gronovii praestat, quod minus a vulgato recedat, et sensus eodem redeat. Nihilominus, ut de vera lectione constet, codices

7 fugiſſent. Itaque quum hoc unum propter
nium ab senatu non inpetraretur; tum Sa
obteſtatus Patres conscriptos, ne suum ho
pluris, quam concordiam civitatis, aeſtim

integriores exspectandos censeo. Interim, ejecta Sigonii lectione, eam, quae antea obtinebat, reduxi.

§. 7. *Obtestatus Patres conscriptos, ne suum honorem pluris, quam concordiam civitatis, aestimarent*] *obstinatus Patres conscriptos* Haverk. *obtestatus Patribus conscriptis* Voſſ. 2. Lovel. 3. et Gaertner. quem errorem iterum inde ortum puto, quod per literas singulares scriptum fuerit *obtestatus P. C.* quae quomodo reddendae forent, indocti librarii non intelligebant. V. ad 10, 10, 2. Deinde *plus*, *quam concordiam* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ut *plus* adverbialiter sumatur pro magis. Sed alterum eſt elegantius. Insuper *estimarent* Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Paullo ante *imperaretur*, pro *impetraretur*, Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. solito scribarum errore. V. infra ad 9, 30, 10. *imperatore* Gaertn. Similis ferme locus, quod ad sensum adtinet, supra est 4, 44, 9. *Nec senatui tanti se civem aut quemquam alium debere esse, ut in parcendo uni malum publicum fiat.* ubi illud *tanti* hic etiam *pluris* firmat.

§. 8. *Ut de stipendio equitum (merebant autem triplex ea tempestate) aera demerentur*] Lego *aera diruerentur*, quomodo video Mſto jam confirmari. V. Feſtum in *Dirutum*. et Nonium in *Aere diruti*. HLOCK. R
tempestate, non sua et
rum aetate. Dilucide hoc
divit Schelius in Dissert.
lybium c. 4. Vidit etiam a
Lipsius 5. de Milit. Rom.
16. sed quasi per neb
DUK. *et de stipendio* Lo
V. ad 21, 28, 8. *ut nec d*
pendio Leid. 2. Cl. Jac. G
vius edidit *ut stipendio*
tum etc. *aera demerentur*
demque lectionem serva
pera editio Amſtelaed. Se
positionem *de* servant om
bri. Et ita Livius loqui
pra 3, 33, 10. *Ut demtu*
magistratus populi l
adjiceret. Horat. 1. od

Nec partem solido
de die
Spernit.

Ovid. Epist. 18. Her. 1

Deque tuis demtos
mihi tradis amic

ubi v. Cel. Burmann. C
positione *ex* conſtrui
infra 34, 54, 5. *Demtu*
gnitate populi, quidqui
stati Patrum adjectu
ubi vide. Deinde *mer*
tem triplex ea tempes
est *merebatur*, Lovel.
varietate. V. ad 38, 40.
rebant ut autem tri
tempestate Leid. 1. *m*
autem ut triplex ea te
Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel.
Fragm. Hav. a m. 1. I
ut repetitum eſſe potu

erpulit, ut id quoque ferretur. Aeque inpotens 8
oſtulatum fuit, ut de stipendio equitum (merebant
utem triplex ea tempeſtate) aera demerentur, quod
dversati conjurationi fuiſſent.

XLII. Praeter haec invenio apud quosdam, L. 1

is literis vocis praecedentis *merebant:* quale exemplum etiam supra habuimus ad 6, 3, 3. infra 9, 34, 25. in his *vero* ea particula nata forsitan est vocis sequentis *triplex* nota et deinde utrumque *ut* et vel *triplex* simul in contextum receptum fuit. *merebant autem triplex ea aestate aes* haertn. et Haverk. Similiter et legit Lovel. 2. sed in eo vox aequens *aera* omittitur. At τὸ pro librarii gloſſémate habendum est. *triplex*, nempe *stipendium*, quod modo praecessit. Supra 5, 12, 12. *Tribunus militum priore anno fuerat, triplexque stipendium equitibus dederat.* Intellige vero triplex ejus, quod pedites accipiebant. V. Lipsium 5. de Milit. Rom. Dial. 16. Vox *autem* deficit in Leid. 2. Alibi saepe eamdem particulam librarii interponere soliti fuerunt. V. ad 21, 40, 11. Hic tamen cum reliquis codd. servanda est. Infra 28, 24, 4. *Concitatis popularibus (Lacetani autem erant) et juventute Celtiberorum excita.* Tandem de locutione *dirutus aere* v. Lipsium 5. de milit. Rom. Dial. 13. et Manut. ad Cic. 5. in Verr. 13. Klockii tamen conjecturam non probo. Antiqui enim scriptores potius militem *aere dirui*, quam *aes dirui*, dixerunt, ut ex locis, quae viri docti modo memorati adduxerunt, conſtat; quamvis non ignorem, apud Feſt. L. 1. ubi locutio haec exponitur, dici, *quod aes diruebatur in fiscum.* Praeterea *aere dirutus* miles secundum Fest. ibid. dicebatur, *cui stipendium ignominiae caussa non erat datum.* hic vero non *ignominiae caussa*, sed ut lucrum minueretur, de stipendio equitum demtum pedites volebant. Praeterea cod. quem Klockius consuluit, non legebat *diruerentur*, sed, ut sua manu ex eo excerpsit, *deruerentur.* in qua scriptura nihil aliud commiſſum, quam quod litera *m* in literas *ru* diſſoluta, eaque ratione ex *demerentur* factum sit *deruerentur.* Solent autem paſſim literae *m* et *ru* in Mſtis commutari. V. ad 9, 14, 9.

Quod adversati conjurationi fuissent] *qui aversati* Lovel. 2. V. ad 37, 35, 3. *quod aversati* Leid. 1. et Gaertn. *quod adversarii conjurationis fuissent* Lovel. 4. V. supra hoc cap. §. 6.

§. 1. *Praeter haec invenio apud quosdam, L. Genucium*] *Praeter hoc* Voſſ. 2. et Fragm. Hav. *Praeter h'* ambigue Lovel. 3. Deinde *L. Henucium* Gaertn. *L. Gemitium* Lovel. 3. et Fragm. Hav. *L. Gemicium* Haverk. *L. Genutium* Lovel. 2. 4. et Leid. 1. Sed supra v. ad 2, 52, 3.

Tribunum plebis tulisse ad populum] *tulisse ad plebem* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. et Hear-

que liceret consules ambos plebej
si omnia concessa sunt plebi, adp
3 vas vires defectionem habuiſſe. Alii

nii Oxon. N. Sed, reliquis editam lectionem propugnantibus, eam non mutandam censeo. Saepe enim *populus* pro illa parte populi, quae Romae proprie *plebs* dicebatur, et ad quam ferendi potestas tribunis competebat, poni solet. Infra 10, 13, 9. *Tribunique plebis nihil id inpedimenti futurum ajebant, se ad populum laturos, uti legibus solveretur.* 3, 9, 5. *Legem se* (C. Terentillum Arsam tribunum plebis) *promulgaturum, ut quinque viri creentur legibus de imperio consulari scribendis. Quod populus in se jus dederit, eo consulem usurum.* Martial. 8. Epigr. 50.

Vescitur omnis eques tecum, populusque, Patresque.

Et ita saepius ipse aliique.

Ne foenerare liceret] *foenerari* Lovel. 4. 5. Portug. a m. 1. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. atque ita hunc locum laudat Salmas. de modo Usur. c. 7. p. 292. quum tamen alterum in om-

ret, vulgat
Non enim
pulum tuli
nore accip
nore dare
pius foene
pecuniam
tati fuiſſe
qui foenori
grammatic
ac *foenera*
pari, docu
c. 1. V. e
Liv. 74. Ut
sensus erit
dictum fui
ne quis foe
tem pleriq
vulgatum s
ctione disc
mam cauſſa
§. 2. *Ne*
uno anno
gistratus
Gaertn. *ne*
Voſſ. 1. Lei
tug. Haver
Hearnii Ox
rum omne
cum vulgat

litum est, neque dictatorem Valerium dictum, sed
per consules omnem rem actam: neque, antequam
Romam veniretur, sed Romae, eam multitudinem
conjuratorum ad arma consternatam esse; nec in 4
T. Quinctii villam, sed in aedes C. Manlii, nocte
impetum factum, eumque a conjuratis comprehen-
sum, ut dux fieret: inde et quartum lapidem pro-

Utique liceret consules am- plebejos creari] *utque lice-* Leid. 2. Sed *utique* hic poni- pro *et uti*. V. ad 3, 30, 7. *uti* em saepe usurpatur pro *ut*, quo etiam frequenter in is commutatur. V. infra ad 46, 10. Voces *utique liceret* alant ab Gaertn. quemadmo- etiam *plebejos* ab Harlej. Paullo post *appareret*, pro *paret*, Haverk. cujus libra- *appar'et* scriptum se vidis- credidit. V. infra ad 39, 6.

§. 3. *Aliis annalibus prodi- em est, neque dictatorem Va- rium dictum*] *Aliisque anna- bus* Haverk. Tum *dictatorem alerium dixit* Portug. a m. 1. *lox per consulem*, pro *per con- ules*, Harlej. 2. omnesque ex- usi usque ad Frobenium, qui nno 1535. vulgavit *per COSS.* x reliquis scriptis nonnulli uidem *per conſ.* vel *per conſſ.* plerique et optimi diserte *per nsules*. V. infra ad 10, 10, 2. racterea *omnium rem*, pro *nnem rem*, Haverk. V. supra 6, 22, 6. Ceterum verba *ne- e dictatorem* etc. *rem actam* n adparent in Leid. 2. omissa brarii inertia ob repetitionem cis *neque*. V. ad 9, 11, 11.

Ad arma consternatam esse] *onsternari* est erigi et conci- tari, hoc loco: ut 8, [27, 9.] *Tumultu sanos etiam consternante animos*. et 34, (2, 6.) *Consternatio muliebris*, pro seditione mulierum. Sic [Nonius] Marcellus. SIG. V. infra ad 10, 43, 13. Paullo ante *Roma venirent*, pro *Romam*, Lovel. 4. et Leid. 1.

§. 4. *Nec in T. Quinctii villam, sed in aedes C. Manlii, nocte impetum factum*] *ne in T. Quinctii villam* Fragm. Hav. a m. 1. *nec initi Quintii villam* Harlej. 1. *nec in T. Quintii villa* Haverk. Tum *sed in aedis* more antiquo Florent. Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. Lovel. 1. 4. et Block. *sed in aedem* Lovel. 2. 5. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Deinde *T. Manlii* Voss. 2. et Lovel. 3. *C. Manili* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. *C. Mallii* Lovel. 3. et Gaertn. V. ad 34, 53, 2. Denique ordine mutato *impetum nocte factum* Portug. et Haverk.

Eumque a conjuratis comprehensum] *ob conjuratis* Portug. a m. 1. *ab conjuratis* a m. 2. quod etiam praefert Haverk. Sed praepositio deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *comprensum* Voss. 2. Lovel. 3. et Portug. Mox τὸ *ut* non adparet in Gaertn.

5 fectos loco munito consediſſe. nec ab ducibus mentionem concordiae ortam; sed repente, quum in aciem armati exercitus proceſſiſſent, salutationem
6 factam: et permixtos dextras jungere, ac complecti inter se lacrimantes milites coepiſſe, coactosque consules, quum viderent aversos a dimicatione militum animos, retuliſſe ad Patres de concordia re-

§. 5. *Repente, cum in aciem armati exercitus processissent*] *repente tecum in atia est armatis exercitus* prodigiose corruptus Leid. 1. in *tecum* autem prima syllaba repetita est ex ultima syllaba vocis praecedentis. V. ad Liv. 37, 41, 5. Voces *in aciem* omittuntur in Lovel. 2. In verbis praecedentibus *a ducibus* praefert Gaertn. *ortam* vero deficit in Haverk.

§. 6. *Permixtos dextras jungere, ac complecti*] *permixto dextras jungere* Leid. 1. *permixto dexteras jungere* Haverk. *permixtos dextras injungere* Fragm. Hav. Virgil. 1. Aen. 408.

— — — *Cur dextrae jungere dextram*
Non datur, ac veras audire et reddere voces.

Ubi Servius: *Majorum enim haec fuerat salutatio: cujus rei τὸ αἴτιον, id est, caussam, Callimachum secutus, exposuit, asserens omnem eorum honorem dexterarum constitisse virtute: ob quam rem hac se venerabantur corporis parte.* Tum *et complecti* Lovel. 4. *ac completi* Voſſ. 1. et Lovel. 1. a m. 1. in quo manus 2. in margine adscripsit *complexi*, quod etiam praefert Leid. 2.

Quum viderent aversos a dimicatione militum animos] *adversos a dimicatione* Voſſ. 2. Lovel. 1. 3. 5. et Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 2, 31, 6. *aversos ab dimicatione* Portug. et Haverk. *aversos admiratione* Gaertn. Paullo ante *coaptosque* Fragm. Hav. a m. 1. *coatosque* Lovel. 1. [*captosque* Veith.]

Fatum et *Factum* saepissime permutari, notum est. DUK. *ignarus facti futurique, laus an poena* Leid. duo, Harl. 1. Klock. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ignarus facti futumique, laus an poena* Florent. *ignarus facti futuri, quae laus an poena* Lovel. 4. et Fragm. Hav. *ignarus fati futuri, quae laus an poena* Harlej. 2. et Haverk. *ignarus fati futuri, laus an poena* Lovel. 2. *ignarus futurique, laus an poena* Voss. 2. Eidem lectio, quae Gelenio, placuit etiam Doujatio, qui hoc argumento illam defendebat, quod *fatum* a *futuro* non differat; at *factum* ac *futurum* recte obponantur. Verum *fatum* et *futurum* hic non obponuntur, sed conjunguntur eodem modo, quo *fatum* et *sors futura* in loco Virgilii, a Cl. Dukero laudati. *fatum* autem et *factum* infinitis locis in libris scriptis commutatur. V. hoc cap. ad §. 8.

§. 13. *Ut me omnes, inquit, pater, tuo sanguine ortum vere ferrent*] Pall. duo *ortum referrent*, sec. *ortum vere referrent.* GEBH. *ortum referrent* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 1. et Haverk. [Veith.] *ortum vere referrent* Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed prima syllaba τοῦ *referrent* adscita est ex fine vocis praecedentis. V. ad 3, 41, 5. *ferre* hic est dicere, praedicare. V. supra ad 4, 45, 7. *ortum vere ferant* Oxon. C. apud eumdem Hearnium.

Equestria haec spolia capta ex hoste caeso porto] *equestria haec spolia*, voce una perperam in duas divisa, Lovel. 1. et 2. Tum vox *capta* deficit in Harlej. 2. Portug. et Haverk. Praeterea alio ordine *ex caeso hoste* Harlej. 2.

§. 14. *Extemplo, filium aversatus*] *adversatus* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. solita scribarum aberratione. V. supra ad 3, 12, 9. c. 50, 5. 4, 12, 8. 7, 41, 6. hoc lib. c. 12, 1. et Cel.

advocari jussit. quae ubi frequens convenit, 15
ndoque, inquit, *tu, T. Manli, neque imperium*
ulare, neque majestatem patriam veritus, adversus
um nostrum extra ordinem in hostem pugnasti, et, 16
itum in te fuit, disciplinam militarem, qua stetit ad

ann. ad Ovidii 1. Fast. 5. *avocari*, pro *advocari*, Lo-. quae et ipsa verba saepe nduntur. V. supra ad 1, 6, 61, 3. 7, 2, 11. hoc libro c. 1. et aliis locis.

15. *Quandoquidem, inquit, T. Manli*] Voss. recentior, *lo, inquit*. Sed Flor. Rott. prior *quandoque, inquit*. ud dubie Livianum. V. 9, J. FR. GRON. *quando, in-* Leid. 2. Lovel. quinque, g. Gaertn. Fragm. Hav. et ii Oxon. N. ac B. [Veith.] *oque, inquit* Leid. 1. quae quidem superest etiam in 1. ut Gronov. monuit; ul- tamen syllabae *que* adje- postea sunt notae, quibus ii indicant, aliquid per- exaratum atque inducen- esse: ut in eo quoque a m. endatum sit *quando, inquit*. servari posset, quum pas- *uando* pro *quandoquidem* a- ivium obcurrat. V. ad 40, 9, um tamen id, quod Gro- probavit, ab integriori- odd. defendatur, etiam ve- se existimo; praesertim quo. Livius illud *quandoque* sae- oc sensu usurparit. V. su- d 1, 24, 3. et c. 31, 4. Prae- *tu, inquit, T. Manli* Lo- *inquit, tu, L. Manli* Fragm.

ue majestatem patriam ve- adversus edictum nostrum] *atem patriae* Voss. 1. et Lo- *majestatem patris* Leid. 2. *a majestas* dicitur Justin. 10, 2. *Poenas parricidii Diis paternae majestatis ultoribus dedit. nec majestatem patriam* Lovel. 4. Deinde *adversus dictum nostrum* Leid. 2. quomodo etiam supra peccatum erat in uno cod. 7, 35, 2. V. etiam infra ad 9, 14, 2. At supra dixit c. 6, 16. *Edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret. Edictum* autem praetoris et imperatoris esse, observat Donat. ad Terent. Eun. 4, 7, 36. Mox *in hoste pugnasti* Harlej. 2. et edd. vett. usque ad Mediol. anni 1505. quae *in hostem* restituit, quemadmodum non tantum eam secuti editores receperunt, sed et reliqui codd. praeferunt. *in aliquem pugnare* Livio familiarissima est locutio, passim apud eum obvia.

§. 16. *Qua stetit ad hanc diem Romana res*] *in qua stetit* Lovel. 3. Male. Supra 4, 40, 9. *Haec pro virtute tua fideque, qua una hoc bello respublica stetit, dicenda tibi sunt hodie*. ubi alia exempla vide. Ennius in Fragm. p. 127.

Moribus antiquis res stat Romana virisque.

Deinde *usque ad hanc diem* Voss. 2. Lovel. 3. et Hearnii Oxon. N. in margine: quod ex glossatoris interpretatione natum esse, nullus dubito. Saepius enim *ad* pro usque ad a Livio aliisque usurpari solet. Exempla v. ad Epit. Liv. 102. Insuper *ad hanc diem Romanam persolvisti* Florent.

In eam necessitatem adduxisti, ut aut reipublicae mihi, aut mei

hanc diem Romana res, solvisti, meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut reipublicae mihi, aut mei meo-
17 *rumque obliviscendum sit; nos potius nostro delicto plectemur, quam respublica tanto suo damno nostra peccata luat. triste exemplum, sed in posterum salubre juvenes-*
18 *tuti, erimus. Me quidem quum ingenita caritas liberum, tum specimen istud virtutis, deceptum vana imagine de-*

meorumque obliviscendum sit] *in hanc necessitatem* Portug. et Haverk. Tum *aut reipublicae inde, aut mei* Voss. 2. et Lovel. 3. *aut reipublicae aut mei* Fragm. Hav. Deinde *mei meorumve* Harlej. 1. *mei meorum* Leid. 1. Lovel. 5. et Harlej. 2. Tandem *obliviscende sit* Lovel. 2.

§. 17. *Nos potius nostro debito plectemur*] *To debito* etiam ed. Tarvis. praefert. forte legendum *nostro merito plectemur*. Multum habet *nostro delicto*. KLOCK. *nostro debito* est in edd. antiquioribus, pro quo Mogunt. Aldus, omnesque recentiores *nostro delicto* substituerunt; quod mihi itidem in omnibus codd. scriptis obvium fuit, nisi quod alio ordine *delicto nostro* sit in uno Lovel. 2. Id vero probum est, quare suam Klockio conjecturam relinquo. Praeterea *plecterem* Lov. 5.

§. 18. *Quum ingenita caritas liberûm, tum specimen istud virtutis*] *tum ingenita caritas* Voss. duo. Lovel. 1. 2. 3. 5. et Portug. V. ad 6, 23, 3. *tum ingenti caritas* Fragm. Hav. a m. 1. pro quo deinde emendatum est *tum ingens caritas*. Male. Infra 41, 18, 3. *Ne in metu quidem feritatis ingenitae obliti, saeviunt in praedam*. Tum *caritas liberorum* Lovel. 2. Sed infra v. ad 22, 22, 5. Deinde *te speciem istam virtutis* Florent. a m. 1. pro quo interpolatum deinde est *te specie ista virtutis*. *speciem* etiam perperam ed. Parm. V. infra ad 38, 17, 20.

Deceptum vana imagine decoris in te movet] *una imagine* Lovel. 1. a m. 1. et quaedam ex antt. edd. sollemni aberratione. V. posset hoc lib. c. 27, 2. Tum *decoris mei* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *moveret* Lovel. 2. V. ad 39, 50, 6. *monet* Voss. 2. V. ad 35, 35, 5.

§. 19. *Sed quum aut morte tua sancienda sint consulum imperia*] *Si cum aut morte tua* Lovel. 3. *Sed aut cum morte tua* ed. Rom. anni 1472. *Sed aut cum morte tua* Parm. Tum *sentienda* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Harl. 1. et Fragm. Hav. *sarcienda* Lovel. 4. Vulgatum rectum est. Liv. 25, 16, 6. *Nisi imperatoris et ejusdem hospitis proditi capite ac sanguine foedus cum hostibus sanxisset*. Curtius 10, 8. *Monere non destitit, jus imperii Perdiccae morte sanciendum esse*.

Ne te quidem, si quid in te nostri sanguinis est] Ita edidit Cel. Jac. Gronovius, supra relatus ad l. 2, 16, 9. patrem ita legendum censuisse, licet *nec te quidem* in omnibus scriptis reperierit. Sane mihi etiam illud *ne te quidem* constanter obcurrit non modo in prioribus excusis, sed insuper in omnibus scriptis codd. V. supra ad 1, 10, 3. et locis ibi enumeratis, in quibus *ne quidem*, pro *ne quidem*, perpe-

is, in te movet. Sed quum aut morte tua sancienda 19
consulum imperia, aut inpunitate in perpetuum ab-
anda; ne te quidem, si quid in te nostri sanguinis
recusare censeam, quin disciplinam militarem, cul-
tua prolapsam, poena restituas. I, lictor, deliga
palum. Exanimati omnes tam atroci imperio, 20
aliter quam in se quisque destrictam cernentes

Msti praeferunt, adde su- 3, 63, 10. 5, 5, 1. c. 38, 9. , 8. c. 18, 4. c. 26, 5. 8, 32, c. 33, 12. 9, 3, 3. c. 4, 16. 7, 18, 9.) illis vero, qui si- errore loca scriptorum li- runt, Cel. Gronov. ac Bur- n. ad Suet. Tiber. 15. et Cor- ad Sallust. Jug. 51, 5. Prae- a *nec te siquidem* Haverk. Tum *uid uite nostre sanguinis est* Lo- 5. *si quid nostri in te sanguinis* Harlej. 2. Mox *recursare cen- m* Lovel. 3. *recusare censeant* agm. Hav. Hinc *qui discipli- m* Lov. 3. *quid disciplinam* Voss. *quin* deficit in Leid. 2. Insuper lio ordine *tua culpa* edd. Rom. n. 1472. et Parm. quae *restituat* iam praeferunt, pro *restituas*.

I, lictor, deliga ad palum] Formula frequentissima in supplis aut alia leviore poena sumen- . Pall. duo, et Andreae editio ale exterunt τὸ *I*. Pejus Pal. c. *Hunc lictor deliga ad palum.* fra l. 9, 11. *I, lictor, deme vin- ta Romanis.* GEBH. Formulae ajus alia exempla v. apud Bris- n. 5. de Form. p. 482. Impe- tivum *I* omittunt Voss. 2. Lo- el. 1. 3. et edd. vett. ante Al- m. Interdum etiam in simili rmula omittitur. Infra 26, 16, . *Lictor, viro forti adde virgas.* libi tamen saepissime additur, t docent exempla a Brisson. d. laudata. Eamdem etiam ser- ant reliqui scripti, nisi quod jus loco *Hunc* habeant Lovel. 2. 5. Portug. et Haverk. [Veith.] *Ii* Harlej. 1. *iij.* Leid. 1. Pari modo *Agedum* usurpatur Liv. 9, 16, 18. *Agedum, lictor, excide radicem hanc.* Non numquam illud *I* omitti a librariis supra vidimus ad 1, 26, 11. V. etiam ad 9, 11, 13.

§. 20. *Exanimati omnes tam atroci imperio*] *Examinati* Florent. et ed. Parm. sollemni scribarum errore. V. ad 37, 3, 2.

Nec aliter quam in se quisque districtam cernentes securim] *destrictam* legendum est ex sententia virorum doctorum, de quo monui ad Flori 2, 2, 17. et sic Ryckius et Gronovius in Tacito omnibus locis ediderunt, ubi antea *districti gladii, districta tela* legebatur: nec tamen e Msis, nisi semel ex uno, quem laudat Gronov. ad 12. Ann. 51. In Caesare quoque ubique, ut puto, in prima syllaba tertia vocalis est, non secunda: nec quisquam, quod sciam, in eo varietatem scripturae observavit. V. 1. B. Gall. 25. 1. B. Civ. 46. 47. et 75. DUK. *Non aliter quam is se quisque* Harlej. 2. *non aliter quam ipse quisque* Lov. 5. V. supra ad 3, 9, 5. *non aliter quam in se fixo quisque* Gaertn. Tum *destrictam* Voss. 2. Lov. 3. et ed. Parm. quod in contextum admisi. V. J. Fr. Gronovium simili macula Livium liberantem ad 27, 13, 9. ubi semper hoc sensu ita legendum monet; *distringi* enim fore inpediri. Et ita apud Caesar. 1. B. Gall. 25. *gladiis de-*

securim, metu magis, quam modestia, quievere.
21 Itaque, velut emerso ab admiratione animo, quum silentio defixi stetissent; repente, postquam cervice caesa fusus est cruor, tum libero conquestu coortae voces sunt, ut neque lamentis, neque exsecrationi-
22 bus parceretur: spoliisque contectum juvenis cor-

strictis, pro *districtis*, legunt Bongars. pr. Voss. et Egmond. codices; et 1. B. Civ. 47. codex Petav. Adde Cel. Duker. ad Flori 2, 2, 17. Viros doctos ad Valer. Max. 2, 9, 6. 3, 1, 1. Oudendorp. ad Frontin. 1, 8. in princ. et quae notavi ad Silii 17, 164. ubi docui inter alia, fructus arboribus *destringi*, non *distringi*. Quae locutio ope cod. Sangerm. aliquoties Columellae reddenda est, ubi hodie in vulgatis edd. eodem modo peccatur. Ita 12. de re rust. 18. *Nec minus falculae et ungues fervei quam plurimi parandi et exacuendi sunt, ne vindemiator destringat uvas.* c. 47. *Viridis feniculi semina et lentisci destricta et purgata in urceolo habeto.* paullo post eodem cap. *Oliva pausea et orchita quum primum ex albo decoloratur, sitque luteola, sereno coelo manu destringitur.* c. 50. *Trimodiae satoriae, quibus destricta bacca suscipitur.* Mox adhuc eodem cap. *Eadem ratione, qua superius, destringenda erit olea, et statim exprimenda.* Quorum locorum secundum ita jam edidit Commelinus. Duo etiam loca Colum. ex 4, 24. et 29. simili errore ex ingenio liberavit Doct. Oudend. l. l. quorum priori conjecturam ejus firmat iterum cod. Sangerm. altero ita etiam Commelin. vulgavit. Praeterea *securum* Florent. a m. 1. pro quo postea emendatum est *securem*; quod servant ex meis Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 5. Harlej. 1. et Fragm. Hav. V. ad 9, 16, 17. [*quisque cernentes strictam securim* Veith.] Mox verbis sequentibus *victu*, pro *metu*, Haverk. et *quieverunt*, pro *quievere*, Gaertn.

§. 21. *Velut emerso ab admiratione animo*] Particula *velut* deficit in Lovel. 4. Tum *emerso* praefert Haverk. Solent autem voces *emersus* et *emersus* in Mss commutari. V. (* ad 21, 43, 4) Freinsh. ad Flori 3, 10, 22. et viros doctos ad Ovidii 3. Fastor. 399. Mox *consilio*, pro *silentio*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. Vox autem *repente* non adparet in Fragm. Hav.

Cervice caesa] V. Varr. 7. de LL. [p. 87.] l. 9. [p. 142.] et Donat. [Colphurn.] ad Terent. Heaut. 2, 3, 131. KLOCK. De voce *cervis* semero singulari v. etiam Vossium 4. Instit. Orat. 1, 8. [*libere conquestae cohortes sunt* Veith.]

Neque lamentis, neque exsecrationibus parceretur] Duae priores voces desunt in Flor. et Lov. 4. omissae negligentia scribarum ob repetitionem vocis *neque*. V. ad 9, 11, 11. Tum *parcerent* est in Harlej. 2. V. ad 38, 40, 1.

§. 22. *Funus ultum concelebrari potest, structo extra vallum rogo*] *celebrari* Florent. Lovel. 4. Portug. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. B. *concelebrare* utitur Livius supra 1, 9, 7. *Quaesque adparatu tum sciebant aut putarant, concelebrant.* Tum *extructo* Lovel. 1. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. in margine. *extracto* Leid. 2. Mox *concremaretur* Harlej. 2. et edd. vett.

pus, quantum militaribus ſtudiis funus ullum concelebrari poteſt, ſtructo extra vallum rogo cremaretur: Manlianaque imperia non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam triſtis in poſterum eſſent.

VIII. Fecit tamen atrocitas poenae obedientiorem duci militem: et, praeterquam quod cuſtodiae

usque ad Froben. qui anno 1535. *cremaretur* primus dedit. *cremarentur* Gaertn.

Non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam triſtis in poſterum] Notiſſimus loquendi Latinis scriptoribus modus: quare perperam Pal. sec. *exemplis etiam triſtibus.* Andreae ed. *exemplis etiam triſtitia.* GEBH. *exemplis etiam triſtia* non tantum edd. Rom. anni 1472. et Parm. sed et Harlej. 1. *in exemplum etiam tristia* Lovel. 2. *exemplis etiam tristibus* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. *exemplis etiam triſtis* Leid. 1. Sed recte Gebhardus vulgatum praefert. Infra 44, 6, 14. *Supererat* etc. *in Macedoniam ad Dium per medios evadere hoſtes; quod* etc. *ipsum ingentis difficultatis erat.* Praeterea *non praesentia modo* Gaertn. *non in praesentiam modo* Flor. a m. 1. pro quo poſtea datum *non in praesenti modo.* Quod infra etiam obeurrit 34, 35, 11. *Daret talenta centum argenti in praesenti, et quinquaginta talenta in singulos annos.* Quum tamen id non nisi in optimo quidem, sed ex interpolatione, eoque uno tantum cod. supersit, vulgatum praefero, quod etiam Livio eſt familiarissimum. Ejus quaedam exempla supra v. ad 2, 44, 2. Adde 21, 57, 4. *Id unum maxime in praesentia desiderabatur.* 22, 60, 4. *Si quibus argentum in praesentia deesset.* 24, 22, 4. *In praesentia legatos ad Andranodorum mitti placere.* et eodem cap. §. 11. *Si in praesentia tempori cessisset.* c. 28, 7. *Ut non utique in praesentia bellum cum eis geratur.* c. 29, 3. *Levaverunt modo in praesentia velut corpus aegrum.* c. 45, 8. *Neque eum pro hoſte, neque pro socio in praesentia habitum.* c. 48, 8. *Facturos se in praesentia, quod vellet.* 25, 15, 3. *In praesentia duo millia equitum cum legatis mittit.* 28, 5, 10. *In praesentia, quae maxime urguebat res, Peparethum praesidium urbi mittit.* 29, 10, 3. *Neque usum ejus ullum in praesentia esse.* 30, 36, 6. *Non tam noscendi in praesentia, quam deprimendi hostis caussa.* V. etiam infra ad 33, 13, 13. Paullo ante *Manliana imperia*, sine conjunctione *que*, Harlej. 2. et vett. edd. Prima autem adscivit eam Mediol. anni 1505. tum Ascens. anni 1513. et 1516. Aldin. et pleraeque eam secutae.

§. 1. *Fecit tamen atrocitas poenae obedientiorem duci militem*] *Fecit ante atrocitas* Voſſ. 2. *Fecit tum atrocitas* Lovel. 2. V. infra ad Liv. 22, 17, 5. Deinde *obedientem* Harlej. 2. et editi ante Aldum.

Et, praeterquam quod cuſtodiae vigiliaeque] Prima vocula deeſt in Harlej. 2. et edd. vett. quam demum adscivit ed. Mediol. anni 1505. hinc Ascens. anni 1513. et 1516. Aldin. ac reliquae pleraeque. Omittitur deinde τὸ *quod* in Lovel. 5. a m. 1. sed elisum est a vocis proximae syllaba finali. V. ad 37, 54, 4. Tum *vigiliae cuſtodiaeque* Harlej. 2. eae-

vigiliaeque et ordo stationum intentioris ubique curae erant, in ultimo etiam certamine, quam de-
2 scensum in aciem est, ea severitas profuit. Fuit autem

demque mox memoratae vett. edd. In sequentibus *intentioris ubique erant curae* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. *intentioris ubique curent* Florent.

In ultimo etiam certamine, quum descensum in aciem est, ea severitas profuit] *et in ultimo etiam* Harlej. 2. cum editt. vett. ante Mediol. anni 1505. Tum *in acie est* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. *in acie*, ultima voce omissa, Lovel. 2. Deinde *ea securitas* Lovel. 5. *profuit* autem non comparet in Haverk.

§. 2. *Fuit enim civili maxime bello pugna similis*] Vet. lib. *Fuit autem civili.* et recte. Est enim novae narrationis initium. SIG. Quasi vero nunc Livius causam ederet, cur ista severitas profuerit. Helm. Rott. Voss. duo *Fuit autem civili.* J. FR. GRON. Similiter praeferunt Florent. Leid. duo, Lovel. quinque, Harlej. 1. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses, quorum tot testium fide in contextum recepi. Tum *civilis maxime bello* Leid. 1. *civili bello maxime* Lovel. 2. Hinc *similis pugna* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. *civili bello pugna maxime similis* Harlej. 2.

Adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana republica, praeter animos, erat] Communiter dicit, arma, ordines, manipulos, omnia eadem fuisse Latinis. Sed quod est *ab Romana republica*, in scripto optimo libro saltem erat *ab Romana re.* Et malim. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Lipsii liber *ab Romana re.* GELL. Lipsii emendationem Gruterus in ultimae ed. contextum recepit, eamque ex meis probat Florent. Reliqui plerique *republica*, vel *rep.* servant; quod quum Hearne nominatim sibi in Oxon. N. obvium memoret, reliquorum autem non meminerit, eos *Romana re* legisse indicat. Saepius *resp.* sive *respublica*, et *res* inter se commutantur. V. infra hac lib. ad c. 31, 2. Id autem eo facilius hic committi potuit, quod vox sequens a litera p ordiatur. Praeterea *n' apud Latinos dissonum* Lovel. 2. *nihil apud Latinos nihil dissonum* Haverk. Tum *praeter animus* Harl. 2. Ceterum praeter Lipsium, cujus expositionem inserui notis, hoc caput Livii inlustrat etiam Franc. Patric. de re milit. Rom. part. 4.

§. 3. *Clipeis antea Romani usi sunt, deinde, postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clipeis fuere.* Quales *Romani clipei* fuerint, exponit pluribus l. 6. Polybius. Eum enim credo esse *clipeum*, quem *πάρμην* vocat [c. 20.] *scutum* vero, quod *Θυρεόν* [c. 21.] SIG. Hic nisi *clipeum* a *scuto* distinguamus necesse est, a re aberremus. Sed et Livius [l. 3. 2.] primae classi imperatum dicit esse *clipeum cum galea, ocreis, lorica:* secundae *pro clipeo scutum, et praeter loricam eadem omnia.* Ubi Dionys. Halic. 4. Ant. Rom. [p. 221.] pro *clipeo* dicit Graece scribit, pro scuto Θυρεόν. Igitur *clipeus* rotundus erat, ut Virgilio auctore intelligi potest, qui 3. Aen. [637.] praegrandem

tem civili maxime bello pugna similis. adeo nihil
ud Latinos diſſonum ab Romana re, praeter ani-
os, erat. Clipeis antea Romani usi sunt: deinde, 3
ſtquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clipeis

clopis oculum comparat cli-
o Argolico: oculi autem figu-
rotunda est.

Argolici, inquit, *clipei*, *aut Phoebaeae lampadis inſtar.*

tum formae oblongae majus-
e clipeo. Itaque pro *clipeo* se-
adae claſſi datum *scutum* est,
od sine lorica eſſent, ut scu-
n et clipei et loricae loco es-
, et totum corpus protegeret.
Aen. [682.]

— — *scutis protecti corpora longis.*

ic et *Συρεὸν* Graeci vocant,
od referat similitudinem fo-
m, quae longiores, quam
ores solent eſſe. *Stipendiarii*
in Livio sunt, qui ſtipendia
rent. Dicit enim Romanos scu-
usos esse, ex quo ſtipendium
itibus conſtitutum fuit; antea
m sine ſtipendio militabant.
RNEB. 11. Advers. 27. Ab ca-
e petit et ab alto. Sed quod
en ait de clipeis, non sic ca-
ndum, quasi solis iis antea
: imo vero et scutis: (ipse
Serviano censu docuit) sed
od post ſtipendia inſtituta so-
usi sunt scutis, antea et-
clipeis. Poſtea docebo 3. de
. Rom. Dial. 2. LIPS. 2. de
. Rom. Dial. 3. *ante* Portug.
ad 40, 12, 3. *ante ea* Haverk.
ad verba seq. Praeterea *cli-*
etc. *Romani usi sunt* Lovel.
. 5. Portug. Haverk. Fragm.
. et edd. Mediolanenses an-
um 1480. 1495. 1505. Ascens.
orum 1513. 1516. 1530. Mo-
t. Colon. anni 1525. Cervi-
ni, et Paris. anni 1529. Ple-

rique reliqui codd. et edd. praeferunt *Clipeis antea Romanis usi sunt* usque ad Gronov. qui *Romani* reposuit. Sed ejus loco Hearnius iterum ac Clericus *Romanis* revocarunt. Patricius etiam de re milit. Rom. part. 4, 1. *Romanis* tuetur, et docet, Latinos, antequam clade ad lacum Regillum accepta stipendiarii Romanorum facti eſſent, in bello geſtaſſe clipeos ovatos, quibus et Romanos usos fuiſſe ex censu Tulliano primae claſſis constat; eos autem clipeos ideo *Romanos* vocari, quia Romulus initio Argolicis clipeis uti solebat, quos scutis Sabinis poſtea mutavit, teſte Plutarcho in Rom. p. 30. Clericus etiam hanc pro ea lectione rationem reddit, quod agatur de Latinis, qui ex foederatis *stipendiarii* facti sunt, non de Romanis. Sed Latinos Romanis stipendiarios factos eſſe, multo minus clade ad lacum Regillum hanc poenam ipsis inpositam fuiſſe, ex nullo scriptore conſtat. Certe Dionys. Halic. qui reliquis uberius hiſtoriam hanc narravit, nihil aliud, quam unum hoc, narrat 6. Ant. Rom. p. 358. *Εὕρόν τι παρὰ τῆς βουλῆς τὴν ἀρχαίαν φιλίαν καὶ συμμαχίαν, καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς ὑπὲρ τούτων ποτὲ γενομένους διὰ τῶν εἰρηνοδικῶν ἀνενεώσαντο.* Quid autem vetuſto foedere, quod vel Tarquinius Superbus vel antea Tarquinius Priscus cum Latinis composuit, convenerit, v. supra ad 7, 12, 7. Quod itaque pace virorum doctorum fiat, probo lectionem, quam Gronovius recepit, *Romani usi sunt*, et exiſtimo, Livium hic non de

fecere: et, quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coe-

Latinis, sed de Romanis agere. Id enim indicant verba seq. hoc cap. *Scribebantur autem quatuor fere legiones* etc. *alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine* (quo nempe Romanos aciem instruxisse supra dixerat) *instruxerant aciem.* Et cap. seq. *Instructis, sicut ante* (nimirum hoc cap.) *dictum est, ordinibus, processere in aciem.* Neque etiam adsentior eidem Clerico, cui *scutum* gerere minus honorificum videbatur, quam gerere *clipeum*, quod Romae prima classis clipeum, secunda scutum gerebat; aliam enim, et longe veriorem, ejus rei rationem adtulit modo Turnebus, Ceterum neque eumdem Turnebum in eo sequor, quod *stipendiarios* hic Livio esse putet, qui stipendia merent. Sunt enim, qui stipendium solvunt. V. Cl. Duker. ad Flori 3, 20, 8. Et eo sensu *vectigalem oc stipendiariam Italiam Africae facere* Livius infra dixit 24, 47, 5. (*22, 54, 11.) Praeterea *dein* habet Leid. 1. V. ad 3, 3, 6. Tum *stipendiarii* non adparet in Voss. 2. ut nec *sunt* in Harlej. 2. Fragm. Hav. a m. 2. et omnibus edd. ante Aldum. Illud *sunt* etiam erasum est in Florent. in quo a m. 1. ut et in Leid. 1. voci sequenti *scuta* postponitur. *sunt facti* alio ordine habet Gaertn. Denique *facere*, pro *fecere*, est in Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. a m. 1.

Et, quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea] Quando *antea?* Nam sub Romulo jam Legio, atque etiam Manipuli. Quid ergo vis? credo hoc. Manipulos quidem fuisse, sed non in acie divisim et distincte stetisse; concurrisse per totas legiones, sive, ut ipse appellat, phalanges. Nam et in ipsa illa Macedonum phalange discrimina et sectiones erant usque ad Centurias, Decurias: sed in acie juncta omnia et devincta. Tale igitur fuisse vult olim. In Athenaeo lego l. 6. Ἔλαβον δὲ καὶ παρὰ Θυρρηνῶν τὴν ταξίαν μάλιστα φαλαγγηδὸν ἐπιόντων. *Acceperunt et a Tyrrhenis stationem pugnam, per phalanges incedentibus.* Agit de iis, quae Romani a variis gentibus ad se traxerunt. Sed hoc *per phalanges incedere*, sive φαλαγγηδόν, aliter equidem acceperim, quam prima sonat. Nec enim vult, credo, legiones ipsas ab Etruscis sumtas, sed magis manipulos, aut sectionem potius divisionemque per manipulos in pugna. Nec aliter ego interpretor τὸ φαλαγγηδόν, quam *manipularim.* LIPS. de Milit. Rom. 2. Dial. 3. Nisi fuit: *et quae antea phalanges similes Macedonicis, haec postea.* V. ad Senecam ad Marciam 19. LIPS. GRON. Partem emendationis Gronovianae probant, *haec pro hoc* legentes. Lovel. 5. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. 3. et C. Quum tamen et optimi, et maxima etiam pars codicum stent pro vulgata scriptura, atque ipse Gronov. ad d. l. Senecae fatentur, utrumque genus loquendi ferri posse, nihil mutandum arbitror. V. etiam supra ad 5, 5. 5. Ad haec vocula *et* deest in Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *ante* legit Lovel. 5. *antea* Haverk. V. ad verba praecedentia. Deinde *similes* pro *similes Macedonicis* Leid. 1. et Lovel. 1.

Hoc postea manipulatim structa acies coepit esse] Iterum rogo: Quando *postea?* incuria tua es-

pit esse. Postremo in plures ordines instruebantur. ordo sexagenos milites, duos centurio- 4

(audeo dicere) Livi, quod non explicasti. Quin tu natare mihi in tota ista re videris, nec vel cum aliis scriptoribus, vel tecum satis consentire. Age, de Manipulis hoc quale est? Enim vero Manipuli statim ab urbe condita fuerunt, imo ante ipsam. Romuli primum tirocinium belli, et cum eripiendo fratri Remulo pastorum manum collegit, Manipulos habuit, ut fatentur prisci omnes, qui haec exsecuti. Illi ipsi Manipuli centenum hominum fuerunt. In Collectaneis de Origine Romana [c. 22.] *Romulus, coacta pastorum manu, eaque in centenos homines distributa, perticas manipulis foeni varie vinctas dedit. Unde institutum, ut postea milites, qui ejusdem signi essent, Manipulares vocarentur.* Plutarchus [in Rom. p. 22.] eadem: et diserte illam totam manum facit συλλελογισμένην εἰς ἑκατοστύας, *divisam ordinatamque in centurias.* Ovidius 3. Fast. [117.]

Pertica suspensos portabat longa maniplos,
Unde maniplaris nomina miles habet.

At enim desierunt postea fortasse Manipuli. Imo tu ipse, Livi, renovas, et jam sub rege Tarquinio agnoscis 1, [52, 6.] *Miscuit manipulos ex Latinis Romanisque.* Quae tamen mixtio non diuturna fuit, etsi habuit suas causas: metum, ut opinor, a Latinis, si soli et seorsim ordinarentur. Quin et sub primis statim consulibus ponis, atque etiam numerose, et discretos, 2, [11, 8.] *Consulum alter T. Lucretius porta Naevia cum aliquot manipulis militum est egressus.* Atque adeo universe, nec falso, affirmas 9, [17, 10.] *Disciplinam militarem, jam inde ab initiis urbis, in artis perpetuis praeceptis ordinatae modum venisse.* Ita sane ab ipsis initiis et Romulus decem Manipulos in classe quaque instituit, et Tullus Hostilius fortasse digessit magis et perpolivit. De quo Florus 1, 3. *Hic omnem militarem disciplinam artemque belandi condidit.* Sed quid tamen hic pro te? quod ante dictum; non negare te de Manipulis, sed de eorum secretione in pugna, deque intervallis inter singulos, quae postea (Etruscorum fortasse exemplo ex Athenaeo) sunt instituta. LIPS. de Milit. 2. Dial. 3. MS. ab alia manu *manipulatim structa* 1. *et* 11. *acies coepit esse.* Lego igitur et sequentia, *postrema in plures ordines instruebatur.* KLOCK. Nihil huic conjecturae praesidii in scriptis meis, nisi quod *instruebatur* probent Portug, Haverk. et Gaertn. Sed nihil mutandum. Verba enim, quae sequuntur, *Postremo in plures ordines instruebantur* recte mox exponet Lipsius. *struebantur* habet Leid. 2. Utraque locutio proba est. V. ad 42, 51, 3. Sequor itaque omnes reliquos codices, vulgatam lectionem servantes. Praeterea *manupaulatim structa* Lovel. 3. Livius 2, 53, 1. *Alii alia manipulatim excurrunt.* 23, 42, 10. *Jam ne manipulatim quidem, sed latronum modo, percursant totis finibus nostris.*

§. 4. *Postremo in plures ordines instruebantur*] Ergo *Ordo* aliud Livio, quam *Manipulus* est, quod nexus orationis poscit, aut potius cogit. Primo in Phalanges, inquit, divisa acies, postea in Manipulos, postremo et in plures Ordines. Quis gradationem hanc non vi-

5 nes, vexillarium unum habebat. prima acies habet, et cum temporibus res distinctas? Nec enim vult, sectionem ibi fuisse: sed ipsius Manipuli factas duas partes, quos Ordines appellarunt. Itaque adjungit, quid sit Ordo. LIPS. de Milit. Rom. 2. Dial. 3. Omnis illa gradatio, et cum temporibus distincta res peribit, si recipimus Klockii conjecturam, quam ad verba praecedentia rejiciendam docui.

Ordo enim sexcenos milites] Quidam hoc in *sexagenos* mutarunt. Si certum sciremus, quid *ordo* hoc loco significaret, non erat difficile definire, quid legendum. At paulo post *quindecim ordines* vocat, longe dispari (si quidem illi recte mutarunt) significatione. Itaque nihil definio. Sicut nec illud *vexillum CLXXXIII. homines erant*, quod iidem *CLXXXVI.* emendarunt. Vegetius sane l. 2. capitibus duobus 6. ac 8. cum hac Livii descriptione minime convenit; quare nos quoque ea de re plura dicere (quando haec non sunt nostri propositi) supersedebimus. GLAR. Si *ordo* hic ipse Manipulus, quod vulgo volunt, cedo, quis manipulum tam exiguum (nisi forte in Triariis, de quibus non hic sermo) legit? Imo jam a Romulo centenarii illi, ut dictum; postea etiam auctiores. Non tamen nego, *ordinem* interdum pro manipulo sumi: quod in hac ipsa narratione alibi Livius: sed non hic, ubi palam distinguit. Quid ergo hic? idem, quod *centuriam* idem Livius appellat, Polybius *partem*. Ille *priorem* et *posteriorem* in manipulo agnoscit, iste *dextram* et *laevam*. Nec alio sensu *ordines petere* et *impetrare*; item *ordinis ductor*, pro centurione ipso. LIPS. de Milit. Rom. 2. Dial. 3. *Tò enim*, quod in antiquis edd. exstat, in uno tantum obvium fuit Harlej. 2. nisi quod ejus loco *in* habent Voss. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. sed sine sensu. Recte itaque eam vocem Aldus, ejusque fide reliqui editores omiserunt. Ei enim hic locus esse non potest. Deinde *sexcenos* in nullo non tantum scripto reperi, sed ne in aliis quidem editt. quam Ascens. anni 1513. 1516. et Paris. anni 1529. in quibus tamen ipsis *sexagenos* est in margine.

Duos centuriones, vexillarium unum habebat] Itane? hoc convenit et aequum est, ut in uno ordine duo sint centuriones? ut sexageni milites bis divisi, quaeque pars suum habeat? numquam factum, nec nisi hic lectum. Age, pergamus. Addit quindecim manipulos hastatorum fuisse: ergo triginta ordines. Totidem principum. quid consequitur? in solis duabus classibus *centum viginti* centuriones fuisse. Haec talia sunt, ut color iis allini nullus possit ad fallendum. Equidem lectionem et distinctionem mutavi leviter: *Ordo sexagenos milites ut duos, centurionem et vexillarium unum habebat*. Ipsa haec res fuit. Primum, vetus ille et Livii hic Ordo non *sexagenos* milites habuit, ut Polybii; sed duobus plures, *sexagenos* inquam *duos*. Palam id evincit Livii numerus infra, qui in tribus vexillis (sive ordinibus. Tot enim vexilla, quot ordines) *centum octoginta sex* milites ponit. Unde illi sex supernotundum numerum, nisi a duobus istis, qui redundant? Attende, clarum et firmum est. Secundo, feci *Centurionem et vexillarium unum*. Nec hic aliquid ambigui. Ubi dux cumque, ibi vexillum: et Polybius diserte, *in quemque manipulum duos signiferos et*

stati erant, manipuli quindecim, diſtantes inter

pit, scilicet in ordine unum. LIPS. de Milit. Rom. 2. Dial. 3. Lipsius legit: *Ordo sexagenos milites et duos, centurionem et vexillarium unum habebat.* GEBH. Locus intricatus et corruptus in omnibus libris, quem tamen magna parte reparavit Lipsius. Igitur, ne nihil dicam, illius sententiam paucis proponam. Legendum est: *Ordo milites sexagenos duos, centurionem et vexillarium unum habebat.* nam cuique centuriae vexillum suum. Dein extra aleam est: *Prima acies haxtati erant, manipuli decem.* non *quindecim*, quod inauditum. Ovidio [3. Faſt. 128.] jam Romulus.

— *Haſtatos inſtituitque decem.*
Et totidem Princeps, totidem
Pilanus habebat
Corpora.

Quia ergo totidem manipulorum Princeps, sine dubio mox legendum, *Hoc viginti manipulorum agmen.* non *triginta.* Consentiunt veteres, in omni legione, numeratis simul triariis, tantum fuiſſe triginta manipulos. Magis ambigua, quae sequuntur. De triariis Lipsius: *quia sub signis jam alii decem ordine locabantur.* Sed retineri videntur poſſe *ordines* pro manipulis; utcumque superius aliter acceperit: neque enim novum, veteres eamdem vocem in propinquo diversa vi satis usitata adhibere. Sic nec opus ejicere τὸ *ordo* in illis, quae subjunguntur: *ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat.* Pergit Lipsius: *earum unamquamque primam, Pilum vocabant.* Tres enim partes in quoque facit ordine sive manipulo, triarios, rorarios, accensos. Pilum autem proprie triariorum, primae partis. Sed sunt, qui omnes triariorum ordines *Primospilos* putent vocitatos: ita ut primus ordo centuriaque κατ' ἐξοχὴν *primuspilus* et *centurio primipili* diceretur, quemadmodum *Haſtatus* et *Princeps* simpliciter κατ' ἐξοχὴν primus haſtatus, et primus princeps: proximus *secundus primuspilus*, inde *tertius primuspilus*, et sic deinceps. Quod si mavis, licet legere: *earum primam quamque primumpilum vocabant.* Denique legit Lipsius: *tribus ex vexillis conſtabat, centum octoginta sex homines erant.* nempe unusquisque ordo sive manipulus. non enim vexillum, quae singula singulis generibus attribuit, unum triariis, alterum rorariis, tertium accensis. Sic fuerint haſtati mille ducenti quadraginta, ex quibus ducenti leviter armati; principes mille ducenti quadraginta, sexcenti viginti triarii, totidem rorarii totidemque accensi: in universum omnis legio quatuor millium trecentorum quadraginta. Eoque inferius legendum: *quatuor fere legiones quaternis millibus peditum*, non *quinis*. J. FR. GRON. Polyb. quoque l. 6, 22. singulis ordinibus singulos signiferos adsignat, id est, cuique manipulo duos. Lipsius tamen 2. de Milit. Rom. Dial. 8. putat, inde non neceſſario consequi, in singulis manipulis duo signa fuiſſe. DUK. Omnes codd. scripti et editi constanter vulgatum servant. Cum Gronovio tamen emendationem Lipsii veram puto. Doujatius hoc modo scribendum et interpungendum censet infra ad §. 14. hujus cap. *Ordo milites sexagenos, et duos centurionem et vexillarium habebat.* ut ita per *duos*, qui supra sexagenos. erant in unoquoque ordine, intelligantur centurio et vexillarius. τὸ *unum* vero delendum putat, tamquam na-

se modicum spatium: manipulus leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. leves autem, qui haſtam tantum gaesaque gererent, vocabantur ex ultima parte vocis *vexillarium*. Verum quum haec conjectura ejus illi argumento innitatur, describi hic a Livio legiones, quae ex quinque, non, ut Lipsius docet, quatuor millibus militum conſtabant, eo subruto ipsius etiam concidet conjectura. V. ad eum locum. [*ordoque sexagenos milites centuriones denos vexillarium* Veith.]

§. 5. *Prima acies haſtati erant, manipuli quindecim*] Secus de Romana militia Polybius [l. 6, 18. et seqq.] quam hoc loco Livius agit: ita tamen, ut, quid ille sentiat, facilius, quam quid Livius, intelligi poſſit. Legionem enim quatuor millium peditum fuiſſe scribit. Eam vero in quatuor partes dividit: *Velites*, quos γροσφομάχους appellat, *Haſtatos*, *Principes* et *Triarios*. primos natu minimos, extremos maximos, medios inter utrosque interjectos fuiſſe. praeterea *Triarios* sexcentos, *Principes* itemque *Haſtatos* singulos mille et ducentos, *Velites* inde mille. Sin autem legio major fuit, tum praeter *haſtatos* [*imo praeter* triarios] reliquarum trium partium numerum pro portione auctum fuiſſe. *Haſtatos* praeterea in decem partes diſtributos, ac singulis earum *Centuriones duos* praefuiſſe, itemque in *Principibus* ac *Triariis*. *Velites* porro in partes aequales diviſiſſe, iisque separatim *centuriones duos* praefeciſſe. partes has ὄπειρον, τάγμα, σημαίαν, praefectos ταξιάρχους, κεντουρίονας nominat. Haec ille. Livius autem primam aciem *Haſtatos* facit, id eſt, leves milites ac scutatos, in eamque pubescentes ad militiam omnes conjicit. alteram *Principes* una cum scutatis, quos *antepilanos* vocabant. Tertiam ex quindecim ordinibus conſtituit, quorum unusquisque tres partes haberet, earum unamquamque *primum pilum* vocabant: ex tribus vexillis conſtabat, *Triariorum*, *Rorariorum* et *Accensorum*. In nominibus autem *Ordo* et *Manipulus*, atque in summa militum et verbis ejus concipienda mira obscuritas eſt. SIG. Turbidus hic Auctor, qui involvit et everſit dicta omnia in militia, aut dicenda. Ergone quindecim manipuli Haſtatorum? totidem Principum? totidem Pilanorum: Sunt igitur in legione non *triginta*, ut prisci consensu volunt, sed manipuli *quadraginta quinque*. Si sequimur, ecce et Centurionum numerus atque ordo mutandus, et erunt in universum *nongenti*. Id quoque contra scripta veterum. At enim Livius aperte, et iterato. Nam et mox sequitur, *Hoc triginta manipulorum agmen* de duabus claſſibus: et deinde *quindecim* iterum adduntur. Quid dicam aut expediam? Ades Critica, tu illa proba cum neceſſaria: et hic puto eſſe. Legam *manipuli decem*: aut, copula insecta, quae errorem genuerit, *manipulique decem*. Etsi quid de causa erroris quaero? nusquam magis aut crebrius, quam in numeris, peccatum. LIPS. 2. de Mil. Rom. Dial. 3. Lipsius *manipuli decem*, vel *manipulique decem*. GEBH. In vulgatam lectionem conspirant omnes codd. nisi quod *prima acie haſtati erant* sit in Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Haverk. Deinde quod *manipulum quindecim* legat Lovel. 3. *manipuli XX*. Lovel. 5. et quod vox *quindecim* deſit in Klock. Recte tamen Gronov. ad

tur. Haec prima frons in acie florem juvenum pubes- 6
centium ad militiam habebat. Robuſtior inde aetas
totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen,

verba praecedentia emendationem Lipsianam extra aleam eſſe dicit. Contra Doujatius infra hoc cap. ad §. 14. hoc loco *quindecim*, mox §. 7. *triginta* et *quindecim* adversus Lipsium defendit, ut obtineat, a Livio hic describi legionem, quae ex quinque millibus militum conſtabat: simul autem exiſtimat, quum legio a quatuor millibus ad quinque millia augeretur, manipulos etiam, ordines, ducesque multiplicatos esse. Si quis autem velit, non ordinum ducumque numerum auctum, sed plures unicuique ordini sub unoquoque ductore milites adsignatos eſſe, eum facile vel ex Tacito refelli putat, apud quem in quinque aut amplius millium militum legione priſtinum in unoquoque ordine retentum numerum liquet, sexagenorum nempe, 1. Ann. 32. *Repente lymphati deſtrictis gladiis in centuriones invadunt.* etc. *proſtratos verberibus mulcant, sexageni singulos, ut numerum centurionum adaequarent.* Verum hic locus sententiam Doujatii non firmat, sed potius manifeſti erroris convincit. Quum enim ea cauſſa redditur, cur sexageni milites singulos centuriones mulcarint, *ut numerum centurionum adaequarent*, indicat Tacitus, etiam suo tempore, quo numerus quatuor millium cujusque legionis auctus erat, tamen adhuc sexaginta tantum centuriones in quaque legione fuiſſe: quum autem duo ordines sive centuriae in quoque fuerint manipulo; sequitur pariter, triginta in legione manipulos, decem haſtatorum, decem principum, ac decem triariorum fuiſſe. Sane Doujatii sententia de quindecim manipulis Haſtatorum, totidemque et Principum et Triariorum toti antiquitati adversatur. V. Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 8. Mox *aſſantes*, pro *diſſantes*, Lovel. 4.

Manipulus leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat] *manipulus levis vicenos milites* omnes Mſti, et edd. vett. Sed *levis* more antiquo pro *leves* scriptum eſt. Tum *aliam turmam* Harlej. 1. solito errore scribarum. V. ad 25, 16, 15. *ala turbam* Lovel. 2. Hinc *scutorum* Voſſ. 1. Leid. duo, Florent. Lovel. 1. Harlej. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Contrario errore *armatorum*, pro *armorum*, librarios in Livio dediſſe, exiſtimat Gronov. infra ad 22, 37, 7. *aliam turbam scutatam* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2.

Leves autem, qui haſtam tantum gaesaque gererent] MS. *leves Iz qui haſtam*: quod valet, *leves, id eſt, qui haſtam.* KLOCK. *Tò autem* in omnibus meis conſtanter perſtat. Deinde *cesaque*, vel *caesaque*, Voſſ. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 3. 5. et Harlej. 1. *geſſaque* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *geſſamque* Fragm. Hav. Utroque modo *gaesa* et *gesa* scribi, exiſtimat Dausquej. in Orthogr. parte sec. ea voce. Sed Voſſ. in Etym. Lat. ea voce, prius in antiquis, poſterius in recentioribus tantum libris obvium eſſe docet. De gaeso plura notavi ad Silii Ital. 2, 444. In Florent. ex interpolatione, pro *gaesaque*, scriptum erat *geſtabantque*. [in Veith. *telaque*.]

§. 6. *Haec prima frons in acie florem juvenum*] *Haec prima sors in aciem* Lovel. 2. *Haec prima foris in aciem* Florent. et Harlej. 1.

hos sequebantur, scutati omnes, insignibus maxi-
7 me armis. hoc triginta manipulorum agmen ante-

Haec prima in aciem foris Leid. 1. *in aciem* etiam Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Gaertn. Tum in sequentibus *ac militum*, pro *ad militiam*, Voss. 2. Lovel. 2. 3. 5. Leid. 1. et Gaertn.

Quibus principibus est nomen, hos sequebantur] *quibus est nomen principibus* Voss. 2. Deinde *obsequebantur* Lov. 5. et Portug. Mox τὸ *maxime* non conspicitur in Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. Eadem vox, ut et sequens *armis* desunt in Gaertn.

§. 7. *Hoc triginta manipulorum agmen*] Mea voluntate *viginti*. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. V. supra ad §. 5.

Antepilanos adpellabant, quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur] Sic autem vocabant hastatos et principes in legione, quod essent ante triarios, qui *pilani* vocabantur, ut et M. Varro 4. de ling. Lat. [p. 24.] docet: sic enim scribit. *Hastati dicti, qui primi hastis pugnabant: pilani, qui pilis: principes, qui a principio gladiis, et post, commutata re militari, minus illustres sumuntur. Pilani triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis subsidio deponebantur.* Et Ovid. 3. Fast. [128.]

— *hastatos instituitque decem.*
Et totidem princeps, totidem pilanus habebat
Corpora, legitimo quique merebat equo.

Ceterum aut pro *quindecim* scribendum *novem*, aut, in vexilli numero error sit, necesse est. Nam cum in vexillo dicat esse centum octoginta sex homines, hi tres efficiunt ordines sexagenûm hominum cum suis centurionibus. nam in ordine duo erant. Sic tria vexilla efficiunt novem ordines, non quindecim: ex quibus acies postrema constabit, qui ordinem unum ex illis effici dicit, cujus pars una primum pilum dicebatur, id est, vexillum triariorum: ut proinde legendum esse suspicer: *novem ordines locabantur: ex quibus ordo unus, qui tres partes habebat, earum una, quam primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat.* Nam cum ita legatur, vix est, ut ordinum numerus cum vexillis convenire posse videatur. Haec tamen admonitioni ita sunt, ut non sine cautione lector amplectatur. TURNEB. 11. Advers. 27. Mire haec postrema involuta et foedata. Si sana sunt, alia mente et ingenio opus (ego credo) ad eliciendum aliquid sani. Transilit ecce a *Manipulis* ad *ordines*, et, *alii*, inquit, *quindecim ordines*. Quid alii? quasi et Manipuli Ordines. Vide seriem, hoc evincit. Quid refutem, aut te teneam? sine fraude sententiae dictio mihi esto. Corrigo, *quia sub signis jam alii decem ordine locabantur*. Qui alii *decem?* nempe manipuli. Quomodo locabantur? *ordine* (ita lego) et *sub signis*. Cur hoc monet? nonne et alii sub signis? Ita, sed quia hoc postea immutatum, et Rorarii et Accensi (id est, levis armatura) sub nullis signis, ideo expresse addit ordine stetisse, (non sparsim in fronte, ad latera, aut per intervalla) idque *sub signis*. Qui veteris militiae firmiter sciens est, haec non refutabit. Quod si quis totam vocem *ordines* ejicit, per me licebit. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Vocem *antepilanos* corruptam, ejusque loco *antesignanos* lege-

os adpellabant, quia sub signis jam alii quin-
ı ordines locabantur: ex quibus ordo unus-

ſe, exiſtimat Franc. Patri-
Re milit. Rom. parte 4,
d tribus rationibus addu-
'rima eſt, quod vox illa,
rata ejus etymologia, non
gnificare poſſit, quam eos,
te pila stabant: id quod
um minime habere poteſt,
m ipsi haſtati et principes
ſtabant, et triarii non pi-
haſtas gerebant. Secunda
od verba Livii, quemad-
hodie leguntur, nullum
t sensum, neque illud *quia*
signis ullo modo cohae-
m verbis his *antepilanos*
bant. Tertia eſt, quod vox
ni non reperiatur apud ul-
ctorem, nec usquam apud
ivium, si ab hoc loco dis-
, in quo ter vox illa ob-
Patricio favet Leid. 2. in
iptum eſt *antesignarios ap-*
ſt. Verum, praeterquam
n verisimile sit, alios om-
rarios pro notiſſima voce
anos dediſſe minus notam
nos, idemque etiam cod.
infra c. 9, 14. ac c. 10,
plerique reliqui Mſti vel
nos legant, vel *antepila-*
tiones insuper a Patricio
e non satisfaciunt. Quod
primam, quam dedit, ad-
uamvis poſtea genera ar-
mutata sint, id tamen ne-
quit, olim triarios adpel-
e pilanos, et primitus ha-
ctos eſſe, qui primi haſtis,
qui primi pilis, principes
principio gladiis pugna-
t ex Varr. et Ovidio do-
rneb. Eo igitur respectu
t principes dicti sunt *an-*
, quia ante pila, ante mi-
is armatos in acie consi-
ante pilanos, id eſt tria-
ugnam inibant; quamvis
c tempore non tantum
triarii pilis amplius non pugnarent, sed et contra ipsis haſtatis ac principibus pila tributa essent: quemadmodum et *haſtati* id nomen retinuerunt, licet loco haſtarum pila accepiſſent. Quod ad secundam adtinet, ratio Livii, cur hoc triginta manipulorum agmen *antepilani* vocentur, recte adparebit, si conjungenda non disjungamus, et rationem datam demum finiri credamus verbis *primum pilum vocabant*. Neque etiam tertia ratio satisfacit. Si enim quam maxime verum foret, *antepilanus* non reperiri apud ullum scriptorem, nihil aliud sequeretur, quam vocabulum illud eſſe referendum inter ἅπαξ λεγόμενα. quae omnia si expungenda forent, ingens corrumpendis scriptoribus feneſtra aperiretur, et lingua Latina multo pauperior evaderet. Immo ipse Patricius poſtea sect. 7. fatetur, se voces *rorarius* ut et *accensus* hoc sensu neque alibi apud Livium, quam hoc cap. neque etiam apud ullum auctorem alium reperiſſe: et tamen addit, se non ideo adfirmare, voces eas hic esse mendosas. At insuper ex lexicis, quae hodie in omnium manu sunt, conſtat, eadem hac voce, quamvis sensu translato, usum etiam eſſe Amm. Marc. 28, 1. *Cum Maximino velut antepilano suo contendens*. Cui adde alium locum a Lipsio 4. de Milit. Rom. Dial. 1. observatum ex l. 16, 12. *Steterunt veſtigiis fixis, antepilanis, haſtatisque, et ordinibus primis velut insolubili muro fundatis*. Ad eumdem, ad quem Patricius, lapidem obſendit etiam Salmas. de Re milit. Rom. c. 4. qui inprimis secundum Patricii argumentum ursit; sed cui jam satisfactum eſt. Ceterum emendatio-

quisque tres partes habebat. earum unamquam-

nem Lipsianam partim probat Gronov. supra ad §. 4. partim, ea rejecta, vulgatum *ordines* servat. Contra ipsum illud, quod Gronovius probabat, *decem* pro *quindecim*, displicet Doujatio, a quo stant omnes codd. nisi quod *XVI.* sit in Harlej. 2. V. tamen antea ad §. 5.

Ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat] Nec id admitto. Tollo *ordinem* ex repetitione prave insertum, et lego, *ex quibus unusquisque*. Quis unusquisque? manipulus de quo praeivit. Sententiam totam clare mox videbis; sunt enim nexa. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Neque hic opus esse, ut *ordo* ejiciatur, monet Gronov. loco supra laudato. Deest tamen illa vox, sed in solo Haverk. Non adparet etiam τὸ *tres* in Voss. 2. et Lovel. 3.

Earum unamquamque primumpilum vocabant] Falso, falso. Quid stultius, quam singulas partes *primas* dicere? Ubi ordo et positio est, etiam numerus variat pro situ. *Earum unamquamque primam Pilum vocabant.* Tres, inquit, sunt manipuli cujusque partes, non duae, ut in prioribus. Primam quamque harum partium (sunt enim decem ita primae) appellant *Pilum*. Nonne id clarius est? Tres fuere classes, *Hastati*, *Principes*, *Pilani*. Sunt isti ultimi, quibus subjuncti et adjuncti *Rorarii et Accensi*. Ergo in isto uno manipulo tres, singulae nominibus suis distinctae. Ecce jam complexione sententiam totius loci: *Hoc viginti Manipulorum agmen Antepilanos vocabant. Quare? quia jam sub signis et ordine alii decem Manipuli sequebantur, qui tres partes singuli habebant, et earum unaquaeque prima Pilus dicebatur. Quia igitur ante Pilum positi illi, Antepilani dicti.* LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Lipsii, qui in toto hoc capite illustrando et emendando laudabilem operam praestitit 2. de Milit. Rom. Dial. 3. et 4. Dial. 1. alias emendationes merito amplectitur Gronovius, duas minus probat. Primum non placet ei, quod hic *ordines* in *ordine* mutat, et *ordo* delendum censet: deinde quod, pro *unamquamque primumpilum vocabant*, legit *unamquamque primum pilum vocabant*. Nec sane necessaria videtur priorum verborum, quae satis commode ex sententia Gronovii exponi possunt, emendatio: posteriora corrupta esse, certissimum est. Si enim unamquamque partem unusquisque ordinis primum pilum vocabant, etiam singulas partes rorariorum et accensorum primos pilos vocatos, et in decem ita ordinibus triginta primos pilos fuisse dici debet, quod satis absurdum est. Itaque Lipsius levi mutatione, quod in vulgata scriptura est *primum*, emendat *primam*. Ea emendatio hanc rationem habet, quod quemadmodum *Princeps* et *Hastatus* pro ipsis ordinibus ponuntur, et centuriones eorum *primum*, *secundum*, *tertium*, et sic porro, *Principem* vel *Hastatum ducere* dicuntur; ita credibile est, etiam *pilum* ordinem esse, quia eodem modo *primum pilum ducere*, et *primi pili centurionem* legimus, et quia omnes triarii *pilani* dicti sunt. Sed Gronovius, quum, ut videtur, sententiam eorum probaret, qui omnes triariorum ordines (id est, unamquamque primam partem horum decem ordinum, qui singuli tres partes habebant) *primos pilos* vocitatos putant, maluit legi, *earum primam quamque primum pilum vocabant*. Esse, qui ita putent, etiam Lipsius 2. de Milit.

que primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis 8

Rom. Dial. 8. scribit; nec tamen magis eos nominat, quam hic Gronovius. Sed fuerunt in ea sententia P. Manutius, ac deinde Valesii, quorum hi ad Ammian. Marc. 16, 12. verbo *ordines triariorum primum pilum*, ille ad Cic. 5. ad Att. Ep. 20. *omnes centuriones triariorum pariter primos pilos vocatos* tradunt. Addit rationem sententiae Manutius, qui nec usquam *primi*, *secundi*, *tertii*, *quarti pili*, vel reliquorum mentio fit; et quod Livius hic unamquamque triariorum partem primum pilum dictam adfirmat. Verum neque Livius hoc dicit, in cujus recepta lectione, quam Manutius secutus est, non alius sensus, quam quem dixi, esse potest; et *primi pili* tam multis locis mentio est, ut mirer, qui hoc ei excidere potuerit; quum praesertim ipse ad Ciceronem pro Balbo 15. quaedam eorum describat. Quod autem dicit, nusquam *secundi*, *tertii*, *quarti pili*, vel reliquorum, mentionem fieri, id non negat Lipsius, sed tamen verosimile esse putat, omnes ordines triariorum post primum, quem *primum pilum*, et, qui eum ducebat, *centurionem primi pili* vocabant, a primo ita distinctos fuisse, ut *secundum*, *tertium pilum* pro secundo, tertio eorum ordine, et horum centuriones, *secundi*, *tertii pili centuriones*, atque ita ceteros usque ad decimum, dicerent. Nec ullam vim habet argumentum illud Manutii, ut quod eadem ratione adversus ipsum converti possit: quum neque usquam *secundi*, *tertii*, *quarti primipili*, et reliquorum mentio fiat. Ac ne ipse quidem sibi constat. Nam ad Ciceronem pro Balbo d. l. aliam conjecturam proponit, centurionem primi ordinis triariorum *primipilum*, secundi forsitan *secundum triarium*, tertii *tertium triarium*, atque ita deinceps usque ad decimum, appellatos fuisse. Et sic etiam Aldus 2. de Quaesitis per Epist. 3. Sed hoc quoque, quum plane nulla auctoritate nitatur, merito repudiat Lipsius, qui, nisi fallor, eos 2. de Milit. Rom. Dial. 8. in fine tangit. Gronovius hic eos, qui omnes ordines triariorum *primospilos* vocatos putant, hac ratione juvare conatur. Primus ordo principum et hastatorum *primus princeps*, *primus hastatus*, et simpliciter κατ' ἐξοχὴν *princeps* et *hastatus* dicebatur; secundus eorum ordo *secundus princeps*, *secundus hastatus*, et sic porro. Eodem modo ergo primus ordo triariorum κατ' ἐξοχὴν erat *primus pilus*, ejusque centurio *primi pili centurio*: proximus ordo *secundus primus pilus*, inde *tertius primus pilus*, atque ita deinceps. Unde intelligitur, eum existimasse, secundi ordinis triariorum centurionem *secundi primi pili*, tertii *tertii primi pili* centurionem, et sic ceteros usque ad decimum vocatos fuisse. Sed non ad amussim exacta est comparatio. Concedamus ordinem primum principum et hastatorum simpliciter *Principem* et *Hastatum* dici, etsi id adhuc non nisi de centurionibus horum ordinum, quum autem ordo designetur, semper *primus* additum inveni. Sed si primus ordo triariorum ita κατ' ἐξοχὴν *primus pilus*, ejusque centurio *primi pili centurio* appellatus fuit, quemadmodum primus ordo et centurio principum et hastatorum *Princeps* et *Hastatus*, consequens est, ut, quemadmodum idem, qui simpliciter *Princeps* et *Hastatus*, etiam *primus Princeps* et *primus Hastatus* dicitur, sic etiam primus ordo triariorum *primus pilus*, et *primus primuspilus*, ejus-

conſtabat. vexillum centum octoginta sex homines

que centurio *primi pili*, et *primus primi pili centurio* vocetur: nam *primus pilus* in comparatione Gronovii tantum respondet *zoti princeps* et *haſtatus*. Verum haec haud dubie nusquam reperiuntur. Sententia eorum, qui omnes ordines triariorum *primos pilos* dictos ſtatuunt, hac sola conjectura defendi poſſe videtur, ut putemus, primam quamque partem cujusque ordinis, id eſt, triarios, *primum pilum* dictos fuiſſe, respectu habito ad rorarios et accensos, qui in eodem ordine erant, eamque appellationem deinde, quum jam rorarii et accensi a corpore triariorum detracti eſſent, mansiſſe. Ita locum habere poteſt conjectura Gronovii in Livio. DUK. Doujatius infra ad §. 14. levi, ut aït, mutatione scribit, *eorum* (nempe *ordinum*) *unus*, *quem primumpilum vocabant*, *tribus ex vexillis conflat*. Sed ita legit, ut subserviat sententiae suae, revera quinque millium militum legionem a Livio describi, de quo v. eo loco. Praeterea *primipilum* Lovel. 5. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. Gronov. ad §. 5. vel vulgatum contra Lipsium tuebatur, vel aliam ibidem videndam conjecturam proponit.

§. 8. *Tribus ex vexillis conflabat*] Ipse manipulus (*ἀπὸ κοινοῦ*) conſtabat tribus vexillis. Quid mirum? ratio exigit, et ante dicta. Nam quisque ordo suum vexillum habuit: tres hic ordines sive partes: ergo tria vexilla. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Praepositionem *ex* ignorat Klock. Sed eam reliqui conſtanter servant. Eamdem autem, quam Sueton. Plinius, Quinctilianus, et alii omiserunt, veteres addere solitos fuiſſe, observat Cel. Burm. ad Suet. Aug. 25.

Vexillum centum octoginta sex homines erant] Iterum hic uno et seco: Diodore, ubi es? Nam ut decem manipuli in extrema acie: cujusque tres partes, et totidem vexilla: sunt igitur haec triginta. Si autem in quoque vexillo homines *centum octoginta sex*; erunt in sola hac acie *quinque milia quingenti octoginta*. Adde reliquas duas, quae et quanta ista legio? Atque haec ex noſtra prima correctione: si *quindecim ordines* retines, partes et vexilla magis etiam auges. Ergo iterum necessario seco, et vocem rejicio *milli*. Lego, *tribus ex vexillis conflabat*, *centum octoginta sex homines erant*. Id juſtiſſime et veriſſime. Quisque ordo, ut ante dictum, sexaginta duo homines erant: tres sunt in hoc tali manipulo: ergo in totum homines *centum octoginta sex*. Atque eſt haec ipsa Polybiana militia et ordo, cum unico saltem discrimine, quod est levi armatura. Nam Polybii versum eſt, et extra ordines: hic in ordinibus, et Pilanis conjuncta. Sed numerum si vides, nihil discriminis prorsus. Nam sunt Rorarii *sexcenti viginti*, totidem Accensi: ergo simul *mille ducenti quadraginta*. Nonne totidem Velites in Polybio? excipio, quod quadraginta iſti redundent, et supernumerariis illis duobus. Idem eſt in Triariis sive Pilanis: ibi sunt *sexcenti*, hic *sexcenti viginti*: et nunc vides ac discis causam, cur et unde illi tam paucis respectu priorum. Ab antiquo scilicet inſtituto eſt, et cum in uno Manipulo Leves habuerunt; ii poſtea divulsi sunt et diversi: manserunt igitur illi eodem numero, nec aucti. Dic sodes, quae divinatio haec sic attigerit, et undique pariaverit, nisi quia res fuit? ut igitur consummem, habes triginta manipulos in Livio: priores viginti faciunt homines

ıt. Primum vexillum triarios ducebat, vetera-

ille quadringentos octoginta: ;riores decem, *mille octin-* ıs *sexaginta.* Ergo eſt haec *quatuor millium trecentorum* *raginta.* Superat Polybia- *centum quadraginta*: qui na- ıt ex *duobus* supra sexaginta dictis. At in Livio mox se- ır, *legiones tunc scriptas fere* *millibus peditum*: non er- l noſtrum numerum. Ajo id ıe falso, et in Livio rescri- ıam *quaternis.* Bona fide in- toties rescribo: sed quae culpa; si res, si Livius ipse t. LIPS. 2. de Milit. Rom. 3. Vocem *vexillum*, in qua da Lipsio consentiunt Gro- supra ad §. 4. et Doujat. in- d §. 14. agnoscunt omnes ti et editi. In numero vero tur. *CLXXXV* habet codex . *CLXXXIII* primae edd. uo Aldus primus subſtituit *XXVI*, quemadmodum reli- cripti obferunt. In hoc nu- servando conspirant etiam octi recentiores praeter Pa- ın de Re milit. Rom. parte qui, per vocem *ordo* supra manipulos intelligens, adeo- uindecim manipulos, id eſt, es haſtatorum, totidemque ipum, simul cum duobus rionibus unoque vexillario libet manipuli, mille octin- s et nonaginta homines ef- e exiſtimans, tria millia cen- et decem homines, qui in- r requiruntur, ut legio sit que millium, in hoc tertio decim ordinum sive mani- rum agmine numeratos fuis- pinatur, ita ut quilibet ordo manipulus fuerit ducento- et septem hominum, quorum t sexaginta novem triarii, lem rorarii, totidemque ac- i. Haec autem tria millia cen- et decem homines illorum decim manipulorum ex tribus conſtitiſſe vexillis arbitratur, et quidem in primo vexillo tot fuiſſe triarios, quot in secundo rorarii, quotque in tertio erant accensi. Hinc verba Livii corrupta, sive notas numerales mendosas eſſe, putavit, et pro *centum octoginta sex*, sive 186. legit 1036. sive *mille triginta sex.* Harum adnotationum ratio non permittit, ut singula refellamus; evertendae emendationi sufficit, ei adversari ipsa Livii verba, quae tamen intacta reliquit, et simul refingenda erant. Si enim quindecim hujus agminis ordines in tria vexilla divisi fuiſſent, dicere Livius debuiſſet *Tribus ex vexillis constabant*, nempe quindecim illi ordines. Quum autem dicat *conflabat*, oſtendit, se de unoquoque ordine, de quo modo praceſſit, loqui. A Lipsii opinione discedit etiam Doujatius infra ad §. 14. qui, legens *eorum* (nempe, ordinum) *unus, quem primum pilum vocabant, tribus ex vexillis conflabat, centum octoginta sex homines erant*, censet, cum emphasi hic *homines*, non *milites*, memorari, ut comprehendantur tres centuriones ac tres vexillarii hujus manipuli; qui ex ipsius emendatione seorsum numerabantur supra §. 4. praeterea exiſtimat, ad solum primum tertii hujus agminis ordinem sive manipulum haec verba referenda eſſe, reliquos quatuordecim ejus ordines sive manipulos receptum militum numerum non exceſſiſſe, sed in unoquoque eorum centum viginti milites, id eſt, quadraginta triarios, totidem rorarios, totidemque accensos fuiſſe; quae omnia gratis adsumuntur, et ex verbis Livii probari nequeunt. Veriora Lipsium proposuiſſe, ipsa ratio, et mira numeri a Livio memorati per omnes partes convenientia docet.

num militem spectatae virtutis: secundum rorarios, minus roboris aetate factisque: tertium accensos, minimae fiduciae manum. eo et in postremam aciem
9 rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant.

Veteranum militem spectatae virtutis] *veteranorum militum* Lovel. 2. *veteranum militum* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum *exspectatae virtutis* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. supra ad 6, 33, 1.

Secundum rorarios, minus roboris aetate factisque] *orarios* Lovel. 2. Nomen *rorariorum*, si ab hoc loco discedas, nusquam, nec apud Livium, nec alium quemquam auctorem, reperiri, existimat Patricius de Re milit. Rom. 4, 7. At plura loca veterum, ubi memorantur, conlegit Lipsius in analect. ad Milit. Rom. 3. Dial. 1. Vox *roboris* deficit in Voss. 2.

Accensos, minimae fiduciae manum] *accessos* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. Per *accensos* non significari certum quoddam militum genus apud ullum vel Latinum vel Graecum rerum Romanarum scriptorem, pronunciat Patricius l. l. Verum, eumdem et hic erraſſe, docent loca a Lipsio ibidem prolata. Hinc *minimae fiduciae manus* Block. *minimae fiduciae manu* reliqui omnes, quos vidi, scripti, ut et edd. vett. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. annorum 1480. 1495. 1505. Veneta anni 1498. et Ald. in qua tamen inter errata *manum* recte praefertur. In verbis sequentibus vocula *et* non adparet in Portug. et Haverk. Deinde *in posteram aciem*, pro *postremam*, praefert Leid. 2. quomodo alibi etiam scribae errare soliti sunt. V. infra ad 9, 7, 11. Ceterum voculam *et* omisit etiam librarius Oxon. L. 2. sed ejus loco sequentia inseruit: *operae pretium judicavi, pro faciliore legentium intellectu, moderno ritu describere, qualiter acies ordinabatur in campo, ubi erat pugnandum: et quoniam in pugna praesenti inter Romanos et Latinos plenius fuit forma pugnantium. Constabat, dicit textus, quod acies continebatur ex manipulis. Manipulus vero continebat LX. milites, qui duo centuriones et unus vexillarius conducebat. Centuriones quia, quia centum milites sub se habebant. ut qui plus aliis erant docti, erant conductores eorum. Cum ergo consules acies ordinare, faciebant ordines. In prima acie manipuli XV. et distabant inter se modico spatio. et antecedebant eos alii manipuli leviter armati cum hastis et scutis, qui constabant ex iis qui erantque juvenes pubescentes, erant ad certamen. et continebat illa acie XXX. manipulos, vocabatque primipilanus, vel antepilanus. In illa acie erant quindecim alii manipuli, et habebant tres pilarios* [huic voci adscriptae notae indicant eam inducendam esse] *triarios, quorum quilibet conducebat LXXXVI. homines. Sub primo vexillo hujus aciei vocabantur trojani*, [in margine *vel triarii* eadem manu scriptum erat] *namque veterani milites spectatae virtutis. Secundum vexillum sequebantur rorarii, qui inferiores erant robore et aetate factisque. Tertium vexillum sequebantur milites, qui vocabantur accensi, in quibus non erat tanta fiducia probitatis, et propterea duos acies sequebantur extremi. Hastati ergo primi erant*

ſtati profligare hoſtem non poſſent, pede pres-
os retrocedentes in intervalla ordinum princi-
recipiebant. tum principum pugna erat; ha-
sequebantur. triarii sub vexillis considebant, 10
ro crure porrecto, scuta innisa humeris, ha-

*m inibant, et, si fugare ho-
on possent, non fugiebant,
trocedendo ponebant se poſt
ves, qui in succursum eorum
bant. Et acies triariorum sta-
ixi sub vexillis, parati, si
essisset primis, ipsi subire
en, et habebant lanceas ere-
qui fixas in terra, ut hoſti-
deretur ad eas penetrare vel
steccatum. principes autem
erantur cedere, recurrebant
riarios. Et de alia acie sub-
ti fiebat. Cum ergo omnes es-
qui sub uno vexillo conclusi
et semel ruebant in hoſtes,
formidolosissimum eis; qui,
derentur viciſſe, reperiebant
catas acies exurgentes in ip-
it est sciendum, quod consu-
quentius secum ducebant qua-
giones, quarum quaelibet con-
ex quinque millibus peditum
entis equitum.* Recte Hear-
ea omnia, olim ad mar-
alicujus cod. a sciolo ad.
a, in contextum admisiſſe
ium linguae Latinae rudem,
lubitat. Sane est barbara
sque erroribus scatens loci
ni periphrasis. [Eadem ad-
r in Veith.]

*. Ubi his ordinibus exercitus
ctus esset*] Hunc et quatuor
ntes §. latius inluſtrat Li-
4. de Milit. Rom. Dial. 1.
um *His ubi ordinibus* Klock.
inſtructus erat habet Gaert-

*ſtati omnium primi pugnam
at*] *primi omnium* Fragm.
omnium primum Voſſ. 2. Leid.
1. Hearnii Oxon. L. 1. et ed. Parm.
omnium primum primi, utraque
lectione juncta, Haverk. Deinde
proelium inibant Fragm. Hav. (* v.
ad 39, 31, 2.)

*Pede presso eos retrocedentes in
intervalla ordinum principes reci-
piebant*] *pede pressos eos* Voſſ. 1.
Leid. 2. et Lovel. 1. scribarum
aberratione. Ita *presso gradu* O-
vid. 3. Met. 17.

*Subsequitur, pressoque legit ve-
stigia gressu.*

ubi similis locus Livii laudatur
ex 28, 14, 14. Deinde *introcedentes* Haverk. Tum praepositio *in* omiſſa est in Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 3. 5. Portug. et Fragm. Hav. Sed eam absorpsit syllaba prima vocis sequentis. V. infra hoc cap. ad §. 12. et hoc lib. ad c. 33, 6. *in intervallum principes recipiebant* praefert Harlej. 2. Mox vox *principum* non adparet in Lovel. 2.

§. 10. *Triarii sub vexillis considebant*] *Triarii vexillis considerabant* Florent. *insidebant* Voſſ. 2. *insinebant* Lovel. 3. Tum *in sinistro crure porrecto*, addita prima voce, Leid. 2. *siniſtro crure porrecta scuta* Lovel. 4. Voces *siniſtro crure porrecto* deficiunt in Klock.

Scuta innixa humeris] Teſtatur Lipsius l. l. in mentem aliquando veniſſe, legi poſſe *innexa humeris*; quasi vellet, locis quibusdam ab humeris revincta fuiſſe. At poſtea vidit, nihil mutandum, et *innixa* accepit, a situ ipso sic

ſtas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus
11 quam vallo septa inhorreret acies, tenentes. Si
apud

subsidentium scuta in humerum inclinaſſe. Ceterum *umeris* sine adspiratione scribit librariusFlorent. optimi, quomodo etiam constanter exaratum obcurrit in optimo Silii Mſto Agrippinate. Et hanc scripturam antiquitati tribuit Dausquej. in Orthogr. parte sec. v. *Humerus*. V. quae notat Broekhus. ad Tibull. 1. Eleg. 4, 44.

Haſtas sub erecta cuspide in terra fixas, haud secus] Lege *subrecta cuspide*, ut apud alios *surrecto mucrone*, *surrecto signo*. Feſtus. *Surregit et Sorctus antiqui ponebant*, *pro surrexit*, *et ejus participio surrectus*. Et sic Vossianus [sec.] Quin etiam *haſtas subrecta cuspide in terra fixas*, *ut haud secus quam vallo septa inhorreret acies*, *tenentes*. J. FR. GRON. An non *in terram* maluit? 2, 65, 3. *Fixis in terram pilis*. 9, 7, 3. *Fixosque in terram oculos*. 10, 29, 7. *Verutis in corpora ipsa fixis*. JAC. GRON. *subrecta* jam Lipsius conjecerat 4. de Milit. Rom. Dial. 1. Triarios, etsi a pilis *pilani* dicti sunt, tamen hoc tempore non amplius pilis, sed haſtis, pugnaſſe, ex iis, quae hic et c. 9. ac 10. leguntur, docet Schelius ad Polyb. c. 14. Adde Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 1. et 3. Dial. 6. Et jam dudum ante hanc aetatem mutationem in ea re factam, oſtendunt loca Livii, in quibus primae aciei pila tribuuntur. V. l. 2, 30. et 46. Ceterum *in terra* non minus rectum est, quam *in terram*. Cic. 3. ad Att. Epiſt. 15. *Caput legis Clodium in curiae poste fixisse*. Virgil. 6. Aen. 636.

— *ramumque adverso in limine figit.*

Ovidius 2. Faſt. 648.

Et solida ramos figere pagus humo.

Et cur Livius semper eodem modo loqui debuit? DUK. *subrecta* duabus vocibus male editum est Paris. anno 1573. idque recentiores servarunt usque ad Gron. nov. sine sensu. Priores dederant una voce *suberecta*, quod in plerisque etiam Mſtis superest. Eadem voce usus est etiam Livii perpetuus imitator Silius 15, 155.

Iſthmon curvata sublime subrigit unda.

ubi tamen *superrigat* ex conjectura reponit Inl. Heinsius. et Apulej. 2. Metam. p. 34. ed. Pris. *Aggeratis in tumulum stragulis, et effultus in cubitum*, *subrectoque in torum*, *porrigit dextram*. At *surrecta* praeferunt Lovel. I. et Fragm. Hav. *subrecta*, praeter Voſſ. 2. a Gronovio memoratum, Haverk. Hearnii Oxon. N. et edd. Mogunt. atque Ascens. anni 1530. Et ita Lipsius etiam legendum sine libris ex sola conjectura monuit 4. de Milit. Rom. Dial. 1. Supra 7, 10, 10. *Romanus mucrone subrecto*, *quum scuto imum perculisset*. Senec. Epist. 86. *Vidi villam structam lapide quadrato*, *murum circumdatum silvae*, *turres quoque in propugnaculum villae utrinque subrectas*. Silius Ital. 10, 253.

Ilia cornipedis subrecta cuspide transit.

ad quem vide, quae olim notavi, ut et Cel. Burm. ad Rutil. Itin. 1, 347. Lectio vulgata *suberecta* nata eſſe poteſt ex conjunctione duarum lectionum *subrecta* et

apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a prima acie ad triarios sensim referebantur. inde *rem ad triarios redisse*, quum labo-

recta, quas librarius in cod. suo inventas, quum, utra vera foret, distinguere non posset, hoc modo simul exprimere voluit. Similia ejus erroris alia exempla v. ad 3, 44, 4. *in terram fixas*, ut Cl. Jac. Gronovius malebat, etiam Lovel. 1. et 4. Sed reliqui vulgatum servant, quod et commode ferri potest. Ovid. Ep. 16. Her. 362.

Figitur in jusso nostra sagitta loco.

ubi sine necessitate Francius legebat *in jussum locum*. 1. Met. 472.

Hoc Deus in nympha Peneïde fixit.

ubi unus cod. apud Cel. Burm. *in nympham Peneïda*. lib. 5, 173.

Lamina dissiluit, dominique in gutture fixa est.

lib. 12, 451.

Fixit in adverso cornum sine cuspide vultu.

3. Fast. 697.

Praeteriturus eram gladios in Principe fixos.

Ita et *defigere in terra* Livius 44, 5, 3. *Longi duo validi asseres ex inferiore parte in terra defigebantur*. et *in corde defigere* 1, 58, 11. *Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit*. Similiter *fixus lumina in humo opposita* Ovid. Ep. 6. Her. 26. ubi, iterum Francium sine necessitate *in humum oppositam* velle, observat Cel. Burm. Deinde *ut haud secus*, quemadmodum unus apud J. Fr. Gron. Voss. 2. ita etiam apud me Lovel. 3. et Fragm. Hav.

Vallo septa inhorreret acies] *saepta* Florent. V. etiam supra ad 5, 2, 10. et infra ad 9, 11, 3. In composito *obsaepire* diphthongum etiam retinere solet. V. ad 9, 43, 8. Veriorem hanc scribendi rationem esse docet Dausquej. in Orthogr. part. 2. in v. *Saepes*, dissentiente Voss. in Etym. ling. Lat. v. *Saeptum*. Deinde *inhorret* Lovel. 4. V. ad 39, 52, 6. *inhrret* Gaertn. *inhereret* Lovel. 5. A simili errore ope Mstorum Silium liberavit N. Heins. apud quem perperam olim *haerentia*, pro *horrentia*, edebatur 9, 467. Recte *inhorreret vallo*. Ovid. 8. Met. 285.

Et setae densis similes hastilibus horrent,
Stantque velut vallum, vel ut alta hastilia setae.

ubi tamen viri docti alterutrum versum ab inepto homine adsutum putant. Est autem *vallo* a recto *vallus*; quamvis interdum *vallus* et *vallum* promiscue ponantur. V. infra hoc lib. ad c. 38, 7.

§. 11. *A prima acie ad triarios sensim referebantur*] Pall. duo, pr. ac tert. *ad triarios retro se referebant*. GEBH. Idem etiam monuit Gronov. priori ed. notarum, et in epistola ad Salmas. quam edidit Cel. Burm. in Syll. Epist. tom. 2. p. 536. Non aliter etiam inveni in Voss. 2. et Lovel. 3. sed *ad triarios sensim retro se referebant* Gaertn. *ad triarios retro censim se referantur* Haverk. *ad triarios redisse referebant* Leid. 1. *ad triarios redisse referebantur* Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *ad triarios sensim redisse referebantur* a m. 2. et Lovel. 5. [Veith.] *ad triarios sensim rediisse referebantur* Portug. *ad triarios sensim referebantur* Leid. 2. Sed reliqui in vulgatum conspirant; quod

fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis. alterum tantum et Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine instruunt
15 aciem: nec vexilla cum vexillis tantum, universi hastati cum hastatis, principes cum principibus; sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati
16 non essent, concurrendum sibi esse sciebant. Dis-

sentientibus reliquis omnibus scriptis. V. infra ad 32, 28, 11. et ad 39, 38, 11. Quod autem adtinet ad dubitationem, quam circa numerum equitum cujusque legionis movit Sigon. ad verba praecedentia, aliter eam sustulit Lipsius de Milit. Rom. 2. Dial. 6. existimans, locum Livii 22, 36, 4. vel interpolatum esse, tollendamque equitum mentionem; vel *quadringeni*, pro *treceni*, scribendum esse. Alii aliter sentiunt. V. quae ibi notantur.

Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis] V. Lipsium de Milit. Rom. 2. Dial. 7. et supra ad 3, [22, 4.] KLOCKIUS. *alterum tantum ex Latino dilectum* Florent. Male. De locutione *alterum tantum* v. supra ad 1, 36, 7. Ceterum *dilectu* est etiam in Leid. 1. Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7. Deinde *adjiciebantur*, vel *adiciebantur*, Florent. Leid. 1. a m. 1. et Lovel. 2. ac 4. Denique *ea tempestate hostes erant. Romani eodemque ordine* Lovel. 2. et Fragm. Hav. Mox *eodem quoque ordine* Lovel. 4. V. ad 5, 27, 1.

§. 15. *Tum nec vexilla cum vexillis tantum, universi hastati cum hastatis*] *tum* redundat. GELEN. Salmas. ad Vospisci Probum 5. *vexilla* hic, et alibi *vexilla legionum*, interpretatur triarios. Hic recte rejicit Ferrarius 1. Elect. 3. sed dubitanter pronuncit de mente Livii. Vexilla hic fortasse sunt signa triariorum, et per tropum ipsi triarii, quia haecce hastatis et principibus separata videntur. Sed alioqui in universum hoc capite sunt signa peditum. Nam non solum triarios, verum etiam rorarios et accensis, vexillum tribuit Livius, et singulos ordines *vexillarium* habuisse dicit, id est, signiferum; qua significatione etiam 10, 19, 12. et 35, 5, 12. vexillum dici puto. Et haec saepe sine discrimine poni, jam Lipsius admonuit 2. de Milit. Rom. Dial. 8. et 1. Dial. 5. DUK. Illud *tum* in uno tantum apud me superest Harlei. 2. Ejus loco *cum*, vel *quam*, pro ferunt Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Voss. 1. a m. 2. cum *vexilla cum vexillis tantum* Lovel. 1. *cum non vexilla cum vexillis tantum* Leid. 2. Praeterea *sed universi*, addita voce, Portug. *se universi* Haverk. Deinde *hasti cum hastatis* Lovel. 1. *hastati cum hastis* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Gaertn.

Sed centurio quoque cum centurione] Illud *si ordines turbati non essent* videtur significare, aliquid definitius dixisse Livium: nimirum, *sed et centurio, quoque cum centurione, si ordines turbati*

primipili ex utraque acie inter triarios erant: Romanus corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiae: Latinus viri- 17
bus ingens bellatorque primus; notissimi inter se, quia pares semper ordines duxerant. Romano, 18
haud satis fidenti viribus, jam Romae permissum erat ab consulibus, ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato

non essent, concurrendum sibi esset, sciebant. J. FR. GRON. Sensui Livii verba magis convenient, si Gronovii conjecturam recipimus, quam si vulgatum sequimur. Partem ejus *sciebant*, pro *sciebat*, probant Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Opus tamen non est, ut, inserta particula *et*, legamus *sed et centurio*. Saepe enim *sed*, praecedente *non tantum*, vel *non modo*, pro *sed et*, aut *sed etiam*, obcurrit. V. supra ad 2, 6, 1. Insuper *centurie*, pro *centurio*, est in Leid. 2. *To quoque* deficit in Portug. et Haverk. *centurionibus*, pro *centurione*, habet Voss. 2. a m. 1. Tum *si* deficit in Lovel. 1. particula negativa *non* in Klock. Tandem *occurrendum* praefert Gaertn. V. infra ad 36, 24, 4.

§. 16. *Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant*] Nomina horum centurionum omisit, Romani et Latini. SIG. Sensus Livii non est, duos tantum primipilos in utraque acie fuisse, in qualibet unum; in una quaque enim legione erant duo, adeoque in quatuor legionibus octo: sed potius duos tales, cum notis valetudinis et roboris adscriptis, in utraque acie sibi obpositos fuisse. V. Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 8. Ceterum *Duo proximi pili* perperam legunt Voss. 1. et Lovel. 1.

Corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiae] *haudquamquam* Lovel. 1. 3. 5. Gaertn. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 7, 26, 8. Tum *validus satis* Leid. 2. Deinde *strenuus vir penitusque* Leid. 1. *strenuus umperitusquae* Florent. pro quo postea emendatum est *strenuus imperitusque*. Sed *strenuus vir peritusque militis* legit Gaertn.

§. 17. *Quia semper pares ordines duxerunt*] Malim *duxerant*. SIG. Ita etiam legunt Lovel. 2. 4. Fragm. Hav. edd. Mediol. anni 1505. atque Ascens. annorum 1513. et 1516. et ita vir doctus emendavit in margine ed. Mediol. anni 1495. Ad haec *pares semper ordines* Florent. Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quod tot codicum auctoritate in contextum admisi.

§. 18. *Ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum*] *ut eum centurionem* Lovel. 2. *ut centurionem* Hearnii Oxon. L. 2. et C. *ut subcenturionem, quem sibi vellet* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. Tum vox *eum* deficit in Portug. Paullo ante *a consulibus* Leid. 2. Lovel. 4.

hoſte. isque juvenis, in acie oblatus, ex centurion
19 Latino victoriam tulit. Pugnatum est haud procul
radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim fe-
rebat.

1 IX. Romani consules prius, quam educerent

et Gaertn. Mox autem *juvenisque in acie*, omissa prima voce, Lovel. 5. *juvenis in acie* Portug. *hiisque juvenis in acie* Fragm. Hav. sed primae voci adscriptis notis, quae indicant, eam delendam eſſe. *iisque juvenis in acie* ed. Mediol. anni 1505.

§. 19. *Pugnatum eſt haud procul a radicibus Vesuvii montis*] Rectius in manuscriptis legitur *haud procul radicibus*. GELEN. Ad easdem radices caſtra posita fuiſſe, scribit Valerius 1, 7, 3. SIG. Praepositionem *a* solus defendit minimae auctoritatis codex Harlej. 2. nisi quod etiam Lovel. 4. praeferat *Pugnatum est ab radicibus*. Utrumque loquendi genus Livio usitatum eſt. Quum itaque et plures et optimi codd. τὸ *a* non agnoscant, Gelenio consentio. V. infra ad 24, 28, 1. Deinde *Vesuvi montis* Leid. 2. *Vesevi montis* Haverk. quo nomine saepius apud Poëtas adpellatur. V. exempla apud Cluver. 4. Ital. ant. 3. p. 1157. et Cellarii Geogr. Ant. 2, 9. p. 538. qui ambo laudant etiam scripturam hanc ex Suetonii Tito 8. ubi bis in vulgatis ita editum obcurrit. Sed priori loco in optimo Mſto Salmasii *Velbii*, in altero *Vesuvio* legitur. In vita vero Plinii, quae etiam vulgo Suetonio tribuitur, *Vesebius* dicitur. Hic tamen vulgatum servo.

Qua via ad Veserim ferebat] In vulgatum conspirant editi. Sed scripti quidam variant. *ad Veseri ferebat* legit Florent. *ad Veserin ferebat* Voſſ. 2. Lovel. 3. et Ha lej. 1. *ad Avernum ferebat* Lov 4. *ad Verserim ferebat* Lovel. *ad Vescium ferebat* Fragm. Ha a m. 1. *ad Vescium inferebat* 2. sed corruptiſſime *ad hoſte inferebat* Lovel. 5. Port. et Gaert In eadem voce, sed alio ferem do, errarunt librarii infra 28, 15. V. etiam Arntzen. ad Vict. de Vir. Inluſtr. 26, 4. Veseri v. Cluver. 4. Ital. ant. p. 1187. ubi non fluvium, sed cto loco Aur. Vict. vocavit, vel caſtellum, vel oppidum Campaniae fuiſſe docet.

§. 1. *Prius, quam educerent aciem, inmolaverunt*] *prius, quam aducerent* Leid. 1. *prius, quam ducerent* Voſſ. 2. Lov. 2. 3. Gaertner. et Fragm. Hav. Male. Discutione *educere in aciem* v. ad 3, 62, 5. Et quidem simpliciter etiam dixerunt *educere*, addito casu. V. ad 40, 25. Voces *in aciem* perperam deſunt in Lovel. 4.

Decio caput jecinoris a familiari parte caesum aruspex dicitur dixisse] Festus *Pestifera auspicia* fuisse ait, *ubi caput in jecinore non fuisset*. Fuisse autem ex sum, et caput jecinoris app ex 2. Cic. de Divin. [13.] *Fa* inquit, *familiare tractant, tale caput jecoris ex omni parte diligenter considerant*. Unde Lucanus in 1. Pharsaliae [627.]

Ecce videt capiti fibrarum in secre molem

primipili ex utraque acie inter triarios erant: Romanus corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiae: Latinus viribus ingens bellatorque primus; notissimi inter se, quia pares semper ordines duxerant. Romano, haud satis fidenti viribus, jam Romae permissum erat ab consulibus, ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato

non essent, concurrendum sibi esset, sciebant. J. FR. GRON. Sensui Livii verba magis convenient, si Gronovii conjecturam recipimus, quam si vulgatum sequimur. Partem ejus *sciebant*, pro *sciebat*, probant Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Opus tamen non est, ut, inserta particula *et*, legamus *sed et centurio.* Saepe enim *sed*, praecedente *non tantum*, vel *non modo*, pro *sed et*, aut *sed etiam*, obcurrit. V. supra ad 2, 6, 1. Insuper *centurie*, pro *centurio*, est in Leid. 2. *To quoque* deficit in Portug. et Haverk. *centurionibus*, pro *centurione*, habet Voss. 2. a m. 1. Tum *si* deficit in Lovel. 1. particula negativa *non* in Klock. Tandem *occurrendum* praefert Gaertn. V. infra ad 36, 24, 4.

§. 16. *Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant*] Nomina horum centurionum omisit, Romani et Latini. SIG. Sensus Livii non est, duos tantum primipilos in utraque acie fuisse, in qualibet unum; in una quaque enim legione erant duo, adeoque in quatuor legionibus octo: sed potius duos tales, cum notis valetudinis et roboris adscriptis, in utraque acie sibi obpositos fuisse. V. Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 8. Ceterum *Duo proximi pili* perperam legunt Voss. 1. et Lovel. 1.

Corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiae] *haudquamquam* Lovel. 1. 3. 5. Gaertn. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 7, 26, 8. Tum *validus satis* Leid. 2. Deinde *strenuus vir penitusque* Leid. 1. *strenuus umperitusquae* Florent. pro quo postea emendatum est *strenuus imperitusque.* Sed *strenuus vir peritusque militis* legit Gaertn.

§. 17. *Quia semper pares ordines duxerunt*] Malim *duxerant.* SIG. Ita etiam legunt Lovel. 2. 4. Fragm. Hav. edd. Mediol. anni 1505. atque Ascens. annorum 1513. et 1516. et ita vir doctus emendavit in margine ed. Mediol. anni 1495. Ad haec *pares semper ordines* Florent. Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quod tot codicum auctoritate in contextum admisi.

§. 18. *Ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum*] *ut eum centurionem* Lovel. 2. *ut centurionem* Hearnii Oxon. L. 2. et C. *ut subcenturionem, quem sibi vellet* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. Tum vox *eum* deficit in Portug. Paullo ante *a consulibus* Leid. 2. Lovel. 4.

hofte. isque juvenis, in acie oblatus, ex centurione
19 Latino victoriam tulit. Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat.

1 IX. Romani consules prius, quam educerent

et Gaertn. Mox autem *juvenisque in acie*, omissa prima voce, Lovel. 5. *juvenis in acie* Portug. *hiisque juvenis in acie* Fragm. Hav. sed primae voci adscriptis notis, quae indicant, eam delendam esse. *iisque juvenis in acie* ed. Mediol. anni 1505.

§. 19. *Pugnatum est haud procul a radicibus Vesuvii montis*) Rectius in manuscriptis legitur *haud procul radicibus*. GELEN. Ad easdem radices castra posita fuisse, scribit Valerius 1, 7, 3. SIG. Praepositionem *a* solus defendit minimae auctoritatis codex Harlej. 2. nisi quod etiam Lovel. 4. praeferat *Pugnatum est ab radicibus*. Utrumque loquendi genus Livio usitatum est. Quum itaque et plures et optimi codd. *τὸ a* non agnoscant, Gelenio consentio. V. infra ad 24, 28, 1. Deinde *Vesuvi montis* Leid. 2. *Vesevi montis* Haverk. quo nomine saepius apud Poëtas adpellatur. V. exempla apud Cluver. 4. Ital. ant. 3. p. 1157. et Cellarii Geogr. Ant. 2, 9. p. 538. qui ambo laudant etiam scripturam hanc ex Suetonii Tito 8. ubi bis in vulgatis ita editum obcurrit. Sed priori loco in optimo Msto Salmasii *Velbii*, in altero *Vesuvio* legitur. In vita vero Plinii, quae etiam vulgo Suetonio tribuitur, *Vesebius* dicitur. Hic tamen vulgatum servo.

Qua via ad Veserim ferebat] In vulgatum conspirant editi. Sed scripti quidam variant. *ad Veseri ferebat* legit Florent. *ad Veserin ferebat* Voss. 2. Lovel. 3. et Harlej. 1. *ad Avernum ferebat* Lovel. 4. *ad Verserim ferebat* Lovel. 2. *ad Vescium ferebat* Fragm. Hav. a m. 1. *ad Vescium inferebat* a m. 2. sed corruptissime *ad hostis inferebat* Lovel. 5. Port. et Gaertn. In eadem voce, sed alio fere modo, errarunt librarii infra 19, 28, 15. V. etiam Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. 26, 4. De Veseri v. Cluver. 4. Ital. ant. 3. p. 1187. ubi non fluvium, ut dicto loco Aur. Vict. vocavit, sed vel castellum, vel oppidum Campaniae fuisse docet.

§. 1. *Prius, quam educerent in aciem, immolaverunt*) *prius, quam aducerent* Leid. 1. *prius, quam adducerent* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertner. et Fragm. Hav. Male. De locutione *educere in aciem* v. supra ad 3, 62, 5. Et quidem simpliciter etiam dixerunt *educere*, nec addito casu. V. ad 40, 25, 10. Voces *in aciem* perperam desiunt in Lovel. 4.

Decio caput jecinoris a familiari parte caesum aruspex dicitur vitandisse] Festus *Pestifera auspicia* fuisse ait, *ubi caput in jecinore non fuisset*. Fuisse autem et fissum, et caput jecinoris apparet ex 2. Cic. de Divin. [13.] *Fissum*, inquit, *familiare tractant, et vitale caput jecoris ex omni parte diligenter considerant*. Unde Lucanus in 1. Pharsaliae [627.]

Ecce videt capiti fibrarum intexere molem

ri, opus est. agedum, pontifex publicus populi Ro-
i, praei verba, quibus me pro legionibus devoveam.
tifex eum togam praetextam sumere jussit, et, 5
to capite, manu subter togam ad mentum ex-
ı, super telum subjectum pedibus stantem sic
re. *Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bel-* 6
, Lares, Divi Novensiles, Dii Indigetes, Divi,

omani, praei verba] *agen-* lorent. Leid. 1. Fragm. Hav. . Parm. Perperam. Infra 3, 4. *Recognoscat, agedum,* *, si videtur.* et saepe alibi. tur autem frequenter eo- nodo in Mſtis. V. ad 9, 33, eterea *publicus pontifex po- omani* Voſſ. 1. Leid. 2. et . 1. *Publi pontifex Romani* . 5. a m. 1. *Publi pontifex* *e* a m. 2. *Publi pontifex po- omani* Portug. et Haverk. n modo Valerio pontifici praenomen dederat Livius. rios in errorem pellexit ismus, sive enallage no- ivi pro vocativo, de qua v. Voſſ. 4. Gramm. 5. *Pon- ublicus* autem, ut *sacerdotes* infra 25, 2, 1. 26, 23, 7. , 8. et alibi. Tum *prae* Voſſ. 2. et Lovel. 1. *praeſta* Portug. Gaertn. Haverk. et . 5. a m. 2. quum ab initio *ria verba* scriptum fuiſſet. *ei verba* Leid. 2. *praeſtet* Lovel. 2. quae lectio simi- x eo orta, quod nomina- pro vocativo positum li- s non videbat. *Praeire* Livio frequens eſt. Infra , 14. *M. Livium pontificem* *jussit verba.* 41, 21, 11. *rcio Philippo verba praeeun- ulus in foro votum concepit.* , 9. *Praeeunte verba Lepi- tifice maximo, id votum susce- ſt.* (*39, 18, 3. *praeire car-* , 17, 9.) *Praeire verbis* di- xit Plaut. in Rud. 5, 2, 48. *Praei verbis, quid vis.* Plinius 28, 2. *Cujus sacri precationem, qua solet praeire quindecimvirûm collegii Magiſter, si quis legat, profecto vim carminum fateatur.* Mox *legi- bus*, pro *legionibus*, Lovel. 1. V. supra ad 6, 39, 7.

§. 5. *Manu subter togam ad mentum exserta, super telum subjectum*] *manus subter togam* Harlej. 1. repetita in fine vocis litera, quae sequentis initialis eſt. V. ad 28, 25, 2. *manu super togam* Voſſ. 2. Leid. duo, Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Ita etiam editi variarunt supra hoc lib. c. 7, 9. Tum *ad metum*, pro *ad mētum*, sive *ad mentum*, Leid. 1. *ad humerum* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. Deinde *exta* Lovel. 4. *extra* Leid. 2. et Portug. in contextu. Denique *et super telum* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Verbis sequentibus *sit dicere*, pro *sic dicere*, Lovel. 1.

§. 6. *Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares*] Dempſter. in Etrur. Reg. 1, 16. p. 66. ut et ad Rosini 2. Antiq. 3. probaturus, Janum peculiari cognomento *Patrem* dictum eſſe, inter alia teſtimonia etiam hunc locum adfert, quem ita laudat: *Jane pater, Jupiter, Mars, audite vota.* Sed nimium fallaci memoria confusum fuiſſe ne *Marspiter* laudat Briſſon Form. p. 109. Ceterum

eſt, ordinibus, proceſſere in aciem. Manlius dex-
3 tro, Decius laevo cornu praeerat. primo utrimque
aequis viribus, eodem ardore animorum gerebatur
res: deinde ab laevo cornu haſtati Romani, non
ferentes impreſſionem Latinorum, se ad principes
4 recepere. In hac trepidatione Decius consul M. Va-
lerium magna voce inclamat: *Deorum*, inquit, opu,

facto cum primis hoſtiis litaſſet. Plautus Poenulo [2, 1, 7.] *Quia litare nequeo, abii illinc illico iratus.* Juſtinus 20, [2.] *Facto sacrificio, auxilium Deorum implorant: litatis hoſtiis, obtentoque, ut rebantur, quod petebant.* Unde et illa Plauti Pseudolo 1, 3, 100.

Ut hodie ad litationem huic suppetat satias Jovi.

Livius 41, (15, 3.) *Senatus majoribus hoſtiis usque ad litationem sacrificari jussit.* J. FR. GRON. *prospere*, quod a Sigonio in contextum receptum, et a recentioribus editoribus servatum erat, recte Gebhardus et Gronovius rejecerunt. Nam et apud me in nullo, nisi Portug. Gaertn. et Haverk. minimae auctoritatis codd. supereſt. Eſt autem *litare*, ut Gronov. monet, inmolata hoſtia Deos placare, eosque sibi propitios ac faventes reddere. Liv. 29, 10, 6. *Legati referebant, et sacrificantes ipsos Pythio Apollini litaviſſe.* Servius ad Virg. 2. Aen. 118. *Litare verbo pontificali usus eſt, id eſt, sacrificiis Deos placare.* V. plura apud Briſſon. de Formul. l. 1. p. 28. ex quo Modius, ut ipse fatetur, pleraque, quae ad hunc locum notavit, descripsit, sed tanta religione, ut ne errata quidem typographorum aut memoriae vitia, a Briſſonio commiſſa, emendare suſtinuerit. Ea igitur, quae ex ipso Briſſonio commode peti poſſunt, hic delevi. Ceterum *a collega* Lovel. 2. 4. Gaertn. et editi ante Aldum. *Τὸ eſt* vero deficit in Voſſ. 1.

§. 2. *Inſtructis, sicut ante dictum eſt, ordinibus*] *sicut ante dictum eſt* Lovel. 4. V. ad 40. 11. 3. *sicut ante dictum*, omiſſo *τὸ eſt*, Florent. quod probabat Salvinius. Mox voces *Decius laevo* deficiunt in Lovel. 1.

§. 3. *Utrimque aequis viribus, eodem ardore animorum gerebatur res*] *undeque aequis viribus* Lovel. 3. Tum *gerebant res* Hearnii Oton. N. et L. 2. *res gerebantur* Lovel. 3. *gerebantur res* Florent. et Lovel. 3. ac 4. V. infra ad 9, 35, 5.

Ab laevo cornu haſtati Romani] *a laevo cornu* Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Tum *eſtatur Romani* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Mox *se recipere*, pro *se recepere*, Florent. a m. 1.

§. 4. *M. Valerium magna voce inclamat*] *increpat* Hearnii Oton. L. 2. et C. [Veith.] Male. Valer. Max. 9, 12. ext. 6. *Puerum, ut illum abigeret, inclamavit.* qui et alibi ita locutus eſt. Cic. 2. de Invent. 4. *Comitem illum suum inclamavit semel et saepius.* Eodem verbo, sed alia conſtructione, Livius supra utitur 1, 25, 9. *Albanus exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri.* Mox *τὸ eſt* non adparet in Lovel. 2.

Agedum, pontifex publicus po-

iritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Roma-
Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum Diis
anibus Tellurique devoveo. Haec ita precatus, li- 9
ores ire ad T. Manlium jubet, matureque collegae
devotum pro exercitu nunciare. Ipse, incinctus

rtug. in margine, et Haverk.
il muto. Plautus in Casin. 5, 26.

ropter eam rem hanc tibi nunc veniam minus gravate prospero. citus etiam aliique eodem verusi sunt.

Hostesque populi Romani Quiri- n terrore formidine morteque ficiatis] hostesque populique Ro- ni Lovel. 3. Praeterea *populi mani Quiriti* Leid. 2. et Lovel. *populi Romani Quiritum* Lovel. et Fragm. Hav. V. ad verba aec. Deinde *terrore et formidi-* Fragm. Hav. Denique *morti- afficiatis* Voss. 2. Lovel. 3. ac ertn. Alibi tamen casum sex- m vocis *mors* ita formari, non- m reperi.

§. 8. *Ita pro republica Quiri- um, exercitu, legionibus]* Vide- r excidisse aliquid, ut integrum 1: *ita pro republica populi Ro- ani Quiritium, exercitu, legioni- s, auxiliis populi Romani Qui- ium.* Nam τὸ *Quiritium* in hu- smodi formulis appendix pro- ia est τοῦ *populi Romani.* Vi- tum quoque in vulgatis erat , 10, 2. illud *respublica populi mani Quiritium,* in veris sacri rmine. J. FR. GRON. Vocula deest in Lovel. 2. *ita populo* . vel *Romano, Quiritium* habent oss. 2. et Lovel. 3. *ita pro Ro. . Quiritium* Fragm. Hav. *ita pro pulo Romano Quiritium* Gaertn. ae omnia conjecturam Grono- verisimiliorem reddunt. Quum im per compendium scriptum isset *pro R. P. P. R.* librarii vel duas priores, vel duas posteriores literas singulares omiserunt: quamvis tamen alibi etiam saepe *respublica* et *populus Romanus* inter se commutentur. V. ad 9, 26, 8. De formula *respublica populi Romani Quiritium* v. eumdem Gronov. 4. Observ. 14. *Quiritum* hic iterum praeferunt Leid. 2. et Lovel. 2. V. ad §. praec. Brissonius autem, hanc formulam proferens, 1. de Form. p. 109. laudat, quasi scriptum invenisset *quo republica Quiritibus.* Quam lectionem in nullo codice, nec scripto, nec edito, invenio. Praeterea vox *exercitu* deest in Haverk. quam reliqui constanter agnoscunt, nisi quod tamen *exercitum* praeferant Flor. Leid. 1. et Lovel. 2. Mox iterum *Quiritum* idem Lovel. 2. ut jam ter hac formula habuimus. Voces *legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium* deficiunt in Haverk. et Fragm. Hav. Sed librariis fraudi fuit vocum *legionibus* et *legiones* similitudo. V. ad 9, 11, 11.

Diis Manibus Tellurique devoveo] *Deis Manibus* Florent. Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. et Harl. 1. Tum vox *Tellurique* deficit in Harlej. 2. et edd. vett. usque ad Aldum, qui primus addidit; et recte. Servant enim omnes reliqui scripti, ut et Livius infra 10, 28, 13. *Jam ego mecum legiones hostium mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo.* Insuper *voveo* Fragm. Hav. *devovero* Haverk.

§. 9. *Haec ita precatus]* *Haec itaque precatus* Haverk. V. ad 21, 53, 7. Mox *nunciatur,* pro *nunciare,* Gaertn.

quorum est potestas nostrorum hostiumque, Diique Ma-
7 *nes, vos precor, veneror, veniam peto feroque, uti po-*
pulo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis; ho-
stesque populi Romani Quiritium terrore, formidine, mor-
8 *teque adficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro republica*

pater est in Leid. 1. et Harlej. 1. post quae verba *inquit* inserunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *Quirino* habet Leid. 1. quae vox deficit in Lovel. 4. *vates*, pro *Lares*, est in Gaertn.

Divi Novensiles] V. Loëns. 4. Misc. Epiphyll. 15. KLOCK. *Divi Nodensiles* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Divi Novemsiles* Lovel. 3. *Dii Novensiles* Gaertn. *Dii novem siles* Lovel. 5. a m. 1. *Dii novem sides* a m. 2. *Dii Novensides* Haverk. quomodo etiam olim edebatur apud Varr. 4. de L. L. p. 20. V. Loëns. l. l. et Voss. Etym. ling. Lat. in v. *Novem*.

Dii Indigetes, Divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque, Diique Manes] *Di Indigites* Flor. V. Dausquej. Orthogr. part. 2. in v. *Indigetes*. *Dii indigentes* Lovel. 3. Malc. De Diis Indigetibus v. Turneb. 19. Advers. 29. Salmas. Exerc. Plin. p. 51. Voss. de Theol. Gent. 2, 12. et in Etym. ling. Lat. v. *Indigetes*. Tum *Dii quorum est* Lovel. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde *potestas nostrûm hostiumque* Voss. 2. et Lovel. 3. *potestas nostrorum hostium* Portug. et Haverk. Denique *Dii Manes* Portug.

§. 7. *Precor, veneror, veniam peto feroque*] Solennia in ejusmodi devotionibus verba. Quae adhibet etiam Macrobius 3. [Saturn. 9.] ubi de ratione urbium et exercituum devovendorum agit. SIG. Quid est *veniam fero?* Non succurrit, quomodo exponam; sed veniebat in mentem *veniam peto quaesoque, uti* etc. Cic. pro Archia 2. *Quaeso a vobis, ut in hac caussa mihi detis hanc veniam, ut* etc. Potuisset dicere *Quaeso a vobis hanc veniam, ut* etc. Idem non raro conjungit *quaeso et peto*. 3. ad Famil. Ep. 2. *Etiam atque etiam quaeso et peto*. 5. Ep. 9. *Peto quaesoque, ut tuos mecum moves*. Livius 9, 8, 8. *Vos, Dii immortales, precor quaesoque*. DUK. Verbum *veneror* deesse in Osue L. 2. monet Hearnius. Sed recte reliqui omnesque mei servant. Est enim in hac re sollemne, ut ex Macrob. Sigonius monuit. Adde Brisson. 1. de Form. p. 71.

Uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis] *uti populo Romanum Quiritium vim* Lovel. 2. *Quiritum* etiam Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Malc. V. ad 1, 20, 7. *uti populo Romano Quiritibus* legendum esse, existimat Brisson. 1. de Form. p. 62. unde plura in notas ad hunc locum transtulit Modius, quae expunxi, quod commode ibi videri possint. Sed de formula hac *populus Romanus Quiritium* v. supra ad 1, 32, 6. Mox *vim victoriam*, omissa particula *que*, Florent. et Lovel. 4. ac 5. quod Salvinius, qui ed. Flor. cum editis contulit, adposito signo sibi verum videri indicavit. *inde victoriam* Fragm. Hav. cujus librarium decepit similitudo literarum *ut*, id est *vim*, et *iñ*, id est *inde*. V. ad 7, 26, 7. Tum *victoriamque pp̃ Eōi prosperetis* Gaertn. Sed mediae voces ex ultima natae sunt. Denique *prospereris* Fragm. Hav. *prosperetis*

ie aliquanto auguſtior humano visu, sicut coelo
iſſus piaculum omnis Deorum irae, qui peſtem ab

ectus eſt ab utraque acie, ali-
ianto auguſtior humano visus
t, vel apparuit: ne alterutrum
perfluum putes. J. FR. GRON.
uae ad has voces eruditius,
iam verius, notantur, vix au-
m Livio attribuere; ne quidem
τὸ *visu* in MSS. quoque desi-
rraretur: quippe eam vocem
l similem omnino crederemus
ic quoque a Livio subaudiri, ut
32, 6. *Vocem noctis silentio au-
sse clariorem humana.* ubi et-
m subintelligi voluit *voce.* 5,
, 8. *Sedentes viros praeter orna-
m habitumque humano auguſtio-
m.* Hoc lib. c. 6, 9. *Visa species
ri majoris, quam pro humano ha-
itu, auguſtiorisque.* Seneca 1. Con-
ov. 2. *Altior humana visa eſt cir-
a me species eminere.* JAC. GRON.
insignitius omissa res] Vet. lib. *signius*. SIG. Ita et Hearnii Ox. et B. cum edd. Mediol. anni 5. et Ascens. annorum 1513. 516. *insignitis* Voss. 2. et Fragm. a m. 1. *insignis* Portug. Sed mutandum. Videnda sunt, supra notantur ad 7, 6, 6. *emissa res* Voss. 2. et Fragm. a m. 1. *commissa res* Leid. 2. vel. 1.

dum armis virisque et omni vi nandum ac delendum] *armis* *isque* pro varia lectione praeoss. 1. Eadem lectio est in att. usque ad Aldum, qui restituit. Interdum haec la in Mstis permutantur. a hoc lib. ad c. 9, 14. et . Vel etiam *viribus*, pro lem errore scriptum esse potuit, quo ejus generis multa alia, de quibus infra v. ad 22, 8, 7. Deinde *et omni expugnandum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. vocula *vi* intercidente ob similitudinem ultimae syllabae vocis praecedentis. *et omnium expugnandum* Florent. et Leid. 1. *et hominum expugnandum* Voss. 2. et Lovel. 3. Nihil muto. Infra 22, 23, 4. *Ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri jussit. arma* autem et *vim* jungi, infra videbimus ad Epit. Liv. 79. Denique τὰ *ac delendum* exsulant a Gaertn.

Coactique novi consules omnibus eam rem praeverti, proficiscuntur] Immittenda elegans videtur particula, quam agnoscit Palatinorum unus, *coactique novi consules vel omnibus eam rem praeverti.* GEBH. *coactique novi consules omnibus tum rebus profectis proficiscuntur* Lovel. 2. utraque lectione juncta, *coactique novi consules novi vel eam rem praeverti omnibus tum rebus perfectis proficiscuntur* legit Haverk. in quo est etiam particula, quam restitutam volebat Gebhardus. Verum quum eamdem ignorent reliqui omnes

2 omnibus eam rem praeverti, proficiscuntur. Jam Latio is status erat rerum, ut neque bellum neque pacem pati poſſent. ad bellum opes deerant: pa-
3 cem ob agri ademti dolorem aspernabantur. Mediis consiliis standum videbatur, ut oppidis se tenerent; ne

codd. utrique huic non adsentiendum exiſtimo.

§. 2. *Pacem ob agri ademti dolorem aspernabantur*] *pacemque* Lovel. 4. Tum *ab agri ademti dolorem* Haverk. Hinc suspicio nasci poſſet, legendum eſſe *ab agri ademti dolore*. V. ad 24, 30, 1. Aliis tamen receptam scripturam defendentibus, eam servandam puto. Nam et alibi librarii *ab* et *ob* perperam commutarunt. V. ad 26, 1, 3. Tum *aspernebantur* Gaertner. V. ad 8, 28, 3. Paullo ante vox *rerum* exsulat a Fragm. Hav. a m. 1. *pacem* autem non nisi a m. 2. exſtat in Florent.

§. 3. *Ut oppidis se tenerent, ne lacessitus Romanus*] Abeſt a duobus Pall. *ut*. GEBH. Abeſt etiam a Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. Sed facile excidere potuit ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis. (* v. ad 29, 28, 3. 40, 11, 1.) Praeterea *nec laceſſitus* Fragm. Hav. a m. 1.

Undique ex omnibus populis obsessis auxilium ferretur] *de omnibus populis* Gaertn. At vox *populis* non adparet in Fragm. Hav. Paullo ante *si ejus oppidi*, pro *si cujus*, Haverk.

§. 4. *Neque tamen, nisi admodum a paucis populis, Pedani adjuti sunt*] *ubi admodum a paucis* Gaertn. *nisi admodum a paucis* sine praepositione Leid. 2. Lovel. 3. Portug. et Haverk. V. ad 6, 11, 4. Optimi tamen praepositionem servant. Tum *sunt adjuti* Gaertn. *adjuncti sunt* Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 10, 14, 11.

Tiburtes Praeneſtinique, quorum ager propior erat] *Tibures* Lovel. 4. Tum *Praeneſterinique* Leid. 1. *Peſtrinique* Fragm. Hav. Deinde *ager erat propior* Gaertn. *ager propius erat* Lovel. 2.

§. 5. *Aricinos Lanuvinosque*] Quemadmodum paulo ante [c. 13, 7.] *ab Antio Lavinioque* dixit, sic hoc loco *Aricinos Laviniosque* legendum puto. Me in hanc sententiam adducunt cum libri veteres, tum maxime Capitolini lapides, in quibus hic C. Maenii triumphus his verbis descriptus eſt:

C. MAENIUS. P. F. P. N. COS. DE ANTIATIBUS. AN. CDLV. LAVINEIS. VELITERNEIS. PRIDIE. B. OCT.

Quoniam autem in his duorum oppidorum nominibus tanti errores implicant non Latinorum, sed etiam Graecorum auctorum, ut vix *Lavinium* a *Lanuvio* diſtinguere vel diuturna attentione queas, non alienum ab hoc inſtituto eſſe duxi, notas quasdam afferre, quibus alterum ab altero prudens lector internoscere poſſit. Eſt autem illa una, quo[illegible] *Lavinium* ab Aenea, ut omn[illegible] *Lanuvium* a Diomede, ut Ap[illegible]nus 2. [bell. civ. p. 439.] [illegible] conditum eſt. Altera, qu[illegible]

tribunatibus similem deinde consulatum gessit. Nam 11
neque, quoad fuit consul, criminari apud populum
Patres destitit, collega haudquaquam adversante,
quia et ipse de plebe erat: (materiam autem prae- 12
bebat criminibus ager in Latino Falernoque agro
maligne plebei divisus) et, postquam senatus, finire
imperium consulibus cupiens, dictatorem adversus
rebellantes Latinos dici jussit, Aemilius, cujus tum 13

Modii Fuld. *seditiosi tribunatus similem* legamus. V. supra ad 6, 13, 3. Paullo ante *huic alienatus*, pro *hinc*, Lovel. 4. Quomodo saepe peccatur in Mstis. V. ad 25, 40, 2. Tum *a senatu* Gaertn.

§. 11. *Quoad fuit consul*] *quo affuit consul* Lovel. 1. a m. 1. et Haverk. *quod affuit consul* Voss. 2. et Fragm. Hav. *quod fuit consul* Florent. et Lovel. 4. V. supra ad 6, 38, 13. Tum in verbis sequentibus *haud quamquam* Lovel. 1. 3. 5. et Fragm. Hav. V. ad 7, 26, 8. Mox vocula *et* non exstat in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 12. *Ager in Latino Falernoque agro maligne plebi divisus*] Dele *τὸ agro*. Sic supra [c. 11, 14.] *Bina in Latino jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data.* T. FABER. Scio posse excusari, quum priore loco partem proprie illam designet, quae sub sortem et perticam venit, posteriore omne territorium eorum populorum. Si tamen *τὸ agro* vetus aliquis liber excluderet, facile intelligerem illud ipsum, vel *τὸ solo:* ut cum dicimus, *in hostico, in pacato.* 3, [6, 7.] *Non diutius se in Hernico hostis continuit.* 8, [34, 9.] *Sine commeatu vagi milites, in pacato, in hostico errent.* J. FR. GRON. Omnes mei vocem *agro* uno ore defendunt. Nec video, cur viris doctis ea vox suspecta esse debeat, qui patienter tulerunt supra cap. praec. *Latinus ager, Privernati addito agro, et Falernus plebi Romanae dividitur.* Ne repetitio vocis *ager* obsendat, v. supra ad 1, 3, 9. Ceterum copula *que* deficit in Portug. et Haverk. *maligni* praefert idem Haverk. Praeterea *plebei* edidit Cl. Jac. Gronovius, quod firmant Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Klock. V. ad 2, 42, 2.

Et, postquam senatus, finire imperium consulibus cupiens, dictatorem adversus rebellantes Latinos] Vocula *et* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *imperium cupiens consulibus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. *imperium consulibus capiens* Voss. 2. De hoc errore scribarum v. ad 10, 35, 4. Post vocem *cupiens* inseritur *nequibat* in Lovel. 5. a m. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Tum *dictatorem dixit adversus rebellantes Latinos discussit* Florent. pro quo inter versus deinde adscriptum est *dici jussit. Τὸ dixit* autem ex §. seq. male huc inrepsit. *adversus rebellantes Latini* Haverk. Verba *adversus rebellantes* etc. *collegam dictatorem* desunt in Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. librariorum culpa, quibus fraudi fuit repetitio vocis *dictatorem.* V. ad 9, 11, 11.

que et Veliternos, Antiatibus Volscis se conjungentes, ad Asturae flumen Maenius, inproviso ad-
6 ortus, fudit. Camillus ad Pedum cum Tiburtibus,

cap. seq. §. 2. *Lanuvium* et *Lanuvinos* indicari putabat; Fastos autem Capitolinos triumphales, quorum maxime auctoritate nititur emendatio Sigonii, si sic habent, quemadmodum Sigonius laudabat, in nomine erraſſe, et *LANVVINIEIS pro LAVINEIS* legendum eſſe. Illam autem sententiam hoc argumento firmavit, quod cap. seq. *Junonis Sospitae* mentio fiat, quae non *Lavinii*, sed *Lanuvii*, colebatur, quemadmodum ipse etiam Sigonius agnoscit. Id quidem argumentum Sigonio adversari non videtur, qui cap. praec. et hic *Lavinii* et *Laviniorum*, cap. autem seq. ubi *Juno Sospita* memoratur, *Lanuvinorum* mentionem fieri existimabat. Sed, cur alios posteriori, quam prioribus locis indicari existimemus, cauſſam non video. Quin contra, quorum nominatim priori et hoc cap. ubi bellum cum Latinis narratur, meminit, eorum itidem nominatim meminiſſe debet cap. seq. ubi, quemadmodum Romani pro merito cujusque populi statuerint, refert. Id autem Livius observavit, si cap. praec. et hoc loco priscam contra Sigonium lectionem *Lanuvio* et *Lanuvinosque* defendamus. Verum vel sic etiam *Lavinii* in hoc bello meminit supra c. 11, 3. Sed infra v. ad cap. seq. §. 2. Eadem vero Cluverii sententia novo hoc argumento firmari poteſt, quod incolas Lavinii Livius semper *Laurentes*, non *Lavinios*, vocarit. V. supra ad 6, 21, 2. Ab aliis *Lavinienses* et *Λαουϊνιάται* vel *Laviniatae* vocantur. Neque *Lavinos* dictos memini, nisi in antea memoratis Faſt. Capit. triumph. Priscam igitur scripturam et hic et c. 12, 7. revocandam censui; a qua etiam optimos codd. ſtare, adlatae ex illis variae lectiones docent. Ceterum *Arcinos* Veſſ. 1. et Lovel. 1. *Atricinos* Leid. 1.

Veliternos Antiatibus Volscis se conjungentes] *Velletrinos* Lovel. 4. *Velitranos* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *Veliterinos* Gaertn. Tum *Antiates et Volscos* Lovel. 2. *Antiatibus Volscisque* Leid. 2. Perperam. Antium enim caput erat Volscorum, ut Livius inquit 6, 9, 1. Et ita *Antiates Volsci* supra memorantur 2, 33, 4. *Antiates Volscos fundit fugatque*. Tandem pronomen *se* deficit in Lovel. 4.

Ad Saturae flumen] Sic plura exemplaria habent. Sed *Asturae* legendum Plinius auctor eſt. Et Livius haud multum diverso id loco demonstrat. SABELL. Quidam *Saturae* supposuerant. Plinius autem 3, 5. ait, et flumen et insulam in Latio eſſe *Asturae*. Sabellicus *Asurae* legiſſe videtur. GLAR. Vet. lib. *ad Saturam flumen*. Ego tamen legendum puto *ad Sturam flumen*. Nam Festus de vocibus incipientibus a litera *S*. ait: *Stura, fluvius eſt in agro Laurenti*. Item Strabo l. 5. [p. 232.] eundem in his locis fluvium Στοῦρα vocat. SIG. Sed *Astura* idem eſt, qui *Stura*. V. Cluverium 3. Ital. Ant. 7. p. 991. DUK. *ad Saturem fluvium* Lovel. 2. V. ad 38, 15, 7. *ad Saturem flumen* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 5. Portug. Gaertn. Frag. Hav. [Veith.] et omnes Haverk. Oxonienses, nisi quod codex N. in margine *Asturam* praeferat. *Saturam* habet Haverk. *ad Saturae flumen* Florent. Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Harlej. ambo, et Hloch. Ego vero cum Cluverio 3. Ital. Ant. 7. p. 991. nihil mutan-

maxime valido exercitu, majore mole, quamquam aeque prospero eventu, pugnat. Tumultum maxi- 7
me repentina inter proelium eruptio oppidanorum

dum puto. Non modo enim, ut Cluver. observat, Festus loco, quem Sigon. laudat, addit, *quod quidam Asturam vocant*, sed etiam facile aeque ex *Satura*, in quam lectionem omnes codd. hic consentiunt, transpositis literis *Astura*, quam ejecta litera *Stura* effici potest. Accedit plerosque, praesertim vero optimae notae codd. infra §. 12. in hanc lectionem consentire. Sed nec casum mutari necesse est: genitivum enim optimi Msti probant. *Flumen Asturae*, ut 43, 4, 6. *Aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinae duceret*. Plura v. ad Livii 40, 19, 9. Ut autem, Sabellicum *Asurae* in Livio legisse, Glareanus crediderit, effecerunt vitiosae Ascensii editt. quae ita in Sabellici adnotationibus excuderunt. Mox *fudit* deest in Lovel. 4. ejus loco *fuit* praeferunt Portug. a m. 1. et Haverk. quomodo etiam peccatur infra hoc lib. c. 36, 8. 10, 15, 1. et alibi.

§. 6. *Camillus ad Pedum cum Tiburtibus maxime valido exercitu, majore mole*] Praepositionem *ad* bis jam proprio minoris loci praeposuit, id quod in obscuris locis saepius fit. Caeterum quod ait *majore mole*, haud scio, ut intelligatur. GLAR. *majore mole*, quod Glareanus ait nescire, ut intelligatur, est majore apparatu. Nam quia de Maenio dixit *Aricinos improviso adortus fudit*: hinc opponit, *at Camillus Tiburtes majore mole, quamquam aeque prospero eventu*. SIG. *majore mole* potius est majore certamine: nam Livius dicit, majoris certaminis ac dimicationis fuisse proelium cum his, qui parati instructique hostem exspectabant, quam cum illis, quos necopinantes Romani de inproviso adgressi fuerant. 6, 2, 11. *Ut minor moles superantibus vallum in castra Volscorum Romanis, quam transcendentibus sepem incendio absumtam fuerit*. 26, 6, 9. *Apud alios nequaquam tantam molem pugnae invenio*. DUK. *Moles* saepe pro adparatu belli poni solet. Supra 2, 16, 2. *Majore inde mole Sabini bellum parabant*. c. 17, 5. *Quum, vineis refectis aliaque mole belli, jam in eo esset*. 5, 8, 7. *Etruriam omnem excitam sedibus magna mole adesse, Romani crediderant*. 21, 41, 2. *Ubi haberem minorem haud dubie molem belli*. Justin. 22, 3. *Victus, majore mole reparaturus bellum, Syracusas concessit*. 29, 4. *Majori belli mole Macedoniae inminebant*. Florus 2, 6, 49. *Cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole veniebat*. Similiter *molem* pro pompa, adparatu triumphi sumi, docuit Gronov. 1. Obs. 21. Hic tamen sensus Livii exigere videtur, ut per *molem* intelligamus, quod *molem pugnae* vocat 7, 32, 11. *Procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat*. et ita alibi. Ceterum *majori mole* est in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum *Camillus apdum maxime valido* Florent. ex quo factum postea *apud Pedum*. Inter versus etiam *cum Tiburtibus* adscriptum est. *cum Tiburtibusque* habet Haverk. Sed *maximeque valido* Voss. 1 a m. 1. Lovel. 5. Portug. et Haverk. Mox *haud quamquam aeque prospero*, addita prima voce, Leid. 2. qui dare voluisse videtur *haudquaquam*. Sed id narrationi Livii adversatur. *quam aeque prospero* Lovel. 5. V. supra hoc lib. c. 4, 1. *quamquam aeque prospecto eventu* Haverk. a m. 2.

consulem ex plebe fieri, concedant id etiam, quod levius esse videtur, ut alter utique censor ex plebe fiat. De utroque autem consule plebejo lata lex anno CDXIII, ut ait Livius l. 7. extremo. SIG. Vulgata scriptura fraudi fuit Ant. Augustino, qui in libro de Legibus scribit, tertiam legem Publilii fuisse, ut alter ex plebe censor fieret, *etsi utrumque jam tunc fieri licebat.* Liv. 7, 42, 2. non pro certo refert, jam ante cautum fuisse, ut ambos consules plebejos creare liceret, sed se hoc apud auctores quosdam invenisse dicit. Si verum est, quod hoc loco scribit, res certa est; nec tamen usurpata ante annum urbis IDXXXVIII. quo primum duos plebejos consules factos tradit 23, 31, 13. Quamquam hi neque iisdem comitiis creati sunt, nec simul magistratum gesserunt, quod alter eorum se ex decreto augurum consulatu abdicaverat, in cujus locum patricius subrogatus est. Historia est in l. 23, 24. et 31. DUK. Nolo Sigonio vocem *consulem* addenti adversari. Notandum tamen est, eam non exstare in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. quinque, Harlej. utroque, Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. Codicum suorum scriptu-

tore Leid.
tore Lovel

Auctum
bant) *conv*
et Lovel.
Haverk.
paret in P

§. 1. *L.*
nio consuli
dro (l. 17.
C. Manliu
cet. Nam
sulem ex
34, 5. *Me*
quod *Men*
men, *C. M*
postea dic
[c. 26, 7.]
CDXLI. Q
Maenium
Sed fieri
set obscur
et alius p
quapropte
de re conj
iam *L. Fur*
mum sit a
nius 34, 5
vio consu
Λεύκιον Φ
λιον. C.
censura e
tolina dici

XIII. Anno insequenti, L. Furio Camillo, C. 1
Maenio consulibus, quo insignitius omissa res Aemilio, superioris anni consuli, exprobraretur, Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac defendum senatus fremit: coactique novi consules

M. Furius Camillus Tr. mil. ann. 352.

M. Furius Camillus Tr. mil. anno 354, 357, 361, 370, 372, 375. Dictator 359, 365, 367, 387, 388.

M. Furius Camillus mortuus in damnatione patris. Liv. Plut.

S. Furius Camilli Dictat. F. praetor primus 389.

L. Furius Camillus Dictatoris F. Dictator 405. 410. Cos. 406.

L. Furius Sp. F. M. N. Camillus Cos. 417. 430.

SIG. *L. Camillo Furio* Klock. Quae autem de L. Furio Camillo contra Glareanum disputat Sigonius, probantur etiam Pighio in Annal. ad ann. CDXV. p. 313. Praeterea *C. Menenio* male Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Saepe haec nomina in Mstis confunduntur. V. supra ad 4, 53, 2. 5, 18, 2. 6, 19, 5. 7, 16, 1. 9, 16, 7.

Insignitius omissa res] Vet. lib. *insignius*. SIG. Ita et Hearnii Ox. L. 2. et B. cum edd. Mediol. anni 1505. et Ascens. annorum 1513. ac 1516. *insignitis* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *insignis* Portug. Sed nihil mutandum. Videnda sunt, quae supra notantur ad 7, 6, 6. Tum *emissa res* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *commissa res* Leid. 2. et Lovel. 1.

Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac defendum] *armis viribusque* pro varia lectione praefert Voss. 1. Eadem lectio est in edd. antt. usque ad Aldum, qui *virisque* restituit. Interdum haec vocabula in Mstis permutantur. V. supra hoc lib. ad c. 9, 14. et 9, 19, 13. Vel etiam *viribus*, pro *viris*, eodem errore scriptum esse potuit, quo ejus generis multa alia, de quibus infra v. ad 22, 8, 7. Deinde *et omni expugnandum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. vocula *vi* intercidente ob similitudinem ultimae syllabae vocis praecedentis. *et omnium expugnandum* Florent. et Leid. 1. *et hominum expugnandum* Voss. 2. et Lovel. 3. Nihil muto. Infra 22, 23, 4. *Ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri jussit. arma* autem et *vim* jungi, infra videbimus ad Epit. Liv. 79. Denique *τὰ ac defendum* exsulant a Gaertn.

Coactique novi consules omnibus eam rem praeverti, proficiscuntur] Immittenda elegans videtur particula, quam agnoscit Palatinorum unus, *coactique novi consules vel omnibus eam rem praeverti*. GEBH. *coactique novi consules omnibus tum rebus profectis proficiscuntur* Lovel. 2. utraque lectione juncta, *coactique novi consules novi vel eam rem praeverti omnibus tum rebus perfectis proficiscuntur* legit Haverk. in quo est etiam particula, quam restitutam volebat Gebhardus. Verum quum eamdem ignorent reliqui omnes

13 *nem, praesidiis tenentur vestris. Reliqua consultatio est, quoniam rebellando saepius nos sollicitant, quonam mo-*
14 *do perpetua pace quietos obtineamus. Dii inmortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt, ut, sit Latium deinde, an non sit, in vestra manu posuerint. Itaque pacem vobis, quod ad Latinos adtinet, parare in perpe-*
15 *tuum, vel saeviendo, vel ignoscendo, potestis. Vultis crudeliter consulere in deditos victosque? licet delere*

detur, quos hoc loco inde distinguit. Ceterum *ante*, pro *Antium*, praefert Klock. Vocem *omnia* ignorant Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav, *oppida Latinania*, omissa eadem voce, habent Leid. 1. et Harlej. 1. At *Latium omne* modo dixit §. 8. Mox *recepta in deditione*, pro *in deditionem*, Lovel. 4.

§. 13. *Reliqua consultatio est, quoniam rebellando saepius nos sollicitant*] *consolatio est* perperam Florent. nec melius *consultatione* Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed non adsecuti sunt librarii compendium scribendi *consultatio ē*, sive continuatis vocibus *consultatioē*. V. ad 9, 8, 13. Tum *quē*, pro *quoniam*, Harlej. 1. Praeterea *nos saepius sollicitat* Lovel. 4. *saepius nos sollicitarunt* Gaertn.

§. 14. *Dii inmortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt*] *Dum inmortales* Lovel. 3. *Di inmortales* Florent. et Leid. 1. V. ad 5, 14, 4. Tum *nos potentes* Voss. 1. et Lovel. 2. V. ad 34, 2, 2. Sed sequens *in vestra manu* hic *vos* requirere videtur. Deinde *fecerant* Florent.

Sit Latium deinde, an non sit, in vestra manu posuerint] *sit Latium, deinde Antium in vestra* Lovel. 2. [Veith.] *si Latium deinde an non sit* Lovel. 5. a m. 1. *sit Latium deinde, an non si* Florent. Vox *deinde* deficit in Lovel. 4. Tandem *posuerunt* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Haverk.

Pacem vobis, quod ad Latinos adtinet, parare in perpetuum] *quod ad Latinos adtinet* Lovel. 2. V. ad 7, 34, 3. Tum *parare imperium* Haverk. sine sensu. Liv. 5, 2, 4. *Remotam in perpetuum et obligatam ab urbe et ab republica juventutem.* 6, 34, 4. *Possessionemque honoris recuperasse in perpetuum patres viderentur.* 7, 30, 1. *Amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a vobis petitum.* et alibi saepe. Mox *serviendo*, pro *saeviendo*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. Pariter variant codd. supra 2, 52, 7. Eodem modo etiam commutantur *saevus* et *servus*. V. ad Silii 11, 44.

§. 15. *Crudeliter consulere in deditos*] *in debitos* Harlej. 1. V. ad cap. praec. §. 10. *in deditios* ed. Mediol. anni 1505. *in dediticios* Leid. 2. Ita alibi etiam variant codd. V. ad 7, 31, 4. Tacit. in Agric. 16. *Quum arroganter in deditos, et ut suae quoque injuriae ultor durius consuleret.* Curtius 5, 6. *Nec in deditos gravius consultum.*

Delere omne Latium, vastas inde solitudines facere] *omne Latium* Lovel. 5. V. paullo ante ad §. 11. Tum *vastas deinde* Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 36, 24, 10. Te

omne Latium, vastas inde solitudines facere, unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque saepe usi estis. Vultis exemplo majorum augere rem Romanam, 16 *victos in civitatem accipiendo? materia crescendi per summam gloriam subpeditat. certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent. Sed maturato o-* 17 *pus est, quidquid statuere placet. tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis: et vestram itaque de*

unde, quod mox sequitur, *inde* hoc loco verum esse evincit. Deinde *solicitudines* Portug. a m. 1. Pari modo variant librarii saepius. V. 1, 11, 1. ubi quaedam dicta sunt. 4, 52, 8. 5, 53, 7. et alibi. (* 35, 40, 7.

Per multa bella magnaque saepe usi estis] *per bella multa* Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. Tum *magisque saepe* Voss. 2. *magnaque spe* Haverk. V. ad 7, 7, 6. Particulam *que* omittunt edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 16. *Materia crescendi per summam gloriam subpeditat*] *materiam crescendi* etc. *suppeditat* Lovel. 2. cujus librarius videre non potuit, *subpeditat* hic poni pro suppetit. Ita supra 6, 24, 2. *Quod multitudo subpeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant.* 28, 27, 3. *Ad vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio subpeditat.* Lucret. 1, 231.

Unde mare, ingenui fontes, externaque longe
Flumina subpeditant.

Ubi videndus est Lambinus. Apud Cic. hoc sensu saepius obcurrit.

Certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent] *saepe id firmissimum* Lovel. 5. Similiter in contextu habet Voss. 1. altera lectione *certe* inter versus adscripta. Sed utraque juncta *certe saepe id firmissimum* praeferunt Leid. 1. et Lovel. 1. *subpeditat saepe. certe id firmissimum* Oxon. L. 2. apud Hearnium. V. ad 3, 44, 4. Tum *quod obedientes gaudent* Harlej. 1. et Klock. V. ad 36, 33, 3.

§. 17. *Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis*] *inter metum spemque* Harlej. 2. Praeterea *tot populorum* etc. *suspensos animos* Lovel. 2. V. ad 7, 10, 9. *animos* etiam Lovel. 4. et Portug. *tot populos suspensos animis* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed nihil muto. V. Gronov. ad Liv. 7, 30, 22. *suspensus animi*, ut *territus animi* 7, 34, 4. *Consuli territo animi inquit. sollicitus incertusque rerum* 24, 31, 5. *aeger animi*, v. ad 30, 15, 9. *trepidus rerum* 36, 31, 5. et similia passim. Paullo ante τὸ *est* deficit in Leid. 2. Tum *statuerunt*, pro *statuere*, Gaertn. cujus librarius *statuere* esse tertiam personam pluralem perfecti perperam sibi persuasit, atque ita in *statuerunt* mutavit.

Et vestram itaque de eis] Placet antiqua quorumdam librorum lectio, *et vestram utique*. Quae lectio desiderare videtur, ut verba illa, *tot populos* etc. parenthesi includantur, atque hoc modo tota sententia colligatur: *Sed ma-*

eis curam quam primum absolvi, et illorum animos, dum exspectatione ſtupent, ſeu poena, ſeu beneficio,
18 *praeoccupari oportet. Noſtrum fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad consulendum poteſtas eſſet. veſtrum eſt decernere, quod optimum vobis reique publicae sit.*
1 XIV. Principes senatus relationem consulis de

turato opus eſt, quicquid ſtatuere placet, (tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis) et veſtram utique de eis curam quam primum absolvi, et illorum animos, dum exspectatione ſtupent, seu poena, seu beneficio praeoccupari placet. SIG. Illud *utique* Sigonii eſt. praecedentia verba includentis parenthesi. Sed noſtri, ut edebatur, *itaque*: longeque melius sic procedit oratio. Dixerat, maturato opus. Id confirmat quasi syllogismo: tot populos suspensos animi tenetis, ergo et veſtra et illorum intereſt, rem confieri: veſtra, ut absolvamini tanta cura; illorum, ut vel poena vel beneficio praeveniantur, priusquam se colligere, et ipsi aliquid consilii capere poſſint. J. FR. GRON. *Tò utique* tanto suspectius reddit, quod id in nullo alio meorum, quam Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. invenerim. Solent autem hae voces a librariis in Mſtis confundi. V. supra ad 7, 28, 3. Tota illa vox exsulat a Gaertn.

Seu poena, seu beneficio, praeoccupari oportet] *occupari* Lovel. 3. Male. V. ad 4, 30, 3.

§. 18. *Noſtrum enim fuit efficere*] Flor. Rott. Helm. uterque Voſſianus, et Mureti libri expungunt *τὸ enim*. Nec facit ad sententiam. J. FR. GRON. Si unum excipias Harlej. 2. omnes reliqui codd. quibus usus sum, illud *enim* ignorant, quod nec in Oxoniensibus suis se inveniſſe Hearnius teſtatus eſt. Tot itaque teſtimoniis confoſſum ex contextu Livii expulì.

Omnium rerum vobis ad consulendum poteſtas eſſet] *vobis* deſit in Lovel. 3. cujus loco *nobis* eſt in Haverk. *omnium rerum consulendi poteſtas eſſet* in Fragm. Hav. a m. 1. *omnium rerum consulendi poteſtas eſſet* in Voſſ. 2. qua forma viri docti legendum censent infra 24, 23, 1. *Poſtero die comitia praetorum creandi habita.* ubi vide. Verum diſſentientibus aliis codd. uni huic fidem habendam non existimo; praesertim quum vulgatum hoc *poteſtas ad consulendum*, pro *poteſtas consulendi*, adprime Livianum sit, et frequenter apud eum obcurrat. Ita 4, 47, 3. *Tantus ardor ad dimicandum fuit.* 8, 1, 5. *Animus ad iterandum periculum fuit.* 10, 36, 2. *Neutris animus eſt ad pugnandum.* 23, 18, 13. *Videri potuit hic error vires ademiſſe ad vincendum.* c. 30, 4. *Antequam vires ad ſtandum in muris ferendaque arma deerant.* 35, 45, 5. *Ut Romani tempus ad comparandum habeant.* 37, 26, 7. *Eam occasionem Polyxenidae ad rem gerendam fore.* ubi alia vide. 42, 52, 8. *Ut tempus ad comparandum haberent.* Similia sunt *viae ad fugam* 2, 11, 10. *locus ad occasionem* 4, 31, 1. *tempus ad receptum sententiae* c. 57, 4. hujusque generis multa alia.

Quod optimum vobis reique publicae sit.] *quid optimum* codd. vett. usque ad Proben. qui anno 1535. consentientibus scriptis dedit *quod optimum*. V. ad 38, 10,

summa rerum laudare; sed, quum aliorum cauſſa alia eſſet, ita expediri poſſe consilium, dicere, ut pro merito cujusque ſtatueretur, si de singulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de singulis decretumque. Lanuvinis civitas data sacraque sua reddita cum eo, ut aedes lucusque Sospitae

1. Deinde *reipublicaeque* Harlej. 2. Malc. Supra 5, 52, 14. *Tantum sibi reique publicae piaculi contraxit.* Juſtin. 5, 8. *Naves traderent, resque publica ex semet ipsis triginta rectores acciperet.* Ita *literis senatusque consulto*, de quo infra v. ad 22, 26, 7.

§. 1. *Quum aliorum cauſſa alia eſſet*] *quum aliorum tam alia eſſet* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Saepe *cā*, id eſt *cauſſa*, et *tā*, id eſt *tam*, ob similitudinem literarum *c* et *t* in Mſſis commutantur. V. exempla 6, 25, 2. 7, 5, 7. 8, 20, 1. 9, 8, 3. 10, 21, 13. et alibi. Tum *eſſet alia* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Paullo ante *ad relationem consulis*, addita praepositione, edd. Rom. anni 1472. et Parm. contra praepositio *de* exsulat a Voſſ. 2.

Ita experiri poſſe consilium dicere] Libri Pall. omnes *expediri*. GEBH. *experiri* primi ediderunt Paris. anno 1573. idque servarunt proximi editores usque ad Gruterum, qui anno 1628. *expediri* recte restituit. Ita enim omnes scripti, nisi quod *expedire* sit in Gaertn. Praeterea τὸ *ita* deficit in Harlej. 1. Tum *concilium* Gaertner. Vox *dicere* deerat in Klock. quemadmodum mox in verbis sequentibus *si* in Voſſ. 3. Leid. 2. et Lovel. 1. *conſtitueretur* autem, pro *ſtatueretur*, habet Klock.

§. 2. *Lanuvinis civitas data*] Lanuvium haud dubie aliud eſt oppidum, quam Lavinium, quanquam ea inter se haud multum diſtant. Apud Lanuvium Sospitis Junonis et templum et lucus erat, ut ex Cicerone etiam ante nos annotavit Sabellicus. In Strabonis codice ea ita corrupte leguntur, qui l. 5, [p. 232. et 239.] de utroque, ni fallor, differit, ut verba ea nec Graece allegare ausim. V. Servium in secundum libri 1. Aen. carmen. *Lavinium* autem *agrum* Horatius nominat 3. carm. ode 27. Tu vide, quae eo in loco Mancinellus. Porro Livius hoc loco *Lanuviniorum* facit mentionem, quos paulo ante bis cum Volscis Antiatibus numeravit. *Laviniorum* autem adhuc paulo superius [c. 11, 4.] ubi Milionis praetoris dictum refert de magna mercede Romanis pro parve via solvenda. Hic autem cum nominatim omnium poenam referat, *Laviniorum* non meminit, ut plane in suspicionem veniam, vel haec defecta eſſe, vel Livium quorumdam omisiſſe multam, quod verisimilius eſt. GLAR. Quamquam in quibusdam libris eſt *Laviniis*, tamen *Lanuvinis* legendum eſt. Nam de *municipio*, deque sacris *Junonis Sospitae* mentio fit. Hoc autem primum tempore *Lanuvini municipes* facti sunt una cum aliis Latinis multis, quos numerat Livius. Hac de re Cicero pro Cornelio sic [13.] *Itaque ex Latio multi et Tusculani et Lanuvini, et ex caeteris gentibus gentes universae in civitatem sunt receptae, ut Sabinorum, Volscorum, Herni-*

fecit: in quos parte exercitus conversa, Camillus
non compulit solum eos intra moenia, sed eodem
etiam die, quum ipsos auxiliaque eorum perculis-
8 set, oppidum scalis cepit. Placuit inde, jam ma-
jore conatu animoque ab unius expugnatione ur-
bis ad perdomandum Latium victorem circumduce-
re exercitum. nec quievere ante, quam, expugna-
do aut in deditionem accipiendo singulas urbes,
9 Latium omne subegere. Praesidiis inde dispositis
per recepta oppida, Romam ad destinatum omnium

§. 7. *Quum ipsos auxiliaque eorum perculisset*] *pertulisset* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. et Fragm. Hav. sollemni librariorum lapsu. V. infra ad 35, 27, 16. *perpulisset* Haverk. An scribendum *pepulisset?* Alibi etiam *perculi* et *pepuli* commutari, patet ex illis, quae notat Gronov. ad Liv. 3, 30, 5. Paullo ante *non compulit eos solum* Lovel. 2. Sed pronomen deest in Harlej. 2. *compul'it*, sive *compulerit*, Gaertn. V. ad 40, 14, 11. Deinde *contra moenia*, pro *intra*, Florent. Ita et alibi peccant scribae. V. ad 7, 40, 13.

§. 8. *Placuit inde majore conatu*] *Placuit tñ jam* Portug. et Haverk. Compendia scribendi *iñ*, pro *inde*, et *tñ*, pro *tamen*, saepe commutantur. V. ad 5, 18, 8. Tum *majore jam conatu* Gaertn.

Ab unius expugnatione urbis] *ad unius expugnationem urbis* Lovel. 5. *ab unius oppugnatione urbis* Voss. 1. et Leid. 2. V. infra ad 21, 57, 6. Mox *circumvolvere*, pro *circumducere*, Lovel. 4.

Nec quievere ante, quam, expugnando aut in deditionem] *nec quevere* Leid. 2. *nec quieverunt* Gaertn. Tum *quam, aut expugnando* idem Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox *subigere*, pro *subegere*, Portug. et Haverk.

§. 9. *Per recepta oppida*] *per cepta oppida* Portug. a m. 1. et Haverk. *praecepta oppida* Lovel. 3.

Additus triumpho honor, ut statuae equestres eis, rara illa aetate res] V. Noris. ad Cenotaph. Pisana Differt. 3, 8. et Figrel. de Statuis Rom. c. 18. DUR. *additus* Lovel. 2. Tum *ubi statuae equestres eis* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 10, 15, 1. An voluerunt *uti statuae equestres? ubi* enim et *uti* etiam in Mstis confunduntur supra 7, 34, 5. *ut statuae eis equestres* Fragm. Hav. *ei* est in Lovel. 5. Praeterea *rara illa aetate res* Gaertn. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 8, 38, 15. Vox *res* deficit in Fragm. Hav. a m. 1. quemadmodum mox *ponerentur* in Lovel. 4.

§. 10. *Prius, quam comitiis in insequentem annum consules regerent*] *comitia* edd. antt. pro quo *comitiis* reposuit Aldus, quem sequitur ed. Colon. anni 1525. Inter errata tamen idem Aldus iterum *comitia* probavit: unde Coloniensem secutae edd. *comitia* servarunt usque ad Frobenium, qui denuo *comitiis* restituit, omnibus scriptis, uno Harlej. 2. excepto,

consensu triumphum deceſſere. additus triumpho honos, ut statuae equeſtres eis, rara illa aetate res, in foro ponerentur. Prius, quam comitiis in 10 insequentem annum consules rogarent, Camillus de Latinis populis ad senatum retulit, atque ita diſſeruit: *Patres conscripti, quod bello armisque in La-* 11 *tio agendum fuit, id jam Deûm benignitate ac virtute militum ad finem venit. caesi ad Pedum Aſturamque* 12 *sunt exercitus hoſtium: oppida Latina omnia, et Antium ex Volscis, aut vi capta, aut recepta in deditio-*

consentientibus. Et recte. V. infra ad 31, 7, 1. Tum *in sequentem* Voſſ. 2. Portug. et Haverk. *insequentem* Lovel. 3. 4. 5. V. supra ad 4, 30, 12. Vocem *annum* etiam perperam omittit Lovel. 4. Deinde *rogaret* Haverk. *rogarentur* Lovel. 2. 5. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. V. ad 39, 22, 8. Si vulgatum, quod alii codd. defendunt, servamus, *rogarent* alio, quam ad consules, referri nequit. At eorum alteruter tantum comitiis praeerat, et novos consules rogabat. Insuper *consulem* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 11. *Quod bello armisque in Latio agendum fuit*] *de bello armisque* male Haverk. Tum *in Latium* Leid. 2. et Lovel. 1. *in Latino* Florent. V. mox §. 15. Paullo poſt ante voces *ad finem venit* in Lovel. 4. adscriptum erat *peractum eſt*. Sed adpositae notae indicant, eas voces delendas eſſe. Sane ex glossa marginali in contextum receptae fuerunt.

§. 12. *Ad Pedum Aſturamque*] *Aſturaque* Leid. 2. *Saturamque* Lovel. 4. *Saturemque* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *Auſturamque* Harlej. 2. Reliqui recte vulgatum retinent. V. ad §. 5.

Oppida Latina omnia et Antium ex Volscis] Hoc κατὰ σιωπὴν intelligo. nam ipse antea nusquam dixit: quamquam memoriae lapsus videri poterat, in tanta cum scriptorum, tum rerum confusione. GLAR. Quamquam Volsci Latini erant, tamen Latinorum numero haud habiti eſſe videntur. Captum ergo aït Antium Camillus, quod tamen nomen nominatim supra non eſt expreſſum a Livio, nisi cum dixit: *Nec quievere ante, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere.* SIG. Proprie Volsci diversam a Latinis gentem conſtituunt, et ab illis non modo apud alios, sed etiam apud Livium, diſtinguuntur. Supra 7, 32, 9. *Qui omnia circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Auruncos, domita armis habent.* Saepe tamen sub Latinis comprehenduntur, quod, si non omnes, certe aliqui eorum, foederis Latini participes erant: et quidem inter eos Ecetranos et Antiates memorat Dionys. l. 4. p. 250. Supra igitur, quum *omne Latium* subactum refert, eo nomine etiam Volscos Antiates, Latinorum socios, et a quibus auxilia Pedanis veniſſe c. 12, 7. dixerat, intellexiſſe vi-

13 *nem, praesidiis tenentur vestris. Reliqua consultatio est,*
quoniam rebellando saepius nos sollicitant, quonam mo-
14 *do perpetua pace quietos obtineamus. Dii inmortales ita*
vos potentes hujus consilii fecerunt, ut, sit Latium de-
inde, an non sit, in vestra manu posuerint. Itaque pa-
cem vobis, quod ad Latinos adtinet, parare in perpe-
15 *tuum, vel saeviendo, vel ignoscendo, potestis. Vultis*
crudeliter consulere in deditos victosque? licet delere

detur, quos hoc loco inde distinguit. Ceterum *ante*, pro *Antium*, praefert Klock. Vocem *omnia* ignorant Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav, *oppida Latinania*, omissa eadem voce, habent Leid. 1. et Harlej. 1. At *Latium omne* modo dixit §. 8. Mox *recepta in deditione*, pro *in deditionem*, Lovel. 4.

§. 13. *Reliqua consultatio est, quoniam rebellando saepius nos sollicitant*] *consolatio est* perperam Florent. nec melius *consultationo* Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed non adsecuti sunt librarii compendium scribendi *consultatioē*, sive continuatis vocibus *consultatioē*. V. ad 9, 8, 13. Tum *quē*, pro *quoniam*, Harlej. 1. Praeterea *nos saepius sollicitat* Lovel. 4. *saepius nos sollicitarunt* Gaertn.

§. 14. *Dii inmortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt*] *Dum inmortales* Lovel. 3. *Di inmortales* Florent. et Leid. 1. V. ad 5, 14, 4. Tum *nos potentes* Voss. 1. et Lovel. 2. V. ad 34, 2, 2. Sed sequens *in vestra manu* hic *vos* requirere videtur. Deinde *fecerant* Florent.

Sit Latium deinde, an non sit, in vestra manu posuerint] *siē Latium, deinde Antium in vestra* Lovel. 2. [Veith.] *si Latium deinde an non sit* Lovel. 5. a m. 1. *sit Latium deinde, an non si* Florent. Vox *deinde* deficit in Lovel. 1. Tandem *posuerunt* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Haverk.

Pacem vobis, quod ad Latinos adtinet, parare in perpetuum] *quod ad Latinos adtinet* Lovel. 2. V. ad 7, 34, 3. Tum *parare imperium* Haverk. sine sensu. Liv. 5, 2, 4. *Remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab republica perpetutem.* 6, 34, 4. *Possessionemque honoris recuperasse in perpetuum patres viderentur.* 7, 30, 1. *Amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a vobis petitum.* et alibi saepe. Mox *serviendo*, pro *saeviendo*, cod. Rom. anni 1472. et Parm. Pariter variant codd. supra 2, 52, 7. Eadem modo etiam commutantur *saevus* et *servus*. V. ad Silii 11, 46.

§. 15. *Crudeliter consulere in deditos*] *in debitos* Harlej. 1. V. ad cap. praec. §. 10. *in deditios* ed. Mediol. anni 1505. *in deditione* Leid. 2. Ita alibi etiam variant codd. V. ad 7, 31, 4. Tacit. in Agric. 16. *Quum arroganter in deditos, et ut suae quoque injuriae ultor durius consuleret.* Curtius 5, 6. *Nec in deditos gravius consultum.*

Delere omne Latium, vastas inde solitudines facere] *omne Latium* Lovel. 5. V. paullo ante ad §. 11. Tum *vastas deinde* Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 36, 24, 10. Tu

tiquae frequentiae Velitrae receperunt. Et Antium 8
nova colonia missa cum eo, ut Antiatibus permitteretur, si et ipsi adscribi coloni vellent. naves

suum fere scriptum esse; se tamen propter ea, quae protenus consequuntur, *pondo* intelligere, non *passus*. Hinc apparet, haec in Mstis non eodem modo legi, etsi de eo interpretes tacent. Turneb. d. l. et ex eo Vossius in Etymologico citant, *usque ad mille passuum pondo clarigatio esset*. Non video, quomodo haec conjungi possint. *Mille pondo* sunt, ni fallor, mille aeris, sive mille asses, qui, ut notum est ex Varrone 4. de Ling. Lat. in fine, et Plin. 33. H. N. 3. tum libram pondo erant. DUK. *usque ad mille passus damnatio esset* Hearnii Oxon. L. 2. et N. *usque ad mille passus damnatio, castigatio esset* ejusdem cod. C. *usque ad mille passus damnato clarigatio esset* Lovel. 2. Portug. et Haverk. Reliqui a vulgato non differunt, nisi quod *mille passũ* sit in Leid. 1. *mille passum* in Florent. et Harlej. 2. contextu. *mille passus* in Harlej. 1. Klock. et Gaertn. *mille passuum* in Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. et Fragm. Hav. Et ita edd. vett. nisi quod in Ven. annorum 1495. 1498. et 1506. ut et Ascens. anni 1510. transpositis dictionibus legatur *mille clarigatio passuum*. Quum autem interim Herm. Barbar. in Glossem. in Plinium v. *Taleas* legendum docuisset *ad mille p.* id est, *pondo*, quae lectio exstat in margine Harlej. 2. hinc postea Ascens. anno 1513. 1516. 1530. Colon. anno 1525. Cervic. et Paris. anno 1529. recepta utraque scriptura, dederunt *usque ad mille passuum pondo clarigatio esset*. Id autem, quod nunc vulgo ex Herm. Barb. emendatione editur, primi receperunt Mogunt. hinc Froben. anno 1531. et post eos reliqui. Compendium scribendi *p.* quo et *pondo* et *passus* indicantur, a librariis non intellectum tot numero varietates nobis peperit. Mox *ne*, pro *nec*, est in Lovel. 2. Vox autem *aere* deficit in Portug.

§. 8. *Et Antium nova colonia missa*] Ea primum deducta fuit anno ab urbe cond. CCLXXXV. SIG.

Cum eo, ut Antiatibus permitteretur] Eruditissimus Norisius ad Cenotaph. Pis. Diss. 1, 1. p. 15. caussam, cur oppida quaedam modo municipia, modo coloniae, vocentur, hanc fuisse tradit; quod in coloniarum deductione cives veteres a triumviris suis legibus ac sacris uti permitterentur, ut hic veteres Antiates. Nam colonos Roma Antium deductos Romanis sacris ac legibus, veteres vero Antiates cives suis peculiaribus legibus ac propriis sacris usos fuisse. Hoc deinde etiam viro doctissimo placuit lib. de Aedilibus Colon. c. 1. p. 35. Sed sunt in iis quaedam non satis liquida: primum quod Antium municipium fuisse; deinde quod veteres Antiates non adscribi voluisse novis colonis Romanis, significat; quorum utrumque Livii testimonio refelli videtur. Hic enim l. 3, 1. jam olim anno Urbis CCLXXXV. Antium coloniam deductam auctor est, neque eam, quum non ita multo post a Romanis defecisset, ac deinde omnibus bellis Romanorum cum Volscis aliisque semper contra Romanos stetisset, quod ejusdem libri c. 10. et quamplurimis aliis locis ab eo proditum est, umquam jure municipii donatum constat:

eis curam quam primum absolvi, et illorum animos, dum exspectatione stupent, seu poena, seu beneficio,
18 *praeoccupari oportet. Nostrum fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset. vestrum est decernere, quod optimum vobis reique publicae sit.*

1 XIV. Principes senatus relationem consulis de

turato opus est, quicquid statuere placet, (tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis) et vestram utique de eis curam quam primum absolvi, et illorum animos, dum exspectatione stupent, seu poena, seu beneficio praeoccupari placet. SIG. Illud *utique* Sigonii est. praecedentia verba includentis parenthesi. Sed nostri, ut edebatur, *itaque*: longeque melius sic procedit oratio. Dixerat, maturato opus. Id confirmat quasi syllogismo: tot populos suspensos animi tenetis, ergo et vestra et illorum interest, rem confieri: vestra, ut absolvamini tanta cura; illorum, ut vel poena vel beneficio praeveniantur, priusquam se colligere, et ipsi aliquid consilii capere possint. J. FR. GRON. *To utique* tanto suspectius reddit, quod id in nullo alio meorum, quam Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. invenerim. Solent autem hae voces a librariis in Mstis confundi. V. supra ad 7, 28, 3. Tota illa vox exsulat a Gaertn.

Seu poena, seu beneficio, praeoccupari oportet] *occupari* Lovel. 3. Male. V. ad 4, 30, 3.

§. 18. *Nostrum enim fuit efficere*] Flor. Rott. Helm. uterque Vossianus, et Mureti libri expungunt *to enim*. Nec facit ad sententiam. J. FR. GRON. Si unum excipias Harlej. 2. omnes reliqui codd. quibus usus sum, illud *enim* ignorant, quod nec in Oxoniensibus suis se invenisse Hearnius testatus est. Tot itaque testimoniis confossum ex contexta Livii copuli.

Omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset] *vobis* deest in Lovel. 3. cujus loco *nobis* est in Haverk. *omnium rerum consulendi potestas esset* in Fragm. Hav. a m. 1. *omnium rerum consulendi potestas esset* in Voss. 2. qua forma viri docti legendum censent infra 24, 23, 1. *Postero die comitia praetorum creandi habita.* ubi vide. Verum dissentientibus aliis codd. uni huic fidem habendam non existimo; praesertim quum vulgatum hoc *potestas ad consulendum*, pro *potestas consulendi*, adprime Livianum sit, et frequenter apud eum obcurrat. Ita 4, 47, 3. *Iustus ardor ad dimicandum fuit.* 6, 1, 5. *Animus ad iterandum periculum fuit.* 10, 36, 2. *Neutris animus est ad pugnandum.* 23, 18, 13. *Videri potuit hic error vires amisisse ad vincendum.* c. 30, 4. *Antequam vires ad standum in manu ferendaque arma deerant.* 35, 45, 3. *Ut Romani tempus ad comparandum habeant.* 37, 26, 7. *Eam occasionem Polyxenidae ad rem gerendam fore.* ubi alia vide. 42, 52, 8. *Ut tempus ad comparandum haberent.* Similia sunt *vias ad fugam* 2, 11, 10. *locus ad occasionem* 4, 31, 2. *tempus ad receptum sententiae* c. 57, 4. hujusque generis multa alia.

Quod optimum vobis reique publicae sit.] *quid optimum* edd. vett. usque ad Froben. qui anno 1535. consentientibus scriptis dedit *quod optimum*. V. ad 38, 10,

summa rerum laudare; sed, quum aliorum cauſſa alia eſſet, ita expediri poſſe consilium, dicere, ut pro merito cujusque ſtatueretur, si de singulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de singulis decretumque. Lanuvinis civitas data sacraque sua reddita cum eo, ut aedes lucusque Sospitae

1. Deinde *reipublicaeque* Harlej. 2. Male. Supra 5, 52, 14. *Tantum sibi reique publicae piaculi contraxet.* Juſtin. 5, 8. *Naves traderent, resque publica ex semet ipsis triginta rectores acciperet.* Ita *literis senatusque consulto*, de quo infra v. ad 22, 26, 7.

§. 1. *Quum aliorum cauſſa alia eſſet*] *quum aliorum tam alia eſſet* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Saepe *cā*, id eſt *cauſſa*, et *tā*, id eſt *tam*, ob similitudinem literarum *c* et *t* in Mſtis commutantur. V. exempla 6, 25, 2. 7, 5, 7. 8, 20, 1. 9, 8, 3. 10, 21, 13. et alibi. Tum *eſſet alia* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Paullo ante *ad relationem consulis*, addita praepositione, edd. Rom. anni 1472. et Parm. contra praepositio *de* exsulat a Voſſ. 2.

Ita expediri poſſe consilium dicere] Libri Pall. omnes *expediri*. GEBH. *experiri* primi ediderunt Paris. anno 1573. idque servarunt proximi editores usque ad Gruterum, qui anno 1628. *expediri* recte reſtituit. Ita enim omnes scripti, nisi quod *expedire* sit in Gaertn. Praeterea τὸ *ita* deficit in Harlej. 1. Tum *concilium* Gaertner. Vox *dicere* deerat in Klock. quemadmodum mox in verbis sequentibus *si* in Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *conſtitueretur* autem, pro *ſtatueretur*, habet Klock.

§. 2. *Lanuvinis civitas data*] Lanuvium haud dubie aliud eſt oppidum, quam Lavinium, quanquam ea inter se haud multum diſtant. Apud Lanuvium Sospitis Junonis et templum et lucus erat, ut ex Cicerone etiam ante nos annotavit Sabellicus. In Strabonis codice ea ita corrupte leguntur, qui l. 5, [p. 232. et 239.] de utroque, ni fallor, differit, ut verba ea nec Graece allegare ausim. V. Servium in secundum libri 1. Aen. carmen. *Lavinium* autem *agrum* Horatius nominat 3. carm. ode 27. Tu vide, quae eo in loco Mancinellus. Porro Livius hoc loco *Lanuviniorum* facit mentionem, quos paulo ante bis cum Volscis Antiatibus numeravit. *Laviniorum* autem adhuc paulo superius [c. 11, 4.] ubi Milionis praetoris dictum refert de magna mercede Romanis pro parve via solvenda. Hic autem cum nominatim omnium poenam referat, *Laviniorum* non meminit, ut plane in suspicionem veniam, vel haec defecta eſſe, vel Livium quorumdam omisiſſe multam, quod verisimilius eſt. GLAR. Quamquam in quibusdam libris eſt *Laviniis*, tamen *Lanuvinis* legendum eſt. Nam de *municipio*, deque sacris *Junonis Sospitae* mentio fit. Hoc autem primum tempore *Lanuvini municipes* facti sunt una cum aliis Latinis multis, quos numerat Livius. Hac de re Cicero pro Cornelio sic [13.] *Itaque ex Latio multi et Tusculani et Lanuvini, et ex caeteris gentibus gentes universae in civitatem sunt receptae, ut Sabinorum, Volscorum, Herni-*

Junonis communis Lanuvinis municipibus cum po-
3 pulo Romano esset. Aricini Nomentanique et Pedi-
ni eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti.
4 Tusculanis servata civitas, quam habebant; crimen-
que rebellionis a publica fraude in paucos auctorum. Neque vero moveat quemquam, quod *Lanuvinis* civitatem datam scribat, quos ne victos quidem ante tradiderit. Nam, ut dixi, satis habuit dicere: *Neque ante quievere, quam, expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere.* SIG. Clarissimus auctor libri de Aedilibus coloniarum et municipiorum cum aliunde, tum hinc c. 1. p. 21. ostendit, municipia, quum in civitatem recipiebantur, sacra sua retinuisse. Vellem simul docuisset, quid sit, quod Livius dicit, Lanuvinis *sacra sua reddita.* Lanuvini una cum ceteris Latinis a consulibus subacti, ac deinde civitate donati, cum ea etiam sacra sua receperunt, ut hic auctor est Livius. Hinc conficitur, Romanos victis hostibus sacra sua ademisse; quod unde probare possim, non habeo. Sed puta *sacra reddita* esse relicta. V. ad 9, 43, 23. DUK. *Laminiis* et mox *Laminiis*, ac §. seq. *Laminii* Voss. 2. *Laminius*, *Lamininis* et *Laminini* Lov. 3. *Lavinis* et *Lavini*, vel *Laviniis* et *Lavinii* aut *Lavinini* Leid. 2. Lovel. 2. 4. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. cum Hearnii Oxon. C. Sed *Lanuvinis* servandum esse, praeter Sigonium ad hunc locum, docet etiam Cluver. 3. Ital. Antiq. 4. p. 939. qui tamen male statuere videtur, Sigonium hic *Laviniis* reposuisse, unde frustra etiam *Junonis Sospitae* mentione eum refellere conatur. V. ad cap. praec. §. 5. Glareanus, qui c. 11. *Lavinios* memoratos, hic vero poenae eorum nullam mentionem fieri miratur, duo bella cum Latinis gesta confundit. In priori bello *Latinorum* Livius meminit; eoque confecto, quum *omnes Latini* se dedidissent, hanc poenam victis impositam refert c. 11, 12. *Latium* (adeoque etiam Lavinienses, sive Laurentes) *Capuaque agri mulctati.* Cum autem Latini sibi *agri amissi* rebellassent, alterum inde ortum est bellum. In hoc non nominatim Laviniensium mentio non fit, adeoque necesse non erat, ut nominatim eorum poena referretur: sed, quemadmodum comprehendebantur c. 13. omnine generali *Latinorum*, ita etiam hoc cap. §. 10. sub vocibus *ceteris Latinis populis.* Verba praecedentia *Relatum igitur de singulis decretumque* desunt in Leid. 2. *itaque*, *pro igitur*, habent Portug. et Haverk.

Ut aedes lucusque Sospitae Junonis communis Lanuvinis municipibus] *aedes locusque* ed. Mediol. anni 1480. et quaedam aliae, sollemni operarum lapsu. V. ad 21, 48, 4. De luco Junonis Lanuvii v. Cluver. 3. Ital. Ant. 4. p. 937. Deinde *Sospitae Junonis* constanter omnes codd. pro quo *Sispitae Junonis* scribendum conjicit Inl. Spanhem. de praest. et usu numism. differt. 2. p. 124. Id tamen ei moram injicere videtur, quod antiquis *Sispitam Junonem* dictam scribat Fest. quam vulgo *Sospitam* adpellant. V. etiam Cel. Graevium ad Cic. Orat. pro Murena 41. Praeterea *communis* deficit in Leid. 2. Tum *municibus* Lovel. 4. *municipiis* Lovel. 2. et 5. a m. 2. V. infra ad 21, 60, 7.

res versum. In Veliternos, veteres cives Romanos, 5
quod toties rebellassent, graviter saevitum: et muri
dejecti, et senatus inde abductus, jussique trans
Tiberim habitare: ut ejus, qui cis Tiberim depre- 6
hensus esset, usque ad mille pondo clarigatio esset;

§. 3. *Aricini Nomentanique, et Pedani*] *Anintini* Voss. 2. Tum *Momentanique* Voss. 1. et Lovel. 5. V. ad 4, 22, 2. *Momentani*, insuper omissa particula copulante, Leid. 2. *Nomentani* Portug. et Haverk. Male. V. ad 2, 31, 1. Hinc *et Pedā* Harlej. 1.

Eodem jure, quo Lanuvini, civitatem adepti] Non admodum discrepat, quantum ad sensum attinet, vetus scriptura, *eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti*. GELEN. *eo de jure* Gaertn. V. ad 6, 35, 4. et mox hoc cap. 11. *in civitatem accepti* autem etiam omnes mei. Et ita ante Gennium editum est quoque a Mediol. anno 1505. et ab Aldo inter errata, quum antea *civitatem*, vel denique *in civitatem adepti* vulgaretur. V. ad 4, 3, 14.

§. 4. *Tusculanis servata civitas, quam habebant*] Data est civitas Tusculanis, auctore Livio [6, 26, 5.] anno ab urbe cond. CCCLXXV. et merito Cic. pro Plancio [8.] *municipium antiquissimum* vocat Tusculum. SIG.

Crimenque rebellionis] *rebellationis* Haverk. V. Pichen. ad Tacit. 4. Ann. 31. Alibi tamen ea voce vel Livium, vel seculi ejus scriptores alios usus esse, non invenio. *crimenque religionis rebellationis* Lovel. 3.

§. 5. *In Veliternos, veteres cives Romanos, quod toties rebellassent, graviter saevitum*] Velitrae colonia deducta est anno ab urbe condita CCLX. 2, [31, 4.] SIG. *Velliternos* Lovel. 3. *Velitrinos* Lovel. 2. et Gaertn. V. ad c. 13, 5. *v. cives* Florent. *cetos cives* Gaertn. Deinde *cives Rinsuros* Lovel. 1. a m. 1. Sed ultima vox deletur a manu altera, quae nec in Lovel. 5. Portug. vel Hearnii Oxon. B. supersit. Praeterea *rebellantes* Lovel. 3. Hinc *scaevitum* Haverk. V. ad 2, 44, 10. *saevitur* Lovel. 2.

Et senatus inde abductus] Primo Campani editio omittit τὸ *et*. Deinde Pal. tert. legit *et senatus vi abductus*. Tum sec. *et senatus deinde deductus*. GEBH. Vocula *et* omittitur etiam in Florent. Lovel. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum *senatus deinde* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *vi*, quod pro *inde*, in Pal. 3. Gebhardus invenit, natum est ex compendio scribendi *in̄*. V. ad 3, 34, 10. In hac autem voce desinit Lovel. 5. qui a fine lacerus est. Paullo ante *murique dejecti*, pro *et muri*, Lovel. 4. In verbis autem sequentibus *jussitque*, pro *jussique*, Harlej. 1. *missique* Gaertn. V. ad 3, 4, 11.

§. 6. *Ut ejus, qui cis Tiberim deprehensus esset*] *et ejus* Leid. 2. Tum *qui eis Tiberim* Florent. Leid. 1. Lovel. 3. et Haverk. *qui ex cis Tiberim* Harlej. 1. Ceterum quatuor priora vocabula cum duobus praecedentibus desunt in Lovel. 1. Cui errori occasionem praebuit vocis *Tiberim* repetitio. V. ad 9, 11, 11.

Usque ad mille pondo clarigatio esset] Cael. Rhodiginus 5, 11. ex hoc Livii loco *Talcam* vulgo di-

clarigationem cum Hermolao Barbaro esse voluit, quam Graeci ἀνδροληψίαν vel ἀνδρολήψιον dixere, cujus Jul. Pollux 8, 6. si Graeca Latina reddamus, ita meminit. *Androlipsia est, quando quis homicidas fugientes petens non accipit; licet ex non reddentibus tres abducere.* Eadem fere Suidas. De eadem re et Demosthenes in orat. κατὰ Ἀριστοκράτους [p. 738.] in eandem fere sententiam. *Si quis violenta morte obierit, pro hoc gentilibus atque cognatis androlipsiae sunt, quoad judicio caedis poenaeque subjecerint, vel necis auctores dederint; androlipsia vero ad tres usque, nec eo amplius esto.* Haec 6. Decretalium Epist. 6. sub titulo de injur. et Auth. *sed omnino* Cod. ne uxor pro marito, *Pigneratio* vocatur; interpretes barbari *represaliam* dicere maluerunt. Vet. Gloss. ἐνεχυριασμός, id est, redemptio pro vita propria, vel pignore. et Novell. 52. ὅμηρος, hoc est, vades, obses, pignus. et quoque ἁρπαγή, id est, violentum; nam reddere nolentibus vi pigneratio seu represalia fiebat. Ego sane, clarigationem *pigneratione*m dici Latine posse, censerem, nisi pigneratio res potius, quam personam, respiceret: clarigatio vero, sicuti androlepsia,

dentur,
minus a
nem bell
pretatus
bellum i
nii auct
Legati a
mitterem
libus lo
appellat
hostes r
injuste a
cto non
ea indi
tionis a
que con
reticend
concilio
injur. l.
bere an
ecclesia
liam et
rigation
tamus.
vocantu
notavit
hac plu
q. 1. et
si unqua
c. 1. ub
niet, qu
et justae
cendae,
Joan. A
bet, in

[uae frequentiae Velitrae receperunt. Et Antium 8
va colonia missa cum eo, ut Antiatibus permit-
etur, si et ipsi adscribi coloni vellent. naves

n fere scriptum esse; se ta-
propter ea, quae protenus
sequuntur, *pondo* intelligere,
passus. Hinc apparet, haec
[ſtis non eodem modo legi,
de eo interpretes tacent.
neb. d. l. et ex eo Vossius in
nologico citant, *usque ad mil-*
assuum pondo clarigatio esset.
video, quomodo haec con-
gi possint. *Mille pondo* sunt,
allor, mille aeris, sive mille
es, qui, ut notum est ex Var-
ne 4. [de Ling. Lat. in fine, et
n. 33. H. N. 3. tum libram
ndo erant. DUK. *usque ad mil-*
passus damnatio esset Hearnii
ton. L. 2. et N. *usque ad mille*
ssus damnatio, castigatio esset
usdem cod. C. *usque ad mille*
ssus damnato clarigatio esset
vel. 2. Portug. et Haverk. Re-
ui a vulgato non differunt, ni-
quod *mille passũ* sit in Leid.
mille passum in Florent. et
rlej. 2. contextu. *mille passus*
Harlej. 1. Klock. et Gaertn.
lle passuum in Voss. utroque,
id. 2. Lovel. 1. 3. 4. et Fragm.
v. Et ita edd. vett. nisi quod
Ven. annorum 1495. 1498. et
06. ut et Ascens. anni 1510.
anspositis dictionibus legatur
lle clarigatio passuum. Quum
tem interim Herm. Barbar. in
lossem. in Plinium v. *Taleas* le-
ndum docuisset *ad mille p.* id
, *pondo*, quae lectio exstat in
argine Harlej. 2. hinc postea
scens. anno 1513. 1516. 1530.
olon. anno 1525. Cervic. et Pa-
s. anno 1529. recepta utraque
riptura, dederunt *usque ad mil-*
passuum pondo clarigatio esset.
autem, quod nunc vulgo ex
erm. Barb. emendatione edi-
r, primi receperunt Mogunt.
nc Froben. anno 1531. et post
eos reliqui. Compendium scribendi *p.* quo et *pondo* et *passus* indicantur, a librariis non intellectum tot numero varietates nobis peperit. Mox *ne*, pro *nec*, est in Lovel. 2. Vox autem *aere* deficit in Portug.

§. 8. *Et Antium nova colonia missa*] Ea primum deducta fuit anno ab urbe cond. CCLXXXV. SIG.

Cum eo, ut Antiatibus permitteretur] Eruditissimus Norisius ad Cenotaph. Pis. Diss. 1, 1. p. 15. caussam, cur oppida quaedam modo municipia, modo coloniae, vocentur, hanc fuisse tradit; quod in coloniarum deductione cives veteres a triumviris suis legibus ac sacris uti permitterentur, ut hic veteres Antiates. Nam colonos Roma Antium deductos Romanis sacris ac legibus, veteres vero Antiates cives suis peculiaribus legibus ac propriis sacris usos fuisse. Hoc deinde etiam viro doctissimo placuit lib. de Aedilibus Colon. c. 1. p. 35. Sed sunt in iis quaedam non satis liquida: primum quod Antium municipium fuisse; deinde quod veteres Antiates non adscribi voluisse novis colonis Romanis, significat; quorum utrumque Livii testimonio refelli videtur. Hic enim l. 3, 1. jam olim anno Urbis CCLXXXV. Antium coloniam deductam auctor est, neque eam, quum non ita multo post a Romanis defecisset, ac deinde omnibus bellis Romanorum cum Volscis aliisque semper contra Romanos stetisset, quod ejusdem libri c. 10. et quamplurimis aliis locis ab eo proditum est, umquam jure municipii donatum constat:

inde longe abactae, interdictumque mari Antiati
9 populo est, et civitas data. Tiburtes Praenestinique agro multati, neque ob recens tantum rebellionis, commune cum aliis Latinis, crimen; sed

unde etiam *novam* eo *coloniam* missam hic dicit Livius. Et Antiates veteres novis colonis adscriptos fuisse, haec indicio sunt, quod hoc loco *Antiati populo civitatem datam* scribit, et quod deinde 27, 38, 4. et 36, 3, 6. Antium *coloniam* vocat. Ob has causas malo amplecti interpretationem Sigonii, qui 2. de Ant. Jur. Ital. 3. ita putat, Livium, quum *Antium novam coloniam missam, et Antiatibus, si et ipsi adscribi vellent, civitatem datam* ait, nihil aliud sensisse, quam iis jus Quiritium impertitum, id est, Antium coloniam Romanam, sive coloniam civium Romanorum factam fuisse. Et sic ex Sigonio Episcopus Adriensis in Monum. veter. Ant. c. 1. Idem sensisse Spanhemium, nec probasse hujus loci interpretationem Norisii, ex cujus sententia, quam ignorare non poterat, Antium partim colonia, partim municipium fuit, ex eo colligo, quod in Orbe Rom. exercit. 1, 7. inter potiora seu nobiliora Volscorum oppida, quae antiquitus in Romanorum colonias conversa sunt, etiam Antium ex hoc loco Livii numerat; et quod c. 2. ubi eadem oppida modo municipia, modo colonias, appellari observat, neque eam, quam Norisius, hujus rei rationem adfert, neque hoc testimonio Livii ad id comprobandum utitur. Non nego, ejusdem oppidi cives diverso jure esse potuisse; nam hoc satis ex iis constat, quae hoc cap. et c. 11, 16. de civitate solis equitibus Campanis data scribit Livius; sed id de Antiatibus ostendi non potest. DUK. *Τὸ ut* deficit in Lovel. 1. et ed. Pont. Ejus loco *et* habet Voss. 1. in textu. *aut* Harlej. 1. V. ad c. 8. *cum eo ut*, *cum eo ut* indicatur supra ad 3, 37, 7. Tum *ut* Lovel. 2. et 3.

Interdictumque mari Antiati populo] Ita primus edidit Frobenius anno 1535. eamque lectionem optimi meorum Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Klock. probant. Reliqui vero cum edd. antiquioribus *interdictumque mare* praeferunt. [Veith.] Utramque locutionem *interdico rem*, et *interdico re* et Livio et aliis optimis in usu fuisse supra vidimus ad 5, 3, 8. Putem itaque melioribus, quam plurimis, scriptis consentio.

§. 9. *Agro mulctati, neque ob recens tantum*] *agro militati* Leid. 2. *agro multati* Lovel. 2. 3. V. ad 67, 5. Tum *nec ob recens* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *neque ob recens* Lovel. 3. Mox *Latinis* consulat a Leid. 2. *crimine* autem, pro *crimen*, habet Portug. 1. 1. Deinde, transpositis dictionibus, *Romani imperii* Voss. 2.

Arma quondam consociassent] Hac de re libro priore dictum est. SIG. Mediam vocem omisit apud Hearnium Oxon. L. 1.

§. 10. *Connubia commerciaque concilia*] Habuerunt ergo ea ante hoc bellum, quae dum denuo iis ademta sunt. Viri doctissimi scribunt, Latinos populos ne inter se quidem promiscue habuisse jus connubii *ex foedere antiquo*. Intelligunt, credo, *foedus antiquum*, quod hoc tempore cum Latinis haud dubie, sed gravio-

quod, taedio imperii Romani, cum Gallis, gente efferata, arma quondam consociassent. Ceteris Latinis populis connubia commerciaque et concilia inter se ademerunt. Campanis, equitum honoris caussa,

ribus conditionibus, renovatum est. Nam alioqui *foedus antiquum* cum Latinis magis dicitur, quod Romani cum iis post pugnam ad lacum Regillum fecerunt. Liv. l. 7, 25. De prohibitis inter Latinos connubiis agit Spanhem. in Orbe Rom. Exercit. 2, 22. Concilia Latinorum ad lucum Ferentinae memorant Livius 1, 50, 1. et 7, 25, 5. et Dionys. Halic. multis locis. Ea usque ad P. Decium Murem consulem durasse, prodit e Cincio Festus v. *Praetor;* quae Livius hic biennio post, Camillo et Maenio consulibus, sublata narrat. Sed Cincius ad Decii consulatum retulisse potuit, quod tum bellum cum Latinis inchoatum est, et vires eorum maxime fractae sunt. DUK. Ita ediderunt Mediol. anno 1505. deinde Modius, et post eum recentiores reliqui. Similiter etiam praeferunt Florent. Lovel. 4. Harlej. ambo. et Klock. quum alii omnes manu et typis descripti *consilia* exhibeant. Sed intelligitur conventus legatorum ex diversis Latii populis, ut in commune consulerent; quod non *consilium*, sed *concilium*, vocari, docet Gronov. ad Liv. 44, 2, 5.

Campanis equitibus honoris caussa, quia cum Latinis] Nihil in his, quod ad intellectum potest pertinere. Et jam ante c. 11, 16. dixit, Campanis equitibus civitatem datam. MS. Rott. et alter Voss. *equitum*. Lege, *Campanis, equitum honoris caussa, qui cum Latinis* etc. Quod enim ante diximus de equitibus, iis civitatem datam esse, id de pleno civitatis jure intelligendum: nunc vero omnibus Campanis civitas datur, sed sine suffragio. Id utrumque ita factum esse, sed diversis temporibus, clarum est ex Livio 23, 5, 9. in verbis Varronis: *Adjicite ad haec, quod foedus aequum deditis, quod leges vestras, quod ad extremum civitatem nostram magnae parti vestrum dedimus communicavimusque vobiscum.* 26, 33, 3. de Campanis: *Cives Romanos, affinitatibus plerosque et propinquis jam cognationibus, ex connubio vetusto junctos.* 31, 31, 10. de iisdem: *Hi homines, quum ipsos foedere primum, deinde connubio, atque inde cognationibus, postremo civitate nobis conjunxissemus.* Ad hoc tempus, quo omnibus Campanis civitas absque suffragio data est, pertinet fragmentum vetus apud Censorinum [sive apud incertum scriptorem, qui Censorino jungi solet, c. 14.]

Cives Romani tunc facti sunt Campani.

Σταδιονίκαι apud Scaligerum ad Eusebium p. 329. Olymp. *ΡΙΔ. κατὰ τὴν Ἰταλίαν τὸ πολίτευμα Ῥωμαϊκὸν Καμπανοῖς ἐδόθη. Equitum honoris causa*, ut 10, 24, 11. *Honoris ejus causa.* Cicero 16. ad Atticum, epist. ad Plancum: *Ut hoc, quod de tua sponte facturum certo scio, honoris nostri causa libenter facias.* J. FR. GRON. Satis idoneae sunt hae rationes, cur scriptura librorum, qui habent *Campanis equitum* vulgatae praeferenda sit. Addi possunt et aliae. Primum, quod Vellejus 1, 14. auctor est, Campanis et parti Samnitium civitatem sine suffragio datam, Postumio et Veturio

quia cum Latinis rebellare noluiſſent, Fundanisque et Formianis, quod per fines eorum tuta pacatique

consulibus, id eſt, quadriennio poſt Camillum et Maenium hujus anni consules. Hoc ibi Lipsius, ut vulgatam loci Liviani scripturam in concordiam redigat, ita expedire conatur, Camillo et Maenio consulibus primum tantum equitibus Campanis, deinde autem quatuor poſt annis omnibus Campanis civitatem datam fuiſſe. Sed hoc repugnat Livio, qui c. 11, 16. equitibus Campanis biennio ante consulatum Camilli et Maenii civitatem datam teſtis eſt. Nec verosimile eſt, Livium, quum c. 17, 12. Poſtumio et Veturio consulibus Acerranis civitatem sine suffragio datam memoret, idem de Campanis voluiſſe reticere. Nec quemquam morari debet notatio temporum apud Vellejum: nam, in ea contaminatiſſimum eſſe locum illum, docet Pighius ad annum Urbis ccccxx. Deinde, quod Livius paullo poſt scribit, *Cumanos, Suessulanosque ejusdem juris conditionisque, cujus Capuam, esse placuit.* Cumanos enim municipes fuiſſe scimus ex Liv. 23, 31, 10. Cic. 10. ad Attic. Epiſt. 13. et Feſto v. *Municipium.* Accedit, quod Livius in his verbis *Capuam* nominat, quod non potuiſſet, si superiora tantum ad equites Campanos pertinerent. Nam quod Sigonius verba haec eo refert, quod c. 11, 12. Capua *agro multata* dicitur, longe petitum eſt; quum ibi de iis, quae biennio ante hoc tempus, hic de iis, quae poſt rebellionem Latinorum geſta sunt, sermo sit. Ne dicam, hoc genus loquendi fere de jure, quo civitas aliqua publice utitur, deque conditione status publici usurpari. Cic. 3. in Verr. 6. *Siciliae civitates sic in amicitiam fidemque recepimus, ut eodem jure essent, quo fuissent, eadem conditione populo Romano parerent, quae ante antea paruissent.* Pro Caecinna. *Jubet enim eodem jure esse* (Volaterranos,) *quo fuerint Ariminenses.* Livius supra hoc cap. *Eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti.* Idem l. 26, 24. et l. 3, 62. Nec verbis opus eſt, quum ipse Sigonius 2. de Ant. Jur. lib. 9. ex hoc loco doceat, Cumas et Sueſſulam municipia fuiſſe. Denique Campanos omnes ante annum Urbis ccccLXXIII. et adventum Pyrrhi in Italiam cives Romanos fuiſſe, satis certum eſt ex hiſtoria de legione Campana, quae Rhegium occuparat, apud Livium Epit. 12. et 15. Polyb. 1, 7. Valer. Max. 2, 7, 15. et alios. Neque enim in legione militare alii, quam cives Romani, poterant, et Valer. Max. diserte hos *cives Romanos* vocat. Quum autem non proditum sit aliud tempus, quo Campani jus civitatis Romanae nacti fuerint, hoc solum relinquitur, ut putemus, id eo anno, cujus res hic exequitur Livius, factum. Non diſſimulabo tamen, non nihil scrupuli in hoc loco supereſſe, sive quis *Campanis equitibus, quia*, quod vulgo legitur, retinendum putet, sive cum Gronovio *Campanis equitum, qui* malit. In utrique scriptura nec *quia*, nec *qui*, ad alios, quam ad equites referri poteſt; et tamen neutrum in eos convenit. Non de prima defectione, sed de rebellione Latinorum hic loquitur Livius. Jam vero, qui non modo cum suis ad Latinos, bellum Romanis moventes, desciscere non voluerunt, ob quam cauſſam et civitas illis data, et populus Campanus vecti-

via ſtrata deſoſſa Scelerato campo. credo, ab inceſto id ei loco nomen factum. Eodem anno Q. Pu- 9

dum conjicit *dextra via Salaria deſoſſa.* Rationes conjecturae peti poſſunt ex ipsa epiſtola. Verum haud male Raph. Fabrett. in Apolog. p. 45. et seq. docuit, id viri Celeberr. emendationem evertere, quod teſtibus Dion. Hal. l. 2. p. 127. Plut. in Numa p. 67. et Serv. ad Virgil. 11. Aen. 216. campus sceleratus, in quo Veſtales vivae defodiebantur, fuerit intra urbem; via autem Salaria, teſte Feſto in v. *Salariam*, demum inceperit ad portam Collinam, adeoque extra urbem fuerit. Ipse vero censet, vel cum J. Fr. Gronovio legendum eſſe *dextra via ſtrata deſoſſa*, vel cum aliis *dextra viam ſtratam deſoſſa*, quod exponit ad dextram viae ſtratae, et inluſtrat hoc Saluſtii loco ex Jug. 11. *Dextera Adherbalem adsedit.* Id tamen exemplum minus convenit. Casus quartus enim *Adherbalem* referendus eſt ad verbum *adsedit.* V. Cortium ad eum locum. Dispiciendum eſt, an *dextra viam ſtratam*, pro qua lectione ſtant optimi codd. dictum sit ea forma, qua *ignarus cetera*, *planus omnia*, similiaque alia dicuntur, de quibus v. Cortium ad Sall. Jug. 19, 7. et Gronov. ad Senec. Consol. ad Marc. 25. Sin, Gronovii *dextra via ſtrata* non displicebit.

Credo ab inceſto id ei loco nomen factum] Vet. lib. *ab inceſtu.* Feſtus. *Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo Virgines Veſtales, quae inceſtum fecerunt, deſoſſae sunt.* SIG. Prima vox a prima ed. abeſt. Sigonius, dubitans rectum eſſe *inceſto*, e libro suo praefert *inceſtu*, quod in Pal. sec. solo reperi. Probius vero alterum. GEBH. Prima vox non tantum abeſt a prima, sed etiam a reliquis, quas vidi, editionibus, Aldina antiquioribus, ut et a cod. Harlej. 2. Sed rectius eam Aldus reſtituit, aliique codices servarunt. Supra 4, 17, 7. *L. Sergius Fidenas; a bello credo, quod deinde geſſit, adpellatum.* ubi plura vide. Deinde *ab inceſtu* Klock. et Portug. Utrumque *inceſtus* et *inceſtum* in usu eſt. et quidem poſterius hoc paſſim apud Cic. Tacit. Sueton. aliosque obcurrit. Quin et, quod proxime huc accedit, *inceſtum* de ſtupro Veſtalium eſt apud Auct. Epit. Liv. 14. 63. *Aemilia, Licinia, Marcia, virgines Veſtales, inceſti damnatae sunt.* Suet. in Domit. 8. *Inceſta Veſtalium virginum varie ac severe coërcuit.* Plin. 4. Ep. 11. de Valerio Liciniano, qui Corneliam Veſtalium maximam ſtupraſſe dicebatur: *Dignum tamen illum, qui haec ipsa ſtudia inceſti scelere maculaverit.* Et paullo poſt de ipsa Cornelia: *Absentem inauditamque damnavit inceſti.* Patet igitur, quam temerarium foret, si duorum triumve codicum fidem, tot aliorum auctoritate spreta, sequeremur. Tum *id eo loco nomen factum* Leid. 2. *id loco nomen factum* Gaertn.

§. 9. *Eodem anno Q. Publius Philo praetor primum de plebe*] Paullo ante [ad c. 12, 14.] admonuimus, hunc non *Publium* nominari, sed *Publilium. Publius* enim praenomen eſt: nemo autem duo praenomina habuit. Id ut ante saepe habitum, ita saepius poſtea. Scire tamen velim, ut cum miseris Auruncis actum, pro quorum auxilio tam severe dictator creatus, tam leviter deponitur: deinde cum iis quid actum, οὐ δὲ γρὺ narrat nobis Livius. GLAR. *primus* solet dicere Livius.

partim in navalia Romae subductae, partim incensae, roſtrisque earum subgeſtum, in foro extructum, adornari placuit: Roſtraque id templum appellatum.

1 XV. C. Sulpicio Longo, P. Aelio Paeto conſulibus, quum omnia non opes magis Romanae, quam

§. 11. *Ejusdem juris conditionisque, cujus Capuam*] Campanos agro multatos antea dixit, jussosque equitibus summam quandam solvere; sed de jure conditioneque eorum ne verbo quidem meminit. GLAR. Capuam agro multatam tantum dixit supra [c. 11, 12.] *Latinis Capuaque agro multatis*. SIG. Id huc non pertinet. Nam poena haec inposita eſt priori bello, quod biennio ante geſtum eſt. Respicit contra ad id, quod §. praec. dixerat, *Campanis civitas sine suffragio data*. Per *Campanos* enim Capuae urbis cives intelligi, ibi dictum eſt. Et hoc probe intellexerunt librarii codicum Gaertn. qui, pro *Capuam*, dedit *Campani*, atque Haverk. qui ejus loco recepit *Capuani*. Sed utraque illa lectio ex gloſſa nata videtur. Hic ergo locus etiam docet, §. praec. *equitum*, pro *equitibus*, legendum eſſe. Ea enim emendatione non recepta, de jure conditioneque Campanorum Livius, ut Glareanus inquit, ne verbo quidem meminisset. Ceterum *ejus juris conditionisque* Leid. 2. V. ad 10, 10, 6. *ejus de juris conditionisque* Harlej. 1. V. hoc cap. ad §. 3. *ejusdem juris conditionis* Florent. quod Salvinio non displicebat. Verum si vox sequens more antiquo *quoius* scripta fuit, illud *que* facile ab ejus initio elidi potuit.

§. 12. *Naves Antiatium partim in navalia*] *Naves Antiatum* Leid. 2. Lovel. 3. 4. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Male. V. supra ad 5, 15, 11. Tum navalia Voſſ. 2. et Lovel. 3. Mox *in foro extructum*, pro *in foro extructum*, Voſſ. 2. V. ad 10, 24, 13.

Roſtraque id templum appellatum] Hinc Plinius 16, 4. *Antea roſtra navium tribunali praefixa fori decus erant, velut populo Romano ipsi corona imposita*. Et Cic. in Vatin. [10.] *In roſtris, in illo, inquam, augurato templo ac loco*. Et pro lege Manilia [18.] *In eum ipsum locum ascendere, quem majores exuviis nauticis et clossis spoliis ornatum reliquissent*. SIG. *id templum adornatum appellatum* Voſſ. 1. Leid. 2. Fragm. Hav. 2. n. 1. et apud Hearnium Oxon. X. 10 C. *id templum adornatum appellatum eſt* Lovel. 1. *id templum appellari* Lovel. 4. Ceterum Roſtrorum, quae hoc tempore demum subgeſtui fori praefixa fuerunt, jam eo tempore, quo decemviri abrogati sunt, meminit Diod. Sic. 12. Bibl. p. 301. referens, leges duodecim tabularum adhuc fuiſſe τοῖς πρὸ τοῦ βουλευτηρίου τότε κειμένοις ἐμβόλοις. Sed ibi per *Roſtra* intelligitur ipse subgeſtus, sive tribunal. De Roſtris v. Fam. Nardin. 5. Bonavet. 3.

§. 1. *C. Sulpicio Longo, P. Aelio Peto conſulibus*] *Paeto* ex Capitolinis lapidibus et nummis argenteis. SIG. Prioris conſulis praenomen deficit in Florent. Lovel. 2. et Oxon. L. 1. apud Hearni-

fuit insignis. ea gens Cales urbem incolebat. Sidicinis 2
finitimis arma conjunxerat: unoque proelio haud sane
memorabili duorum populorum exercitus fusus, pro-
pinquitate urbium et ad fugam pronior, et in fuga
ipsa tutior fuit. nec tamen omissa ejus belli cura 3
Patribus, quia toties jam Sidicini aut ipsi moverant

nio post, quam dictator fuit, consul factus est cum C. Duilio. cum sit legendum *K. Duilio.* SIGON. Prioris consulis cognomen deficit in Lovel. 4. Deinde *Divisio*, pro *Duilio*, Leid. 2. et Lovel. 1. De orthographia nominis *Duilius* v. supra ad 2, 58, 2. Ultima autem vox non adparet in Lovel. 3.

Ausonum magis novo, quam magno, bello] *Ausonium* Lovel. 4. *an socium* Leid. 2. *Auxonum* Hearnii Oxon. N. ut et mox §. 10. sed in margine *Ausonum*. Similiter infra l. 9, 25. aliquoties peccabatur in Voss. 2. Passim literae *s* et *x* permutantur. V. infra ad 26, 19, 4.

Ea gens Cales urbem incolebat] *Colles urbem* Harlej. 1. *Calles urbem* Harlej. 2. V. infra ad 29, 15, 5. Tum *urbem colebat* Voss. 1. Flor. 4, 12. (?) *Ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur.* Gell. 9, 4. *Sauromatas, qui ultra Boryslhenem fluvium longe colunt.* Virgil. Ecl. 2, 61. *Pallas, quas condidit arces, Ipsa colat.* (* ubi v. Burmann.) Ovid. Ep. 4. Her. 107.

Hic tecum Troezena colam, Pittheïa regna.

2. Am. El. 13, 7.

Isi, Paraetonium genialiaque arva Canopi
Quae colis, et Memphin, palmiferamque Pharon.

15. Met. 642.

Quam colat, explorant, juvenis Phoebeius urbem.

Attamen vulgatum, quod aliorum omnium codd. consensu defenditur, servo. Prima enim syllaba *τοῦ incolebat* intercepta est a litera finali vocis praecedentis. V. supra ad 5, 27, 6. *urbem incolebāt*, sive *incolebant*, Portug. V. ad verba seq.

§. 2. *Sidicinis finitimis arma conjunxerat*] *arma conjunxerant* Leid. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Voce *gens* alibi saepe scriptores et cum illis praesertim Livius, conlective usi sunt, eique verbum plurale addiderunt. V. ad Liv. 1, 3, 2. Quum tamen optimi codd. huic lectioni adversentur, non tantum hoc loco, sed et in verbis praec. vulgatum servandum puto.

Unoque proelio haud sane memorabili] *uno proelio* Leid. 2. et Lovel. 1. *uno quoque proelio* Haverk. V. ad 5, 27, 1. Tum *aut sane memorabili* Leid. 1. *ut sane memorabili* Voss. 2. et Lovel. 3. *et sane memorabili* Lovel. 2.

Propinquitate urbium et ad fugam pronior, et in fuga ipsa tutior fuit] Vox *urbium* deficit in Portug. Prius *et* in edd. vett. Eam vocem restituit Froben. anno 1535. et servant omnes codd. V. ad 2, 44, 3. contra posterius *et* non adparet in Leid. 2. ut nec *ipsa* in Lovel. 2. nec *fuit* in Portug.

§. 3. *Nec tamen omissa ejus belli cura Patribus*] *comissa* Voss. 2.

4 educerent, fama adfertur; Auruncos metu oppidum deseruiſſe, profugosque cum conjugibus ac liberis Sueſſam communiſſe, quae nunc Aurunca adpellata; moenia antiqua eorum urbemque ab Sidicinis
5 deletam. Ob ea infensus consulibus senatus, quorum cunctatione proditi socii eſſent, dictatorem dici juſſit. dictus C. Claudius Regillensis, magiſtrum

vett. nempe *ad oppidum Auruncorum*. quod eodem modo dictum eſſe videri poſſet, quo *advocare ab armis*, *avolare Romam*, et similia, de quibus supra v. ad 1, 57, 8. Id quum displiceret illi, qui Livium Mediol. anno 1505. edidit, *ab urbe exercitum abducerent* subſtituit, Aldus vero *educerent*; quod in reliquis scriptis supereſt. Et recte. Supra 3, 21, 2. *Neque consules ab urbe exercitum educerent*. ubi similiter turbarunt librarii. V. quae ibi notavi, et ad 10, 37, 6.

Fama adfertur, Auruncos oppidum deseruiſſe] Vetus lectio, *fama offertur, Auruncos metu oppidum deseruiſſe*. GELEN. Vocem *metu*, quam ab antt. edd. et uno Harlej. 2. exsulantem Gelenius reſtituit, agnoscunt reliqui omnes scripti: transponitur tamen in Portug. et Haverk. qui *oppidum metu deseruiſſe* praeferunt. Iidem duo etiam obſerunt *fama fertur*. Sed sequor alios in vulgatum conspirantes. Supra 4, 56, 4. *Volscos deinde et Aequos, fama adfertur, summa vi ad bellum coortos*. ubi plura notantur.

§. 4. *Profugosque cum conjugibus ac liberis Sueſſam communiſſe*] Vet. lib. *commeaſſe*. Recte. Nam inquit, Auruncos oppidum antiquum suum deseruiſſe, ac profugiſſe. Nomen autem ejus oppidi *Aurunca* fortaſſe fuit, quo deinde nomine Sueſsa ipsa etiam affecta eſt. Sic Ausonum fuit oppidum *Ausona*. Sil. Verum eſſe autumat Sigonius *commeaſſe*; quod et ego reperi in Pal. sec. codice, sui semper simili, et vetere recensione Campani. Sed rationem, qua motus illud antefert vulgatae, a libris melioribus ac principe editionum firmatae, non validam invenio. GEBH. *commeaſſe* etiam Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. quod recte Gebhardo displicuit: feſtinationi enim patrum metu deserentium, et cum conjugibus ac liberis profugorum vix convenit. *commigraſſe* praeferunt Lovel. 2. [Veith.] *communiſſe* Leid. 2. et Lovel. 1. Ceteri codices vulgatum *communiſſe* servant. Amat autem Livius has contractiones. V. ad 6, 18, 10. De verbo *communire* v. supra ad 3, 3. Insuper *profugosque* deficit in Leid. 2. sola tantum particula *que* in Lovel. 4. Mox *appellatur*, pro *appellata*, idem Lovel. 4. Auruncae urbis ab Ausone conditae meminit Feſt. v. *Ausoniam*. *Dicunt Ausonia ab eodem duce, a qua etiam conditam fuiſſe Auruncam urbem ferunt.*

Moenia antiqua eorum urbemque ab Sidicinis deletam] *moenia antiqua eorumque urbem* Lovel. 2. *moeniaque antiqua eorum, urbemque* Lovel. 4. *moenia antiqua eorum, urbe a Sidicinis deleta* Gaertn. *a Sidicinis* etiam Portug. et Haverk.

itum C. Claudium Hortatorem dixit. Religio in- 6
injecta de dictatore: et, quum augures vitio
atum videri dixissent, dictator magisterque equi-
ı se magistratu abdicarunt. Eo anno Minucia 7
talis, suspecta primo propter mundiorem justo
tum, insimulata deinde apud pontifices ab indi-
servo; quum decreto eorum jussa esset sacris 8

ı *delatam* Voss. 2. et Lovel. 3. d 9, 25, 9. Ceterum locus hic o post Gruterum ita in mul- dd. interpungitur: *Suessam unisse (quae nunc Aurunca ad- ta) moenia antiqua eorum, ur- ne* etc. Hinc sequi videtur, *Vam moenia antiqua eorum* per ositionem dici, et indicari, uncorum majores Suessae ha- sse, eodemque nunc posteros ım reverti. At puto, Livium narrare, Auruncos Suessam ribus firmasse, Sidicinos ve- ırbem eorum, unde profuge- , evertisse. Distinctionem ue mutavi, eamque recepi, ? ante Gruterum in plerisque exstabat, et a Cl. Hearnio ɔcata est.

5. *Dictus est Claudius Regil- s*] Vetus lectio *dictus C. Clau-* . GELEN. Lectionem, quam nius damnat, unus tuetur lej. 2. alii omnes Gelenio con- iunt; nisi quod unus item k. recepta utraque lectione, ntet *dictus est C. Claudius.* eterea *dictus* deficit in Lo- 4. At *C. Claudius Inregillen-* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. et lej. 1. quo quid indicare vo- int librarii, non adsequor; ni- rte illud *In* factum sit ex *M.* at- adscripto *M.* innuerint, se non um *Regillensis*, sed et *Megil- is* in codd. suis invenisse. Certe *illensis* est in Port. et Haverk. , *Regillensis* Claudiorum circa hoc tempus cognomen esse, indicat Fragm. Fasti. Capit. anno CDIV. :-:-:- *AVDIVS. P. F.* :-:-:-:- :-:-:-:- *REGIL.* :-:-:- quod Pighius supplet AP. CL*AVDIVS. P. F.* AP. N. CRASSVS. SABIN. *REGIL*LENS.

C. Claudium Hortatorem] *Hortarem* Portug. *Horatorem* Voss. 1. a m. 2. *Oratorem* Voss. 2. Leid. duo, et Lovel. 1. 2. 3.

§. 6. *Religio inde injecta de dictatore*] *deinde injecta* Fragm. Hav. V. ad 36, 24, 10. *inde jecta* Florent. Scriptum antea fuerat *iñ injecta*. Postea compendium illud *iñ* primam syllabam vocis sequentis intercepit. V. ad 37, 31, 4.

Se magistratu abdicarent] *magistratū* Leid. 1. Ea vox exsulat a Lovel. 4. Tum *abdicaverunt* Haverk.

§. 7. *Insimulata deinde apud pontifices ab indice servo, quum decreto eorum jussa esset*] *insimulata demum* Leid. 2. et Lovel. 1. Saepe hae voces in Mstis commutantur. V. infra ad 40, 22, 1. Tum *ab indice servo* Haverk. V. ad 5, 26, 6. *ab indice servorum decreto* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *cum secreto eorum* Lovel. 2. *cum decreta eorum* Harlej. 2. et Gaertn. Insuper *visa esset* Lovel. 2. quomodo frequenter variant libri scripti. V. ad 9, 24, 4. Paullo ante *justo* decerat in Lo - a m. 2. Male.

abſtinere, familiamque in poteſtate habere; facto judicio, viva sub terram ad portam Collinam dextra

cultum mundiorem juſto eſt mundiorem, quam aequum erat, quam Veſtalem decebat. Liv. 22, 59, 2. *Niſi nobis plus juſto noſtra placet cauſſa.* Curtius 10, 5. *Gloriae laudisque juſto major cupido.* Plinius 17, 12. *Illam inscientiam pudendam eſſe conveniet, adultas interlucare juſto plus.* c. 22. *Peritiores adfirmant, si juſto saepius fodiatur, in tantum tenerescere acinos, ut rumpantur.* Ovid. Epiſt. 21. Her. 30.

Sed melior juſto, quamque meveris, ego.

ubi v. Cel. Burm. Et ita *juſtum*, pro aequo, recto poni, idem docuit ad Valer. Flacc. 5, 499.

§. 8. *Familiamque in poteſtate habere*] Hoc eſt, ne manumitteret. V. Briſſon. ad l. Juliam de Adult. c. 26. KLOCK. Id eſt, prohibita manumittere servos, ut eſſent, ex quibus quaeſtiones haberi possent. Sic p. 749. 750. [l. 39, 14.] Sigon. 2. de Judic. [14.] H. VALES. Adde Abramum ad Cicer. pro Milone 12. DUK.

Viva sub terram ad portam Collinam dextra via ſtratam defoſſa] Cur *sub terram ſtratam* dicat, exponit Plutarch. in Numa [p. 67.] Εὐταῦθα κατασκευάζεται κατάγειος οἶκος οὐ μέγας. κεῖται δὲ ἐν αὐτῷ κλίνη τε ὑπεστρωμένη. id eſt, *Eo in loco*, ad portam Collinam, *praeparatur sub terram domus haud admodum magna, in ea vero lectus eſt ſtratus.* SIG. Lacte et pane apposito, ne fame necata videretur. V. G. Canter. 5. Novar. lect. 6. KLOCK. Sigonius *ſtratam* accommodat lecto ſtrato. ego viae ſtratae. GRUT. Pall. primo duo *viva subterratur.* Deinde Pall. tres *ſtatim*, pro *ſtratam.* Vetuſtiſſimae autem edd. *ſtrata.* et ita reposui. Feſtus. *Saleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in qua Virgines Veſtales, quae inceſtum fecerunt, defoſſae sunt.* GEBH. *dextra via ſtrata* priscae editiones. Sigonius *ſtratam*: et, cur *terram ſtratam* dicat Livius, ait docere Plutarchum; apud quem eſt, in hypogeo, quo defodiebantur virgines Veſtales, lectum ſtratum fuisse. Ego *triclinium ſtratum* facile admitto, in quo lecti sunt ſtrati: *terram ſtratam*, sub qua lectus ſtratus sit, accipere non poſſum. Nisi et *ſtratum mare*, in quo lecti ſternuntur. Thuan. *dextra via ſtrata.* Pall. *dextra via ſtatim.* Voſſ. *dextra viam ſtratam.* Helm. *extra viam ſtratam.* quod aliquem commovere poſſit. Sed *dextra via ſtrata*, eſt ad ſiniſtram manitae viae: in campo, ubi a dextra eſt via ſtrata. Sic 2, 49, 8. *In felici via dextro Jano portae Carmentalis.* J. FR. GRON. *viva sub terram* Florent. a m. 1. *viva sub terra* a m. 2. *viva subterratur* Lovel. 3. *viva super terram* Lovel. 4. Dein *dextra via ſtatim defoſſa* Lovel. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. C. *dextra viam ſtratam defoſſa* Florent. a m. 1. Voſſ. 1. a m. 1. Leid. 1. Harlej. 1. Fragm. Hav. a m. 1. et Klock. quomodo etiam Froben. anno 1535. paucique eum secuti ediderunt. *dextra via ſtrata defoſſa* Florent. a m. 2. *dextra via ſtratam defoſſa* Voſſ. 1. a m. 2. Voſſ. 2. Leid. 2. et Lovel. 2. Similiter ediderunt Vascos. Curio, pluresque alii. *dextra via ſtrata defoſſa* Lovel. 4. Harlej. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. atque N. cum edd. principibus Jac. Gronovius in Diſſ. Epiſt. ad Livii loca quaed. Geogr. Epiſt. 2. legen-

sones sunt, quam acie fusi erant. Praeda capta ingens est. praesidioque inposito Calibus reductae Romam legiones. Consul ex senatusconsulto triumphavit: et, ne Atilius expers gloriae esset, jussi ambo consules adversus Sidicinos ducere exercitum. 11
Dictatorem ante ex senatusconsulto comitiorum habendorum caussa dixerunt L. Aemilium Mamercinum. is magistrum equitum Q. Publilium Philonem dixit. Dicta- 12

saepius obvio scribarum errore. V. ad 34, 50, 2.

§. 10. *Vino epulisque sopitos hostes adgrederetur*] *epulisque*, quod omissum erat in Florent. a manu altera adscriptum est. et recte. Supra 5, 44, 5. *Cibo vinoque raptim haustio repleti.* ubi alia vide. *epulisque sopitis* Klock. [*vino ciboque sopitos* Veith.] Tum *adcrederetur* Florent. a m. 1. Saepissime *c* et *g* in Mstis confundi, supra vidimus ad 6, 25, 6. Mox *majori certamine* Voss. 2. et Lovel. 3.

Praeda capta ingens est. praesidioque inposito Calibus] *Praeda ingens acta est* Lovel. 4. Supra 2, 64, 3. *Ingentes tamen praedas hominum pecorumque egere.* Sed uni testi credere periculosum est. Deinde *inposito Talibus* Lovel. 3. V. ad §. 6.

§. 11. *Consul ex senatusconsulto triumphavit*] *Consul ex se triumphavit* Voss. 1. et Lov. 1. Sed librarii literas *S. C.* quibus *senatusconsultum* notari solet, non adsecuti sunt. V. ad 27, 25, 3. Eadem voce omissa *Consul ex triumphavit* dederunt scribae Florent. et Leid. 1. *Consul triumphavit* est in Lovel. 4. *Consul ex Causonibus triumphavit* in Lovel. 3. *consul ex Ausonibus triumphavit* in Voss. 2. et Fragm. Hav. At librarius Gaertn. *quum* utramque lectionem, *alteram* in contextu, alteram in margine codicis sui reperisset, eam hoc modo expressit *Consul ex senatusconsulto de Ausonibus triumphavit.*

Ne Atilius expers gloriae esset, jussi ambo consules] *Actilius* Fragm. Hav. *Attilius* Lovel. 2. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et primae edd. V. ad §. 5. Tum *expars* Lovel. 3. V. Dausquej. in Orthogr. parte 2. in v. *Expers.* Vox *consules* autem deficit in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 12. *Dictatorem ante ex senatusconsulto*] *Dictatorem auī* Lovel. 2. et Gaertn. id est *autem.* Solent vero voces illae saepius in Mstis commutari. V. ad 27, 35, 7. Praeterea *dixē*, id *dixere*, Lovel. 4.

L. Aemilium Mamercum] *Mamercinum* ex vet. lib. Quo praenomine multi Aemilii usi sunt. SIG. *Mamercium* Harlej. 1. *Mamertinum* Leid. 1. et Lovel. 1. ac 2. Sed recte Sigonius *Mamercinum.* et ita praeferunt Florent. Leid. 1. et Klock. V. supra hoc lib. ad c. 12, 4. Praenomen *L.* etiam deficit in Portug. Sed *M. Aemilius* legit Leid. 2.

Q. Publilium Philonem] *Publium Philonem* Voss. 2. Leid. duo, Lovel. 1. Harl. 1. Haverk. et Fragm. Hav. *P. Philonem* Lovel. 2. 3. Portug. et Gaertn. *L. Philonem* Lovel. 4. *Q. Publium Philonem* Voss. 1. Florent. et Klock. Ex Harlej. 2.

blilius Philo praetor primum de plebe, adversante Sulpicio consule, qui negabat, rationem ejus se habiturum, est factus; senatu, quum in summis imperiis id non obtinuisset, minus in praetura tendente.

1 XVI. Insequens annus, L. Papirio Crasso, K. Duilio consulibus, Ausonum magis novo, quam magno bello

V. 6, 42, 9. 7, 17, 6. c. 22, 7. 10, 8, 8. *L. Sextius primus de plebe consul est factus, C. Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor, Q. Publilius Philo primus praetor.* DUK. *Eodemque anno* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *Q. P. Philo* Lovel. 2. Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. *Q. Publius Philo* ejusdem cod. L. 2. Florent. et Klock. *Q. Pupblius Philo* Lovel. 1. *P. Philo* Lovel. 4. et Gaertn. *Publius Philo* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. *Pub. Philo* Portug. V. ad c. 12, 4. Praeterea *praetor Romanum primum de plebe* Leid. 2. Vox *praetor* deficit in Haverk. sequens *primum* in Lovel. 2.

Qui negabat, rationem ejus se habiturum] Id est, nomen ejus candidati non recepturum: consules enim praetoria comitia habebant. SIG. V. ad 39, 39, 3.

Senatu, quum in summis imperiis id non obtinuisset, minus in praetura intendente] Vet. lib. *tendente*, ut saepe usurpat Livius. SIG. Pall. duo, pr. et tert. *senatu, C. in summis imperiis se non obtinuisset, minus in praetura tenente.* sec. autem, *minus in praetura tendente.* Quid, si esset a libris veteribus illa lectio, cujus lectorem compotem facio ex editione Campani? *Senatus, cum in summis imperiis id non obtinuisset, minus in praetura intendere.* GEBH. *sane*, pro *senatu*, Lovel. 2. *senatuq; cum in summis imperiis* Harlej. 2. *senatuque cum in summis imperiis* edd. pr. usque ad Aldum, qui voculam *que* in ceratis omittendam monuit. *senatu cum in summis imperii* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. quod eo modo dictum videri posset, quo *ultima orientis, infima clivi*, et similia; de quibus v. ad 37, 58, 8. Reliquorum tamen codd. vulgatum servantium auctoritas praevalet. Deinde *se non obtinuisset* Harlej. 1. *se non obtinuisset* Lov. 2. *se non obtulisset* Voss. 2. Tandem *minus in praetura intendente* Florent. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harlej. 2. Port. et Fragm. Hav. *minus in praeturam tendente* Gaertn. *minus praeturam tendente* Klock. *minus in praetura tenente* Voss. 2. et Lov. 3. *minus in praetura tendente* Leid. 1. Lovel. 2. Harlej. 1. et Haverk. Et ita fuisse videtur in Oxoniensibus Hearnii, qui, eam lectionem exprimens, et *intendente* ex sola ed. Rom. principe memorans, nihil tamen discrepantis scripturae ex codd. illis protulit. De verbo *tendere* hoc sensu v. infra ad 31, 32, 7. Ceterum *senatus, cum in summis imperii id non obtinuisset, minus in praetura intendere*, ut fere ex ed. Camp. Gebhardus laudat, praefert Lovel. 4. Nec tamen eam lectionem probo.

§. 1. *L. Papirio Crasso, Cassio Duellio consulibus*] *K. Duilio*, ut supra. Nota hujus praenominis mendum peperit in epist. Cic. ad Paetum [9. ad fam. Ep. 21.] cum ait. *L. Papirius Crassus quadrien-*

fuit insignis. ea gens Cales urbem incolebat. Sidicinis 2
finitimis arma conjunxerat: unoque proelio haud sane
memorabili duorum populorum exercitus fusus, pro-
pinquitate urbium et ad fugam pronior, et in fuga
ipsa tutior fuit. nec tamen omissa ejus belli cura 3
Patribus, quia toties jam Sidicini aut ipsi moverant

sio post, quam dictator fuit, consul factus est cum C. Duilio. cum sit legendum *K. Duilio.* SIGON. Prioris consulis cognomen deficit in Lovel. 4. Deinde *Divisio,* pro *Duilio,* Leid. 2. et Lovel. 1. De orthographia nominis *Duilius* v. supra ad 2, 58, 2. Ultima autem vox non adparet in Lovel. 3.

Ausonum magis novo, quam magno, bello] *Ausonium* Lovel. 4. *an socium* Leid. 2. *Auxonum* Hearnii Oxon. N. ut et mox §. 10. sed in margine *Ausonum.* Similiter infra l. 9, 25. aliquoties peccabatur in Voss. 2. Passim literae *s* et *x* permutantur. V. infra ad 26, 19. 4.

Ea gens Cales urbem incolebat] *Colles urbem* Harlej. 1. *Calles urbem* Harlej. 2. V. infra ad 29, 15, 5. Tum *urbem colebat* Voss. 1. Flor. 4. 12. [?] *Ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur.* Gell. 9, 4. *Sauromatas, qui ultra Boryslhenem fluvium longe colunt.* Virgil. Ecl. 2, 61. *Pallas, quas condidit arces, Ipsa colat.* (* ubi v. Burmann.) Ovid. Ep. 4. Her. 107.

Hic tecum Troezena colam, Pittheïa regna.

2. Am. El. 13, 7.

Isi, Paraetonium genialiaque arva Canopi
Quae colis, et Memphin, palmiferamque Pharon.

15. Met. 642.

Quam colat, explorant, juvenis Phoebeius urbem.

Attamen vulgatum, quod aliorum omnium codd. consensu defenditur, servo. Prima enim syllaba τοῦ *incolebat* intercepta est a litera finali vocis praecedentis. V. supra ad 5, 27, 6. *urbem incolebāt,* sive *incolebant,* Portug. V. ad verba seq.

§. 2. *Sidicinis finitimis arma conjunxerat*] *arma conjunxerant* Leid. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Voce *gens* alibi saepe scriptores et cum illis praesertim Livius, conlective usi sunt, eique verbum plurale addiderunt. V. ad Liv. 1, 3, 2. Quum tamen optimi codd. huic lectioni adversentur, non tantum hoc loco, sed et in verbis praec. vulgatum servandum puto.

Unoque proelio haud sane memorabili] *uno proelio* Leid. 2. et Lovel. 1. *uno quoque proelio* Haverk. V. ad 5, 27, 1. Tum *aut sane memorabili* Leid. 1. *ut sane memorabili* Voss. 2. et Lovel. 3. *et sane memorabili* Lovel. 2.

Propinquitate urbium et ad fugam pronior, et in fuga ipsa tutior fuit] Vox *urbium* deficit in Portug. Prius *et* in edd. vett. Eam vocem restituit Froben. anno 1535. et servant omnes codd. V. ad 2, 44, 3. contra posterius *et* non adparet in Leid. 2. ut nec *ipsa* in Lovel. 2. nec *fuit* in Portug.

§. 3. *Nec tamen omissa ejus belli cura Patribus*] *comissa* Voss. 2.

bellum, aut moventibus auxilium tulerant, aut
4 caussa armorum fuerant. Itaque omni ope adnixi
sunt, ut maximum ea tempestate imperatorem M.
5 Valerium Corvum consulem quartum facerent. col-
lega additus Corvo M. Atilius Regulus. et, ne forte
casu erraretur, petitum ab consulibus, ut extra no-
6 tem Corvi ea provincia esset. Exercitu victore a
superioribus consulibus accepto, ad Cales, unde

contra mentem Livii. Tum *cura ejus belli* Portug. et Haverk. Mox *et ipsi moverant*, pro *aut ipsi*, Leid. 2.

§. 4. *Itaque omni ope adnixi sunt*] Pall. duo meliores *omni opere annisi sunt*. Et, si dicitur *summo opere*, *magno opere*, cur non eadem analogia feratur *omni opere? annisi*, non vero *annixi*, amare Livium, dixi in superioribus. GEBH. *omni opere* etiam Voss. 2. Male. Supra 3, 50, 1. *Nunciant decemviris, ut omni ope ab seditione milites contineant.* 9, 26, 15. *Ipsas expugnare quaestiones omni ope adnisi sunt.* quibus etiam locis similiter in quibusdam, sed paucis, codd. peccatur. 23, 12, 3. *Eo magis omni ope juvandum Hannibalem esse.* 44, 22, 4. *Illud adfirmare pro certo habeo audeoque, me omni ope adnisurum esse.* *omni ope* autem est omnibus viribus. V. ad 2, 21, 5. Similiter *summa ope*, quod inlustramus infra ad 45, 13, 3. Hac ratione autem saepe peccarunt librarii, *ope*, vel *op'e*, pro *ope*, scriptum esse credentes. V. ad 32, 21, 30. Eodem modo confuderunt *opibus* et *operibus*. V. ad Liv. 1, 2, 5. c. 49, 8. 4. 27, 7. 5, 5, 2. c. 10, 11. c. 22, 8. c. 24, 2. 6, 15, 9. c. 32, 3. 10, 45, 13. 39, 51, 2. Epit. Liv. 52. viros doctos ad Cic. 2. ad fam. Ep. 10. ad Valer. Max. 2, 10, 8. Cort. ad Sall. Jug. 10, 1. ad Plin. 4. Ep. 15, 13. *ope* et *opera*. V. ad 28, 9, 6. Ejusdem generis plures alios errores v. ad 25, 7, 4. Deinde *annissi* Voss. 2. *annisi* Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *adnisi* Florent. Harlej. 1. et Bloch. V. ad 2, 39, 11.

Maximum ea tempestate imperatorem M. Valerium Corvum] *eamque tempestate* Voss. 2. Sed illud τοῦ *ea tempestate* glossema esse videtur. *maximum ea tempestate imperatorum* edd. Med. anni 1498. et 1505. ac Ven. anni 1498. Sed vulgatum constanter est in scriptis. Deinde *T. Valerium* edidit Jac. Gronov. sine dubio erroris operarum; quem tamen fidelitas etiam expressit editio, quae Corrici cura Amstelaedami prodiit. Praeterea *Corvinum* Lovel. 4. et Harlej. 2. quorum posterior etiam mox *Corvino* et *Corvini* exhibet. V. ad 7, 26, 12. Mox *quinquiens quarto* Portug. et Haverk. V. ad 5, 16, 1.

§. 5. *Collega additus Corvo M. Atilius Regulus*] *additur* Lovel. 4. Tum *M. Atilius* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. Portug. et Haverk. Sed v. quae supra notantur ad 5, 13, 1.

Et ne forte casu erraretur] Pall. sec. *et ne forte casuve erraretur*. Quod si invenisset in suo Scipionius, nihil certius, quam nos Tragico comoediam inspectatum fuisse. Legitimam judico lectio-

rediit. ab interregno inito per quintum demum in- 5
terregem M. Valerium Corvum creati consules A.
Cornelius iterum et Cn. Domitius. Tranquillis re- 6
bus, fama Gallici belli pro tumultu valuit, ut dicta-
torem dici placeret. Dictus M. Papirius Craſſus,
et magiſter equitum P. Valerius Publicola. a quibus 7
quum delectus intentius, quam adversus finitima bel-
la, haberetur, exploratores miſſi adtulerunt, quieta

§. 6. *Fama Gallici belli pro tumultu valuit*] Illud *pro tumultu* gloſſema puto: nam vulgo dicebant *tumultus Gallicus*. Et res notiſſima eſt. Itaque ejiciendum arbitror totum illud *pro tumultu*. T. FABER. Libri scripti conſtanter agnoscunt vocabula, quae Faber pro gloſſemate habuit; neque aliud mutant, nisi quod sit, addita una voce, *et pro tumultu valuit* in Portug. et Haverk. A Fabro diſſentit Doujatius, docens Livium velle, solam tumultus Gallici famam veri tumultus loco fuiſſe; eaque de cauſſa, tamquam Gallis bellum revera moventibus, creatum dictatorem. Similiter etiam ante Doujatium Cl. Ant. Perizonius, qui ad marginem Livii sequentia adscripsit. „ Immo retinendum *pro tumultu*, „ plano sensu, qui eſt: cum alias „ tumultu jam a Gallis arma in- „ ferentibus ingruente dictator „ eſſet dictus, tunc solam incer- „ tam belli Gallici famam tantum „ valuiſſe. V. c. 20.

Ut dictatorem dici placeret] *ut et dictatorem* Florent. et Lovel. 4. quod sibi non displicere, adposita nota ad marginem editionis, cui varias lectiones cod. Flor. adscripserat, indicavit Cl. Salvinius. Mox TO *et* deficit in Lovel. 4.

§. 7. *Dum delectus intentius, quam adversus finitima bella, haberetur*] Sic quidem jam et Modiana editio. Sed vetuſtiores et scripti *cum delectus*. Alioqui *dum habetur* fuiſſet dicendum. J. FR. GRON. *dum haberetur* primum Francof. anno 1578. decennio ante Modium ediderunt. Priores recte praeferunt *cum haberetur*. Et ita eſt in Flor. Voſſ. 2. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. quare id recepi. V. ad 1, 40, 7. Tum *dilectus* Flor. Leid. 1. Lovel. 1. Klock. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7. Deinde *attentius* Portug. Male. 4, 1, 5. *Bellum armaque vi summa adparari jubent; si quo intentius poſſit, quam T. Quinctio consule adparatum sit.* c. 37, 4. *Nunciabant, non ante umquam Volscos, nec ductibus legendis, nec exercitui scribendo, intentiores fuisse.* infra 25, 23, 13. *Locus ob id ipsum intentius cuſtodiebatur.* 27, 38, 1. *Delectum consules habebant acrius intentiusque.* V. ad 27, 24, 9. Praeterea *quam adversa finitima bella* Gaertn. Cauſſam erroris v. ad 6, 3, 8.

Exploratores miſſi adtulerunt] *retulerunt* Lovel. 4. Reliqui vulgatum servant; quod cur displiceret, cauſſam non video. Supra 4, 37, 6. *Haud vana adtulere.* 6, 10, 3. *Quum responsum adlatum eſſet, nihil suae potestatis eſſe.* c. 31, 3. *Trepidi nuncii primo, fuga deinde*

et vineas egit, turresque muro admovit: quarum
9 usum forte oblata opportunitas praevertit. namque
M. Fabius, captivus Romanus, quum, per neglegentiam custodum festo die vinculis ruptis, per murum
inter opera Romanorum, religata ad pinnam muri
10 reste suspensus, manibus se demisisset; perpulit imperatorem, ut vino epulisque sopitos hostes adgrederetur. nec majore certamine capti cum urbe de-

maxime armata ignes conjecit; horaeque momento simul aggerem ac vineas incendium hausit. 37, 26, 8. *Vineas et aggerem muro injunxit.* (*39, 4, 8.) Caes. 2. B. Gall. 12. *Celeriter vineis ad oppidum actis, aggere jacto, turribusque constitutis.* c. 30. *Ubi vineis actis, aggere exstructo, turrim constitui procul viderunt.* 7, 17. *Aggerem adparare, vineas agere, turres duas constituere coepit.* 8, 42. *Ea vineis et aggere suppressa, comprehendebant id ipsum, quod morabatur.* 2. B. civ. 1. *Aggerem, vineas turresque ad oppidum agere instituit.* Hirt. B. Hisp. 7. *Aggerem vineasque agere instituit.* Nihil itaque mutandum. Deinde *coëgit* Voss. 2.

Digressum eum templo laetus senatus] Vide, quid hic *templum* significet. Paullo ante [c. 33, 9.] dixerat: *Ex curia in concionem itur, quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magister equitum quum ascendisset, deduci eum de rostris Papirius in partem inferiorem jussit. Secutus pater* etc. Quidam curiam Hostiliam intelligunt. GLAR. *Templum* non curiam Hostiliam intelligendum esse puto, ut ait Glareanus quibusdam placere, sed *Rostra*, quae, summoto magistro equitum, dictator adscenderat, et ex eis verba ad populum fecerat. Supra autem Rostra *templum* dici monuimus [hoc lib. c. 14, 12.] SIG. Ex c. 33. *Deduci eum de Rostris Papirius in partem inferiorem jussit*, legendum hic videtur *degressum*. *Templum* autem vocat Rostra supra c. 14. *Naves Antiatium partim in navalia Romae subductae, partim incensae, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit, Rostraque id templum appellatum.* GEBH. *digressum* servant omnes, quibus usus sum, codices et edd. usque ad Gronov. qui *degressum* vulgari curavit. cujus sensum eumdem esse Doujatius pronunciat. Sed *degredi* et *digredi* significatione differre, supra vidimus ad 4, 17, 11. Qui rostris adstans inde discedit, a rostris *digreditur*: sed, quum rostra fuerint suggestus sive locus altior in foro, dictator inde descendens proprie rostris *degreditur*. De eodem paullo ante in loco, quem Glareanus laudavit, Livius *escendere* sive *ascendere*, et contra *deducere de rostris in partem inferiorem* usurpavit. Ceterum *extemplo*, pro *eum templo* Lovel. 4. In verbis sequentibus *gratulantes hinc magistrum equitum, hinc dictatorem* Gaertn. Tum *secuti sunt* Lovel. 4. V. infra ad 6, 34, 7. [*circumfusum* Veith.]

§. 9. *Supplicio miserabili adolescentis Manlii*] Vet. lib. *T. Manlii.* Recte. praecessit enim *Q. Fabii.* SIG. Pal. sec. *miserabili adolescentis supplicio T. Manlii.* GEBH. *miserabili supplicio adolescentis Manlii* Lovel. 2. *miserabili adolescentis supplicio T. Manlii* Portug. et Haverk. *T. Manlii* etiam Harlej. 2. et Hearnii Oxon. B. quod Sigonius probavit, quia, quum Fabii praenomen paullo ante additum sit, nunc Manlii vix commode omittitur; cui etiam, sed alio modo, mederi vo-

ios, quod inplacabilis Q. Fabio fuiſſet; et, quod
suis precibus negaſſet, ejus populo Romano veniam
dediſſet.

XXXVI. Poſtquam dictator, praeposito in urbe 1
L. Papirio Craſſo magiſtro equitum, Q. Fabio veti-
to quidquam pro magiſtratu agere, in caſtra rediit;
neque civibus satis laetus adventus ejus fuit, nec
hoſtibus quidquam adtulit terroris. namque poſtero 2
die, seu ignari veniſſe dictatorem, seu, adeſſet an
abeſſet, parvi facientes, inſtructa acie ad caſtra
acceſſerunt. Ceterum tantum momenti in uno viro 3

a dictatore militum animos] Pal. sec. *abalienavit*. GEBH. Livius 43, 6, 1. *Omnium ab se abalienavit animos*. Noſtri tamen omnes a vulgato non recedunt. Liv. 2, 30, 3. *Quae res utique alienaſſet plebem*. Mox *inplacabilis queſtio fuiſſet* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *inplacabilis Q. filio fuiſſet* Lovel. 1. *inplacabilis Fabio fuiſſet* Harlej. 1.

Ejus populo Romano veniam dediſſet] *ejus populi Romani* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. ut ex praecedenti repetatur *populi Romani precibus*. Quae lectionis varietas inde nata eſt, quod in codd. per compendium scriptum foret *ejus po. R. veniam*, quemadmodum etiam in multis inveni. V. infra ad 39. 47. 10. *ejus populo veniam dediſſet* Harlej. 2. Portug. et Klock. *ei populo Romano veniam dediſſet* edd. ante Aldum.

§. 1. *Pro magiſtratu agere, in caſtra rediit*] *pro magiſtratu agere in caſtris, rediit* Voſſ. 1. et Leid. 2. Ceterum hoc loco iterum Doujatius animi ad verba Livii minus adtenti specimen dedit, monens *hinc*, sive *ex hoc loco*, colligi, magiſtrum equitum ab dictatore abdicari ob culpam, deſtitui alio subſtituto, *urbi etiam praefici* potuiſſe, et prohiberi, ne in caſtra proficisceretur. Adparet, eum verba *praeposito in urbe L. Papirio Craſſo*, quibus Livius indicat, L. Papirium Craſſum a dictatore, quum adhuc in urbe foret, antequam in caſtra profectus eſſet, magiſtrum equitum dictum eſſe, accepiſſe de Q. Fabio, et legiſſe *praeposito urbi*.

§. 2. *Namque poſtero die, seu, ignari veniſſe dictatorem*] *neque poſtero die nam poſtero die* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. supra ad 7, 28, 7. Deinde *veniſſet dictatorem* Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. Paullo poſt *adeſſet seu abeſſet* Leid. 1. et Lovel. 2. Tum *abſtructa acie* Florent. Mox etiam *acceſſere* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 3. *Ceterum tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit*] Pall. tres contra normam grammaticorum *Ceterum tanti momenti*. GEBH. Similiter etiam Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Erroris cauſſam saepe dedi. V.

L. Papirio fuit, ut, si ducis consilia favor subsecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus
4 potuisse, pro haud dubio habitum sit: ita instruxit aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica firmavit. cessatum a milite, ac de industria, ut obtrectaretur laudibus ducis, inpedita victoria est. Plures Samnitium cecidere: plures Romani vulnerati

ad 6, 3, 8. *Ceterum tam̄ momenti*, id est *tamen*, Leid. 1. *Ceterum tñ momenti* Lovel. 2. V. ad 3, 46, 1. *Ceterum momenti tantum* Lovel. 4. Tum *in uno viro fuit L. Papirio* Harlej. 2.

Si ducis consilia favor subsecutus militum foret] Prima vocula non adparet in Lovel. 3. Tum *ducis conscilia* praefert Lovel. 1. V. ad 1, 8, 6. Deinde *pavor* Lovel. 2. 3. et Gaertn. V. ad 3, 33, 7. Denique *militum subsecutus* Lovel. 4.

Pro haud dubio habitum sit] Pall. omisso *sit*, legunt *pro haud dubio habitum*. GEBH. Illud *sit* non comparet etiam in Leid. 1. et Lovel. 3. quod intercipi potuit a sequenti *ita*. Praeterea *quod haud dubie habitum* Leid. 2. *quod haud dubio habitum* Voss. 2. Lovel. 1. a m. 2. et Fragm. Hav. *quod pro haud dubio habitum*, juncta utraque lectione, Portug. *haud dubio habitum* Lovel. 4. *haud dubie habitum* Gaertn. *procul dubio habitum* Lovel. 2. Sed vulgatum genuinum est. V. supra ad 7, 6, 8.

§. 4. *Cessatum a milite, ac de industria*] Inicit dictionem Pal. sec. (nam reliqui duo quasi quindecim vocibus manci sunt) *cessatum a milite ira, ac de industria, ut obtrectaretur laudibus ducis, inpedita victoria est*. GEBH. Eamdem vocem interponunt Portug. et Haverk. quorum cum Pal. sec. consensus tanto magis eam vo-*Scias* suspectam reddit. Voces, quas in Pall. reliquis deesse Gebhardus queritur, fuisse videntur *aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica firmavit. cessatum a milite, ac de industria, ut*, (quae tamen numero sunt sedecim) quia illae omnes etiam desunt in Lovel. 3. 4. et Voss. 2. Ceterum *ac industria*, omissa praepositione, Gaertn. Verum, praeterquam quod Livius aut quam rarissime, aut potius numquam, particulam *ac* adhibuerit ante voces, quae a vocali incipiebant, ut videbimus ad 10, 36, 17. reliqui omnes *ac de industria* constanter agnoscunt; et Livius ita etiam locutus est 4, 58, 12. *Plebem de industria vexandam militia, trucidandamque hostibus objici*. In verbis praecedentibus *ita* posteriori loco omittebatur in Harlej. 1. adversantibus reliquis, et recte. Solet enim Livius in similium particularum repetitione elegantiam sermonis sectari. V. ad 5, 35, 4. (* Ita 31, 31, 14.)

Ut obtrectaretur laudibus ducis] *ut detrectaretur* Hearnii Oxon. C. *ut obtractaretur* edd. Rom. anni 1472. et Parm. quomodo saepius *detractare*, pro *detrectare*, est in membranis antiquis. V. ad 34, 15, 9. Mox *mulctati sunt*, pro *vulnerati sunt*, Leid. 2.

§. 5. *Temperandum ingenium suum esse, et severitatem miscendam*

sunt. Sensit peritus dux, quae res victoriae obsta- 5
ret: temperandum ingenium suum esse, et severi-
tatem miscendam comitati. Itaque, adhibitis lega- 6
tis, ipse circum saucios milites inserens in tentoria
caput, singulos, ut sese haberent, rogitans, curam
eorum nominatim legatis, tribunisque, et praefectis
demandabat: rem per se popularem ita dexter egit, 7

comitati] Pall. duo *commiscendam*. GEBH. Ferri potest, si intelligas tam id misceri, quod adfunditur, quam id, cui adfunditur. Melius tamen erit, opinor, *comitate*. 40, [8, 3.] *Quum pavorem mistum admiratione patri injecisset*. J. FR. GRON. V. Gronov. ad Senecae Epist. 90. Qui severitatem comitati miscet, is jam ante comis est; sed cavet, ne plus sit, quam satis est: quod in Papirii ingenium non convenit; qui nihil minus, quam comis, ac potius severus sine comitate erat, unde severitatem comitate miscendam sentiebat. Cicero de Universo c. 12. *Voluptate et molestia mixtum amorem*. Nec tam rarum est hoc genus loquendi, ut videtur viro docto in Indice Sallustii. DUK. *temperandum ingenium esse suum* Fragm. Hav. Sed τὸ *esse* omisit Harlej. 2. sequentem voculam *et* Florent. quod Salvinio non displicebat. Deinde *veritatem*, pro *severitatem*, Portug. a m. 1. Tum *commiscendam* Voss. 2. *commiscendam* Lovel. 3. *comitati* vero servant omnes codices. Non contentus tamen Doujatius conjectura Gronovii, insuper legendum censebat *severitati miscendam comitatem*. At, si quid mutandum, longe minus a vulgato recedit id, quod Gronovio, quam quod Doujatio, in mentem venit.

§. 6. *Singulos, ut sese haberent, rogitans*] Flor. *inserens in tentoria caput, singulosque, ut sese haberent, rogitans*. Sed et Rottend. *ipse circumiens saucios*. Tacitus 1. Ann. 71. *Utque cladis memoriam comitate leniret, circumire saucios, facta singulorum extollere, vulnera intuens*. J. FR. GRON. Illud *circumiens* etiam inlustrari posset hoc Sueton. in Tiberio 11. *Dum quid ageret incertus, tamen singulos circuit*. Sed factum dictatoris illo imperatoris Alexandri Severi apud Lamprid. ejus vit. 47. *Aegrotantes ipse visitavit per tentoria milites, etiam ultimos*. In meis tamen omnibus constanter *circum saucios*. Sed *singulosque* unus praefert Harlej. 1. Praeterea *ut se haberent* Lovel. 3. *ut sese haberet* Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 2. Harlej. 1. et Fragm. Hav. Mox *tribunis legatisque*, alio ordine, Voss. 1. et Leid. 2.

§. 7. *Rem per se popularem ita dexter egit*] *ita* deficit in Lovel. 4. *ita sedulo egit* praefert Klock. *ita dextere egit* Portug. et Fragm. Hav. Verum ultima litera τοῦ *dextere* repetita est ex initio vocis sequentis, ut alibi saepe factum est. V. ad 40, 7, 8. Vel lectio haec nata est ex interpretis expositione; qui adjectivum *dexter* nunc pro adverbio poni docuit. Id autem Livio familiare esse, infra dicam ad 22, 12, 7.

Animi multo plus militum imperatori reconciliarentur] Lego

ut, medendis corporibus, animi multo prius n
tum imperatori reconciliarentur; nec quidquam
salubritatem efficacius fuerit, quam quod g
8 animo ea cura accepta est. Refecto exercitu,
hoste congressus haud dubia spe sua militum
ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus
9 dies conferendi signa cum dictatore fuerit. In
deinde, qua duxit praedae spes, victor exerci
perlustravitque hostium agros, nulla arma, nu
10 vim, nec apertam, nec insidiis, expertus. A

multo prius, non multo plus. GELEN. Pall. duo animi multo prius forte debellati militum imperatori reconciliarentur. GEBH. Illud plus demum mihi obvium fuit in ed. Mediol. anni 1480. priores, quas vidi, ut et omnes scripti multo prius cum Gelenio praeferunt. V. supra ad 2, 56, 6. Deinde animi multo prius forte debellati militum Voss. 2. et Lovel. 3. Sed forte debellati, pro forte debellati, praeferunt Leid. 1. et Lovel. 4. animi multo prius forte rebellati militum Lovel. 2. Deinde militum imperatoris Florent. Leid. 1. et Harlei. 1. militum deest in Gaertn. qui tamen etiam imperatoris praefert. Hinc reconciliarentur Leid. 2. Lovel. 2. 3. Portug. et Hearnii Oxon. X. ac R.

Quam quod grato animo ea cura accepta est. Vox ea non adparet in Voss. 2. et Lovel. 3. Tum recepta est Lovel. 2. Paullo ante nequicquam. pro nec quidquam, Leid. 1. V. supra ad 9, 18, 3. ac quam Florent.

§. 8. Refecto exercitu, cum hoste congressus haud dubia spe sua militumque ita militum suorum habet Pal. sec. GEBH. Similiter Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Sed iunctur refecto exercitu Lovel. 2. V. supra ad 6, Praeterea cum hoste congres Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Portug. et Haverk.

Ita fudit fugavitque Sam ut ille ultimus eis dies] ira fugavitque Fragm. Hav. ira fugavitque Gaertn. a m. 1. ira fugavitque a m. 2. ira et i pissime a librariis confund V. ad 24, 16, 1. fudit aut fuit commutantur supra h c. 13, 6. ac fudit et fugit 6. Deinde ut ille dies ultim dies Harlej. 2. ejus, pro eis, G a m. 1.

§. 9. Incessit deinde, qua praedae spes, victor exercitu sepsit deinde Lovel. 4. in c tu. To deinde deest in Lov et Voss. 2. Tum qua duxi spes Haverk. Deinde victor citum Lovel. 3. Mox perlus pro perlustravitque, Harlej.

Nulla arma, nullam vim apertam, nec insidiis, exp nulla arma nullamque vim Pal. sec. GEBH. Flor. nec sidiis. J. FR. GRON. nulla nullamque vim etiam Harl Male. Supra 3, 10, 14. N terrorem externum, nullum p lum esse. 45, 37, 6. Cui crimen lum, nullum probrum dicere

bat alacritatem, quod dictator praedam omnem edixerat militibus: nec ira magis publica, quam privatum compendium, in hoftem acuebat. His cladi- 11
bus subacti Samnites pacem a dictatore petiere: cum quo pacti, ut singula veftimenta militibus, et annuum ftipendium darent; quum ire ad senatum 12
juffi effent, secuturos se dictatorem responderunt, unius ejus fidei virtutique cauffam suam commendantes. ita deductus ex Samnitibus exercitus.

XXXVII. Dictator triumphans urbem eft ingres- 1

rat. (* ubi vide.) 10, 22, 6. *Ut uno animo, una mente viverent.* Alia similia supra v. ad 6, 39, 9. *ex*, quod Gronov. ex Florent. profert, in nullo alio mihi obviam fuit. Non tamen displicet. Ex aliis autem excidiffe potuit ob vocis praecedentis sonum haud multum diversum.

§. 10. *Addebat alacritatem, quod dictator praedam omnem*] *Adderat* Florent. An voluit librarius *Addiderat*? Sed reliqui vulgatum tuentur. Deinde *omnem praedam* Leid. 2. Lov. 1. Portug. et Haverk.

Nec ira magis publica, quam privatum compendium in hoftem acuebat] *nec iram magis publicam* Leid. 1. *nec ira magis quam publicam* Florent. *nec ira magis quam publica* Harlej. 1. *nec magis r. publ.* sive *res publica*, Klock. Vox *publica* deficit in Lovel. 2. Deinde *privatum commodum* Voff. 2. et Lovel. 3. quod ex interpretis gloffa natum videtur. Caesar 7. belli Gall. 43. *Capti compendio ex direptis bonis.* 3. belli Civ. 32. *Praeter imperatas pecunias, suo etiam privato compendio serviebant.*

§. 11. *Pacem ab dictatore petiere*] *a dictatore* Florent. Voff. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Klock. Gaertn. Fragm. Hav. omnesque editi ante Gronov. Deinde *petiverunt* Lovel. 4. *petierunt* Fragm. Hav. Sed tota vox illa exsulat a Leid. 1.

Cum quo pacti, ut singula veftimenta militibus et annuum ftipendium darent] Vox *quo* non adparet in Florent. *cum quo pacti sunt, singula veftimenta* habet Lovel. 3. Deinde *et annum ftipendium* Leid. 1. *in annum ftipendium* Haverk. Supra hoc lib. c. 2, 4. *Extemplo inde exercitus Romanus deductus, annuo ftipendio et trium mensium frumento accepto. ftipendium in eum annum* dixit 9, 41, 7. *Stipendium exercitui Romano ab hofte in eum annum pensum.*

§. 12. *Secuturos se dictatorem*] Praenomen *se* omittitur in Fragm. Hav. ut mox *suum* in Portug. et Haverk. [*essent, se ituros dictatori* Veith.] *virtutisque*, pro *virtutique*, legit Gaertn.

Ita deductus ex Samnitibus exercitus] Referunt Pall. pr. et sec. *e Samnitibus.* GEBH. Idem mihi etiam obvium fuit in Voff. 2. et Lovel. 3. Deinde *itaque deductus* legunt Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. De quo errore infra v. ad 21, 53, 7. *ita reductus* Gaertn. Paffim *deducere* et *reducere* commutari, supra dictum eft ad 6, 26, 8.

§. 1. *Triumphans urbem eft in-*

ut, medendis corporibus, animi multo prius militum imperatori reconciliarentur; nec quidquam ad salubritatem efficacius fuerit, quam quod grato
8 animo ea cura accepta eſt. Refecto exercitu, cum hoſte congreſſus haud dubia spe sua militumque, ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis
9 dies conferendi signa cum dictatore fuerit. Inceſſit deinde, qua duxit praedae spes, victor exercitus; perluſtravitque hoſtium agros, nulla arma, nullam
10 vim, nec apertam, nec insidiis, expertus. Adde-

multo prius, non *multo plus*. GELEN. Pall. duo *animi multo prius forte debellati militum imperatori reconciliarentur*. GEBH. Illud *plus* demum mihi obvium fuit in ed. Mediol. anni 1480. priores, quas vidi, ut et omnes scripti *multo prius* cum Gelenio praeferunt. V. supra ad 2, 56, 6. Deinde *animi multo prius forte debellati militum* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Sed *foret debellari*, pro *forte debellati*, praeferunt Leid. 1. et Lovel. 4. *animi multo prius foret rebellati milites* Lovel. 2. Deinde *militum imperatoris* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1, *militum* deeſt in Gaertn. qui tamen etiam *imperatoris* praefert. Hinc *conciliarentur* Leid. 2. Lovel. 1. 3. Portug. et Hearnii Oxon. N. ac B.

Quam quod grato animo ea cura accepta eſt] Vox *ea* non adparet in Voſſ. 2. et Lovel. 3. Tum *recepta eſt* Lovel. 2. Paullo ante *nequicquam*, pro *nec quidquam*, Leid. 1. V. supra ad 9, 18, 5. *ne quam* Florent.

§. 8. *Refecto exercitu, cum hoſte congressus haud dubia spe sua militumque*] *spe militum suaque* habet Pal. sec. GEBH. Similiter Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Sed insuper *refecto exercito* Lovel. 2. V. supra ad 6, 36, 4. Praeterea *cum hoſte congressus eſt* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis dies] *ira fudit fugavitque* Fragm. Hav. *ira fuit fugavitque* Gaertn. a m. 1. *ira fugit fugavitque* a m. 2. *ira* et *ira* saepiſſime a librariis confunduntur. V. ad 24, 16, 1. *fudit* autem et *fuit* commutantur supra hoc lib. c. 13, 5. ac *fudit* et *fugit* 28, 17, 6. Deinde *ut ille dies ultimus eis dies* Harlej. 2. *ejus*, pro *eis*, Gaertn. a m. 1.

§. 9. *Inceſſit deinde, qua duxit praedae spes, victor exercitus*] *Inseſsit deinde* Lovel. 4. in contextu. *Tò deinde* deeſt in Lovel. 3. et Voſſ. 2. Tum *qua duxit pede spes* Haverk. Deinde *victor exercitum* Lovel. 3. Mox *perluſtravit*, pro *perluſtravitque*, Harlej. 2.

Nulla arma, nullam vim, nec apertam, nec insidiis, expertus] *nulla arma nullamque vim* habet Pal. sec. GEBH. Flor. *nec ex insidiis*. J. FR. GRON. *nulla arma nullamque vim* etiam Harlej. 1. Male. Supra 3, 10, 14. *Nullum terrorem externum, nullum periculum esse*. 45, 37, 6. *Cui crimen nullum, nullum probrum dicere poſ-*

bat alacritatem, quod dictator praedam omnem edixerat militibus: nec ira magis publica, quam privatum compendium, in hoſtem acuebat. His cladi- 11
bus subacti Samnites pacem a dictatore petiere: cum quo pacti, ut singula veſtimenta militibus, et annuum ſtipendium darent; quum ire ad senatum 12
juſſi eſſent, secuturos se dictatorem responderunt, unius ejus fidei virtutique cauſſam suam commendantes. ita deductus ex Samnitibus exercitus.

XXXVII. Dictator triumphans urbem eſt ingres- 1

rat. (* ubi vide.) 10, 22, 6. *Ut uno animo, una mente viverent.* Alia similia supra v. ad 6, 39, 9. *ex*, quod Gronov. ex Florent. profert, in nullo alio mihi obviam fuit. Non tamen displicet. Ex aliis autem excidiſſe potuit ob vocis praecedentis sonum haud multum diversum.

§. 10. *Addebat alacritatem, quod dictator praedam omnem*] *Adderat* Florent. An voluit librarius *Addiderat*? Sed reliqui vulgatum tuentur. Deinde *omnem praedam* Leid. 2. Lov. 1. Portug. et Haverk.

Nec ira magis publica, quam privatum compendium in hoſtem acuebat] *nec iram magis publicam* Leid. 1. *nec ira magis quam publicam* Florent. *nec ira magis quam publica* Harlej. 1. *nec magis r. publ.* sive *res publica*, Klock. Vox *publica* deficit in Lovel. 2. Deinde *privatum commodum* Voſſ. 2. et Lovel. 3. quod ex interpretis gloſſa natum videtur. Caesar 7. belli Gall. 43. *Capti compendio ex direptis bonis.* 3. belli Civ. 32. *Praeter imperatas pecunias, suo etiam privato compendio serviebant.*

§. 11. *Pacem ab dictatore petiere*] *a dictatore* Florent. Voſſ. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Klock. Gaertn. Fragm. Hav. omnesque editi ante Gronov. Deinde *petiverunt* Lovel. 4. *petierunt* Fragm. Hav. Sed tota vox illa exsulat a Leid. 1.

Cum quo pacti, ut singula veſtimenta militibus et annuum ſtipendium darent] Vox *quo* non adparet in Florent. *cum quo pacti sunt, singula veſtimenta* habet Lovel. 3. Deinde *et annuum ſtipendium* Leid. 1. *in annum ſtipendium* Haverk. Supra hoc lib. c. 2, 4. *Extemplo inde exercitus Romanus deductus, annuo ſtipendio et trium mensium frumento accepto. ſtipendium in eum annum* dixit 9, 41, 7. *Stipendium exercitui Romano ab hoſte in eum annum pensum.*

§. 12. *Secuturos se dictatorem*] Praenomen *se* omittitur in Fragm. Hav. ut mox *suum* in Portug. et Haverk. [*essent, se ituros dictatori* Veith.] *virtutisque*, pro *virtutique*, legit Gaertn.

Ita deductus ex Samnitibus exercitus] Referunt Pall. pr. et sec. *e Samnitibus*. GEBH. Idem mihi etiam obvium fuit in Voſſ. 2. et Lovel. 3. Deinde *itaque deductus* legunt Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. De quo errore infra v. ad 21, 53, 7. *ita reductus* Gaertn. Paſſim *deducere* et *reducere* commutari, supra dictum eſt ad 6, 26, 8.

§. 1. *Triumphans urbem eſt in-*

sus: et, quum se dictatura abdicare vellet, jul
Patrum, priusquam abdicaret, consules creavit
Sulpicium Longum iterum, Q. Aemilium Cerret
num.

gressus; et, quum se dictatura] Vox *urbem* omittitur in Harlej. 1. a quo etiam ut et ab Fragm. Hav. exsulat τὸ *et*. Mox *priusquam abdicaret se*, addito pronomine, praeferunt Portug. et Haverk. *priusquam se abdicaret* Harlej. 2. Sed quum mox praecesserit, melius hoc in aliis non exstat.

C. Sulpicium Longum iterum] Praenomen abest a Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 3. *Cn. Sulpicium* vocant Hearnii Oxonienses. Similis diversitas etiam supra est hoc lib. c. 15, 1. ubi tamen, ut et hoc loco, recte *Caji* praenomen servant plerique libri. Non modo enim *Cnaei* praenomen in gente Sulpicia inauditum est, sed in tertio etiam consulatu in Fast. Capit. anno CDXXXIX. vocatur *C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS.* quem eumdem, sed non addita tertii consulatus nota, memorat etiam Livius 9, 24, 1. ubi recte tantum non omnes codices in praenomen *Cajus* conspirant.

Q. Aemilium Caeretanum] In plerisque libris *Aurelius* legitur anno ab urbe condita CDXXXV. [infra 9, 15, 11.] Sed ego *Aelius* ubique de hoc Caeretano legendum puto. *Aulus*, quia praenomen est, prorsus non quadrat. *Aulius* fortassis magis quadraret, quod quidam substituerunt. GLAR. *Cerretanum* ex Cap. consulibus et vet. lib. SIG. Vetustissimae edd. *Cerretanum*, quod ex Capitolinis fastis confirmat Sigonius. Pal. pr. *te etanum*. sec. *Centanum*. tert. *Tectanum* habent. GEBH. Immo *Aulium*, ut recte Sigonius et Pighius, qui et interpositionem istam, *Aulium quidam annales habent*, putat esse ab s
dioso, qui tamen scripserit *A*
milium quidam, tanquam noti
nomen. Certe 9, 22, 4. MSS. u
Aulius, non *Aemilius*. J. F
GRON. Omnes libri mei *Q. A*
milium, nisi quod *Q. Aemiliu*
sit in Leid. 1. *et Q. Aemilium*
Portug. et Haverk. De copu
hac addita quid sentiendum si
supra v. ad 2, 17, 1. Praeter
recte viros doctos *Q. Aulium r*
stituisse existimo; audaciam t
men Clerici, qui ita etiam in co
textu edidit, probare neque
quoniam omnes adversentur h
lectioni codices scripti. Insup
Teetanum Voss. 2. et Lovel. 3.
manu 2. quum antea *Teenatanu*
scriptum fuisset. *Centanum* Po
tug. et Haverk. *Ceranum* Harl
2. *Teretanum* Lovel. 4. *Terentanu*
Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Terr*
tanum Gaertn. et Fragm. Ha
Terretanum Lovel. 1. *Cerretanu*
Leid. 1. Harlej. 1. et Block. c
edd. Rom. anni 1472. ac Par
quod recte Sigonius in conte
tum recepit.

§. 2. *Quia de conditionibus a*
batur] Id est, res haerebat, n
conveniebat. ut 10, [10, 8.]
societate haud abnuunt barbar
de mercede agitur, qua pecta
ceptaque etc. Posses alioqui leg
re *ambigebatur*. Terent. Hea
[3, 2, 92.]

— — — *Simus et Crito*
Vicini nostri hic ambiguntur
finibus.

Justinus 1, [10.] *Cum de re*
ambigerent. Festus in *Silvii*. *Cu*
inter eos de regno ambigeretur.
FR. GRON. Vulgatum in omn

num. Samnites, infecta pace, quia de conditioni- 2
bus agebatur, inducias annuas ab urbe retulerunt. nec earum ipsarum sancta fides fuit: adeo, postquam Papirium abiisse magistratu nunciatum est, ad-

bus codd. superest. Id tamen displicet; nec propius video, quam, quod Gronovio in mentem venit, *ambigebatur*. quo verbo Livius saepius hoc sensu usus est. Infra 35, 32, 14. *Verbis potius de iis, quae ambigerentur, disceptarent.* 42, 39, 6. *Aliud deinde ambigebatur, cum quam multis transiret.* Eadem autem constructione, qua hoc loco, 3, 71, 7. *Agrum, de quo ambigitur, finium Coriolanorum fuisse.* 40, 15, 4. *Quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere umquam de eo forsitan debeam.* et 42, 29, 5. *Ambigendo de Coelesyria caussam belli se habiturum existimabat.* Etiam sine praepositione 21, 31, 6. *Regni certamine ambigebant fratres.*

Nec earum ipsarum sancta fides fuit] *eorum ipsorum* Harlej. 2. quasi ad *Samnites* referendum sit, quum ad *inducias* referatur. Infra 9, 40, 18. *Ad Perusiam, quae et ipsa induciarum fidem ruperat, dimicat.* 30, 24, 11. *Quum quidam pacis petitae, alii induciarum fidem obponerent.* et c. 25, 2. *Ab iis, qui petiissent pacem, et spem pacis et fidem induciarum violatam esse.* 42, 43, 4. *Fide induciarum interposita, legati Romani in Boeotiam comparati sunt.* Ita *fides foederum* 3, 18, 3. *Periculum ipsum, discrimenque ac sociales Deos, fidemque foederum id poscere.* Mox *facta fides* Harlej. 1. Portug. et Gaertn. *fācta* olim scriptum fuerat, quod in *facta* mutare facillimum fuit. Certe *fācta* est in Harlej. 2. Similiter aliis locis librarios errasse, infra videbimus ad 10, 9, 3. *sancta fides* est inviolata, religiose servata. Ennius apud Cic. 1. de Offic. 8.

Nulla sancta societas nec fides regni est.

Et ipse Cic. mox. *Ut difficillimum sit sanctam servare societatem.*

Abiisse magistratu nunciatum est] *abiisse* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. V. supra ad 2, 4, 2. Tum *notum est* Lovel. 2.

Adrecti ad bellandum animi sunt] Recidit ultimum vocabulum Pal. sec. qui item cum Camp. ed. praefert *erecti*. Alteri duo codd. MSS. pr. ac tert. *porrecti*. Placet *arrecti*, retentum editione Andreae. GEBH. *porrecti ad bellandum animi sunt* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *porrecti ad bellum non sunt* Lovel. 2. *erecti ad bellandum animi sunt* Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. [Veith.] idque praefert Cl. Corte ad Sall. Jug. 23, 1. ubi saepissime haec vocabula confundi docuit, de quo etiam v. quae notavi ad Silii 2, 268. An forte hic *adrecti* datum est propter adjunctam praepositionem *ad*? quod Corte ibid. de loco Sallustii suspicabatur. *adrecti* tamen servant optimi Florent. Harlej. 1. et Klock. contra *erecti* non tantum est in Neap. Latinii, verum insuper *ad rebellandum*: quod verum videri posset, quoniam modo pacem petierant, induciasque composuerant. Sed v. infra ad 40, 38, 5. Singularis exstat lectio in Klock. qui praefert *arrecti adsuetis ad bellandum animis*: quomodo *adsuefacere ad aliquid dixit* Livius supra ad 3, 52, 11. et *adsuetus in aliquid* 24, 5, 9.

3 recti ad bellandum a
Aemilio (Aulium quid
bus, ad defectionem
bellum accessit. Utro
4 Samnites, Apuli Aem
qui non ipsis Apulis h

§. 3. *C. Sulpicio, Q. Aem*
(*Aulium quidam annales habe*
consulibus) *Aulium* lege. Nec
nim de praenomine *Quintus*
bigitur, sed de nomine gent
*Aemilius*ne, an *Aulius*, dictus
rit. GELEN. Quaestio est, an
ter consul Q. *Aemilius*, an
Aulius Cerretanus fuerit? *Aul*
vocandum esse, et Livius et
pitolini scriptores consentiu
Est enim is, qui post magiste
quitum in proelio occisus
Livius l. 9, [22.] et Capitoli
tabulae. SIG. Locus hic L
non parum mihi suspectus
Q. *Aulium* enim fuisse potius
legam Sulpicii, fit verisim
quod eo tempore consulum a
plerumque plebejus esse sole
deinde cognomen *Cerretanus*,
quo nihil dubitat Livius, Ae
liae genti insolitum et pere
num sit. *Q. Aulium* igitur et
loco scripsisse Livium puto,
quando secundum ipsius con
latum postea 9, [15, 11.] rec
set. Nomen *Aulius* ut rarum
ignotum, ita quasi incorrect
a sciolis in *Aulus* vel *Aemili*
non secus ac in Diodoro [l.
p. 641.] Mariano et Cassiod
perperam in *Aelius*, et Livii
[15, 11.] in *Aureliius* mutatum c
fiat. Immo verba haec, in m
gine apud consulum nomin
studioso aliquo annotata, (
lium quidam annales habent)
milium culpa in historiae cont
tum irrepsisse videntur: ut
lim Livii verba sic legere
Sulpicio, Q. *Aulio* consulibu

jus gentis populos ab Samnitium vi atque injuriis defensos scribant. Ceterum fortuna Samnitium, 5
vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum, propius ut sit vero, facit, non Apulis ab Samnitibus arma inlata, sed cum utraque simul gente bellum Romanis fuisse, nec tamen res ulla memorabi- 6

ad Pighii conjecturam, invitis omnibus Mstis, emendavit. Priscam itaque scripturam, donec integrior codex aliunde eruatur, cujus vestigia tutius sequi possimus, revocavi.

Sulpicio Samnites, Apulia Aemilio sorte evenerunt] Lege *Apuli Aemilio*, non *Apulia*. GELEN. Malim *Aulio*, ut dixi. Accedit, quod pro *Aemilio* Diodorus (l. 18. p. 641.) *Αἴλιον*, Cassiodorus *Aelium* vocant, mendose. SIGON. *sorte evenerunt* Lovel. 4. V. ad 38, 40, 13. *sorte venerunt* Leid. 2. Sed prioris vocis litera finalis posterioris initialem intercepit. V. ad 29, 20, 4. *Apuli Aemilio sorte evenit* Fragm. Hav. An voluit librarius *Apulia Aemilio sorte evenit?* ut ultima vocis *Apulia* litera intercepta sit a prima vocis sequentis. Certe *Apulia Aemilio sorte evenerunt* fuit in edd. ante Gelenium. Ita locutio *Samnites, Apulia* formata foret ad similitudinem eorum, de quibus supra dixi ad 7, 26, 9. Sed reliqui codd. vulgatum servant; quare etiam nihil muto, sive potius Gelenio consentio.

§. 4. *Socios ejus gentis populos*] id est, socios populi Romani Apuliae populos: in amicitiam enim paulo ante venerant una cum Lucanis. SIG.

§. 5. *Ceterum fortuna Samnitium vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum*] Sed quomodo *vix a se ipsis propulsantium bellum*, qui statim sequente anno tanto exercitu Romanos aggressi sint? aut quomodo Apuli tam cito defecissent, qui superius [c. 25, 3.] una cum Lucanis in amicitiam Romanorum venerant? imo posteriore libro statim post initium [c. 2, 5.] *boni ac fideles socii* appellantur. Haec ut Livio divisa sint temporibus, judicet lector. GLAR. *ab se ipsis* Lovel. 4. Tum *eodem tempore* Voss. 1. Lovel. 1. et Harlej. 2. V. ad 10, 10, 6. Deinde *propulsatum bellum* Lovel. 4. *populantium bellum* Parm. ed. Ceterum verba *vi atque injuria defensos scribant. Ceterum fortuna Samnitium* desunt in Leid. 1. et Lovel. 3. culpa librarii ob vocem *Samnitium* repetitam. V. ad 9, 11, 11.

Non Apulis ab Samnitibus arma inlata] *a Samnitibus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *inlata arma* Leid. 2. et Lovel. 4. *arma non lata* Lovel. 3. Paullo ante *proprius*, pro *propius*, Voss. 1. Lovel. 1. Harlej. et Fragm. Hav. V. ad 4, 17, 5.

§. 6. *Ager Apulus Samniumque evastatum*] Pal. sec. *Samnitumque evastatus*. ad quam lectionem alludunt quoque reliqui duo Pall. Male autem Camp. edidit *Samnitumque vastatum*. nam ita elegans verbum subtrahit Livio. 10, 15. *Omnia spatio quinque mensium evastarunt*. 28, 5. *Segetibus tamen, quae jam propt maturitatem erant,*

lis acta: ager Apulus Samniumque evastatum: h
stes nec hic, nec illic inventi. Romae nocturn
terror ita ex somno trepidam repente civitatem e
civit, ut Capitolium atque arx, moeniaque et po
7 tae, plena armatorum fuerint. et quum concurs

maxime in sinu Aeniano evastatis. Sic legendum e Pall. duobus et prisca ed. eodem lib. 44. *Requiescat aliquando vexata tam diu Italia; uratur evasteturque invicem Africa.* quam lectionem ex unico libro Rhenanus pervertit. Utitur eo verbo bis Livius 32, 33. 35, 4. Ubi tamen Pall. *vastata* simplex saltem agnoscunt. GEBH. Voss. [prior,] Helm. Pall. *Samnitiumque evastatus.* Commodius, ut videtur. Adde tamen, quae dicimus 10, 20, 1. J. FR. GRON. *Samnitumque evastatus* Haverk. *Samnitumque evastatur* Harlej. 2. *Samnitiumque evastata* Gaertner. *Samnitiumque evastatus* Leid. 2. Lovel. 1. et Portug. *Samniumque evastatus* Voss. 2. et Lovel. 3. *Samnitiumque vastatus* Lovel. 2. *Samniumque vastatum* Florent. Verbum compositum, quo Livius uti amat, prae simplici recte Gebhardo magis placet. V. infra ad 32, 33, 14. In codicibus autem, qui simplex praeferunt, litera initialis intercidit ob finalem vocis praecedentis. V. supra ad 2, 44, 6. Utrum vero praeferatur *Samniumque evastatum*, an *Samnitiumque evastatus*, non multum interesse existimo, et utrumque etiam satis Livianum videtur. Quum tamen observem, prius superesse in pluribus ac melioribus libris (id enim praeferunt Leid. 1. Harlej. 1. Block. Fragm. Hav. Lovel. 3. eodemque ducunt vestigia Florent.) id omnino praeferendum existimo: quemadmodum etiam fecit Gronov. quo nos respicere jubet, ad Livii 10, 20, 1.

Hostes nec hic, nec illic inve hostes nec ubi inventi Pal. sec. primus et tert. *hostes non hic illic inventi.* GEBH. *hostes n line inventi sunt* Gaertn. *hoste hic nec illic invento* Harlej. 2. *stes necubi inventi* Portug. Hav et Hearnii Oxon. B. atque in m gine N. pro nullo in loco; voce alibi saepe Livius usus Non tamen horum codd. au ritas satis gravis videtur, ut fidem habeam. *hostis non hic illic inventi* Voss. 2. et Lovel Sed plures numero et bon meliores libri vulgatum tuem

Nocturnus terror ita ex s trepidam] *nocturnus pavor* L 2. Mox *moeniaque et portae pl armatorum*, pro *plena*, Lovel et Gaertn. ut adjectivum proxi conveniat; de quo supra v. 3 15, 12. Sed et vulgatum, quod per est in reliquis, Livio us tum est. Ita infra 9, 38, 1. *Ma alia castella vicique aut deleta stiliter, aut integra in potesta venere.* Etiam Sallust. in Jug. *Quae loca et nationes ob calo aut asperitatem, item solitudi minus frequentata sunt.* ubi Cortium.

§. 7. *Quum concursatum cla tumque ad arma omnibus locis es* Vet. lib. *conclamatumque ad arm* SIG. Flor. Rott. Voss. prior *c cursatum clamatumque.* J. F GRON. Vocula prima cum del in Leid. 2. Lovel. 1. 3. et Gaert intercepta a prima syllaba quentis, quemadmodum cont prima syllaba sequentis exci

um conclamatumque ad arma omnibus locis esset, prima luce nec auctor, nec caussa terroris comparuit. Eodem anno de Tusculanis Flavia rogatione 8 populi fuit judicium. M. Flavius tribunus plebis tulit ad populum, ut in Tusculanos animadverteretur;

ob voculae *cum* similitudinem in Leid. 1. qui eam servarat. V. supra ad 3, 69, 5. Deinde *clamatumque* Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harlej. duo, Port. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Quum tamen Livius in his *conclamare* plerumque adhibere soleat, compendium scripturae *c̄clamatumque* effecisse, ut prima syllaba excideret, verisimilius videtur. V. supra ad 3, 50, 11.

Nec auctor, nec caussa terroris comparuit] *apparuit* Lovel. 4. et Haverk. *comparuerit* Voss. 2. a m. 1. An voluit librarius *comparuerunt?* Reliquis tamen codicibus dissentientibus, nihil mutandum duco. Potius enim est, ut existimemus, librarium scriptum credidisse *comparu'it;* nam saepissime nota hac perperam vel addita, vel omissa in Mstis peccatur. V. ad 40, 14, 11. Ceterum verba praecedentia *omnibus locis esset, prima luce nec auctor* deficiunt in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 8. *Flavia rogatione populi fuit judicium*] *Fabia rogatione* Harlej. 1. qui mox *M. Fabius* praefert; quod posterius habent etiam Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. Harlej. 1. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. quod ferri nequit, quum gens Fabia fuerit patricia, adeoque M. Fabius tribunus plebis esse non potuerit. Quum passim literae *b* et *v* commutatae sint, primo *Flabia*, inde *Fabia* scriptum est. Alibi etiam in his nominibus permiscendis peccarunt librarii. Exempla supra habuimus hoc lib. c. 22, 2. Praeterea *fuit populi judicium* Portug. et Haverk. Vocem *populi* ignorant multae ex edd. vett. neque ante Aldum in aliis reperi, quam in Parm. et Mediol. anni 1505.

Ut in Tusculanos animadverteretur] De Tusculanis nihil ante l. 7. ubi de Privernatibus et Veliternis ita ait [c. 15, 11.] *Accessit ad eam cladem vastatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde, incursione repentina fecerunt.* SIG. Legendum jubent Pall. tres *tulit ad populum, in Tusculanos animadverteretur*, excussa conjunctione *ut*. GEBH. *To ut* deest etiam in Voss. 2. et Lovel. 3. quam voculam reliqui omnes servant, ideoque non ejiciendam censeo. Tum *in Tusculanis* Harlej. 2. quod dictum videri posset ad exemplum eorum, de quibus infra agendi locus erit ad 28, 43, 8. Sed vulgatum hic verius esse, aliorum id servantium consensus probat. Deinde *animadverteret*, nempe populus, Haverk. Sed, ita saepe scribas lapsos esse, infra videbimus ad 10, 10, 1.

Quorum ope ac consilio Veliterni] Pal. sec. *quod eorum ope atque consilio*. GEBH. Eleganter et magis ex formula memb. Thuan. Voss. [pr.] Helm. Chifl. *quorum eorum ope ac consilio*. Ducunt eodem duo alii, *quod eorum*. Putaverunt supervacuum esse: non est. Nam *quorum eorum* est, quorum ex iis Tusculanis. Etsi enim publico consilio id factum suspicio erat, quaestionem tamen in

quorum eorum ope ac consilio Veliterni Prive

auctores eius consilii adjutoresque male acres potius decernere iudae severitatis erat, quam in universos et singulos; quum vix unquam etiam in maxime popolari republica res ejusmodi auctorum pari consensu et studio fat. 23, 25. -. *De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi erant.* Sic nos ex Mltis. 26, [34. 6.] *Extra quam qui eorum ante ipsi aut parentes eorum apud hostes exsunt.* 38. [11, 5.] *Aliorum qui non comparebant, quando quisque eorum interiorum fuerit.* Ibidemque. *Quum uxor, qui agri, qui homines Latinorum juris aliquando fuerunt, qui eorum L. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, pro fro eos consules subarati.* Ipsum est apud Plautum Trinumm. 4. 3. *Quorum eorum nunc servipuit curvusi curvari solum.* J. FR. GRON. Memoerat etiam Valerius Max. 9, 10. 1. *M. Flavius tribunus plebis ad gratiam de Tusculanis retulit,* fuisse Pressanius: nec male, certe ut tamen, etsi alterum etiam in Flaccl est 3. 11. 4.) *quod eorum consilio Tusculanus Privernatesque rebellare iussit.* Ex his verbis non magis, quam ex recepta in Livio scriptura, intelligi potest, rogationem tantum de auctoribus hujus rei latam. Quae Gronovius disputat, rationem non carent. sed est, quod contra dici possit. Primum enim, non recedit erat, in eos rogationem tribunicia judicium populi conferre: quia hujus generis quaestiones fere senatusconsulto magistratibus mandabantur, ut l. xii. 3. et l. 40. 33. Deinde non verisimile est, populum Tusculanum paucorum fortasse, quorum ope ac consilio hoc factum fuerat, supplicio eximendorum gratia rem tam extraordinariam fecere voluisse, ut cum conjugibus ac liberis Romam veniret, ea, velut mutata, specie reorum tribubus supplicaret. Praet nulla magnopere causa fuis teris tribubus antiquandi l si ea de solis auctoribus lat set: in hos enim exemplum publice intererat, et justae s tatis erat; sed lex ab illis quata est, quod in omne discrimine saevire crudele humanum videbatur; qu modum quum plures, se aliis gravius, deliquerunt tantum in capita et auctor cinoris animadverti solet. que, de omnibus Tuscula tam fuisse rogationem, i sunt quum verba Livii, *pl seriordia* etc. *valuit*, qu pancis vix dici possunt, tu tinax illa Tusculanorum i atrocis poenae auctores ir has omnes causas non possu bare scripturam librorum habent *quorum eorum ope*, e novii interpretationem verborum. Nec tamen teme vectum esse *eorum* arbitro suspicor. hic olim fuisse *q rum*, ut in Valer. Max. ex ortam varietatem scriptura *rum ope*, et *quorum eorum Quod* fuit solenne in hac tione, ut quum dies ad po dicebatur, apud Liv. 4, 40, 1. 6. 3-. 5-. 12. 43. 16, 11. terum non possum hic praet quae de Tusculanis et L. F scribit Plinius -. Hist. N. 4 *et L. Fulvius inter insignia pla. Nam Tusculanorum re tium consul eodem honore, transitus, exornatus est co a populo Romano: qui solus anno, quo fuerat hostis, Rom triumphavit ex iis, quorum cons rat.* Hunc locum nemo, sciam, explicare conatus praeter Merulam ad Ennii A l. 15. p. 552. qui eum ad historiam de Tusculanis et L vium, insequentis anni cons

tesque populo Romano bellum feciſſent. Populus 9

pertinere putat. Sed non omnia in illius disputatione aeque liquida sunt, et gerit rem conjecturis quibusdam, in quibus ne species quidem veri eſt. Eſt locus plane singularis, in quo explicando, qui volet, ingenii ac doctrinae suae vires experiatur. Mihi, si ad hoc tempus referendus eſt, nihil aliud dici poſſe videtur, quam Plinium alios annales secutum fuiſſe. Nam, vel L. Fulvium, vel ullum alium de Tusculanis solis triumphaſſe, nusquam alibi, ni fallor, proditum eſt; ac neque tum, neque poſt L. Fulvii consulatum, qui primus ex ea gente consul fuit, Tusculanos rebellaſſe, et a Romanis victos eſſe, aliunde conſtat. DUK. *quorum eorum* apud me supereſt in optimis ac fidiſſimis codd. Florent. Leid. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. Id autem, ut Gronovius monuit, ponitur pro quorum ex iis Tusculanis. *qui eorum* hoc sensu frequens eſt. Supra 5, 41, 2. *Qui eorum curules gesserant magiſtratus.* 21, 26, 7. *Ceteros adcolas fluminis Hannibal, et eorum ipsorum qui sedes tenuerant, simul pertlicit donis.* 34, 35, 7. *Conjuges reſtitueret, quae earum viros sequi voluissent.* 40, 41, 3. *Qui eorum circa Macram fluvium incolebant.* Mox eodem cap. *Quos eorum potuit adsequi, deduxit caſtigatos Pisas.* 42, 17, 5. *Quibus eorum ipse scripsisset, ut venenum dandum curaret.* 43, 14, 8. *Ut, qui eorum in Italia essent, intra dies triginta in provinciam redirent.* Cic. 8. ad fam. Ep. 8. *Qui eorum stipendia emerita habeant.* et mox, *Quos eorum ex senatusconsulto cum imperio in provincias pro praetore mitti oporteret.* Ita in Fragmento legis apud Gruter. in inscript. p. 106. *QVEIVE. FILIVS. EORVM. QVOIVS ERIT.* et mox *QVOIVS. EORVM. EX. H. L. ANTE. K. SEPT. PETITIO. ERIT.* Et ita emendat Cl. Jac. Gronov. apud Cic. 5. Tuscul. 27. *Quum eſt cujus earum vir mortuus.* Qui eodem sensu accipienda exiſtimavit verba Livii, quae supra 5, 34, 5. in optimis Mſtis ita leguntur. *Quod ejus ex populis abundabat.* Et hoc modo etiam defendi posset lectio, quae in quibusdam scriptis et editis exſtat infra 29, 15, 7. *Si qua earum numerum equitum explere non poſſet.* pro quo nunc vulgatur, *si qua eum numerum.* Verum a Gronovio diſſentiunt Perizonii pater et filius ad oram exemplaris Liviani: quorum ille, praefatus omnia sequentia docere, de toto populo Tusculano judicium factum eſſe, praeferebat lectionem codicum, qui obferunt, *quod eorum ope*, quemadmodum apud me eſt in Portug. Gaertn. et Haverk. et apud Hearnium in Oxon. L. 2. ac N. [Veith.] At Jac. Perizonius, etiam Tusculanorum liberos et conjuges poenae subjici monens, scribendum conjicit, *quoniam eorum ope*, quod mihi in uno tantum Lovel. 2. obvium fuit. Ceterum quando aut qua occasione Veliterni Privernatesque Tusculanorum ope ac consilio populo Romano bellum fecerint, incertum eſt. Referendum autem ad defectionem Veliternorum et Privernatium, quam describit Livius l. 7, 15. ut ad marginem Livii Klockius conjecit, non videtur. Si enim eo tempore Veliterni et Privernates auctoritate Tusculanorum defecerint, hujus criminis jam poenas dederunt, siquidem Livius supra narrat hoc libro c. 14, 4. *crimen rebellionis* Tusculanorum *a publica fraude in paucos auctores versum* eſſe. Poſt ea tempora quidem Privernates iterum desciverunt, teſte Livio hoc lib. c. 19. et seqq. ve-

Tusculanus cum conjugibus ac liberis Romam venit. ea multitudo, veste mutata, et specie reorum,
10 tribus circuit, genibus se omnium advolvens. plus itaque misericordia ad poenae veniam inpetrandam, quam caussa ad crimen purgandum valuit.
11 Tribus omnes, praeter Polliam, antiquarunt legem.

rum non modo, id ope et consilio Tusculanorum fretos admisisse, neque hoc loco addidit, sed etiam Veliternos tum Privernatium socios fuisse non constat. Praeterea *opere et consilio* habet Hearnii Oxon. C. V. ad 32, 21, 30. *ope atque consilio* Haverk.

Veliterni Privernatesque populo Romano bellum fecissent] *bellum populo Romano fecissent* Portug. et Haverk. Sed quatuor haec vocabula deerant in Florent. quorum loco a manu recentiore additum est *defecissent:* quomodo quis, aliquid omissum a librario animadvertens, non consultis integrioribus codd. ex ingenio, quod deerat, suppleisse videtur.

§. 9. *Veste mutata et specie reorum tribus circuit, genibus se omnium advolvens*] Vox *mutata* exsulat a Voss. 2. Deinde *spem reorum* praeferunt Lovel. 1. a m. 1. et Gaertn. Tum *circuivit* Haverk. Hinc *se genibus omnium* alio ordine Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Paullo ante *et multitudo*, pro *ea multitudo*, Lovel. 2. et 4. V. ad 42, 5, 7.

§. 10. *Plus itaque misericordia ad poenae veniam inpetrandam*] *plus itaque misericordiae* Harlej. 2. Deinde vox *inpetrandam* deficit in edd. Aldo antiquioribus, praeterquam in sola Parm. Mox *caussa* non adparet in Leid. 2. cujus loco *eam* praefert Gaertn. V. infra ad 48, 58, 11.

§. 11. *Tribus omnes, praeter Polliam, antiquarunt legem*] *Tribunus praeter Polliam* Gaertn. Vox *Polliam* deficit in Voss. 2. et Haverk. Tum *antiquavit legem* habet Portug. *antiquarum legem* Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. *antiquarum legem* Lovel. 2. *antiquare legem* Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Mox *verberatos* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *sub Romana lege belli* exhibet Harlej. 2. pro *sub corona*. Male. Bello captos coronatos venditos fuisse, docent Gellius 7, 4. Brisson. de Formul. l. 6. p. 494. et viri docti ad Valer. Max. 9, 10, 1.

§. 12. *Memoriamque ejus irae* etc. *mansisse ad patrum aetatem*] Vocula *que* non exstat in Voss. 2. Lovel. 3. et Harlej. 1. Tum *ejus rei irae*, duplici quasi lectione juncta, Harlej. 2. Deinde *in patrum aetatem* Lovel. 4. Insuper *in poenae tam atrocis auctorem*, pro *auctores*, Florent.

Nec quemquam ex Pollia tribu candidatum ferme datum, Papiriam ferre solitum] Cum hic locus in aliis exemplaribus aliter atque aliter legeretur, ac jam desperata ejus esset apud me castigatio, Herm. Buschius praeceptor meus ex Valer. Max. ita restitui posse admonuit: *nec quemquam ex Pollia tribu candidatum ferme datum magistratum suffragiis Papiliae tribus ferre solitum.* In hac enim tribu Tusculanos acceptos in civitatem plurimum potuisse,

lliae sententia fuit, puberes verberatos necari, njuges liberosque sub corona lege belli venire: memoriamque ejus irae Tusculanis in poenae tam 12
ocis auctores mansisse ad patrum aetatem con-
t, nec quemquam ferme ex Pollia tribu candi-
tum Papiriam ferre solitum.

erius indicat. Locus est l. 9, 10. ltione. JAC. SOBIUS ad mar- em editionis suae. Vetus lectio erior, *nec quemquam ferme ex Pol- tribu candidatum Papiriam ferre tum*. GELEN. Moguntinus co- pro *Papiriam* habebat *suffra-* quod melius intelligitur. At locum corruptum valde ve- r. GLAR. Locus non est, ut set Glareanus, mancus ac de- s. Quod ipsum sensus often- qui est hic. Cum Pollia tri- una Tusculanos condemnas- memoriam irae Tusculani in liam tribum usque ad patrum noriam conservarunt: neque n quisquam ex tribu Pollia didatus Papiriam ferre solitus , in quam praesertim conje- Tusculani cives fuerant, et in suffragia ferebant. Auctor erius 9, [10, 1.] quamquam *Popillia* est pro *Papiria*. † plicare debebat, quid sit *piriam ferre*; sic enim satis- cisset lectori. Ego credo *Pa- riam ferre*, suffragium a Pa- ria tribu ferre." † SIGON. o, *nec quemquam ferme ex Pol- tribu candidatum, magistratum apiria ferre solitum*. KLOCK. r. Glareanus in suis ad Li- n Annot. scribit, Mogunti- codicem non *Papiriam*, sed *ragia* habere, et, interpreta- em omittens, ait tantummo- se vereri locum corruptum . Quam rem dum ipse per- derem, in eam veniebam sen- iam, ut Livium de Papiria verba facere existimarem: fuere siquidem plures Papiriae leges, puta *de consecratione*, *de refectione tribunorum plebis*, *de re nummaria*, *de triumviris capitalibus*, et postremo Papiria tabellaria *de suffragiis*, qua cautum, ut in jubendis legibus, aut antiquandis, populus tabella suffragium ferret; quae lex gratissima populo Romano fuit, ut tradit Cic. 3. de legib. [16.] de eadem idem dixit in Planciana [7.] quod frontem aperiret hominum, mentes tegeret, daretque eam libertatem, ut, quae vellent, facerent; et in 2. Agraria, vindicem tacitae libertatis; et in Corneliana, principium justissimae libertatis appellavit. Putabam itaque, sensum verborum Livii esse, neminem canditatum et Pollia Papiriam legem ferre solitum, hoc est, quando populus per tabellas occulta suffragia, ut lege Papiria cautum fuerat, daret, ad petitos honores promotum odio aliarum tribuum, quod sicuti ipsae omnes rogationem Flaviam de animadvertendo in Tusculanos antiquassent, sola Pollia censuisset, Tusculanorum puberes verberatos necari, conjuges liberosque sub corona lege belli venire. At quum Liviana dicta exactius perlegissem, dictionem illam *Papiriam* non ad legem, sed ad tribum referendam, manifeste deprehendi, sensumque genuinum esse, Papiriam tribum neminem fere postea ex Pollia tribu candidatum ad honores petitos promoveri passam, eo quod memor esset immanissimae senten-

1 XXXVIII. Insequenti anno, Q. Fabio, L. Fulvio consulibus, A. Cornelius Arvina dictator et M. Fabius Ambustus magister equitum, metu gravioris in Samnio belli (conducta enim pretio a finitimis juventus dicebatur) intentiore delectu habito, egre-

tiae a sola Pollia in Tusculanos suos latae. Tusculanos autem in tribu Papiria suffragia tulisse, probat Car. Sigonius ex hoc loco solo 2. de antiq. jur. Ital. 9. quod veritati consentaneum existimandum; si quidem eos cives Romanos factos, et legiones ab Tusculo deductas constat ex ipsomet Livio 6, [26, 8.] illiusque mos est, quum absolute profert, gentem aliquam civitate Romana donatam, et suffragium quoque obtinuisse tandem intelligere; sicuti e contra, si suffragandi jus una cum civitate non concessum, id exprimere, uti 8, [17, 12.] ait, Acerranis civitatem sine suffragio datam. Et rursus [c. 14, 10.] Formianos et Fundanos cives Romanos sine suffragio factos. et 9, [43, 24.] Anagninis civitatem sine suffragii latione datam, quod pariter confirmari potest ex Valer. Max. dictis 9, 10. M. DONATUS. Nemo obscurum Livii locum melius illustravit, quam Marc. Donatus. Pall. codd. vitiis obliti sunt, quorum pr. et tert. *nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum ferme datum, Papiriam ferre solitum.* Et ita fere sec. Andreaeque editio, nisi quod prius *ferme* omittant. Ceterum Campanus: *nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum: Papiriam mandatum ferre solitum.* GEBH. V. Brisson. 2. Form. p. 136. DUK. Quemadmodum Gebhardus in Pall. duobus invenit, mihi quoque obvium fuit in Leid. duobus, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 2. et Fragm. Hav. neque multum differunt Gaertn. et Haverk. nisi quod eorum prior *quemque* pro *quemquam* legat, posterior *ferme* omittat, et *solitam* pro *solitum* praeferat. *nec quemquam ferme ex spolia tribu candidatum ferme datum parium ferres solitum* habet Klock. *nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam datum ferre solitum* Florent. Et ita erat in Hearnii Oxon. N. nisi quod una voce transposita praeferat *datum Papiriam*, et *Pepiliam* pro *Papiriam* in margine legatur, quomodo fere in Valer. Max. eo tempore edi Sigonius monuit. *nec quemquam ferme solitum* erat in ejusdem Hearnii cod. B. reliquis omissis, quae etiam omittebantur in Portug. in quo tamen margini adscripta sunt. Ceterum utrum jam hoc tempore Tusculani jus suffragii habuerint, quemadmodum Marc. Donatus recusuit, incertum est. Primo enim non ubique procedit, eos, quos Livius simpliciter jus civitatis accepisse refert, etiam jus suffragii nactos fuisse. Certe de Arpinatibus Trebulanisque ait Livius 10, 1, 2. *Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque civitas data.* At de Arpinatibus postea refert 38, 36, 7. *De Formianis Fundanisque municipibus et Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit, uti iis suffragii latio (nam antea sine suffragio habuerant civitatem) esset.* Idem etiam de Tusculanis existimandum esse, eos nempe civitatem quidem habuisse, sed sine suffragio, indicare videtur Festus in v. *Municipium*, ubi inter eos, qui *participes fuerunt omnium rerum ad munus fun-*

gium exercitum adversus Samnites duxerunt. Castra 2
in hostico incuriose ita posita, tamquam procul
abesset hostis: quum subito advenere Samnitium le-
giones tanta ferocia, ut vallum usque ad statio-
nem Romanam inferrent. Nox jam adpetebat: id 3

gendum una cum Romanis civibus, praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo, expresse etiam Tusculani numerantur. V. etiam Cl. Perizon. ad Valer. Max. 9, 10, 1. Non diu postea tamen Tusculani jus suffragii et magistratuum Romae capiendorum accepisse debuerunt, si quidem Ti. Coruncanius tantum quadraginta tribus annis post hunc annum Romae consulatum gesserit. Eum vero ex municipio Tusculo oriundum fuisse, docet Cic. pro Planc. 8. Adde, quae notat Jac. Perizon. in Animadv. Hist. c. 5. p. 198.

§. 1. *Q. Fabio*] *Rullianum* intelligit, ex triumpho Capit. hoc anno acto. SIG. Praenomen omittitur in Florent. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harlej. utroque, et Gaertn. Verum *M. Fabio* praefert Hearnii Oxon. L. 1. *M.* vel *C. Fabio.* N. in margine. Sed, nihil mutandum esse, fasti Triumph. a Sigonio laudati probant.

L. Fulvio] Fulvii cognomen *Curvus* ex Capitolino ejus triumpho. SIG. Pal. pr. *Fulino*; sec. *Flavio*; tert. *Fulirio.* GEBH. *Falvio* errore librarii scriptum est in Fragm. Hav. in similem cod. incidentes alii inde finxerunt *Flavio:* quod etiamnum praeter Pal. 2. praeferunt Harlej. 2. Portug. Klock. et Haverk. Verum hic etiam iidem fasti vulgatum tuentur. Ceterum inter duorum consulum nomina voculam *et* interponit Haverk. V. ad 2, 17, 1.

Et M. Fabius Ambustus magister equitum] Magister equitum erat *Ambustus*, *Rullianus* consul. *Ambustum Rulliani* patruelem fuisse reor, *M. Ambusti Pontificis Maximi* filium. SIG. Verum ex illo Fabiorum stemmate, quod ipse Sigonius supra dedit ad 4, 58, 6. non Rullianum consulem et Ambustum magistrum equitum, sed eorum patres patrueles fuisse sequitur. Pighius in annal. ad ann. CDXXXI. p. 346. utrumque *Marci filium Numerii nepotem* vocavit, sive eos fratres crediderit, sive avo eorum Numerio duos filios fuisse putarit, quorum quisque *Marci* praenomen habuerit, ex altero autem consulem, ex altero magistrum equitum natum, et ita patrueles fuisse. Verum de eo nihil certi statui potest. Vocula *et* deest in Fragm. Hav. Paullo ante vero *Sin A. Cornelius* Voss. 2. *Si A. Cornelius* Leid. 1. et Harlej. 1. *Si A. Cornelius* Gaertn. Sed quid addita vocula librarii indicasse voluerint, non video.

Conducta enim pretio a finitimis juventus dicebatur] *et conducta* Voss. 2. et Lovel. 3. Tum vox *juventus* deficit in Gaertn. pro quo *juventibus* habet Leid. 1. Mox *dilectu* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7.

§. 2. *In hostico incuriose ita posita, tamquam procul abesset hostis*] Praepositionem *in* non agnoscunt Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *abesset hostis procul* Lovel. 4. *procul abessent hostes* Voss. 2. et Lovel. 3. Malc. V. ad 5, 50, 2.

Vallum usque ad stationem Romanam inferrent] *bellum* Voss. 2.

prohibuit munimenta adoriri. nec diſſimulabant, or-
4 ta luce poſtero die facturos. Dictator, ubi propio-
rem spe dimicationem vidit, ne militum virtuti dam-
no locus eſſet, ignibus crebris relictis, qui conspe-
ctum hoſtium fruſtrarentur, silentio legiones educit:
nec tamen fallere propter propinquitatem caſtro-

Lovel. 1. 3. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. [Veith.] Alibi etiam haec vocabula librarii commutarunt. Ita apud Lucan. 4, 659.

— — *en, veteris cernis veſtigia valli.*

ubi Mſtum Thuan. satis antiquum *veteris belli* a m. 1. praefert. (*v. ad 22, 60, 23.) Praeterea vocula *usque* deficit in Harlej. 2. [Veith.] Paullo ante *tum subito advenere*, pro *cum*, Haverk. V. ad Epit. Liv. 48. circa fin. *cum advenerunt* Gaertn.

§. 3. *Nox jam adpetebat*] Male Pall. duo *apparebat*. 10, 20. *Et jam lux appetebat*. c. 21. *Et jam appetebat tempus*. c. 42. *Appetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat*. 25, 2. *Comitiorum consularium jam appetebat tempus*. 27, 30. *Jam enim Nemeorum appetebat tempus, quae celebrari volebat praesentia sua*. 28, 10. *Cum comitiorum tempus appeteret*. V. 29, 10. initium. GEBH. *apparebat* etiam Voſſ. 2. Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. Sed recte Gebhardus vulgatum probavit. V. de hoc verbo infra ad 10, 20, 9. Solent autem haec verba confundere librarii. V. ad 37, 32, 14. *Jam nox* alio ordine eſt in Harlej. 2. *Noxium adpetebat* in Flor. Mox *monimenta* vel *monumenta*, pro *munimenta*, Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. 2. et Portug. Saepius scribas haec vocabula in membranis antiquis confudiſſe, supra vidimus ad 4, 10, 6.

Nec diſſimulabant, orta luce, poſtero die facturos] Deleo voces *poſtero die*. RLOCK. Eaedem tamen conſtanter supersunt in omnibus scriptis. Soli tantum Voſſ. 2. et Lovel. 3. legunt *poſtera die*; quod nec ipsum probo. V. supra ad 1, 12, 1. Praeterea *facturum* Florent.

§. 4. *Ubi propiorem spe dimicationem vidit*] *proprioremspe* Florent. Voſſ. 1. ac Lovel. 1. V. supra ad 4, 17, 5. *propior spe* Lovel. 3. *p'orem spe*, id eſt *priorem*, Gaertn. V. ad 5, 15, 4. Idem etiam cod. *nisi*, pro *ubi*, praefert. Mox *militi virtutum*, pro *militum virtuti*, Harlej. 1.

Qui conspectum hoſtium fruſtrarentur] *fruſtarentur* Leid. 1. et multae vett. edd. Commutantur etiam haec verba apud Flor. 1, 2, 32. ubi v. quae viri docti notarunt.

Nec tamen fallere propter propinquitatem caſtrorum potuit] *nec tamen fallere propinquitatem* Leid. 1. omiſſa praepositione. Nihil mutandum. *fallere* hic eſt latere. V. ad 41, 2, 2.

§. 5. *Ita inſtitit agmini, ut, donec lucesceret, proelio abſtineret*] Vocula *ita* non adparet in Portug. Deinde *inſicit agmini* Leid. 2. *inſtituti agmini* Flor. *inſtituit agmini* Voſſ. 2. et Lovel. 3. sollem-

rum potuit. Eques extemplo insecutus ita inſtitit 5
agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret.
ne pedeſtres quidem copiae ante lucem caſtris egres-
sae. Eques, luce demum ausus incursare in ho- 6
ſtem, carpendo noviſſimos, premendoque iniquis
ad transitum locis, agmen detinuit. interim pedes

ni scribarum errore. V. infra ad 28, 46, 11. Tum *donec luceret* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed *lucescere*, sive, ut ibi unus meorum legebat, *luciscere*, etiam supra in hac re utitur Livius 4, 28, 1. *Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant.* Praeterea *proelio abſtinerent* Hearnii Oxon. L. 2. quo etiam ducit lectio Klock. *proelio abſtineretur.* Haec enim lectionis varietas inde orta eſſe potuit, quod librarius pro *abſtinerēt*, id eſt, *abſtinerent*, scriptum crediderit *abſtinereī*, id eſt, *abſtineretur.* V. infra ad 38, 40, 1. Locutio autem *eques abſtinerent* Livio familiaris eſt, qui *miles, pedes, eques, hoſtis* similiaque plura pro conlectivis habet. V. ad 35, 26, 9. Ita codices praeferunt 35, 11, 7. *Discinctus et inermis eques, praeterquam quod jacula secum portant.* et 37, 41, 11. *Eques insequendo tumultum ac pavorem equis camelisque et ipsis simul conſternatis augebant.* ubi vulgo *portat* et *augebat* nunc editur. Neque obſtare debet, quod mox alia forma praeceſſerit *inſtitit.* Nam, et id Livio familiare eſſe, antea probavimus ad 4, 16, 8.

Nec pedeſtres quidem copiae] Vet. lib. *ne pedeſtres quidem.* Samnitium autem copias intelligit. SIG. Praeter Lovel. 2. et Haverk. omnes fere, quibus utor, codd. Sigonio consentiunt. V. ad 1, 10, 3.

§. 6. *Eques luce demum ausus incursare in hoſtem*] *Eques ausus luce demum incursare* transpositis vocibus Florent. Deinde *incursare hoſtem* omiſſa praepositione Frag. Hav. quomodo alibi Livium locutum eſſe, supra vidimus ad 6, 36, 1. Hic tamen potior eſt auctoritas aliorum omnium, qui eamdem conſtanter servant. Nam ita etiam Livius loqui solet. 3, 70, 4. *In aversam incursando aciem ancipiti terrore diſſipaſſet hoſtes.* 5, 36, 7. *Ducem Gallorum, ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem, occidit.* 6, 21, 9. *Quorum in fines incursatum erat.* 25, 35, 8. *Nunc ab tergo, nunc in latera incursantes.* 34, 19, 2. *Incursantes in ſtationes eorum.* 39, 2, 5. *In agrum Pisanum Bononiensemque ita incursaverant.* (* 22, 28, 14. 26, 25, 7.)

Premendoque iniquis ad transitum locis agmen detinuit] *premendo iniquis*, sine copula *que*, Harlej. Portug. et Haverk. Deinde *retinuit* idem Haverk. Solent verba illa commutari. V. supra ad Epit. Liv. 3. Sed vulgatum hic verius; quod morari, longiſſime tenere notat. Liv. 27, 12, 2. *Obteſtatus per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detineret Hannibalem.* 36, 39, 7. *Qui jam tertium ibi annum dubio detineretur bello.* V. Brockhus. ad Tibulli 1. Eleg. 1, 40. et ad Propert. 3. Eleg. 1, 41. Adde Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. 362. ubi etiam *detinere*, pro *retinere*, viri docti reponendum docuerunt.

equitem adsecutus; et totis jam copiis Samnis ur-
7 guebat. Tum dictator, postquam sine magno in-
commodo progredi non poterat, eum ipsum, in
quo constiterat, locum castris dimetari jussit. id ve-
ro, circumfuso undique equitatu, ut vallum pete-

§. 7. *Eum ipsum, in quo constiterat, locum castris communiri jussit*] Vetus lectio est *locum castris dimetari*. GELEN. Vet. lib. *communiri jussit*. SIG. Gelenius, nescio an e libris, (quod crediderim) an ab ingenio, legere jubet *locum castris dimetari*. Ad quod alludunt Pall. duo meliores *locum castris dimicari*. GEBH. *communiri* quidem Sigonius ex suo: sed potiores apud me, quibus vir nec ingenio nec doctrina vulgari Gelenius usus, exhibentes *dimetari*: quum praesertim invenissemus ipsi *dimicari*. 44, [36, 6.] *Imperat, metaretur frontem castrorum*. Ibidemque [c. 37, 1.] *Postquam metata castra impedimentaque collocata animadvertit*. Caesar 2. Gall. [19.] *Opere dimenso castra munire coeperunt*. Cicero 2. de Nat. Deor. [43.] *Atque ita dimetata signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina solertia appareat*. J. FR. GRON. *communiri* ex meis tantum servant suspectae fidei codd. Harlej. 2. Portug. et Haverk. ut et Hearnii Oxon. L. 1. et B. *dimicari* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. et Oxon. C. *dimittari* Lovel. 1. a m. 1. *metari* Rlock. *dimetare* Florent. *dimetari* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. a m. 2. et Harlej. 1. *communiri* ex margine ac glossa natum videtur; cujus loco *dimetari* verum est. Infra 44, 7, 2. *Secundis castris pervenit ad Dium; metarique sub ipso templo jussit. metari castra* passim apud scriptores obcurrit.

Id vero, circumfuso undique equitatu, ut vallum peteretur, opusque inciperet, fieri non poterat] Sensus est: Dictator, ubi ultra progredi se non sine summo incommodo posse vidit, locum castris communiri jussit: quum autem bellum equitatus circumfusus esset, ne id quidem fieri poterat, ut vallum poneretur, et opus inciperet. In quibusdam enim libris est, pr *peteretur, poneretur*. SIG. Sigonius *poneretur*. Id quod nobis occurrit nusquam. Sed scribendum *ut vallus peteretur*: vel *ut vallum peterent, opusque inciperet*. Ut lignatum irent, vallos caederent ac pararent, quemadmodum ibi loquitur. J. FR. GRON. Conjectura Gronovii non aliam rationem habere potest, quam quod putabat non Latine dici hoc *vallum* pro *hic vallus*: de quo ipse etiam dubitabam ad Flori 2. 10. Nunc, nisi hic variant libri, sententiam muto. *inciperet*, p inchoaretur, defendi potest. rent. Eun. 4, 4, 58. *Jam tum ceperat turba inter eos*. Cic. 3. Verr. 8. *Quum rusam videret, incipere ver arbitrabatur*. Liv. 32, 5. *Exspectantes, ut ab ad sariis clamor et pugna incipe* DUB. *poneretur* neque mihi in lo vel scripto, vel edito obvi fuit. Et certe vulgatum prob est. Liv. 3, 27, 4. *Vicino mil dum is arma pararet, vallum peteret, cibaria coquere jussit. juventus discurrit ad vallum pe dum*. Quid autem *vallus* et *vall* differant, v. Gronov. 3. Obs. *Vallus* autem memoratur eti apud Liv. 33, 5, 9. *Romanus le et bifurcos plerosque, et trium a cum plurimum, quatuor ramor*

retur, opusque inciperet, fieri non poterat. Itaque, 8
ubi neque eundi, neque manendi copiam esse videt, instruit aciem, inpedimentis ex agmine remotis. instruunt contra et hostes, et animis et viribus pares. auxerat id maxime animos, quod, igna- 9

vallos caedit. et apud auct. Epit. Liv. 57. *Militem triginta dierum frumentum ad septenos vallos ferre cogebat*. Constanter tamen hoc loco scripti et editi *vallum peteretur*. quomodo etiam locutus est Florus 2, 18. *Ferre plenius vallum, qui arma nescirent*. (* Contra *vallus* Auctor B. Alex. c. 2.) Si quid tamen mutandum, posterior Gronovii emendatio magis placeret. Ita enim omnis mutatio tantum constabit in notis compendiariae scripturae vel confusis *peteret* pro *peterēt*, vel omissis *inciperet* pro *inciperēt*. Ceterum *opus quod inciperet* Voss. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed illae quoque notae, quibus *que* et *quod* per compendium scribuntur, saepe in Msis permutantur. V. ad 2, 41, 8. Deinde *non fieri poterat* Lovel. 2. At a Voss. 2. tria haec vocabula exsulant.

§. 8. *Itaque quum neque eundi, neque manendi copiam esse videt*] Vetus lectio sincerior *Itaque ubi*. GELEN. Ita etiam omnes mei: neque scripturae differentiam ex Oxoniensibus Hearne notavit, nisi ex solo N. qui praefert *Itaque ut neque*. Sed saepe *ut* et *ubi* commutari solent. Vide infra ad 24, 15, 1. Deinde *esse vidit* Haverk. et Lovel. 2. *videt esse* Lovel. 4. Mox *instituit aciem* Florent. et Lovel. 4. Sed *instruere* in hac re sollemne verbum est. V. ad 3, 60, 3. et ad c. 8, 8. idque hic verum esse *instruunt contra et hostes*, quod sequitur, satis probat. Solent autem verba *instituere* et *instruere* a librariis confundi. V. ad 4, 4, 4. Adde supra 5, 43, 2. 7, 31, 2. Mox voces *aciem, inpedimentis ex agmine remotis*, *instruunt* deficiunt in Lovel. 3. Sed exciderunt culpa librarii ob repetitum *instruere*. V. ad 9, 11, 11. *ex acie*, pro *ex agmine*, habent editi ante Aldum. Sed scripti Aldo *ex agmine* restituenti consentiunt, nisi quod *examine* sit in Fragm. Hav. a m. 1.

Instruuntur contra et hostes, et animis et viribus pares] Vetus lectio sincerior *instruunt contra*. GELEN. Ita et omnes mei. V. infra ad 39, 22, 8. Praeterea τὸ *et* primo loco deest in Leid. 1. secundo autem in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Portug. et Haverk. V. supra ad 2, 44, 3.

§. 9. *Auxerat id maxime animos*] Pal. sec. *auxerant*. Forte legendum *auxerant id maxime animi*. GEBH. Non unam ob caussam Gebhardi conjectura displicet. Primo enim quum non tantum Gebhardi reliqui, sed et omnes aliorum, ut et quos ego adhibui, codices vulgatum tueantur, uni huic Msto, cujus pessimam fidem passim ipse traduxit, artius inhaerere audax et temerarium existimo. Deinde non aliis locis Livius τὸ *augere* παθητικῶς adhibuit, quamvis forte scriptores dentur, qui eo modo usi fuerint. V. supra ad 3, 6, 2. neque in aliis verbis id facere Livius veritus sit. V. ad 1, 17, 6. Denique *augere animum* vel *animos* saepius apud nostrum obvium est. Exempla v. apud Gronov. ad 7, 7, 4. Adde, quae infra notantur ad 21, 53, 2.

ri loco iniquo, non hosti, cessum, velut fugi
10 ac territos terribiles ipsi secuti fuerant. Id aliq
diu aequavit pugnam, jam pridem desueto Sa
clamorem Romani exercitus pati. At, hercule
die ab hora diei tertia ad octavam ita anceps

Iguari loco iniquo, non hosti, cessum] Sigonius malit *gnari*, aut *non ignari*, hoc sensu: auxerat Samnitium animos, quod non ignari se loco iniquo, non cessisse Romano hosti, nunc Romanos velut territos ipsi terribiles erant persecuti. Perperam, me judice. Nihil mutandum; nec *hostis* intelligitur Romanus, sed Samnis. Id, ait, superbos et plenos fiduciae Samnites fecerat, quod Romanis nuper nocte vasa colligentibus profectisque ab tergo institerant, quasi fugientibus et territis ipsi terrentes. At Romani loco iniquo decesserant hoc regressu, non cesserant hosti Samniti, qui verae causae ignarus, tanquam ignavia aut rerum desperatione id factum fuisset, interpretabatur. 7, [13, 4.] *Sicubi loco cessum, si terga data hosti.* J. FR. GRON. Ita quidem, ut Gronovius ait, Sigonius conjecit in prima editione Scholiorum. Sed postea in repetitis curis scholion illud plane omisit, eoque conjecturam intempestivam ipse damnasse videtur. Mox *secuti fuerunt*, pro *fuerant*, Portug.

§. 10. *Et, hercule, illo die*] Vetus lectio sincerior *At, hercule.* GELEN. Vet. lib. *Et, hercule.* SIG. *Et, hercule* Voss. duo. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. duo, Portug. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Saepius hae particulae in Mstis commutantur. V. infra ad 36, 35, 7. Gelenii tamen lectio, quam servant Florent. (
eo in excerptis nihil not
deo) et edd. ante Aldum
videtur, ut ita particula
feratur ad proxime pra
jam pridem desueto Samni
rem Romani exercitus pati.
deficit in Lovel. 3. Pau
vero *jam quidem desu*
Klock. V. ad 44, 36, 9.
clamorem Romanum exer
tug. a m. 1. qui error n
se videtur ex epitome
Ro. exercitus. Aliud exe
fra est 9, 9, 5. Plura v. a

Ab hora diei tertia a
ita anceps dicitur certam
Numquid ad hunc locu
da sunt illa 10, 34. *Ab*
ta diei ad octavam fer
pugnatum. et 44, 37. *No*
ma ab hora secunda usqu
tam horam noctis? An e
cta credemus, ut 6, 1.
ta urbe Roma ad captam
urbem? JAC. GRON. N
loca ad hunc exigenda s
que hic ad illa: quum n
neque ibi quidquam s
vel sensum verborum i
vel Latine loquentium
dini adversetur. DUR.
octavam Lovel. 4. Sed p
usque, quam reliqui scr
diti omnes nesciunt, ex
terpretis adscitam puto.
pro usque ad, eodem
in primo et ultimo Livi
Gronovio hic laudato.
22, 8. *Quum ad id spectate*
adstitisset. c. 28, 7. *Pugn*

tur certamen stetisse, ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit; neque signa promota loco, retrove recepta; neque recursum ab ulla sit parte. In suo quisque gradu obnixi, urguentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant. fremitus aequalis, tenorque idem 11

consule ad lucem est. 42, 21, 1. *Consules ad id tempus in provincias non exierant.* V. ad Epit. Liv. 102. Tum *dicitur anceps certamen* Lov. 2. Insuper *fuisse* Voss. 2. Lovel. 3. et Hearnii Oxon. L. 1. Sed et hoc interpretis commentum est. (*29, 2, 15.) Curtius 7, 4. *Quum pugnam segnem utrimque aequis viribus stare vidisset.*

Ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit] *nisi primo semel concursu est sublatus* Harlej. 2. *ut primo semel concursum est, sublatus* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et edd. ante Vascosanum, qui primus *concursu est sublatus* edidit, consentientibus reliquis scriptis, nisi quod τὸ *est* desit in Portug. et Haverk.

Retrove recepta, neque recursum ab ulla sit parte] *rectove recepta* Lovel. 3. *iteratove recepta* Fragm. Hav. *iteratove accepta* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Tum *ab illa sit parte* Leid. 2. V. infra ad 25, 11, 3.

§. 11. *In suo quisque gradu, obnixi, urgentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant*] *in suo quisquis gradu* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Gaertn. *obnixius urgentes* Lovel. 1. Leid. 2. et Portug. a m. 2. *obnoxius, urgentes* Portug. a m. 1. Haverk. Voss. 1. et Harlej. 2. *obnoxii urgentes* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *obnoxiis urgentes* Klock. V. supra ad 6, 12, 8. Deinde *sine respiratione, sine respectu pugnabant* Voss. 2. ut mox hoc cap. *Procul ab armatis sine praesidio, sine munimento stare.* 7, 2, 4. *Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu.* ubi alia vide. Aliis tamen adversantibus uni huic codici credere admodum anceps puto. Voces *ac respectu* desunt in Lovel. 2. Sed *sine respectu pugnare*, ut *sine respectu fugere* 32, 12, 7. *Rex primo effuse ac sine respectu fugit.*

Tenorque idem pugnae in defatigationem ultimam aut noctem spectabat] Forte *ad noctem spectabatur.* J. FR. GRON. *tonorque* Port. *ternorque* Leid. 2. *tremorque* Lovel. 2. De voce *tenor* supra v. ad 4, 37, 9. Tum *fatigationem ultimam* Voss. 2. *inde fatigationem ultimam*, inperite divisis vocibus, Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *inde fugationem ultimam* Harlej. 2. Port. et Haverk. Deinde *aut necem* Neap. Latinii. Denique *spectabant* Lov. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. ut duobus singularibus *fremitus tenorque* addatur verbum plurale; de quo v. ad 1, 31, 7. Sed et alterum, ut eis verbum singulare jungatur, Livio non insolitum est. V. ad 37, 29, 6. Eam autem lectionem quum tueantur certiores codd. illi etiam controversiam non moveo. *inspectabat* Leid. 2. Sed prima syllaba nata est ex vocis praecedentis litera finali. V. ad 5, 23,

pugnae in defatigationem ultimam aut noctem spe-
12 ctabat. Jam viris vires, jam ferro sua vis, jam consilia ducibus deerant: quum subito Samnitium equites, quum, turma una longius provecta, accepissent, inpedimenta Romanorum procul ab armatis sine praesidio, sine munimento stare, aviditate
13 praedae inpetum faciunt. Quod ubi dictatori trepidus nuncius adtulit; *Sine modo*, inquit, *sese praeda praepediant.* alii deinde super alios, diripi pas-
14 sim ferrique fortunas militum, vociferabantur. Tum

5. *spabat*, sive *sperabat*, Lovel. 4. V. ad 34, 27, 3.

§. 12. *Jam ferro sua vis, jam consilia ducibus deerant*] Vox *sua* deficit in Lovel. 4. Deinde *jam ducibus consilia* edd. ante Frobenianam anni 1535. quasi hunc ordinem verborum servare deberet Livius, quod praecesserat eodem modo *viris vires*, *ferro vis*. At Frobenio mutanti favent omnes scripti.

Turma una longius provecta] *turba una* Voss. 1. V. infra ad 25, 16, 15. Tum *longius profecta* Gaertn. et edd. Frobenii anni 1535. eamque secutae aliae usque ad Modium, qui recte iterum *provecta* restituit. De verbo *provehi* hoc sensu supra vidimus ad hujus lib. c. 7, 7. Solent autem saepe haec vocabula commutari. V. ad 21, 2, 4. *provecta esset* Harlej. 2. et Haverk. Paullo ante τὸ *subito* non adparet in Harlej. 1.

§. 13. *Sine modo, inquit, sese praeda praepediant*] Vocem *modo* non agnoscit Hearnii Oxon. B. Deinde *ut se praeda praepediant* non modo idem codex, sed et Harlej. 2. Portug. et Haverk. *esse praedam, praepediant* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. *se praeda praepediant* edd. ante Frobenianam anni 1535. *esse, praeda praepediant* Lovel. 3. et Gaertn. V. ad 40, 26, 5. *sine modo, inquit, praeda eos praepediat* Lovel. 4.

Diripi passim ferrique fortunas militum vociferabantur] Vox *passim* exsulat a Lovel. 4. *diripi passim agique* praefert Kloek. Utrique verba *ferre* et *agere* in direptionibus usitata sunt, ac saepe conjunguntur. V. infra ad 33, 11, 10. Est tamen in illis differentia. *aguntur* enim pecora, mancipia, captivi; *ferunturque* reliqua. V. Cortium ad Sall. Jugurth. 20, 8. Quum autem milites in castris degentes vix habeant, quae *agi*, sed quaedam, quae *ferri* possunt, vulgatum, quod in scriptis aliis ut et editis constanter supersit, verum esse patet. Deinde *fortunasque militum* Leid. 1. Gaertner. et Fragm. Hav. Tum *vociferantur* Portug. Gaertn. Haverk. et apud Hearnium Oxon. B. *vociferabant* Lovel. 4. Eadem forma *vociferare* pro *vociferari* in Mstis supra erat 7, 12, 14. infra 10, 28, 12. et c. 35, 13. Existimo tamen, librarium hoc loco perperam neglexisse notam literae *t* suprascriptam, qua terminatio passivi *ur* indicata fuit. V. infra ad 10, 10, 1. Ratio est non modo, quia alii omnes codd. verbum hoc forma passi-

magiſtro equitum adcito, *Vides tu*, inquit, *M. Fabi, ab hoſtium equite omiſſam pugnam? haerent inpediti inpedimentis noſtris. Adgredere, quod inter praedandum* 15
omni multitudini evenit, diſſipatos: raros equis insidentes, raros, quibus ferrum in manu sit, invenies: equosque dum praeda onerant, caede inermes, cruentamque illis praedam redde. Mihi legiones peditumque pugna 16
curae erunt: penes te equeſtre sit decus.

XXXIX. Equitum acies, qualis quae eſſe in- 1
ſtructiſſima poteſt, invecta in diſſipatos inpeditos-

va praeferant, verum etiam quia Livius verba deponentia, ut Grammatici vocant, numquam forma activa usurpare solitus fuit. V. quae supra notavi ad 1, 17, 2. et 7, 36, 10.

§. 14. *Vides tu, inquit, M. Fabi, ab hoſtium equite omiſſam pugnam*] *Vides, inquit*, omiſſo pronomine *tu*, Lovel. 2. et Haverk. Verum id in simili locutione *Videsne tu* Livius addere solet. Exempla supra v. ad 1, 39, 3. Deinde *Magiſter Fabi* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *Marcelle Fabi* Gaertn. Adeo etiam in vulgatiſſimis et qualibet pagina obviis errare soliti sunt scribae. Tum *ab hoſtium equitatu* Leid. 2. et Lovel. 1. quod ex interpretis expositione in contextum inrepsit, quum forte in margine adnotatum fuiſſet, *eques* hic pro equitatu usurpari; quomodo saepe eam vocem sumi, supra dictum eſt ad 2, 20, 12. Paullo ante *Tunc magiſtro equitum* Leid. 1. V. ad 2, 12, 10.

Haerent inpediti inpedimentis noſtris. Adgredere] *Itaque inpeditos inpedimentis noſtris adgredere* Harlej. 2. et apud Hearnium Oxon. L. 2. [Veith.] *haerent. Inpeditos inpedimentis noſtris adgredere* Gaertner. *haerent inpediti inpedimentis noſtris. Adgredere vi* Hearnii Oxon. C. Infra 10, 36, 13. *Objacente sarcinarum cumulo haesere inpediti.* 38, 49, 10. *Haerentem ad inpedimenta noſtra exercitum barbarorum circumvenerunt.*

§. 15. *Quod inter praedandum omni multitudini evenit*] *quod interpretandum* Leid. 1. Klock. et Haverk. Mox pro *raros* priori loco *ratos* habent Harlej. 2. et Gaertner. Ita etiam peccabatur supra hoc lib. c. 13, 9. Poſteriori vero loco eadem vox exsulabat ab Harl. 2.

Equosque dum praeda onerant] *et quosque dum praeda onerunt* Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. et Fragm. Hav. *quosque dum praeda onerat* Portug. et Haverk. *et quosque dum praeda onerat* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. *et quos dum praeda onerat* Gaertn. *et quosque dum praeda onerent* Leid. 2. *et quosque, dum praeda onerantur, caede inermes* Lovel. 4.

§. 16. *Mihi legiones peditumque pugna curae erunt*] *peditumque pugna mihi curae erit* Lovel. 4. quasi singularis requireretur, quod proximum nomen eo casu ponatur; quum tamen Livius saepe verbum ad remotius retulerit. V. infra ad 37, 5, 3.

§. 1. *Qualis quae eſſe inſtructis-*

vidit, tum adpellare, tum adhortari milites, tribunos principesque ordinum nominatim ad iterandam secum pugnam vocare. Novato clamore, signa in- 5
ferunturr: et, quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hoftes cernebant. Eques ipse jam primis erat in conspectu: et Cornelius, respiciens 6
ad manipulos militum, quod manu, quod voce poterat, monftrabat, vexilla se suorum parmasque cernere equitum. Quod ubi auditum simulque vi- 7

nov. cui ordinem verborum inmutanti favent scripti mei.

Respectantes hoftium antesignanos] *res petentes* Fragm. Hav. *respectans* Haverk. Praeterea *antesignarios* Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra ad 4, 47, 2. Mox *signa* deficit in Gaertn. *adoriri* autem pro *adhortari* eft in Leid. 2.

§. 5. *Et quocumque progrediebantur, magis magisque turbatos hoftes cernebant*] Elegantior vetufta lectio *et quicquid progrediebantur*. GELEN. Dictum, ut Propertio 2. Eleg. 23, 37.

Hoc utinam spatiere loco, quodcumque vagabis.

Cuftoditque hanc lectionem sola Campani editio. Pall. duo *in quocumque progrediebantur*. sec. *et quacunque progrediebantur*. Andreae vero recensio *et quocunque ingrediebantur*. GEBH. *et quocumque progrediebantur* Voff. 2. Harlej. 2. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 1. ac C. Similiter etiam edidit Aldus et reliqui recentiores usque ad Gelenium. *et quocumque ingrediebantur* edd. vetuftiffimae usque ad Aldum. *in quocumque progrediebantur* Lov. 3. *et quicumque progrediebantur* Gaertn. [Veith.] *et quocumque gradiebantur* Portug. Haverk. et Hearnii cod. B. Reliqui cum Gelenio *et quidquid progrediebantur*; quod eo modo dictum eft, ut supra 7, 32, 6. *Quidquid ab urbe longius proferrent arma*. ubi v. Gronov. Praeterea *magis* exsulat ab Fragm. Hav. *magisque* ab Harlej. 2. [Veith.] Male. Similiter enim Liv. eodem loco: *Magis magisque in inbelles gentes eos prodire*. Terent. Eun. 3, 3, 1.

Profecto quanto magis magisque cogito.

V. Muret. 6. Var. lect. 14. Bofium ad Cic. 16. ad Att. Ep. 3. et Graev. ad Cic. de Senect. 4. Mox *primus*, pro *primis*, Voff. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Florent. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et ed. Mediol. anni 1505. quam Ascensius annis 1513. et 1516. perperam secutus eft. In sequentibus etiam praepositio *in* non adparet in Gaertn.

§. 6. *Vexilla se suorum parmasque cernere equitum*] *ut ex illa se suorum* Leid. 1. et Lovel. 4. *ut vexilla sui suorumque respicerent equitum* Lovel. 2. *vexilla se suorum equitum parmasque cernere* Leid. 2. *vexilla se suorumque parmasque cerneret equitum* Harlej. 2. *cerneret* etiam praefert Lovel. 4.

sum est, adeo repente laboris,
tum tolerati, vulnerumque oblit
cus, quam si tum integri e ca
8 accepissent, concitaverint se in
Samnis tolerare terrorem equ
vim potuit: partim in medio c
9 gam dissipati sunt. Pedes resta
tos cecidit: ab equite fugientiu

§. 7. *Laboris per diem pene totum tolerati*] Pall. pr. et tert. *laboris, quem per diem pene totum tulerunt*. GEBH. Ita et Voss. 2. et Lovel. 3. [Veith.] *laboris, quod per diem pene totum tulerunt* Fragm. Hav. *tulerunt*, pro *tolerati*, etiam Lovel. 2. et 4. *tulerat* Leid. 1. et Harlej. 2. Praeterea *diem totum pene* idem Lovel. 4. *diem pene totum* Haverk. Sed v. infra ad 27, 13, 1. Paullo ante *auditum simul visumque est* Leid. 1. Lov. 4. Harlej. 1. Block. et Fragm. Hav. *auditur simul visumque est* Harlej. 2.

Concitaverint se in hostem] Pronomen *se* male omittitur in Lovel. 4. Supra 7, 33, 14. *Accensi ira concitant se in hostem*. In verbis praecedentibus *integri castris*, pro *e castris*, Haverk. *e castris integri* Lovel. 4.

§. 8. *Partim in medio caesi, partim in fugam dissipati sunt*] Pal. sec. *partim fuga dissipati*. Vetustissimae editiones binae *in fuga*. GEBH. *partim fuga dissipati* Portug. et Haverk. *partem in fuga dissipati* Gaertn. et praeter edd. Gebhardo memoratas etiam reliquae omnes ante Frobenium, qui demum anno 1535. recte *in fugam* substituit. Infra 10, 14, 21. *Quia passim in fugam dissipati sunt*. Ceterum ver-

bum
et Port

§. 9.
cumven
Scripta
flantes
equite
ro ac e
Pedes
dit. V.
9. 9, [
patens
herbida
NOV.
dit exh
hoc de
autem
etiam
et Harl
rum li
ab equi
facta: i
cecidit,
est ob
dit. Si
fuisset,
hilomin
si cons
Leid. di
lej. 1.
Haverk
Florent
nius pr
cerpta
lej. 2.
libri ju
voculam

inter quos et ipse imperator cecidit. Hoc demum 10
proelium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent, *minime id quidem mirum esse, si inpio bello, et contra foedus suscepto, infestioribus merito Diis quam hominibus, nihil prospere agerent. expiandum id bellum magna mercede, luendumque esse. Id referre tantum, utrum supplicia noxio paucorum,* 11
an omnium innoxio praebeant sanguine: audebantque

rem; ita enim Livium loqui solere, aliis exemplis ad locum, quem Gronov. indicavit, probabo. Nunc tamen, quum omnes scripti eam constanter tueantur, ei controversiam movere non audeo.

§. 10. *Hoc demum proelium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent*] *Hoc demum proelio* Voss. 2. et Fragm. Hav. Deinde *ut in omnibus conciliis ita fremerent* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *ut omnibus consiliis fremerent* Lovel. 3. Sed indicatur communis respublica conjunctorum totius Samnii populorum; quod *concilium*, non *consilium*, adpellandum esse, Gronovius docuit infra ad 44, 2, 5. *infremerent* est in Fragm. Hav. *firmarent* in ed. Rom. anni 1472. Male. Supra 3, 56, 7. *Deos tandem esse, et non neglegere humana, fremunt.* 4, 18, 3. *Militibus castra urbemque se obpugnaturos frementibus.* 6, 6, 18. *Erecti gaudio fremunt, nec dictatore umquam opus fore reipublicae, si tales viros in magistratu habeat.* 8, 13, 1. *Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac delendum, senatus fremit.* 10, 14, 19. *Pro se quisque miles, adesse alterum consulem, adesse legiones, gaudio alacres fremunt.*

Inpio bello et contra foedus suscepto] Hoc ait, quia paullo ante [c. 37, 2.] dixerat: *Samnites inducias annuas ab urbe retulerunt, nec earum ipsarum sancta fides fuit.* etc. Itaque subdit [hoc cap.] *Brutulus Papius haud dubie erat proximarum induciarum ruptor.* SIG. Mox *Deis*, pro *Diis*, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Neque aliud voluit librarius Florent. qui prius per errorem scripserat *denis*. Sed mediam literam mox erasit.

§. 11. *Utrum supplicia noxia paucorum, an omnium innoxio praebeant sanguine*] Ita ediderunt uterque Gronovius, sed, ut videtur, operarum errore; quem tamen etiam religiose Clericus servavit, quum inter errata mentionem ejus factam esse non invenisset. Non tantum enim omnes priores editiones et scripti, sed et ipsa ratio, docent, legendum esse *noxio paucorum, an omnium innoxio.* Noxius enim paucorum sanguis innoxio omnium obponitur. Soli Harlej. duo perperam dederunt *supplicio noxio*; at verba *noxio paucorum an omnium* desunt in Haverk. Ceterum prior particula dubitandi *utrum* exsulat a Portug. et Hearnii Oxon. B. quae quidem omitti potest. V. supra ad 2, 8, 8. et ad 8, 7, 8. Hic tamen consensus aliorum om-

12 jam quidam nominare auctores armorum. Unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur. vir nobilis potensque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor. De eo 13 coacti referre praetores decretum fecerunt, *Ut Brutulus Papius Romanis dederetur, et cum eo praeda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur; quaeque res per feciales ex foedere repetitae essent, se-* 14 *cundum jus fasque restituerentur.* Feciales Romam,

nium codd. admonet, ne quid temere innovetur.

Audebantque jam quidam nominare auctores armorum] Copula *que* deficit in Leid. 2. Deinde *quidem* legunt Leid. 1. et edd. ante Aldum. V. infra ad 39, 17, 5. Insuper vocem *armorum* neglexit scriba Harlej. 2.

§. 12. *Unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur*] Papia gens Italica fuit. Itaque bello Italico *Papius Mutilus* inter ejus belli duces insignis est. Appianus, alii. SIG. *Brutili Papi* Voss. 1. et Leid. 2. *Brutuli Papi* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. *Brutuli Papri* Florent. *Brutili Papii* Lovel. 4. a m. 2. *Brutilii Papii* Hearnii Oxon. L. 2. C. et Harlej. 2. *Bructulii Papii* Lovel. 2. Primum nomen deficit in Lovel. 1. Mox etiam §. seq. *Brutilus*, *Brutilius*, vel *Brutillus* codd. quidam, unus etiam Florent. *Papus* praeferunt; at hoc loco *Brutuli Papyrii*, et mox *Brutulus Papyrius* editiones Aldina antiquiores. Vir Cel. J. Gottl. Heineccius ad l. Jul. et Pap. Popp. pro *Brutuli* scribendum putat *Mutili* 1, 4. p. 59. ubi gentem *Papiam*, ejusque familiam *Mutilorum*, quae apud Samnites floruisset, multis inlustrat. Praeterea vox *nomen* neglegentia librarii omittitur in Harlej. 2. Insuper *exaudiebant* Portug. a m. 1. V. ad 38, 40, 1.

Vir nobilis potensque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor] *nobilis potensque erat vir* Voss. 2. Deinde *proximarum ruptor induciarum* Portug. et Haverk. *raptor* est in Fragm. Hav. Pari modo *raptus* et *ruptus* frequenter in Mstis confundi, docuit Doct. Arntzen. ad Auct. de Orig. gent. Rom. 18. *raptim* et *ruptim* infra 9, 35, 3.

§. 13. *Dederetur, et cum eo praeda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur*] *dedetur* Leid. 1. et Fragm. Hav. V. ad 2, 56, 7. Tum *et ut praeda omnis Romana captivique Romam mitterentur* Harlej. 2. *et cum eo omnis praeda Romana* Portug. et Haverk. *To ut* deficit etiam in Leid. 2. et edd. ante Frobenianam anni 1535.

Quaeque res per feciales ex foedere repetitae essent, secundum jus fasque restituerentur] *quaeque res* Lovel. 4. Tum voces *ex foedere* non adparent in Harlej. 2. Hinc *secundum jussasque restituerentur* Leid. 1. perperam duabus vocibus coalescentibus, et litera *f* in *ſ* commutata, quod ob du-

ut censuerunt, missi, et corpus Brutuli exanime: ipse morte voluntaria ignominiae se ac supplicio subtraxit. Placuit cum corpore bona quoque ejus 15
dedi. nihil tamen earum rerum, praeter captivos, ac si qua cognita ex praeda sunt, acceptum est: ceterarum rerum irrita fuit deditio. dictator ex senatusconsulto triumphavit. Hoc bellum a con- 16
sulibus bellatum, quidam auctores sunt, eosque de Samnitibus triumphasse: Fabium etiam in

etuum similitudinem frequens est. V. ad 22, 28, 10. Hinc factum *secundum jussa restituerentur* in Lovel. 3.

§. 14. *Feciales Romam, ut censuerunt, missi, et corpus Brutuli exanime*] *Feciales Romani* Harlej. 2. et Haverk. Tum *ut censuerant* Portug. et Haverk. *Feciles Romam censuerunt dedendum corpus* Lovel. 2. *missi dedendum corpus* Harlej. 2. [Veith.] Mox *ipse enim morte*, addita media voce, Lovel. 4. Sed alibi saepe similes particulae fulciendae orationi Livianae a librariis insertae sunt. V. infra ad 10, 39, 4.

§. 15. *Nihil tamen earum rerum, praeter captivos, ac si qua cognita ex praeda sunt, acceptum est*] *nec hoc tamen earum rerum* Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc *et si qua cognita* Portug. et Haverk. cum edd. quae Frobeniana anni 1535. antiquiores sunt. Tum *sunt* deficit in Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *exceptum est* Portug. a m. 1. *acceptavere* Lovel. 4. *accepta*, exsulante voce *est*, Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Paullo ante voces *Placuit cum corpore bona quoque ejus dedi* non adparent in Haverk. *bona ejus quoque dedi* alio ordine praeferunt edd. ante eamdem Frobenianam.

Sed ceterarum rerum irrita fuit deditio] *sed* redundat. GELEN. Id est, non acceptae res caeterae, quae dedebantur, nec ex eo pax consequuta est. SIG. Illud *sed* superest in Voss. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus, quod optimi recte ignorant. V. supra ad 6, 32, 8. Insuper *ceterum rerum* Haverk.

Ex senatusconsulto triumphavit] *ex senatusconsultu* Portug. Sed v. quae ante notata sunt ad 5, 13, 5. Voces *ex senatusconsulto* non adparent in Voss. 2. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 16. *Hoc bellum a consulibus bellatum, quidam auctores sunt*] Inter caeteros sunt Capitolini scriptores, qui *Q. Fabium*, *L. Fulvium*, hujus anni consules, de Samnitibus triumphasse, non *dictatorem A. Cornelium*, tradunt. SIG. *Hoc bello a consulibus bellatum* edd. ante Aldum. *ab consulibus* Portug. et Haverk. Insuper *debellatum* Lovel. 4. Portug. et Hearnii Oxon. B. V. infra ad Epit. Liv. 37.

Fabium etiam in Apuliam processisse] Hinc apud eum, qui scripsit de viris Illustribus [Aurel.

Apuliam proceſſiſſe, atque inde magnas praedas egiſſe.

1 XL. Nec discrepat, quin dictator eo anno A.
2 Cornelius fuerit. id ambigitur, belline gerendi causa creatus sit; an ut eſſet, qui ludis Romanis, quia

Vict. 32.] scriptum eſt, Q. Fabium consulem primum de Apulis et Lucerinis triumphaſſe. Quod idem exſtat etiam in Capitolino triumpho. SIG. *Fabium et locum in Apuliam* Lovel. 3. *Fabium in Apuliam etiam* Haverk. *Fabium in Apulia etiam* Portug. Deinde *proceſſe* Voſſ. 1. a m. 1. *praeceſſiſſe* Portug. *pertransisse* Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 1. *Nec discrepant, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit*] Pro *Nec discrepant* manuscripta exemplaria habent *Nec discrepat*, et quidem paulo Latinius. GELEN. Ita etiam non tantum omnes codd. mei, verum etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Supra 3, 31, 8. *Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet.* ubi recte ita legendum Rhenanus monuit. V. quae ad eum locum notavi. Praeterea *M. Cornelius* Voſſ. 2. Lovel. 3. 4. Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *A. M. Cornelius*, utraque lectione simul exhibita, Voſſ. 1. Leid. 1. Lovel. 1. a m. 1. et Lovel. 2. Vulgatum verius eſt; nam *Κορνήλιος Αὔλος* etiam vocatur Zonarae 7. Ann. 24.

§. 2. *Quia L. Plautius praetor gravi morbo inplicitus erat*] Reponenda vox ex omnibus Mſtis codd. atque editionibus *gravi morbo forte implicitus erat.* GEBH. Vocem illam *forte* prima omiserat ed. Francof. anni 1578. indeque omnes usque ad Gronovium, qui eamdem iterum reſtituit. Et recte. Eſt enim in omnibus etiam meis codd. Ceterum *quod L. Plautius* Fragm. Hav. V. ad 38, 36, 4. Ultima vox *erat* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Insuper in verbis proxime praecedentibus *ut eſſet aliquis, qui ludis* praefert Portug. in margine. At insertum illud *aliquis*, quod in nullo alio codice obviam fuit, sine dubio librarii vel interpretis eſt emblema. *Sunt qui, erant qui, fuerunt qui*, et similia Livio noſtro aliisque frequentiſſima sunt. V. exempla, quamvis alterius rei probandae cauſſa, congeſta ad Livii 42, 66, 9.

Signum mittendis quadrigis daret] Inter caeteras causas dictatoris creandi haec etiam fuit, ludorum Romanorum causa, quod eſt, ut signum mittendis quadrigis daret. Signum autem dediſse dictatorem et praetorem, hic locus docet, consulem 45, [1, 6.] SIG. Adiri poſſunt Columna ad Ennium p. 22. Torrentius ad Suet. Ner. 22. Rubenius 1. Elect. 30. Panvinius de ludis Circens. 1, 14. et Bulengerus de Circo c. 16. DUK.

§. 3. *Functusque eo haud sane memorandi imperii miniſterio*] Legerem *magiſterio*. V. interpretes Suetonii. T. FABER. Videtur intelligere illa, quae viri docti notarunt ad Suet. Aug. 2. unde etiam patet, librarios voces *miniſterium* et *magiſterium* commutare solitos fuiſſe. At nihil hic muto. *Miniſterium* enim hoc loco notat publicam curationem, sive illam operam, quam magiſtratus reipublicae edunt. Supra 4, 8, 6. *Magis neceſſariam, quam speciosi mi-*

L. Plautius praetor gravi morbo forte inplicitus erat, signum mittendis quadrigis daret; functusque 3 eo haud sane memorandi imperii ministerio, se dictatura abdicaret. nec facile est, aut rem rei, aut auctorem auctori praeferre. Vitiatam memoriam 4

ministerii (nempe censurae) *procurationem intuentes*. Val. Max. 4, 3, 9. *De publico scilicet ministerio* (de legatis agitur) *nihil cuiquam, praeter laudem administrati officii, accedere debere judicantes*. c. 7, 3. *L. Rheginus*, (tribunus plebis erat) *si ad debitam publico ministerio sinceritatem exigatur, posteritatis convicio lacerandus*. 8, 13, 1. de M. Valerio Corvo, qui plures magistratus gessit; *Suffecitque integris viribus corporis non solum speciosissimis reipublicae ministeriis*. V. Popmam ad Velleji Pat. 2, 45, 4. Fabri conjectura etiam Doujatio displicuit. Ceterum *fructusque haud sane memorando imperii ministerio* Portug. *memorandi ministerio imperii* Lovel. 3.

§. 4. *Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor*] Hunc locum a Cicerone accepisse videtur in Bruto [16.] *Nisi quem nonnullae mortuorum laudationes forte delectant. Et, hercule, hae quidem exstant. Ipsae enim familiae sua quasi ornamenta ac monumenta servabant, et ad usum, si quis ejusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam. quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum facta est mendosior. Multa enim scripta sunt in eis, quae facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa, et a plebe transitiones, cum homines humiliores in alienum ejusdem nominis infunderentur genus*. SIG. Muretus legebat *laudationibus*. Habet pro se usum scriptorum Latinorum, Livii ipsius aliis locis, Ciceronis, Taciti, Suetonii, et aliorum: et disertam auctoritatem Senecae Epist. 102. *Aliud est laus, aliud laudatio. Haec et vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cujus officium oratione constat*. Ibidem disputat, laudem etiam esse taciti bene sentientis, et bonum virum apud se laudantis. Sed hoc nimis quam subtile et philosophicum est, et de tacita hujusmodi laude non male dicas, quod de occulta musica Graeci. Grammatici pinguiore Minerva rem tractant, ex quorum sententia, *laudatio est rerum gestarum relatio, laus secunda existimatio* (non tacite apud se bene de alio sentientis, sed sensum animi cum aliis communicantis) *recte factorum*. Ita auctor libelli inter grammaticos veteres, qui Cornelii Frontonis nomen praefert. Itaque quia *laus* a laudatione oritur, etiam pro laudatione interdum dici videtur. Cicero 2. de Orat. 84. laudationem fori distinguit a laudatione funebri, et hanc ad *orationis laudem* minime adcommodatam esse dicit: ubi *laus orationis* est laudatio forensis, qua oratores in causis agendis utebantur. Et quod eodem loco *laudationes scriptitare* dicit, id Suetonio Calig. 20. est *laudes componere*, et Phaedro 4. fab. 20. *laudem scribere*. Ex his locis Suetonii et Phaedri vulgatam Livii scripturam adversus Muretum tuetur Gudius ad Phaedrum. De re, quam hic tangit Livius, v. Perizonium Animadv. Hist. c. 6. p. 207. et Span-

funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quaeque famam rerum geſtarum
5 honorumque fallente mendacio trahunt. Inde certe et singulorum geſta, et publica monumenta rerum confusa. nec quisquam aequalis temporibus illis scriptor exſtat, quo satis certo auctore ſtetur.

hem. differt. 10. de praeſtant. et usu numism. p. 8. poſter. ed. DUK. Pares queretas de falsis imaginum titulis v. infra apud Livium 22, 31, 11. Ceterum *funeribus laudibus* Voſſ. 1. Lovel. 1. 4. et Fragm. Hav. *familiaribus laudibus* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Sed vocem *funebribus* omittunt Hearnii Oxon. N. B. et C. In vocem *laudibus* conspirant omnes codices.

Dum familia ad se quaeque famam rerum geſtarum etc. *trahunt*] *familiae* Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. C. quorum librarii veriti fuiſſe videntur, ne soloecum foret *familia quaeque trahunt*; a quo eodem metu etiam profluxit interpolatio in Portug. obvia ubi a m. 2. *trahunt* mutatum era in *trahit*. Verum, Livium 7, *quisque* plurale verbum saepiſſi ma junxiſſe, supra vidimus ad 2 22, 7. Deinde vox *famam* male o mittitur in Portug. vox *geſtarum* in Hearnii Oxon. B. copula *que* i Lovel. 3. Denique *fallenti mendacio*, pro *fallente*, legit Florent.

§. 5. *Quo satis certo auctori ſtetur*] Libri omnes *auctore*. GEBH *auctori* operarum errore compa ruit in ed. Paris. anni 1573. ind in reliquis usque ad Gruter. qu anno 1628. *auctore* in ultima edit recte reſtituit. V. supra ad 7 6, 6. Hae autem voces cum prae cedenti *exſtat* desunt in Harlej. 1

Stanford University Libraries
3 6105 002 123 888

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARY
Stanford, California